ISIDORI

MOLOGIARVM LIBRI XX

SCRIPTORUM CLASSICORUM
BIBLIOTHECA OXONIENSIS



OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
LONDINI ET NOVI EBORACI
APUD HENRICUM FROWDE

OXONII
Excudebat Horatius Hart
Typographus academicus

ISIDORI
HISPALENSIS EPISCOPI
ETYMOLOGIARVM SIVE ORIGINVM

LIBRI XX

RECOGNOVIT
BREVIQVE ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

W. M. LINDSAY

IN VNIVERSITATE ANDREANA LITTERARVM HVMANIORVM PROFESSOR

TOMVS I

LIBROS I–X CONTINENS

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

This booke is a Scoolemaſter to thoſe that are wiſe,
But not to fond fooles that learning deſpiſe,
A Juwell it is, who liſte it to reede,
Within it are Pearells precious in deede.

(ex cod. Isid. Etym. in Bibl. Coll. S. Trin.
Cantabrig. 368, fol. 146 v.)

PRAEFATIO EDITORIS

Hic habes, lector benevole, Etymologiarum editionem inchoatam potius quam omnibus numeris absolutam, quam cur sic tibi offerre ausus sim, immo hercle coactus sim, paucis primum exponam. Scito igitur me ante aliquot annos dum, Grammatica Latina antiquissimisque scriptoribus Latinis occupatus, pleniorem notitiam de citationibus eorum apud Isidorum desidero, lectiones antiquiorum codicum undique congessisse eo animo ut congestas Kueblero editionem Etymologiarum paranti traderem; deinde paulatim rei amore captum plurimas lectiones ex aliis locis Etymologiarum addidisse, quae documento essent qualis fuisset διασπορά libri Isidoriani per monasteria Europae, et quibus insignibus diversae codicum familiae inter se essent discernendae. Denique, postquam Kueblerus consilium edendi libri abiecerat, forte fortuna contigit ut Ottonianam editionem cum codice Wolfenbuettelano accuratissime a Iosepho Klein collatam ex bibliopola antiquario emerem, certiorque factus brevi fore ut codex Toletanus publici iuris phototypice expressus fieret, ambitiosiora inii consilia, et nactus occasionem itineris palaeographicorum studiorum causa per plerasque bibliothecas Europae facti, codices Etymologiarum omnes, qui quidem octavi aut incipientis noni saeculi essent, inspexi et quot potui lectiones exscripsi. Nam in Etymologiarum codicibus adhibendis ille profecto laudandus est,

qui redit in fastos et virtutem aestimat annis,

cum antiquissimus quisque maxime interpolatoris manu careat.

Cum igitur satis compertum haberem codicum Isidorianorum

H Harleianus (Mus. Brit., Harl. lat. 2686), saec. ix[i] exeuntis, habet libros I–XX.

I Bruxellensis II. 4856, olim Andaginensis (Sancti Huberti in Arduenna), saec. viii[i] ex., habet libros I–X, amissa parte (VIII. XI. 45–IX. I). Adhibui per lib. X. Ex aliis libris pauca mihi impertivit v. d. van den Gheyn.

Bern. Bernensis 263, saec. ix[i], habet in foll. 1–14[r] lib. V Etymologiarum.

Bern. extr. Bern. 611, saec. viii[i], habet quaedam ex Etymologiis extracta.

Bern. frag. Bern. AA 90 (23), folium unum, saec. viii[i], habet XV. I. 28–39.

Col. Coloniensis 83[II], saec. viii[i] ex., habet in foll. 215[v]–217[v] XVI. XXV–XXVII; etiam in foll. 15 sqq. Isidori librum de numeris, a libri III[i] Etymologiarum parte non alienum (cf. Berl. Phil. Woch. 30, 1144).

Eins. frag. Einsidl. 365 (42), folium unum, saec. viii[i], habet I. VII. 27–VIII. 3.

Harl. extr. Harleianus lat. 3034, saec. viii[i], habet extracta ex libb. XV, XX, aliis.

Mon. Monacensis (olim Frisingensis) 6250, Frisingae, ni fallor, saec. ix[o] scriptus, habet libros I–XX.

Monac. frag. Monac. 29051, continet fragmenta varia Etymologiarum, inter quae duo (XV. II. 45–IV. 7 et XI. I. 134–II. 6 cum II. 36–37) saec. viii[i] sunt. Eorum primum semiuncialem scripturam Anglosaxonicam exhibet; ambo videntur S. Emmerami Ratisbonensis fuisse.

Reg. Coll. Reginae, Oxonii, 320, saec. ix[i] ex., de quo Clarkius meus quaedam mihi impertivit. (Cf. Nettleship 'Lectures and Essays' I, 359.)

Rem. Remensis 426, 'liber ecclesiae sancti Theoderici,' saec. ix[i] ex., habet partem primam Etymologiarum, i. e. libros I–X.

Sang. extr. Sangallensis 913, saec. viii[i]–ix[i], habet in pp. 105–115 quaedam ex Etym. I. III–IV satis indiligenter extracta.

Trin. Coll. S. Trinitatis, Cantabrigiae, 368, anno 833 litteris Anglosaxonicis minusculis scriptus, incipit a V. xxxiii. 1 *-mi non ex solis circulo*, desinit in IX. vii. 28 *genus esse deorum.*

Voss. 82 Leidensis Voss. lat. F. 82, saec. ix[i]. Hic codex, quem non inspexi, perraro citatus est.

Praeterea inspexi, sed non adhibui hos codices: Bern. 36, saec. x[i]–xi[i]; Caesenatem (Malatest.) XXI, 5, 'saec. ix[i]'; Einsidl. 167, saec. x[i]; Escorial. L. III. 33, olim Gandensem, saec. x[i], qui habet in fol. 72 excerpta ex lib. XIX 'de Navibus'; Leidens. 114, olim Remensem, saec. ix in., qui habet in foll. 1–8 IX. vi. 23–29; Mettens. 179, saec. x ex., qui libb. I–XX habet (desunt tamen I. i–xxxix. 6 med.) et cum *DE* cognatus esse videtur; Schaffhusens. (Minist. bibl.) 42 et 43, saec. xi[i], quorum ille libb. I–X, hic libb. XII–XX continet; Wolfenbuettel. 473 (= Weissenburg. 2), saec. xi[i]; Wolfenbuettel. Helmstedt. 455 (fol. 1), saec. ix[i], quod fragmentum V. xxxii–xxxiv continet. Vidi etiam Bern. 224, saec. x, qui cum *B* fere conspirat, et hic illic testem citavi.

Fragmentum libri I (iii. 9–ix. 5), saec. viii[o], ut videtur, litteris insularibus scriptum, quod est in bibliotheca Fischeriana, benevolentissime mihi descripsit v.d. Samuel Brandt.

Primae familiae, cuius sunt modo non omnes quotquot extant codices, singulas adunationes investigare Herculeus labor est. Plurimos quidem libros ad recensionem Etymologiarum sub rege Recesvintho factam (cf. ad V fin.) redire docuit Mommsenus ('Chronica Minora,' pp. 411 sqq.). De ceteris expectemus donec Traubii discipulus, C. H. Beeson, ea publicaverit quae de dispersione codicum Isidorianorum per gentes Europae facta collegit.

β Familiae II (Italicae sive Contractae),

K Karolinus, quem dicunt, codex, olim Bobiensis nunc Wolfenbuettelanus (474 = Weissenburg. 64), scriptus saec. viii[o] ineunte, ut videtur, vel saltem medio, minuscula illa

scriptura quae in Italia septemtrionali in usu erat, habet libros I–XX. De quo codice cum Kueblerus (Herm. 25, 497) plenissime disputaverit, satis habeo unum illud monere, nequis correctionibus iis (v. g. 'ut clemens' I. VII. 25), quas per librum I adspersit manus saec. xi, quidquam momenti attribuat. Quae hic illic correctiones in reliquis libris apparent ex ipso exemplari haustae sunt.

L Vat. lat. 5763, eodem tempore ex eodem exemplari in eodem scriptorio[1] cum *K* scriptus, quod declarant folia eorundem librorum antiquorum palimpsesta in utroque codice adhibita, habet Etym. I. III. 9–V. XXX. 17.

M Cavensis 23, Casini, ut videtur, intra annos 778–797 scriptus[2], incipit a lib. I, cap. X *inde ergo dictum*, desinit in XX. II. 2 *confortetur*, quem locum sequuntur duo quaterniones, qui XVII. IX. 43 *idem et orchis*–XIX. XXI. 7 continent, errore huc translati. Deest pars libri VII[i] (II. I–VIII). Aliena hic illic inculcata sunt, ut post III. LXV aliqua ex Plinii Nat. Hist. lib. II *Existunt stellae et in mari*, etc. (cf. ad VI. XVII. 5).

N Carolsruhensis (Aug. LVII), olim Augiensis, saec. viii° in Italia septemtrionali, fortasse Veronae[3] scriptus, habet XIII. VI. 2–XX. fin.

O Sangallensis alter (233), saec. ix° in. in S. Galli scriptorio exaratus, habet libb. VI–VIII, XII–XX.

P Sangallensis tertius (235), eodem fere tempore in eodem scriptorio ortus, habet libb. XII–XX.

Par. extr. Parisiensis (lat. 7530), saec. viii° ex. Casini vel Beneventi scriptus (cf. Loew l. c.), habet aliquot extracta ex libb. I et V Etymologiarum.

[1] Bobiensi, ni fallor. Nam quamquam Boniprandus quidam saeculo undecimo, id quod versus sui in fol. 1 codicis Vaticani testantur, 'obtulit hunc librum . . . Columbae,' facilius crediderim restitutum esse ab eo Bobiensem librum casu vel dolo abstractum quam alibi uspiam ortum fuisse hoc 'par nobile fratrum.'

[2] Cf. Loew ('Die ältesten Kalendarien aus Monte Cassino,' 1908).

[3] Cf. Holder ('Mélanges Chatelain,' pp. 634–643), qui codicis historiam et scribarum inscitiam diligentissime indagavit.

Phill. Berolinensis (Phillippsianus 1831), saec. viii°–ix° Veronae scriptus, habet inter alia partem lib. III et XIII.

Intra familiam secundam duae factiones esse videntur; nam cum *K* facit *L* (etiam *OP*?) contra *MN Par. extr. Phill.*

γ Familiae III (Hispanicae sive Interpolatae),

T Toletanus, qui dicitur, nunc Matritensis (Tol. 15. 8), nuper phototypice expressus Leidae (Sijthoff., 1909), cui saeculo (viii° an ix°?) sit referendus vix constat, nam de palaeographia Visigothica 'adhuc sub iudice lis est.' Habet libros I–XX.

U Escorialensis primus (T, olim Q, II. 24), ex exemplari anno 743 (vel 733) facto descriptus, ipse potius decimi saeculi aut exeuntis noni esse videtur. Habet libros I–XX.

V Escorialensis alter (&. I. 14) antiquior est, sed caret I–III. xx. 12 *violenter emittit sonos* et parte libri VI[i] (viii. 6 *sola*–xvi. 9 *principe*).

W Escorialensis tertius (P. I. 7), 'Adefonsi principis liber,' i. e. Adefonsi II[i] (795–843), nisi quidem est Adefonsi III[i] (866–910), habet libros I–XX.

X Sangallensis quartus (237), saec. ix[i]–x[i], habet libros I–XX.

Ovet. extr. Codex Ovetensis, qui dicitur, Escorialensis R. II. 18, in parte ea quae minusculis litteris ante annum 779 scripta est, plurima sane ex libb. IX, XIV excerpsit, sed tam libere commutata et decurtata (v. g. IX. ii. 28 'Madai a quo medi existunt') ut ad idonei testis partes rarius quam vellem accedat.

De familia tertia illud monendum, non deesse locos ubi codices *TW* hinc, *UV* illinc artius cohaerere videantur, v. g. I. iv. 17, ubi verba *potestatem autem natura dedit voluntas ordinem*, in summa margine exemplaris scripta, in mediam paragraphum 16 (post illud *habeatur*) inculcata sunt in *TW* (quae tamen etiam in proprio loco in *T* iterata apparent).

Denique de proarchetypo illo, unde tres archetypi codices

trium familiarum deducti sunt, pauca sunt disputanda. Fuit profecto, sicut ipse ille liber quem Isidorus Braulioni transmisit, 'codex inemendatus,' vitiis passim maculatus. Variarum enim lectionum vestigia plurima habemus, aut in margine positarum (v. g. VIII. v. 12) aut in ipso contextu (v. g. XVII. III. 18); necnon inchoatorum locorum, v. g. I. xv, ubi nil nisi titulus lemmatis DE LITTERIS APVD GRAMMATICOS extitisse videtur; necnon lacunarum, repetitionum, mille denique vitiorum. Saepissime igitur dubitatio oritur utrum confusio ea, quae in proarchetypo erat, Isidoro ipsi an scribae nesciocui sit attribuenda; v. g. in II. xxix. 11–12, ubi decimae speciei definitionis id exemplum appositum est, *ut si quaeratur quid sit triens*, etc., quod revera undecimae est, undecimae autem speciei exemplum illud quod revera est decimae. Equidem plerumque, citra legentium incommodum, Isidorum ipsum in errore fuisse credere malui, et citationes scriptorum (v. g. Terentii, ad II. xxx. 12; Lucretii, ad IX. v. 3) et locos ex auctoribus prave excerptos (v. g. II. xxiv. 12, ubi Cassiodorus scripserat *nihil generatur contra naturam in vita*, Isidorus autem haud scio an male intellexerit *invita*) inemendatos exhibui, quae vera sunt in apparatum criticum relegavi.

Orthographiam etiam Isidorianam semper posthabui legentium commodo neque saepius formas nimis inusitatas velut *sinixtra* (XI. I. 68 'quasi sine dextra'), *externus* dies (V. xxx. 20 'quod sit extraneus'), *captus* pro cattus (XII. II. 38 'a captura'), *h* barbare omissum (v. g. *ostem* XV. VII. 4; *aeros* X. 2) vel adiectum (v. g. *honerosus* X. 117), *e* protheticum (v. g. *escarus* XII. VI. 30), *i* protheticum (v. g. *iscurra* X. 152), *e* pro i (v. g. *erundo* XII. VII. 70), *e* pro ae (v. g. *mestus* X. 174), *b* pro v (v. g. *cabare* XII. I. 42), innumera alia eiusmodi in textum admisi nisi necessitate coactus, ut in nominibus morborum in lib. IV (v. g. *disinteria* VII. 36, 'dis enim divisio est'). Neque enim habeo cur credam Isidorum ipsum in hac re constantem fuisse, quippe qui ipsa verba fontium suorum (v. g. *Graii* XIV. VI. 19, ex Solino translatum) exscribere solitus

sit. Spero quoque propediem et de orthographia et de grammatica nostri scriptoris fusius disputatum iri.

In rebus igitur orthographicis et grammaticis me in huiusmodi editionis apparatu critico non religiosius immoratum esse nemo vitio dabit; illud fortasse iure obicietur, quod fontes Isidori, quoniam mihi lex ea imposita est ut brevitati in apparatu summopere consulerem, nisi hic illic emendationis causa non indicaverim; quippe qui plurimi, non omnes (neque ipse omnes exploratos habeo), in editione Arevaliana adnotati sint. Tu igitur, lector benevole, cum Arevalianis adnotationibus hoc libro meo qualicumque utere feliciter. Nam ad Arevalianam editionem meam quantum potui adcommodavi; quin etiam hic illic (v. g. V. xxxi. 5–7) vitiosum paragraphorum ordinem relinquere malui quam citationes apud lexicographos magno cum virorum doctorum incommodo conturbare[1].

W. M. Lindsay.

Dabam Andreapoli
die S. Andreae MCMX.

[1] Post haec scripta accuratius de tota ratione edendi libri Isidoriani alibi ('Class. Quart.' 5, 42) disputavi.

AVCTORES

Arev. = editio Arevaliana (revera ex Grialiana derivata) in Mignii Patrologia Latina

Otto = editio Ottoniana in Lindemanni Corp. Gramm. Lat.

Schwarz = H. Schwarz 'Observationes criticae in Isid. Hisp. Origines.' Hirschberg, 1895

Dressel = H. Dressel 'De Isidori Originum Fontibus.' Turin, 1874

Klussmann = M. Klussmann 'Excerpta Tertullianea in Isid. Hisp. Etymologiis.' Hamburg, 1892

Sadée = L. Sadée 'Ueber Freiburger Fragmente einer Handschrift der Etymologiae des Isid. Hisp.' Freiburg, 1883

Schenk = A. Schenk 'De Isid. Hisp. de Nat. Rer. libelli fontibus.' Iena, 1909

SIGLA CODICVM

α = Familiae I codices

A = Ambrosianus L 99 sup., saec. viii
B = Bernensis 101, saec. ix–x
C = Leidensis (Voss. lat. F. 74), saec. ix–x
D = Basileensis F. III. 15, saec. viii ex.
E = Parisiensis lat. 13028, saec. viii ex.
F = Weilburgensis (Gymn. bibl. 3), saec. ix
G = Sangallensis primus (231–232), saec. ix–x
H = Harleianus lat. 2686, saec. ix ex.
I = Bruxellensis II. 4856, saec. viii ex.
Bern. = Bernensis 263, saec. ix
Bern. extr. = Bernensis 611, saec. viii
Bern. frag. = Bernensis AA 90 (23), saec. viii
Col. = Coloniensis 83^II^, saec. viii ex.
Eins. frag. = Einsidlensis 365 (42), saec. viii
Harl. extr. = Harleianus lat. 3034, saec. viii
Mon. = Monacensis 6250, saec. ix
Monac. frag. = Monacensis 29051, saec. viii
Reg. = Coll. Reginae, Oxonii, 320, saec. ix ex.
Rem. = Remensis 426, saec. ix ex.
Sang. extr. = Sangallensis 913, saec. viii–ix
Trin. = Coll. S. Trinitatis, Cantabrigiae, 368, saec. ix
Voss. 82 = Leidensis (Voss. lat. F. 82), saec. ix

β = Familiae II codices

K = Karolinus Wolfenbuettelanus (Weissenburg. 64), saec. viii in.
L = Vaticanus lat. 5763, saec. viii in.
M = Cavensis 23, saec. viii ex.
N = Carolsruhensis (Aug. LVII), saec. viii
O = Sangallensis alter (233), saec. ix in.
P = Sangallensis tertius (235), saec. ix in.
Par. extr. = Parisiensis lat. 7530, saec. viii ex.
Phill. = Berolinensis (Phillippsianus 1831), saec. viii–ix

γ = Familiae III codices

T = Toletanus Matritensis (Tol. 15. 8), saec. viii ex. (?)
U = Escorialensis primus (T. II. 24), saec. ix ex. (?)
V = Escorialensis alter (&. I. 14), saec. ix (?)
W = Escorialensis tertius (P. I. 7), saec. ix in. (?)
X = Sangallensis quartus (237), saec. ix–x
Ovet. extr. = Ovetensis Escorialensis (R. II. 18), saec. viii

codd. = *BCKT*, quorum universas lectiones per totum opus (cf. ad init. libri XVII), quoties a textu discrepant, in apparatu exhibui

PRAEMISSA

EPISTOLAE

A

[In Christo domino et dilectissimo filio Braulioni archediacono Isidorus.

Dum a mihi litteras, karissime fili, suscipis, eas pro amico amplectere non moreris. Ipsa est enim secunda inter absentes consolatio ut, si non est praesens quod diligitur, pro eo litterae conplexentur. Direximus tibi anulum propter nostrum animum et pallium pro amicitiarum nostrarum amictu, unde antiquitus hoc traxit vocabulum. Ora igitur pro me; inspiret tibi Dominus ut merear adhuc in hac vita videre te, et, quem maestificasti abeundo, aliquando iterum laetifices te praesentando. Quaternionem regularum per Maurentionem primic[l]erium direximus. De cetero autem obto tuam semper cognoscere salutem, dilectissime mihi domine et karissime fili.]

B

[In Christo karissimo et dilectissimo Braulioni archediacono Isidorus.

Quia non valeo te perfruere oculis carnis, perfruar saltem alloquiis, ut ipsa mihi sit consolatio incolomem litteris cognoscere quem cupio videre. Vtrumque bonum esset si liceret; sed vel mente de te reficiar, si corporali obtutu non valeo. Dum pariter essemus, postulavi te ut mihi decada sextam sancti Augustini transmitteres. Posco ut quoquo modo me cognitum eum facias. Misimus vobis Synonimarum libellum, non pro id quod alicuius utilitatis sit, sed quia eum volueras. Commendo autem hunc puerum; commendo et memet ipsum, ut ores pro me misero, quia valde langueo et infirmitatibus carnis et culpa mentis. In utroque tuum praesidium posco, quia per me nihil mereor. De cetero peto ut, dum vita comite portitori ad nos regredi fuerit oportunitas, vestris nos iubeatis laetificare eloquiis.]

Epistolas A et B om. aβ. Contuli TU 6 quod] qui *U* conplectentur *T* 11 letifice U^1 : -ca U^2 13 fili *om. U* 17 perfrui *U* perfruer *T* (*vix Isidorus*) saltim *T* 18 sit mici *U* 22 cum] ei *T*

I

Domno meo et Dei servo Braulioni Episcopo Isidorus.

Omni desiderio desideravi nunc videre faciem tuam, et utinam aliquando inpleret Deus votum meum, antequam moriar. Ad praesens autem deprecor ut commendes me Deo orationibus tuis, ut et in hac vita spem meam inpleat et in futuro beatitudinis tuae consortium mihi concedat. Et manu sua. Ora pro nobis, beatissime domne et frater.

II

Domno meo et vere domino Christique electo Isidoro Episcoporum summo Braulio servus inutilis sanctorum Dei.

O pie domne et virorum praestantissime, sera est inquisitio et tarde data mihi scribendi optio, quia peccatis meis ingruentibus non modo sterilitatis vel inopiae malo, verum etiam luis et hostilitatis, quominus inquirerem, horribili sum praepeditus incursu. Nunc autem etsi mille necessitatibus, mille curis adstrictus post longum miseriae tempus veluti ab inprobi soporis, ut ita dixerim, gravedine suscitatus istius meae suggestionis affatibus dependere praesumo salutis obsequium, et cordis et corporis humilitate prostratus, inprecans excellentissimam tuae beatitudinis potestatem, ut peculiarem famulum, quem pio illo sacrae dignationis intuitu semper habuisti susceptum, usque in finem habere iubeas commendatum. Nam ego, Christus novit, gravi dolore discrucior, quod emenso tempore tam prolixo vel nunc vestrum non mereor videre conspectum. Sed spero in illum, qui non obliviscitur misereri, nec repellit in finem, quia exaudiet precem pauperis et vestro me miserum repraesentat aspectui. Suggero sane et omnimoda supplicatione deposco ut librum Etymologiarum, quem iam favente Domino audivimus consummatum, promissionis vestrae memores servo vestro dirigere iubeatis, quia, ut mihi conscius sum, magna ibi ex parte servi tui postulatione sudasti, et ideo in me primum existe munificus, sic in sanctorum coetibus et felix habearis et primus. Gesta etiam synodi, in qua Sintharius

Epistolae I–IV *desunt in C* I–III ut accepi pittacium tuum *desunt in B* 2 episcopo *om. T* (*non U*) 4 implere *K* 4–5 votum . . . Deo *om.* U^1 5 me *om. K* ut et] ut *K* 6 futura *K* 10 meo *om. K* 11 sanctorum] servorum *K* 12 ex tarde *U* 13 nunc modo *A* 16 si mille] simile *K* 18 deprendere *T* 20 et ut p. tuum (*expunct.*) f. *K* 21 semper *om.* U^1 24 nunc *om. K* no mereor *K* 26 exaudiat *T* 30 conscius sum *AK* : sum conscius *TU* 32 in quo *T*

examinis vestri igne etsi non purificatus invenitur, tamen decoctus, quaeso ut vestro instinctu a filio vestro domino rege nobis dirigantur cito. Nam et nostra eius sic flagitavit gloriam suggestio, quia multum in concilio pro investiganda opus est veritate. De cetero [creatoris] altissimi pietatem efflagito, ut coronam beatitudinis vestrae pro integritate fidei et statu ecclesiae suae longo tempore praecipiat conservare, meque inter oblatrantia praesentis mundi varia et innumerabilia discrimina munitum reddat tuae intercessionis gratia ac reconditum in gremium memoriae tuae tutum ab omni tempestate peccati oratu vestro efficiat trinitas sacratissima. Et manu sua. Ego servus Domini Braulio Isidoro in Domino fruar te lucerna ardens et non marcescens.

III

Domino [meo] et dei servo Braulioni Episcopo Isidorus.

Quia te incolomem cognovi, gratias Christo egi, et utinam cuius cognovi salutem, in hoc corpore aspicerem et visionem. Quid autem mihi evenit pro peccatis meis manifestabo, quia non fui dignus tua perlegere eloquia. Statim enim ut accepi pittacium tuum, puer regius ad me venit. Dedi cubiculario meo illum pittacium et confestim ambulavi ad principem, ut postea perlegerem et rescriberem. Reversus de palatio regis non solum scripta tua non inveni, sed etiam quidquid aliud in cartis fuit, periit. Et idcirco, scit Dominus, luxi meritum meum, quia non perlegi eloquium tuum. Sed rogo ut, quaecumque occasio venerit, rescribe mihi et gratiam verbi tui non auferas, ut, quod ex meo delicto perdidi, iterum gratia tua recipiam. Et manu sua. Ora pro nobis, beatissime domne.

IV

Domno meo et vere domino Christique electo Isidoro Episcoporum summo Braulio servus inutilis sanctorum Dei.

Solet repleri laetitia homo interior ac spiritalis, quum inquisitione fungitur amantis. Ob id velle meum est, mi domine reverentis-

1 exanimis *K* 2 i. et filio *K* dirigatur *K* 3 nostrae *K* eius *om. T* gloria *KT* (?) 4 creatoris *hab. TU*: *om. AK* 8 discrimentia *K* 9 tutum] tuum *T*[1] 10 sua] vestra *U* 11 Domini] domino *TU* 14 meo *hab. TU*: *om. AK* 16 Quid] quia *A* 17 evenit mihi *A* 19 cubiculari *U* 21 etiam et q. *U* 23 perlegi] per eli *K* 25 dilecto *K*: delecto *B*[1] 26 domne beatissimae *K*: d. *om. U* 30 insitione *U*[1]

sime, nisi culparum maceria [mearum] obsistat, et benigne te inquisitionem meam amplectere et querellarum calumniam patienter accipere. Vtrumque enim ago: et officium inquisitionis persolvo et tibi contra te causarum mearum necessitates dirigo. Quod ut benignissime auditui tuo admittas, [in] ingressu huius dictionis portuque prostratus peto a culmine vestri apostolatus. Et quamquam vacillet calumniae obiectio ubi lacrimarum est intercessio, quum lacrimae non sint signa calumniae, tamen sint opto et lacrimabiles calumniae et calumniabiles lacrimae; sed utrumque pro licentiosa amoris praesumptione, non autem pro arrogantiae temeritate. Sed iam causam exordiar. Septimum, ni fallor, annum tempora gyrant, ex quo memini me libros a te conditos Originum postulasse, et vario diversoque modo et praesentem me frustratum esse et absenti nihil inde vos rescripsisse, sed subtili dilatione modo necdum esse perfectos, modo necdum esse scriptos, modo meas litteras intercidisse aliaque multa opponens ad hanc usque diem pervenimus et sine petitionis effectu manemus. Ob hoc et ego vertam preces in querellam, ut, quod supplicatione nequivi, vel calumniis lacescendo valeam adipisci. Saepe namque solet mendico prodesse vociferatio. Quocirca cur, quaeso te, mi domine, non tribuas quod rogaris? Vnum scias: non dimittam quasi fingens me nolle negata, sed quaeram et instanter quaeram, quousque aut accipiam aut eliciam, piissimo Redemptore iubente: 'Quaerite et invenietis,' et adiciente: 'Pulsate et aperietur vobis.' Quaesivi et quaero, etiam pulso; unde et clamito ut aperias. Nam huius me argumenti solatur inventio, quia qui contempsisti postulantem, exaudias forte calumniantem. Hinc et ego scientiae tuae ingero, nec stulti iactatione novi aliquid suggerere insipiens perfecto praesumo. Non tamen erubesco inperitus disertissimo loqui apostolici memor praecepti, quo praeciperis 'libenter sufferre insipientem.' Quamobrem accipe clamores calumniae. Cur, rogo, talentorum distributionem et cibariorum dispensationem tibi creditam hucusque retentas? Iam solve manum, inpertire

1 mearum *hab. TU*: *om. AK* 2–17 patienter accipere ... ego vertam preces *desunt in B* 5 in *hab. TU*: *om. AK* dictationis *U* 7 obiectio *U*: oblectio (-iec-?) *T*: abiectio *AK* 11 ni *TU*: nisi *K* 12 memini me *A*[1]*U*: me memini *K*: me *om. T* 14 descripsisse *T*: discrepsisse *U* 15 n. scriptos *K*: n. esse scr. *TU* 18 supplicationem *K* lucesciendo *K* 19 nam *TU* medico *T* 25 me *post* argumenti *U* (*T n. l.*) 27 scienti *U* (*T n. l.*) *B*[1] tua *TU* stulti *KT*: stulta *BU* novi] nobis *U* (*T n. l.*)

famulis, ne inopia pereant famis. Nosti quid creditor veniens reposcat a te. Non minuetur tibi, quidquid dederis nobis. Memor esto parvis panibus multitudinem satiatam et superasse reliquias fragmentorum magnitudinem panum. An putas donum tibi conlatum pro te solummodo esse datum? Et vestrum est et nostrum; commune est, non privatum. Et quis dicere vel insanus praesumat ut privato tuo gaudeas, qui de commune tantum inculpabiliter gaudere scias? Nam quum tibi Deus oeconomiam thesauri sui et divitiarum, salutis, sapientiae et scientiae tenere concesserit, cur larga manu non effundis quod dando non minuis? An quum in membris superni capitis unusquisque quod non accepit, sic in altero possideat ut alteri, quod habet, possidendum sciat, tu forsitan ideo nobis parcus existis, quia quod mutue a nobis resumas, non invenis? Sed si 'habenti das,' tantillae mercedis fructum reportas. Sin vero 'non habenti tribuisti,' praeceptis evangelicis satisfacis, ut 'reddatur tibi in retributione iustorum.' Proinde [et] ego remordeor conscientia eo quod in me nihil communicabile boni sentiam, quoniam iubemur 'per caritatem servire invicem' et 'unusquisque quam accepit gratiam in alterutrum illam administrare, sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei,' atque 'unicuique sicut divisit Deus mensuram fidei in una compage membrorum,' debet eam ceteris partibus communicare, quia 'haec omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis, prout vult.' Sed ad unum ac peculiare subsidium, quod praemisi, recurro, ad inportunitatem scilicet, amicam amicitia destitutis ac nulla membrorum honestorum gratia decoratis. Idcirco audi vocem meam, tot interiacentibus terris: 'redde, redde, quod debes.' Nam servus es, servus Christi et Christianorum, ut illic sis maior omnium nostrorum, et quam nostri causa tibi conlatam praesentis, gratiam sitientibus animis scientiaeque fame cruciatis inpertire non dedigneris. Non sum saltim pes, qui ad iniuncta dis-

1 famulis *K*: familiis *BTU* 2 minetur B^1: minuitur *K* 4 magnitudine *K* 5 vestrum (*om.* Et) *U* 8 oeconomiam] hec omnia *T* divinarum *K* 9 sapientiam et scientiam *U* 10 minues B^1 membri *K* superni] summi *T* (*non U*) 11 accipit B^1K 12 possedendo K^1 13 quia] que K^1 14 tantillae tantum ille mercidis *K*: tantillae tantum inde mercidis *A*: tantilli mercedis *U* si vero *TU* 15 tribuis *BTU*: tribuisti *AK* reddat *K* 16 perinde *U* et ego *TUB*: ego *KA* remordo *U* 17 eo quo B^1 bonis *BU* sententiam *K* 21 eam] cum *K* 24 promisi *T* inoportunitatem *K* amicitiae *K* 27 servus *alt. om. A* 30 iniuncta] iuncta *T* (*non U*)

currens possim alvo ecclesiae, membrorum scilicet iudici, obedientiae discursu parere, nec principatui capitis imperanti obsequendo placere. Quin etsi de inhonestioribus membris me esse sciam, sufficiat quia, quae [te] constat a capite percepisse, per me est dignum egerere, nec te me non egere quamvis minimum, Christi tamen sanguine redemtum. Nam 'nec dicit caput pedibus, non estis mihi necessarii,' quoniam 'quae videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt, et quae putantur ignobiliora esse, his honorem abundantiorem circumdamus, et quae inhonestiora sunt nostra maiorem honestatem habent.' Sic itaque creator noster ac dispensator cuncta moderatur, ut, quum in altero alteri dona divina, quae in se non percipit, possidenda tribuuntur, caritas cumuletur. Denique tunc bene multiformis gratia dispensatur, quando acceptum donum et eius, qui hoc non habet, creditur, quando propter eum, cui inpenditur, datum putatur. Hoc Apostoli capitulum a nobis in parte praemissum, obtime novit prudentia sanctitatis vestrae huic rei congruere totum. Et quidquid summatim tetigit, ea procul dubio nosse melius latet nullum. Itaque hoc solum superest, quod et magno opere peto, ut praestes postulata, et si non pro me, saltim pro ipsa caritate divinitus inpertita, pro qua iubemur et nosse et praestare omnia, et sine qua nihil sunt omnia. Sed et si qua superflua, si qua negligenter, si qua minus humiliter aut inutiliter potius effudi quam dixi, cuncta quaeso benigne suscipias, cuncta ignoscas, cuncta ores ut Deus ignoscat. Ergo et hoc notesco, libros Etymologiarum, quos a te, domino meo, posco, etsi detruncatos conrososque iam [a] multis haberi. Inde rogo ut eos mihi transcriptos, integros, emendatos et bene coaptatos dignemini mittere, ne, raptus aviditate in perversum, cogar vitia pro virtutibus ab aliis mereri. Ego autem opto, quamvis nullius egeas et ultroneae dicantur putere mercedes, ut dignatio vestrae benignitatis imperet nobis in id quod possumus et valemus, tantum ut obsequio nostro utaris, immo caritate, quae Deus est, perfruaris. His igitur expletis erant mihi quaestiones de sacris divinisque paginis, quarum mihi expositionem cordis vestri lumen aperiret, si tamen

1 scilicet et iud. *T* 2 principatu *K* 3 sufficiat *ex* -am *K* 4 te *hab. BTU*: *om. AK* 5 nec . . . egere *om. T* (*non U*) 9 qui inh. *K* 14 eius . . . habet *TU*: eis . . . habent *AK*: ei . . . habet *B* 15 promissum *KT* (*non U*) 22 aut utiliter *U*: *om.* T^1 effundi *K* dixi] debui *B* 24 aethimoliarum *T* 25 iam a *TU*: *om.* B^1: iam *AK* haberi] habere comperimus *A* 28 mereri *AK*: sumere (-mm-) *BTU* 29 putere *BTU*: turpere (*i. e.* torp-) *K* 33 lumet *K*

et nobis iubes resplendere et divinae legis obscura reserare. Nec, si ista, quae peto, percepero, de illis silebo; sed viam reseras capiendae fiduciae quum in hac prima fronte non me confodieris stimulis verecundiae et ignaviae meae locum dederis veniae, quodque diligebas quamlibet inmerito non iusseris reprobare; quia ignominiosum valde videtur ac vile, si necdum satiatus quis caritate ab eo, quem amabat, invenitur recedere. Obsequio autem meae servitutis dependo iura salutis, et quaeso pietatem sanctissimae vestrae potestatis ut pro me orare digneris, quatenus cotidie fluctuantem animam malis tuo intercessu lucreris et ad portum aeternae tranquillitatis deducas, erutam a miseriis et ab scandalis. Dulce mihi fuit diu ad te loqui, quasi coram positus vultum viderem tuae faciei. Ideo nec verbositatem carui et temeritatem fortassis incurri. Sed aut hoc, aut aliud agere debui, tantum ut, quod noluisti per humilitatem, saltim tribuas per tumultuantem inprobitatem. Ecce quantum audaciae dedit mihi gratia vestrae benevolentiae. Et ideo, si quid in hoc displicuerit, sibi inputet, quae tantum amat ut timorem tollat. Nam ‘perfecta caritas foris mittit timorem.’ Speciali quoque gratia fretus speciali domino, in quo vires sanctae ecclesiae consistunt, suggero ut, quia Eusebius, metropolitanus noster, decessit, habeas misericordiae curam, et hoc filio tuo, nostro domino, suggeras, ut illum illi loco praeficiat, cuius doctrina et sanctitas ceteris sit vitae forma. Hunc autem filium praesentem beatissimae potestati vestrae per omnia commendo, et tam de his, quae hic suggessimus, quam etiam de his, quae supra questi fuimus, eloquio vestro per eum inlustrari mereamur.

V

Domino meo et Dei servo Braulioni Episcopo Isidorus.

Tuae sanctitatis epistolae me in urbe Toletana invenerunt. Nam permotus fueram causa concilii. Sed quamvis iussio prin-

1 leges *K* 2 si tista *K* via *A* capiendo *U* 3 confoderis *A* 4 ignabia mea *U* 7 autem *om.* *B*¹ 8 depende *K* 10 malis *U* : a malis *T*² : in malis *B* : alis *AT*¹ : aliis *K* 11 et scandalis (*om.* ab) *TU* 13 carui *AK* : ca*ui *B*¹ : cabui (*i.e.* cavui) *TU* (*fort. recte*) 14 aliud *BTU* : illud *K* tantum *TU* : tamen *BK* quia noluisti *B*¹ 17 qui tantum *U* 21 ut illum] ut utilem *TU* 22 doctrinae s. *U* 26 mereamur. AMEN DEO GRATIAS *K* 29 urbem toletanam *TU* : urbe tolettena *A* : urbe tolletaena *K* 30 q. me iussio . . . rem. adm. *B*¹

cipis in itinere positum remeare me admonuisset, ego tamen, quia propinquior eram praesentiae ipsius quam regressionis, malui potius cursum itineris non intercludere. Veni ad praesentiam principis; inveni praesentem diaconem tuum; per eum eloquia tua suscipiens amplexus sum et legi, et de salute tua Deo gratias egi desiderio omni desiderans, quamvis debilis atque fessus, fiduciam tamen habere per Christum in hac vita visendi te, quia 'spes non confundit per caritatem, quae diffusa est in cordibus nostris.' Codicem Etymologiarum cum aliis codicibus de itinere transmisi, et, licet inemendatum prae valitudine, tamen tibi modo ad emendandum studueram offerre, si ad destinatum concilii locum pervenissem. De constituendo autem episcopo Terraconensi non eam, quam petistis, sensi sententiam regis. Sed tamen et ipse adhuc ubi certius convertat animum, illi manet incertum. Peto autem ut pro meis peccatis apud Dominum existere intercessor digneris, ut impetratu tuo deleantur delicta mea et remittantur facinora. Item manu sua. Ora pro nobis, beatissime domne et frater.

VI

Domino et filio Sisebuto Isidorus.

En tibi, sicut pollicitus sum, misi opus de origine quarundam rerum ex veteris lectionis recordatione collectum atque ita in quibusdam locis adnotatum, sicut extat conscriptum stilo maiorum.

1 in it.] in *om.* *U* 3 excludere *K* 4 diaconem presentem *TU* 5 sum] suum B^1 deo de salute tua *B* 6 desideri omni *K* quamvis] quam *K* 7 videndi B^1C 11 statueram *C* 12 autem *om.* *K* 13 petistis *ABCK* : petitis *TU* 16–17 Item . . . frater *om.* C^1K 17 domine et frater *B* : domine et egregie frater *U* : domine frater *T* : domne frater *H* 18 *Epistolam om.* *C* 19 Domino et filio sisebuto isidorus *A* : Domino meo et dei servo braulioni episcopo isidorus *HTU*. *Tit. om.* *BK* ; *sed in B praecedunt haec*, Incipiunt libri isidori iunioris spalensis episcopi ad braulionem episcopum missi ; *in K haec*, Incipiunt libri ysidori epalensis episcopi ad braulium caesaraugustanum episcopum velud (*pro* vel ad) sesibutum suum scilicet dominum et filium scribtis. *In A epistola bis occurrit*, *primum post hanc praefationem*, Incipiunt libri isidori spalensis episcopi ad bralionem caesaraugustanum episcopum scripti, *deinde post titulum iam memoratum*. *In H sequuntur epistolam haec*, Incipit liber isidori iunioris spalensis episcopi ad braulionem caesaragustanum episcopum vel ad sesebutum regem 20 tibi] vobis *K* quarundarum r. *T* 22 constructum *B*

⟨INDEX LIBRORVM⟩

[Vt valeas quae requiris cito in hoc corpore invenire, haec tibi, lector, pagina monstrat de quibus rebus in libris singulis conditor huius codicis disputavit, id est in libro:

I. De Grammatica et Partibus eius.
II. De Rhetorica et Dialectica.
III. De Mathematica, cuius partes sunt Arithmetica, Musica, Geometrica et Astronomia.
IV. De Medicina.
V. De Legibus vel Instrumentis Iudicum ac de Temporibus.
VI. De Ordine Scripturarum, de Cyclis et Canonibus, de Festivitatibus et Officiis.
VII. De Deo et Angelis, de Nominibus Praesagis, de Nominibus Sanctorum Patrum, de Martyribus, Clericis, Monachis, et ceteris Nominibus.
VIII. De Ecclesia et Synagoga, de Religione et Fide, de Haeresibus, de Philosophis, Poetis, Sibyllis, Magis, Paganis ac Dis Gentium.
IX. De Linguis Gentium, de Regum, Militum Civiumque Vocabulis vel Affinitatibus.
X. [De] Qua⟨e⟩dam Nomina per Alphabetum Distincta.
XI. De Homine et Partibus eius, de Aetatibus Hominum, de Portentis et Transformatis.
XII. De Quadrupedibus, Reptilibus, Piscibus ac Volat⟨il⟩ibus.
XIII. De Elementis, id est de Caelo et Aere, de Aquis, de Mare, [de] Fluminibus ac Diluviis.
XIV. De Terra et Paradiso et [de] Provinciis totius Orbis, de Insulis, Montibus ceterisque Locorum Vocabulis ac de Inferioribus Terrae.
XV. De Civitatibus, de Aedificiis Vrbanis et Rusticis, de Agris, de Finibus et Mensuris Agrorum, de Itineribus.
XVI. De Glebis ex Terra vel Aquis, de omni genere Gemmarum et Lapidum pretiosorum et vilium, de Ebore quoque inter Marmora notato, de Vitro, de Metallis omnibus, de Ponderibus et Mensuris.

Indicem om. K (*B n. l.*, *C n. l.*)   id est in libro primo pars prima 1 *T* (*qui tantummodo* '*partis primae*,' *i. e. libb. I–X*, *indicem hic exhibet*). *Partem alteram ex Mon. Reg. hausi*

XVII. De Culturis Agrorum, de Frugibus universi generis, de Vitibus et Arboribus omnis generis, de Herbis et Holeribus universis.

XVIII. De Bellis et Triumphis ac Instrumentis Bellicis, de Foro, de Spectaculis, Alea et Pila.

XIX. De Navibus, Funibus et Retibus, de Fabris Ferrariis et Fabricis Parietum et cunctis Instrumentis Aedificiorum, de Lanificiis quoque, Ornamentis et Vestibus universis.

XX. De Mensis et Escis et Potibus et Vasculis eorum, de Vasis Vinariis, Aquariis et Oleariis, Cocorum, Pistorum, et Luminariorum, de Lectis, Sellis et Vehiculis, Rusticis et Hortorum, sive de Instrumentis Equorum.]

⟨CAPITVLA LIBRORVM⟩

I

i. De disciplina et arte.
ii. De septem liberalibus disciplinis.
iii. De grammatica.
iv. De partibus orationis.
v. De voce et litteris.
vi. De syllabis.
vii. De pedibus.
viii. De accentibus.
ix. De posituris.
x. De notis sententiarum. [De notis vulgaribus et aliarum rerum.]
xi. De orthographia.
xii. De analogia.
xiii. De etymologia.
xiv. De glossis.
xv. De differentiis.
xvi. De barbarismo.
xvii. De soloecismo.
xviii. De ceteris vitiis.
xix. De metaplasmis.
xx. De schematibus.
xxi. De tropis.
xxii. De prosa.
xxiii. De metris.
xxiv. De fabula.
xxv. De historia.

Haec capitula librorum quae huc congessi apparent in codd. in initio sui quodque libri vel partis libri I ii. disciplinis *BCT* : artibus *K* iii–iv. iii. De gramm. De part. orat. iv. De vo. et litt. *K* x. De not. vulg. et al. rer. *hab. BC* : *om. KT* xiii. *om.* *K*[1] xxv. xxvi. De vocabulo historiae. xxvii. De primis auctoribus historiarum. xxviii. De utilitate historiae. xxix. De generibus historiae *C*

II A

i. De rhetorica eiusque nomine.
ii. De inventoribus rhetoricae artis.
iii. De nomine oratoris et partibus rhetoricae.
iv. De tribus generibus causarum.
v. De gemino statu causarum.
vi. De tripertita controversia.
vii. De quattuor partibus orationis.
viii. De quinque modis causarum.
ix. De syllogismis rhetoricis.
x. De lege.
xi. De sententia.
xii. De catasceua et anasceua.
xiii. De prosopopoeia.
xiv. De ethopoeia.
xv. De generibus quaestionum.
xvi. De elocutione.
xvii. De trimodo genere dicendi.
xviii. De colo et commate et periodis.
xix. De vitiis litterarum et verborum et sententiarum cavendis.
xx. De iuncturis verborum.
xxi. De figuris verborum et sententiarum.

II B

i. De dialectica.
ii. De differentia dialecticae et rhetoricae artis.
iii. De definitione philosophiae.
iv. De isagogis Porphyrii.
v. De categoriis Aristotelis.
vi. De perihermeniis Aristotelis.
vii. De formulis syllogismorum.
viii. De divisionibus definitionum.
ix. De topicis.
x. De oppositis.

III A

i. De vocabulo arithmeticae disciplinae.
ii. De auctoribus eius.
iii. Quid sit numerus.
iv. Vnde numeri dicti.
v. Quid praestent numeri.
vi. De prima divisione parium et inparium.
vii. De secunda divisione totius numeri.
viii. De tertia divisione totius numeri.

II A i. et eius *K*   ii. artis *om.* *K*   iii. oratoris *om.* *K*   ix. De soloccismis (*om.* rhet.) *K*   xviii. cola et commata (coma-) *BCT*: cola comma *K*   xix. cavendis *om.* *K*   II B vi. De per. Arist. vii. Prevatio (*i. e.* Praefatio) periermeniarum *T*   vii. viii. De sillogismis dialecticis. ix. De modis sillogismorum *T*: xxviii. De formis sill. xxix. De modis sill. ipotheticorum *C*   viii. x. De divisione sillogismorum *T*

ix. De differentia arithmeticae et geometricae et musicae artis.
x. Quot numeri infiniti existunt.

III B

i. De inventoribus geometriae et vocabulo eius.
ii. De quadripertita divisione geometriae.
iii. De figuris geometriae.

III C

i. De nomine musicae.
ii. De inventoribus eius.
iii. Quid possit musica.
iv. De tribus partibus musicae.
v. De triforme musicae divisione.
vi. De prima divisione musicae quae harmonia dicitur.
vii. De secunda divisione quae organica vocatur.
viii. De tertia quae rhythmica nuncupatur.
ix. De numeris musicis.

III D

i. De astronomiae nomine.
ii. De inventoribus astronomiae.
iii. De institutoribus astronomiae.
iv. De differentia astronomiae et astrologiae.
v. De astronomiae ratione.
vi. De mundo et nomine eius.
vii. De forma mundi.
viii. De caelo eiusque nomine.
ix. De caelestis sphaerae situ.
x. De septem planetis caeli.
xi. De eiusdem sphaerae motu.
xii. De eiusdem sphaerae cursu.
xiii. De celeritate caeli.
xiv. De axe caeli.
xv. De caelestibus polis.
xvi. De cardinibus caeli.
xvii. De convexis caeli, id est artubus.
xviii. De [duabus] ianuis caeli.
xix. De gemina facie caeli.
xx. De quattuor partibus caeli.
xxi. De hemisphaeriis.
xxii. De quinque circulis caeli.
xxiii. De zodiaco circulo.
xxiv. De candido circulo.
xxv. De magnitudine solis.
xxvi. De magnitudine lunae.
xxvii. De natura solis.
xxviii. De cursu solis.
xxix. De effectu solis.
xxx. De itinere solis; [id est locis] in quibus currit.

III B *om. BK* iii. geom. *om. C* III C iv. trib. part.] part. huius *T* vii. voc.] nuncupatur *C* viii. rhythm.] arithmetica *T* III D i. De astronomia *C* iii. instituribus T^1 : scriptoribus *BC* x. *om. CK* xvii. conexionibus T^1 (conve- T^2) id est art. (*pro* arc-?) *om. K* xviii. duobus (*sic*) *hab. BK* : *om. CT* xix. cae. fac. *CT* xxii. ciceli *K* (*pro* cycli ?) xxix. De defectu so. *K* xxx. id est locis *hab. CT* : *om. BK*

xxxi. De lumine lunae.
xxxii. De formis lunae.
xxxiii. De interlunio lunae.
xxxiv. De cursu lunae.
xxxv. De vicinitate lunae ad terras.
xxxvi. De eclipsi solis.
xxxvii. De eclipsi lunae.
xxxviii. De differentia stellarum, siderum atque astrorum.
xxxix. De lumine stellarum.
xl. De stellarum situ.
xli. De stellarum cursu.
xlii. De vario cursu stellarum.
xliii. De stellarum intervallis.
xliv. De circulari numero stellarum [et quod quaedam sidera solis radiis praepedita anomala fiunt, aut retrograda aut stationaria].
xlv. De stellis planetis.
xlvi. De praecedentia et antegradatione stellarum.
xlvii. De remotione et retrogradatione stellarum.
xlviii. De statu stellarum.
xlix. De nominibus stellarum, quibus ex causis nomina acceperunt, id est sol, luna, stellae, sidera, signa, Arctos, Arctophylax, Arcturus, Orion, Hyades, Pleiades, Canicula, cometae, Lucifer, Vesperus et reliqua.

IV

i. De medicina.
ii. De nomine eius.
iii. De inventoribus eius.
iv. De tribus haeresibus medicorum.
v. De quattuor umoribus corporis.
vi. De acutis morbis.
vii. De chronicis morbis.
viii. De morbis qui in superficie cutis videntur.
ix. De remediis et medicaminibus.
x. De libris medicinalibus.
xi. De instrumentis medicorum.
xii. De odoribus et unguentis.
xiii. De initio medicinae.

V A

i. De auctoribus legum.
ii. De legibus divinis et humanis.
iii. Quid differunt inter se ius, leges et mores.
iv. Quid sit ius naturale.

xxxviii. sid. . . . astr. *om. T* siderumque *B* xliii. intervallo *T* xliv. et quod . . . stat. *hab. CT* : *om. BK* rad. . . . fiunt *om. C* xlvi. precedentis *T* stell.] et retro *K* xlvii. stell. quibus ex causis nomen acceperunt *T* xlix. id est . . . reliqua *om. K* Arctos *om. T* cometes *CT* Lucifer *om. T* IV iii. eius *om. B* v. corporibus *K* : *om. B* : corporum *C* viii. De alocipia *B* ix. et med. *om. B* xi. med. *om. B* xii. et ung. *om. B* xiii. De medicina *K* V A iii. Quod *K*

v. Quid sit ius civile.
vi. Quid sit ius gentium.
vii. Quid sit ius militare.
viii. Quid sit ius publicum.
ix. Quid sit ius Quiritum.
x. Quid [sit] lex.
xi. Quid scita plebium.
xii. Quid senatus consultum.
xiii. Quid constitutio et edictum.
xiv. Quid responsa prudentium.
xv. De legibus consularibus et tribuniciis.
xvi. De lege satura.
xvii. De legibus Rhodiis.
xviii. De privilegiis.
xix. Quid possit lex.
xx. Quare facta est lex.
xxi. Qualis debeat fieri lex.
xxii. De causis.
xxiii. De testibus.
xxiv. De instrumentis legalibus.
xxv. De rebus.
xxvi. De criminibus in lege conscriptis.
xxvii. De poenis in legibus constitutis.

V B

i. De chronicae vocabulo.
ii. De momentis et horis.
iii. De diebus.
iv. De nocte.
v. De hebdomada.
vi. De mensibus.
vii. De solstitiis et aequinoctiis.
viii. De temporibus anni.
ix. De annis.
x. De Olympiadibus et lustris et iubileis.
xi. De saeculis et aetatibus.
xii. De discriptione temporum.

VI

i. De Novo et Veteri Testamento.
ii. De scriptoribus et vocabulis sanctorum librorum.
iii. De bibliothecis.
iv. De interpretibus.
v. Qui primum Romam libros advexerint.
vi. Qui apud nos bibliothecas instituerint.
vii. Qui multa scripserunt.
viii. De generibus opusculorum.
ix. De ceris, cartis et pergamenis.

vi. *ante* v. *K* vii. militiae *K* x. sit *hab. BK* : *om. CT* xii. Quid sit sen. *K* xvii. rodis (-iis) *BCT* : rudibus *K* xxi. debet *T* xxiv. strumentibus *K* xxvii. De penibus in le. constitis *T* V B viii. anni *om. T* xi De seculi etatibus *T* xii. discretione *B* VI ii. sacrorum *K* iv–viii. *om. T* v. adduxerunt *K* vi. instituerunt *C* : invenerunt instituerunt *K* ix. ceris *om. CT* ix. De caeris. x. De cartis. xi. De pergamenis *B* : ix. De car. et per. x. De ceris. xi. De cartis. xii. De pergamenis *C*

x. De libris conficiendis et illorum vocabulis.
xi. De canonibus evangeliorum.
xii. De canonibus conciliorum.
xiii. De cyclo paschali.
xiv. De reliquis festivitatibus.
xv. De officiis.

VII

i. De Deo.
ii. De Filio Dei.
iii. De Spiritu Sancto.
iv. De eadem Trinitate.
v. De angelis.
vi. De hominibus qui quodam praesagio nomina acceperunt.
vii. De patriarchis.
viii. De prophetis.
ix. De apostolis.
x. De reliquis in Evangelio nominibus.
xi. De martyribus.
xii. De clericis.
xiii. De monachis.
xiv. De ceteris fidelium noin bus.

VIII A

i. De ecclesia et synagoga.
ii. De religione et fide.
iii. De haeresi et schisma.
iv. De haeresibus Iudaeorum.
v. De haeresibus Christianorum.

VIII B

i. De philosophis gentium.
ii. De poetis.
iii. De Sibyllis.
iv. De magis.
v. De paganis.
vi. De dis gentium.

IX

i. De linguis gentium.
ii. De gentium vocabulis.
iii. De regnis militiaeque vocabulis.
iv. De civibus.
v. De adfinitatibus et gradibus.
vi. De agnatis et cognatis.
vii. De coniugiis.
viii. De reliquis nominibus. ⟨X⟩

XI

i. De homine et partibus eius.
ii. De aetatibus hominis.
iii. De portentis.
iv. De transformatis.

⟨XII⟩

v. De pecoribus et iumentis.
vi. De bestiis.
vii. De minutis animantibus.
viii. De serpentibus.
ix. De vermibus.

x. *om. T*: xii. De lib. conf. xiii. De librorum voc. xiv. De librariis et eorum instrumentis *BC* VII vi. nomen *K* xiii. *om. K* IX i. vii. De ling. gent. viii. Cuius modi lingua Deus in principio sit locutus vel in futuro *K* viii. *om. BC*. *Et est revera lib. X* XI ⟨XII⟩ vii. animalibus *K*

x. De piscibus.
xi. De avibus.
xii. De minutis volatilibus.

XIII

i. De mundo.
ii. De atomis.
iii. De elementis.
iv. De caelo.
v. De aere et nube.
vi. De tonitruo.
vii. De fulminibus.
viii. De arcu et nubium effectibus.
ix. De ventis.
x. De aquarum diversitate et mari.
xi. De fluminibus.
xii. De diluviis.

XIV

i. De terra.
ii. De orbe.
iii. De Asia et partibus eius.
iv. De Europa et partibus eius.
v. De Libya et eius partibus.
vi. De insulis et promontoriis.
[vii. De promontoriis.]
viii. De montibus ceterisque locorum vocabulis.
ix. De inferioribus terrae.

XV

i. De civitatibus.
ii. De aedificiis publicis.
iii. De habitaculis.
iv. De aedificiis sacris.
v. De repositoriis.
vi. De operariis.
vii. De aditibus.
viii. De partibus aedificiorum.
ix. De munitionibus.
x. De tentoriis.
xi. De sepulchris.
xii. De aedificiis rusticis.
xiii. De agris.
xiv. De finibus agrorum.
xv. De mensuris agrorum.
xvi. De itineribus.

XVI

i. De pulveribus et glebis terrae.
ii. De glebis ex aquis.
iii. De lapidibus vulgaribus.
iv. De lapidibus insignioribus.
v. De marmoribus.
vi. De gemmis.
vii. De viridioribus gemmis.
viii. De rubris gemmis.
ix. De purpureis.
x. De candidis.
xi. De nigris.

XIII iii–iv. *om. K* iv. De caelo capitula ·IIII· *B. Ea sic apparent in T.* De caelo, De partibus caeli, De circulis caeli, De aere v. *om. T* (*sed cf.* iv) viii. De arcu. De pluviis *T* x–xii. Liber XIIII. 1 De aquis. 2 De diversitate aquarum. 3 De maris nomina. 4 De occeano. 5 De mediterreneo mare. 6 De sinibus maris. 7 De aestibus et fretis. 8 De lacis et stagnis. 9 De abisso et reliquis aquarum nominibus. 10 De flum. 11 De di. *T* x. et mari *om. B* XIV vii. *hab. BK*: *om. CT* viii. locorum] terrae *BK* (*cf. ad* ix) ix. terrae *om. BK* XVI iii. vulgariis *T* vii. viridibus *T* ix. De purp. gemmis *K* x. De cand. gemmis *K* xi. De nig. gemmis *K*

xii. De variis.
xiii. De crystallinis.
xiv. De aureis.
xv. De vitro.
xvi. De metallis.
xvii. De auro.
xviii. De argento.
xix. De aere.
xx. De ferro.
xxi. De plumbo.
xxii. De stanno.
xxiii. De electro.
xxiv. De ponderibus.
xxv. De mensuris.
xxvi. De signis ponderum.

XVII

i. De auctoribus rerum rusticarum.
ii. De cultura agrorum.
iii. De frumentis.
iv. De leguminibus.
v. De vitibus.
vi. De arboribus.
vii. De propriis nominibus arborum.
viii. De arboribus aromaticis.
ix. De herbis aromaticis sive communibus.
x. De oleribus.
xi. De odoratis oleribus.

XVIII

i. De bellis.
ii. De instrumentis bellicis, capitula XII:
1. de signis.
2. de bucinis.
3. de armis.
4. de gladiis.
5. de hastis.
6. de sagittis.
7. de pharetris.
8. de fundis.
9. de ariete.
10. de clypeis.
11. de loricis.
12. de galeis.
iii. De foro.
iv. De spectaculis, capitula X:
1. de ludo gymnico.
2. de generibus gymnicorum.
3. de saltu.
4. de cursu.
5. de iactu.
6. de virtute.
7. de luctatione.
8. de palaestra.
9. de agone.
10. de generibus agonum.
v. De ludo circensi, capitula XV:
1. de ludis circensibus.
2. de circo.
3. de ornamentis circi.
4. de metris.
5. de obelisco.
6. de carceribus.
7. de aurigis.
8. de quadrigis.

xii. De var. gemmis *K*   xxi–xxv. *om. K*   xxii. stagno *codd.* XVII *non contuli BC*   i. rusticanorum *K*   ii. culturis *T*   XVIII i. De bellis et triumphis *K*: i. De bellis. ii. De triumfis *T*   ii. cap.] era *T* (*et ita in seqq.*)   iii. *om. K*   v. 3 ornamento *BK*   5 obolis *K* 7 auguriis *B*

9. de cursu.
10. de equis, quibus currunt.
11. de septem spatiis.
12. de equitibus.
13. de desultoribus.
14. de peditibus.
15. de coloribus equorum.

vi. De ludo scenico, capitula X:
1. de theatro.
2. de scena.
3. de orchestra.
4. de tragoedis.
5. de comoedis.
6. de thymelicis.
7. de histrionibus.
8. de mimis.
9. de saltatoribus.
10. quid quo patrono agatur.

vii. De ludo gladiatorio, capitula VIII:
1. de amphitheatro.
2. de ludo equestri.
3. de retiariis.
4. de secutoribus.
5. de laqueatoribus.
6. de velitibus.
7. de ferali certamine.
8. de horum execratione ludorum.

viii. De alea, capitula IX:
1. de tabula.
2. de pyrgis.
3. de calculis.
4. de tesseris.
5. de figuris aleae.
6. de vocabulis tesserarum.
7. de iactu tesserarum.
8. de calculorum motu.
9. de interdictione aleae.

ix. De pila.

XIX

i. De navibus, ⟨capitula V⟩:
1. de navibus.
2. de partibus navium et armamentis.
3. de velis.
4. de funibus.
5. de retibus.

ii. De instrumentis fabrorum.

iii. De fabricis parietum, capitula IX:
1. de dispositione.
2. de constructione.
3. de venustate.
4. de laqueariis.
5. de crustis.
6. de lithostrotis.
7. de plastis.
8. de pictura.
9. de coloribus.

iv. De instrumentis aedificiorum.

v. De lignariis.

v. 10 Quiquis accurrunt *T* 13 sultoribus *K* vi. 10 patruo vocatur *C* vii. *Capitula. Deest C* 5 laqueatoris *T* 6 velitisus *T* 8 exercitatione *T* viii. galea *C* *Capitula. Deest C* XIX i. De nav. ii. De part. nav. et armam., capitula IV, 1 de velis, *etc. BK*: *deest C* ii. De fabrorum fornace *BK* iii. 8 picturis *T* iv–v. *om. K*: De instr. aed. et lig., capitula II *B*

vi. De lanificiis ⟨capitula X⟩:
1. de inventione lanificii.
2. de veste sacerdotali in lege.
3. de nominibus vestium ceterarum.
4. de vestibus quarundam gentium.
5. de palliis virorum.
6. de palliis feminarum.
7. de stratu et reliquis quae in usu habentur.
8. de lanis.
9. de coloribus vestium.
10. de instrumentis vestium.

vii. De ornamentis.
viii. De anulis.
ix. De cingulis.
x. De calciamentis.

XX

i. De mensis et escis.
ii. De potu.
iii. De vasis escariis.
iv. De vasis potatoriis.
v. De vasis vinariis et aquariis.
vi. De vasis oleariis.
vii. De vasis coquinariis et pistoriis.
viii. De vasis repositoriis.
ix. De vasis luminariorum.
x. De lectis et sellis.
xi. De vehiculis.
xii. De reliquis quae in usu habentur.
xiii. De instrumentis rusticis.
xiv. De instrumentis hortorum.
xv. De instrumentis equorum.

vi. 2 in lege *om. T* 7 in usu] usui *T* 8 *post* 9 *BK*[1] vii–x. *intra capitulum* vi (*sub numeris* 11–14) *includunt CKT* XX iv. potariis *C* v. et aq. *om. K* : et aquae *C* vii. et pist. *om. K* ix. luminarium *K* : luminum *C*

ETYMOLOGIAE I–X

ISIDORI
HISPALENSIS EPISCOPI
ETYMOLOGIARVM SIVE ORIGINVM
LIBER I
DE GRAMMATICA

De disciplina et arte. Disciplina a discendo nomen I
accepit: unde et scientia dici potest. Nam scire dictum a
discere, quia nemo nostrum scit, nisi qui discit. Aliter dicta
disciplina, quia discitur plena. Ars vero dicta est, quod artis 2
praeceptis regulisque consistat. Alii dicunt a Graecis hoc tra-
ctum esse vocabulum ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est a virtute, quam
scientiam vocaverunt. Inter artem et disciplinam Plato et 3
Aristoteles hanc differentiam esse voluerunt, dicentes artem
esse in his quae se et aliter habere possunt; disciplina vero est,
quae de his agit quae aliter evenire non possunt. Nam quando
veris disputationibus aliquid disseritur, disciplina erit: quando
aliquid verisimile atque opinabile tractatur, nomen artis habebit.

De septem liberalibvs disciplinis. Disciplinae libera- II
lium artium septem sunt. Prima grammatica, id est loquendi
peritia. Secunda rhetorica, quae propter nitorem et copiam
eloquentiae suae maxime in civilibus quaestionibus necessaria
existimatur. Tertia dialectica cognomento logica, quae dispu-
tationibus subtilissimis vera secernit a falsis. Quarta arithme- 2
tica, quae continet numerorum causas et divisiones. Quinta
musica, quae in carminibus cantibusque consistit. Sexta geo- 3

2 unde] ut *K*[1] dictum est a *K* 5 constat *T* 8 hanc esse differentiam *T* 9 disciplina vero est *C*: disciplina vero esse *B*: disciplinam vero esse (*eras.*) *K*[1]: disciplinam vero est *T* 11 aliquid veris disputationibus *B* erit] est *T* 12 nomina *T* 20 carminibus et cantibus *K*

metrica, quae mensuras terrae dimensionesque conplectitur.
Septima astronomia, quae continet legem astrorum.
III DE LITTERIS COMMVNIBVS. Primordia grammaticae artis
litterae communes existunt, quas librarii et calculatores se-
quuntur. Quarum disciplina velut quaedam grammaticae artis
infantia est; unde et eam Varro litterationem vocat. Litterae
autem sunt indices rerum, signa verborum, quibus tanta vis est,
ut nobis dicta absentium sine voce loquantur. [Verba enim per
2 oculos non per aures introducunt.] Vsus litterarum repertus
propter memoriam rerum. Nam ne oblivione fugiant, litteris
alligantur. In tanta enim rerum varietate nec disci audiendo
3 poterant omnia, nec memoria contineri. Litterae autem dictae
quasi legiterae, quod iter legentibus praestent, vel quod in
4 legendo iterentur. Litterae Latinae et Graecae ab Hebraeis
videntur exortae. Apud illos enim prius dictum est aleph,
deinde ex simili enuntiatione apud Graecos tractum est alpha,
inde apud Latinos A. Translator enim ex simili sono alterius
linguae litteram condidit, ut nosse possimus linguam Hebraicam
omnium linguarum et litterarum esse matrem. Sed Hebraei
viginti duo elementa litterarum secundum Veteris Testamenti
libros utuntur; Graeci vero viginti quattuor. Latini enim inter
utramque linguam progredientes viginti tria elementa habent.
5 Hebraeorum litteras a Lege coepisse per Moysen: Syrorum
autem et Chaldaeorum per Abraham. Vnde et cum Hebraeis
et numero et sono concordant, solis characteribus discrepant.
Aegyptiorum litteras Isis regina, Inachis filia, de Graecia veniens
in Aegyptum, repperit et Aegyptiis tradidit. Apud Aegyptios
autem alias habuisse litteras sacerdotes, alias vulgus; sacerdo-

1 terrae *om.* TA^1C 4 liberalii *T*: liberarii C^1 8 Verba . . . introducunt *hab.* *TUWX*: *om.* *ABCGK Sang. extr.* 9 introducunt *TW*: introducuntur *X*: introeunt *U* 10 rerum est *T* (*non W*) 11 dici *CTW* audiendum *K* 12 retineri *K* 13 praestent] prevent *U ut vid.* (*non W*) 15 prius] primum *suprascr.* A^2: primus primum *Sang. extr.* 16 *ante* enuntiatione 5-6 *litt. eras.* *K* 18 possemus *B* 19 et] ac *C* 20 duobus elementis *T*: duobus numeris *U* 21 enim] autem *C Sang. extr.* 27 et *om.* *T*

tales ἱερὰς, πανδήμους vulgares. Graecarum litterarum usum primi Phoenices invenerunt; unde et Lucanus (3, 220):

Phoenices primi, famae si creditur, ausi
mansuram rudibus vocem signare figuris.

Hinc est quod et Phoeniceo colore librorum capita scribun- 6
tur, quia ab ipsis litterae initium habuerunt. Cadmus Agenoris filius Graecas litteras a Phoenice in Graeciam decem et septem primus attulit; A.B.Γ.Δ.E.Z.I.K.Λ.M.N.O.Π.P.C.T.Φ. His Palamedes Troiano bello tres adiecit H. X. Ω. Post quem Simonides Melicus tres alias adiecit Ψ. Ξ. Θ. Y litteram 7
Pythagoras Samius ad exemplum vitae humanae primus formavit; cuius virgula subterior primam aetatem significat, incertam quippe et quae adhuc se nec vitiis nec virtutibus dedit. Bivium autem, quod superest, ab adolescentia incipit: cuius dextra pars ardua est, sed ad beatam vitam tendens: sinistra facilior, sed ad labem interitumque deducens. De qua sic Persius ait (3, 56):

Et tibi qua Samios deduxit littera ramos,
surgentem dextro monstravit limite callem.

Quinque autem esse apud Graecos mysticas litteras. Prima Y, 8
quae humanam vitam significat, de qua nunc diximus. Secunda Θ, quae mortem [significat]. Nam iudices eandem litteram Θ adponebant ad eorum nomina, quos supplicio afficiebant. Et dicitur Theta ἀπὸ τοῦ θανάτου, id est a morte. Vnde et habet per medium telum, id est mortis signum. De qua quidam:

O multum ante alias infelix littera theta.

Tertia T figuram demonstrans Dominicae crucis, unde et 9
Hebraice signum interpretatur. De qua dictum est in Eze-

1 πανδήμους] -os αβγ 2 invenerunt . . . Phoenices *om.* C^1 3 primi famae *A* : magni famae *K* : primi magni *BCTUW* (*ex* magni (*suprascr.* primi) *in archetypo* ?) sic cr. *U* (*non W*) aut si *T* (*non UW*) 5 inscribuntur *C* : ** scribuntur *K* : scribantur *T Sang. extr.* 7 a *CK* : e *T* : et B^1 9 His . . . Ω. *om.* B^1 H. X. Ω. . . . adiecit *om.* T^1 Post quem autem sim. *B* 10 Melicus *Arev.* : miles *BCTUW* : *om.* *A* : *in K 6 litt. erasae* adiecit AK^1 *ut vid.* : addidit (-ded-) *BCUW* ψ ξ θ *CT* : ξ ψ θ *B* : ξ θ ψ *K* 13 se adhuc *B* 20 aput gregos *K* 22 mortem significat *TU* : mortem *ABCK* 25 mortis] morsus C^1

chielo angelo (9, 4): 'Transi per medium Ierusalem, et signa
thau in frontes virorum gementium et dolentium.' Reliquas
vero duas summam et ultimam sibi vindicat Christus. Ipse
enim principium, ipse finis, dicens 'Ego sum A et Ω.' Con-
currentibus enim in se invicem A ad Ω usque devolvitur, et
rursus Ω ad A replicatur, ut ostenderet in se Dominus et initii
10 decursum ad finem et finis decursum ad initium. Omnes autem
litterae apud Graecos et verba conponunt et numeros faciunt.
Nam Alpha littera apud eos vocatur in numeris unum. Vbi
autem scribunt Beta, vocatur duo; ubi scribunt Gamma, voca-
tur in numeris ipsorum tres; ubi scribunt Delta, vocatur in
numeris ipsorum quattuor; et sic omnes litterae apud eos nu-
11 meros habent. Latini autem numeros ad litteras non conputant,
sed sola verba componunt, excepto I et X littera, quae et figura
crucem significat et in numero decem demonstrat.

IV De litteris latinis. Latinas litteras Carmentis nympha
prima Italis tradidit. Carmentis autem dicta, quia carminibus
futura canebat. Ceterum proprie vocata [est] Nicostrate.
2 Litterae autem aut communes sunt aut liberales. Communes
dictae, quia multi eas in commune utuntur, ut scribere et legere.
Liberales, quia eas tantum illi noverunt, qui libros conscribunt
3 recteque loquendi dictandique rationem noverunt. Litterarum
duplex modus est: dividuntur enim principaliter in duas partes,
in vocales et consonantes. Vocales sunt quae directo hiatu
faucium sine ulla conlisione varie emittuntur. Et dictae vocales,
quod per se vocem inpleant, et per se syllabam faciant nulla

1 angelo] per angelum *C* 2 frontibus *KL* : fontes C^1 virorum *om. KL* 10 duo gamma vocant *KL* 11 tres] tria *TUW* in numeris ipsorum *om.* K^1 13 ad litteras] a literis K^1 14 *Pro* excepto (-is) . . . demonstrat *haec sunt in TUW*, excepto aliquae quae numeros figura demonstrant, ut C pro centum, D pro quingentis (-tos *T*), I pro uno, L pro quinquaginta, T pro mille, V pro quinque, et X (littera *add. UW*) quae in figura crucem significat et in numero decem demonstrat exceptis *AK Mon.* : -tas B^1 : exapto C^1 (*non Rem.*) litteris *AK* : -ras *B* (*non Rem. Mon.*) quae et figuram A^1K : quae et in figura *BC Rem. P* : quae in figura γ (*vid. supra*) *Mon.*[1] 18 est *hab. TU* : *om. ABCKLW Sang. extr.* nicostrata *W* 19 autem *om. T* aut *om.* C^1 20 quia] quod K^1 *ut vid. L* et *om.* K^1 24 direpto C^1 25 mittuntur *T*

adhaerente consonante. Consonantes sunt, quae diverso motu
linguae vel inpressione labrorum efficiuntur. Et vocatae conso-
nantes quia per se non sonant, sed iunctis vocalibus consonant.
Haec in duabus partibus dividuntur: in semivocalibus et in 4
mutis. Semivocales dictas eo, quod quiddam semis de vocali-
bus habeant. Ab E quippe vocali incipiunt, et desinunt in
naturalem sonum [ut F, L, M et ceterae]. Mutae autem dictae,
quia nisi subiectis sibi vocalibus nequaquam erumpunt. Si
enim eis extremum vocalis detraxeris sonum, inclusum litterae
murmur sonabit [ut B, G, D et ceterae]. Vocales autem et
semivocales et mutas a veteribus sonas et semisonas et insonas
dictas. Inter vocales autem I et U apud Grammaticos varias 5
habent significationes. Nam modo vocales sunt, modo semi- 6
vocales, modo mediae sunt. Vocales ideo sunt, quia solae
positae syllabas faciunt et aliis consonantibus coniunguntur.
Consonantes ideo habentur, quia interdum habent post se
vocales in hisdem syllabis constitutas, ut 'Ianus,' 'vates,' et
habentur pro consonantibus. Mediae [autem] idcirco dicuntur, 7
quoniam naturaliter solae medium sonum habent, ut 'illius,'
'unius.' Coniunctae aliis pinguius sonant, ut 'Ianus,' 'vanus.'
Solae enim aliter sonant, aliter iunctae. I vero propterea inter-
dum duplex dicitur, quia quotienscumque inter duas vocales
invenitur, pro duabus consonantibus habetur, ut 'Troia.' Ge-
minatur enim ibi sonus eius. V quoque littera proinde inter- 8
dum nihil est, quia alicubi nec vocalis nec consonans est, ut
quis. Vocalis enim non est, quia I sequitur; consonans non
est, quia Q praecedit. Ideoque quando nec vocalis, nec conso-
nans est, sine dubio nihil est. Eadem et digammon a Graecis
vocatur, quando sibimet aliisque vocalibus iungitur: quae ideo

2 labrorum *BT*: labiorum K^1C 3 quia] quod *B* iunctae *C* 5 dictas] dictae *T* quidam T^1 7 ut f l m et ceterae *hab. TU*: *om. ABCK* 8 quia *ex* quod *B* 9 detraxerit *B* 10 ut b g d et ceterae *hab. TU*: *om. BCK* 14 mediae (*om.* sunt) K^1L 17 iano *KL* et *om. T* 18 autem *om.* K^1L^1T: *hab. ABC* 19 illius unus *AT*: ilus unus *BC* 20 ut . . . sonant *om.* B^1 21 enim *om.* K^1L^1 24 ibi] sibi *C* 25 ut quis V. e. n. est *om.* K^1: V. e. n. est q. I *om.* L^1 27 quando] quia K^1 29 vocatur *BCTU*: appellatur *KL*

digammon dicitur, quia duplex est instar F litterae, quae dupli-
cem Gammam habet, ad cuius similitudinem coniunctas vocales
digammon appellari grammatici voluerunt, ut 'votum,' 'virgo.'
9 Inter semivocales autem quaedam liquidae dicuntur propterea,
quia interdum in una syllaba postpositae aliis consonantibus
deficiunt et a metro excluduntur. Ex quibus duae apud Latinos
liquescunt L et R, ut 'fragor,' 'flatus.' Reliquae M et N apud
10 Graecos liquescunt : ut 'Mnestheus.' Decem et septem autem
Latinis litteris vetus scriptura constabat. Vnde et legitimae
nominantur illa ratione, scilicet vel quod ab E vocali incipiunt
et in mutum sonum desinunt, ut sunt consonantes, vel quod a
suo sono incipiunt et in vocalem E desinunt, ut sunt mutae [et
11 sunt A.B.C.D.E.F.G.I.L.M.N.O.P.R.S.T. et U]. H autem
littera pro sola aspiratione adiecta postea est. Vnde et a
plerisque aspiratio putatur esse, non littera, quae proinde aspi-
rationis nota dicitur, quia vocem elevat. Aspiratio enim est
sonus uberius elatus, cuius contraria est prosodia, sonus aequa-
12 liter flexus. K litteram Salvius ludimagister pri[m]us Latinis
adiecit, ut in sono discrimen faceret duarum litterarum C et Q ;
quae ideo supervacua dicitur, quia exceptis 'Kalendis' super-
13 flua iudicatur : per C enim universa exprimimus. Q litteram nec
Graeci resonant, nec Hebraei. Exceptis enim Latinis hanc
nulla alia lingua habet. Haec prius non erat. Vnde et ipsa
supervacua est vocata quia per C cuncta veteres scripserunt.
14 X littera usque ad Augusti tempus nondum apud Latinos erat,

1 est ad instar *K ex corr. L* 3 votum *ex* vocatum *C* 4 dicuntur] ducuntur (-ant-?) *T* 5 positae *T* 6 apud latinos liquidae semper r et l *L* : apud (*deinde ras.*) r et l K^1 10 vel *om. U* quod] quia K^1L 11 ut sunt . . . desinunt *om. U* quod] quia K^1L 12 desinunt *CK* : desinant *BT* et sunt . . . et U *hab. TU* : *om. BCK* 13 autem *om.* K^1L 14 adiecta postea est *BC Sang. extr.* : adiecta posita est *T fort. recte* : posita est K^1L 15 adspiratio * * esse putatur *L* : adsp. putatur (*om.* esse) K^1 : putatur aspiratio esse *B* 16 dicitur adspirationis nota *KL* 17 cuius] cui AK^1L 18 Salvius] salustius *recc.* prius *T* : postea *C* 19 ut in (*om.* L^1) sono du. l. discrimen (discretionem *L*) fac. *KL* c et g *T* 20 quae *om.* C^1 supervacuae K^1 *ut vid. T* quia] quod K^1L 21 Nam et q nec K^1 *ut vid. L* nec greci nec ebrei resonant *T* 25 x litt. ad aug. temporis T^1

[et digne hoc tempore, quo Christi nomen innotuit, quod per
eam, quae crucis signum figurat, scriptitatur,] sed pro ea C et
S scribebant, unde et duplex vocatur, quia pro C et S ponitur,
unde et ex eisdem litteris conpositum nomen habet. A Graecis 15
[autem] duas litteras mutuavit Latinitas, Y et Z, propter nomina
scilicet Graeca, et haec apud Romanos usque ad Augusti tempus
non scribebantur, sed pro Z duas S ponebant, ut 'hilarissat';
pro Y vero I scribebant. Vnicuique autem litterae tria acci- 16
dunt: nomen, quomodo vocetur; figura, quo caractere signetur;
potestas, quae vocalis, quae consonans habeatur. A quibusdam
et ordo adicitur, id est quae praecedit, quae sequitur, ut A prior
sit, subsequens B. A autem in omnibus gentibus ideo prior est
litterarum, pro eo quod ipsa prior nascentibus vocem aperiat.
Nomina autem litterarum gentes ex sono propriae linguae de- 17
derunt notatis oris sonis atque discretis. Nam postquam eas
animadverterunt, et nomina illis et figuras inposuerunt: figuras
autem partim ex placito, partim ex sono litterarum formaverunt:
ut puta I et O, quarum uni sicut exilis sonus, ita tenuis virgula,
alterius pinguis sonus, sicut et plena figura. Potestatem autem
natura dedit, voluntas ordinem et apicem. Inter figuras littera- 18
rum et apicem veteres dixerunt, apicem dictum propter quod
longe sit a pedibus, et in cacumine litterae adponatur. Est

1 et digne . . . scriptitatur (scriptatur *U*) *hab.* γ (= *TUX*): *om.* *aβ* 2 sed] dudum autem *TUX* et *om.* *B* (*non Rem. Mon.*) 4 eisdem *ex* eis *KL* 5 autem *T*: *om.* *BCK*[1]*L* duo *TU* (*non W*) literis duas *K* mut. Lat. *om.* *T*[1] 7 hilarissat] vulgarissat *ex* *****arissat *KL* 8 i scribebant] scri. h (n *U*) et a *TU*: i ponebant *B* (*non Rem. Mon.*). *Quae in* γ *apparent, ea licet huc referre,* iscribebant (*i.e.* i scribebant) K̄Ā (*i.e.* capitulum, *sc.* novum) autem *om.* *KL* accedunt *K*[1]*C*[1] 9 quomodo] quo *K*[1]*L* vocatur *L* 10 qua v. qua c. *A* habeatur. A quibusdam (*cf. infra ad* 19) 11 ad. litterarum id est *T* precedet *T* 12 subsequens] sequens *TB* (*non A*) A littera in *K*[1]*L* prior] prima *K*[1] *ut vid.* *L* 13 prior] prius *K*[1]*L* 16 animadvertunt *ex* adverterunt *KL* figura inp. *K* 17 autem *om.* *K*[1]*L* 18 unius *L* virgula] figura *KL*: figura (*oblitter.*) virgula *C* 19 sicut et] sic et *L*: sicut *TC*[1] pot. au. n. d. v. o. α (= *A*[2]*BC*: pot. n. d. v. au. o. *A*[1]): pot. n. v. au. o. d. β (= *KL*). *Cum* α *consentit* γ, *sed turbae factae sunt* (*de quibus vide Praefationem*) 20 figuram *W* 21 apices *A*[2] *in ras.* *BCKL*: apicem *TUW* distinxerunt *CB marg.* apicem *om.* *B*[1] 22 adponitur *C*

enim linea iacens super litteram aequaliter ducta. [Figura autem, qua tota littera scribitur.]

V De grammatica. Grammatica est scientia recte loquendi, et origo et fundamentum liberalium litterarum. Haec in disciplinis post litteras communes inventa est, ut iam qui didicerant litteras per eam recte loquendi rationem sciant. Grammatica autem a litteris nomen accepit. Γράμματα enim Graeci litteras
2 vocant. Ars vero dicta est, quod artis praeceptis regulisque consistat. Alii dicunt a Graecis hoc tractum esse vocabulum ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est a virtute, quam scientiam vocaverunt.
3 Oratio dicta quasi oris ratio. Nam orare est loqui et dicere. Est autem oratio contextus verborum cum sensu. Contextus autem sine sensu non est oratio, quia non est oris ratio. Oratio
4 autem plena est sensu, voce et littera. Divisiones autem grammaticae artis a quibusdam triginta dinumerantur, id est, partes orationis octo: vox articulata, littera, syllaba, pedes, accentus, positurae, notae, orthographia, analogia, etymologia, glossae, differentiae, barbarismi, soloecismi, vitia, metaplasmi, schemata, tropi, prosa, metra, fabulae, historiae.

VI De partibvs orationis. Partes orationis primus Aristoteles duas tradidit, nomen et verbum; deinde Donatus octo definivit. Sed omnes ad illa duo principalia revertuntur, id est, ad nomen et verbum, quae significant personam et actum.
2 Reliquae adpendices sunt et ex his originem trahunt. Nam pronomen ex nomine nascitur, cuius officio fungitur, ut 'orator ille.' Adverbium de nomine nascitur, ut 'doctus, docte.' Participium de nomine et verbo, ut 'lego, legens.' Coniunctio vero et praepositio vel interiectio in conplexu istarum cadunt. Ideo et nonnulli quinque partes definierunt, quia istae superfluae sunt.

1 Figura . . . scribitur *hab.* γ (= *TUWX*) (adscribitur *U*) 5 didicerunt K^1T 7 enim *om.* K^1 11 dicta *om.* *K* quasi] quod sit K^1 14 voce sensu K^1 15 triginta partes din. *T*: xxvii din. *C* 17 notae *om.* CK^1 etymologia *om.* *T* 18 metaplasmi scemata *K* 19 tropus *C*: tropus *an* tropis K^1 *inc.* hist. fab. *KL* 22 referuntur B^1 id est *om.* K^1 29 Ideo et] et *om.* *K* (*non L*) partes orationis d. AB^2 definiunt *U*

DE NOMINE. Nomen dictum quasi notamen, quod nobis VII
vocabulo suo res notas efficiat. Nisi enim nomen scieris, co-
gnitio rerum perit. Propria nomina dicta quia specialia sunt.
Vnius enim tantum personam significant. Species propriorum
nominum quattuor [sunt]: praenomen, nomen, cognomen,
agnomen. Praenomen dictum eo, quod nomini praeponitur, ut
'Lucius,' 'Quintus.' Nomen vocatum, quia notat genus, ut 2
'Cornelius.' Cornelii enim omnes in eo genere. Cognomen,
quia nomini coniungitur, ut 'Scipio.' Agnomen vero quasi
accedens nomen, ut 'Metellus Creticus,' quia Cretam subegit.
Extrinsecus enim venit agnomen ab aliqua ratione. Cognomen-
tum autem vulgo dictum eo, quod nomini cognitionis causa
superadiciatur, sive quod cum nomine est. Appellativa nomina 3
inde vocantur, quia communia sunt et in multorum significa-
tione consistunt. Haec in viginti octo species dividuntur, ex qui-
bus corporalia dicta, quia vel videntur vel tanguntur, ut 'caelum,'
'terra.' Incorporalia, quia carent corpus; unde nec videri nec 4
tangi possunt, ut 'veritas,' 'iustitia.' Generalia, quia multarum 5
rerum sunt, ut 'animal.' Nam et homo et equus et avis ani-
mal sunt. Specialia, quia partem demonstrant, ut 'homo.' Species 6
enim animalium homo. Principalia, quia primam positionem ha- 7
bent, nec aliunde nascuntur, ut 'mons,' 'fons.' Derivativa eo, 8
quod ex alio nomine deducantur, ut a monte 'montanus.' Di- 9
minutiva, quia minuunt sensum, ut 'Graeculus,' 'scholasticulus.'
Sono diminutiva, quia sic sonant sicut diminutiva, sed intel- 10
lectu principalia sunt, ut 'tabula,' 'fabula.' Tota Graeca, quia 11
ex toto Graece declinantur, ut 'Callisto.' Sic enim [et] Graecus
et Latinus dicit. Tota Latina, quia ex toto in Latinum ver- 12
tuntur. Graecus dicit 'Odysseus,' Latinus 'Vlixes.' Media 13
dicta quia ex parte Graeca sunt, ex parte Latina. Eadem et

1 dictum est quasi *KC ex corr.* 2 faciat K^1 *ut vid.* 5 sunt *hab.* *BC*: *om.* K^1T praenomen . . . agnomen *om.* K^1 7 eo quod notat *B* 10 qui cretam *T* 14 quod c. sint K^1 15 viginti et octo *B* 17 corpore *BCK* 19 equus] pecus *T* animalia *K* 23 ex] ab *K* 26 fabula tabula *K* 27 enim et gr. *CT* 28 in latino *K*: latinum (*om.* in) *T* 29 dixit *K* (*non Par. extr.*) 30 sunt et ex p. *T*

notha, quia corrumpunt ultimas syllabas manentibus prioribus,
ut apud Graecos 'Alexandros,' 'Menandros'; apud nos 'Alex-
ander,' 'Menander.' Dicta autem notha, quemadmodum no-
14 thus dicitur quisquis de dispari genere nascitur. Synonyma,
hoc est plurinomia, eo quod sit in pluribus nominibus sig-
nificatio una, ut 'terra,' 'humus,' 'tellus.' Idem enim sunt
15 omnia. Homonyma, hoc est uninomia, eo quod sit in uno
nomine significatio plurima, ut 'tumulus,' nunc mons brevis,
nunc tumens tellus, nunc sepulchrum. Est enim in uno no-
16 mine significatio diversa. Relativa dicta eo, quod ad aliam
17 referantur personam, ut 'magister,' 'dominus,' 'pater.' Illa
autem quae dicuntur ad aliquid qualiter se habentia, a con-
traria significatione dicta sunt, ut 'dexter.' Dici enim dexter
18 non potest, nisi sinister fuerit. Porro qualitatis nomina ex eo
dicta, quia per ea qualis quisque sit ostenditur, ut 'sapiens,
19 'formosus,' 'dives.' Quantitatis, quia a mensura trahantur, ut
20 'longus,' 'brevis.' Patronymica dicuntur eo, quod trahuntur
a patribus, ut 'Tydides' Tydei filius, 'Aeneius' Aeneae filius,
21 quamvis et a matribus et a maioribus ducantur. Ctetica, id
22 est possessiva, a possessione, ut 'Evandrius ensis.' Epitheta,
quae Latine adiectiva vel superposita appellantur, eo quod ad
inplendam sui significationem nominibus adiciantur, ut 'ma-
gnus,' 'doctus.' Adicis ea personis, ut 'magnus philosophus,'
23 'doctus homo,' et plenus est sensus. Actualia ab actu descen-
dunt, ut 'dux,' 'rex,' 'cursor,' 'nutrix,' 'orator.' Gentis a gente
24 veniunt, ut 'Graecus,' 'Romanus.' Patriae a patria descendunt,
ut 'Atheniensis,' 'Thebanus.' Loci a loco, ut 'suburbanus.'
25 Verbialia dicuntur, quia de verbo nascuntur, ut 'lector.' Par-
26 ticipalia, quae sic sonant sicut participia, ut 'legens.' Verbis

1 quia] quae *K* 4 de *om.* *K*[1] 6 idem enim α (= *C*: id enim *B*: idem *A*) γ (= *T*: id enim *U*): idem ergo β (= *K Par. extr.*) 11 referuntur *C* 15 per ea *BK*: per eam *CT* 16 trahuntur *K* 19 et a maioribus *om.* *K*[1] Ctethica *T*[2]: Thetica *BC*: Thedica *K*: Tethica *T*[1] 24 discindunt ab actu *K*[1] 25 orator *add.* *K*[2]*L*[2] § 25 *ante* § 24 *KL*[1] *ut vid.* 28 quia] quae *K* 29 legens *ABCK*[1] *ut vid.* *Par. extr.* (*L*[1] *n. l.*) *TUW*: demens (clemens) *dett.* Verbi similia *BK*

similia, a verbi similitudine dicta, ut 'contemplator.' Nam et
verbum est imperativi modi, futuri temporis, et nomen, quia
conparationem recipit. Haec omnes species a nominum appel-
latione descendunt. Secunda pars nominis conparatio. Con- 27
paratio dicta quia ex alterius conparatione alterum praefert.
Cuius gradus tres sunt: positivus, conparativus, [et] superla-
tivus. Positivus dictus quia primus ponitur in conparationis
gradu, ut 'doctus.' Conparativus ab eo, quod conparatus posi-
tivo praefertur illi, ut 'doctior'; plus enim novit quam doctus.
Superlativus eo, quod conparativo superferatur, ut 'doctissi-
mus'; plus enim scit quam doctior. Genera dicta sunt quod 28
generent, ut masculinum et femininum. Cetera nomina non
sunt genera, sed hoc nominum ratio et auctoritas voluit. Neu-
trum dictum quia nec hoc est nec illud, id est nec masculinum
nec femininum. Commune dictum quia duobus generibus no-
men unum communicat, ut 'hic' et 'haec canis.' Cui con- 29
trarium est epicoenon, quia utrumque sexum sub uno genere
enuntiat, ut 'hic piscis.' Est enim incerti sexus, quod nec
natura nec oculis discernitur, sed sensus tantum peritia. Omne
genus dictum, quia cunctis generibus servit: masculino et
feminino, [et] neutro et communi et omni. Numerus vocatus 30
quia per eum vel singularia vel pluralia nomina ostenduntur.
Figura, quia vel simplicia vel conposita sunt. Casus a cadendo 31
dicti; per eos enim inflexa nomina variantur et cadunt. Nomi-
nativus casus dictus quia per eum aliquid nominamus, ut 'hic
magister.' Genetivus, quia per eum genus cuiuscumque quae-
rimus, ut 'huius magistri filius,' vel quod rem significamus, ut

1 verbis *T* 3 recepit KC^1 4 Conparatio *alt. om.* *K* 6 sunt tres *K* pos. conp. et sup. B^1 : pos. conp. sup. *CK* : pos. sup. et conp. *T* 7 primus] prius *T* 8 gradu] gradus *T* 9 illi *om.* *B* 12 generent *BCTU* : generantur *AK* nom. *om.* *T* non . . . vol. *om.* K^1 13 hominum *Arev.* rat. ut auct. C^1 14 id est *om.* K^1 15 nomen unum] nominum K^1C 16 communicat] significat *T* Cuius *T* 17 epic. epic. est quia C^1 sexum . . . genere *om.* K^1 18 incertus *B* 21 et n. et comm. *BT* : n. et comm. *C* : n. comm. *K* 23 Figura . . . sunt *post* § 31 *K* 24 dictus *ut vid.* K^1 : dicti sunt *C* cadent K^1 27 vel quod . . . mag. liber *om.* K^1A^1

32 'huius magistri liber.' Dativus, quia per eum nos dare alicui
aliquid demonstramus, ut 'da huic magistro.' Accusativus,
quia per eum aliquem accusamus, ut 'accuso hunc magistrum.'
Vocativus, quia per eum aliquem vocamus, ut 'o magister.'
Ablativus, quia per eum nos auferre aliquid cuiquam signifi-
33 camus, ut 'aufer a magistro.' Hexaptota nomina dicta eo, quod
per sex casus varietates habent, ut est 'unus.' Pentaptota,
quod tantum in quinque casibus variantur, ut 'doctus.' Te-
traptota, quod tantum in quattuor casibus declinentur, ut 'la-
teris.' Triptota, quod tantum in tribus, ut 'templum.' Diptota,
quod tantum in duobus, ut 'Iuppiter.' Monoptota, quod uno
tantum casu utuntur, ut 'frugi.'

VIII De pronomine. Pronomen dictum, quia pro vice no-
minis ponitur, ne fastidium faciat nomen ipsud dum iteratur.
Nam cum dicimus, 'Vergilius scripsit Bucolica,' addimus pro-
nomen, 'ipse scripsit Georgica'; sicque varietas significationis
2 et fastidium tollit et ornatum inducit. Pronomina autem aut
finita sunt, aut infinita. Finita pronomina dicta eo, quod
definiunt certam personam, ut 'ego'; me enim statim intelligis.
Infinita dicuntur, quia non sunt certae personae. De absen-
tibus enim dicitur et incertis, ut 'quis,' 'quae,' 'quod.' Minus
quam finita appellantur quia commemorationem faciunt notae
personae, ut 'ipse,' 'iste.' Certum est enim de quo dicitur.
3 Possessiva vocantur eo, quod aliquid nos possidere ostendunt.
Nam dum dico 'meus,' 'tuus,' definio aliquid meum esse, vel
tuum. Relativa dicuntur, quia ad interrogationem referuntur,
ut 'quis est?' respondetur, 'is est.' Demonstrativa, eo quod

1 magistri liber *TU*: magistri *BC* eum nos aliquem *C* nos *om.* *B* 2 ut . . . magistro *om.* K^1 9 declinentur *CT*: declinantur *B*: *om.* K^1 12 tantum uno casu *K* 15 bucolicam B^1T 16 georgicam B^1T 17 et fast. *BC Eins. frag.* *T*: et *om.* K^1 19 def. ut ego me en. certam personam int. (*om.* statim) K^1: def. cert. pers. ut ego me en. cert. pers. i. (*om.* statim) *A* 21 et incertis *om.* *TU* quae quod *om.* K^1 22 quia] quae *K* 24 eo *om.* *K* aliquid nos *TC*: nos aliquid *KB* 25 dum *om.* K^1 meum] nomen C^1 26 quia interrogatione *K* 27 responditur $B^1C^1K^1$: respondit *T* his C^1K^1: hic *T*

habent demonstrandi significationem. Aliquem enim prae-
sentem his demonstramus, ut 'hic,' 'haec,' 'hoc': quae tria
et articuli nominantur. Articuli autem dicti, quod nominibus 4
artantur, id est conligantur, cum dicimus 'hic orator.' Inter
articulum autem et pronomen hoc interest, quod articulus tunc
est, quum nomini coniungitur, ut 'hic sapiens.' Cum vero
non coniungitur, demonstrativum pronomen est, ut 'hic et
haec et hoc.' Omnia autem pronomina aut primogenia sunt 5
aut deductiva. Primogenia dicta sunt quia aliunde originem
non trahunt. Haec viginti et unum sunt. Finita tria: 'ego,'
'tu,' 'ille.' Infinita septem: 'quis,' 'qualis,' 'talis,' 'quantus,'
'tantus,' 'quotus,' 'totus.' Minus quam finita sex: 'iste,' 'ipse,'
'hic,' 'is,' 'idem,' 'sui.' Possessiva quinque: 'meus,' 'tuus,'
'suus,' 'noster,' 'vester.' Reliqua autem deductiva dicuntur,
quia ex istis deducta atque conposita existunt, ut 'quispiam,'
'aliquis,' et reliqua.

De verbo. Verbum dictum eo, quod verberato aere sonat, IX
vel quod haec pars frequenter in oratione versetur. Sunt autem
verba mentis signa, quibus homines cogitationes suas invicem
loquendo demonstrant. Sicut autem nomen significat perso-
nam, ita verbum factum dictumque personae. In persona verbi
agentis et patientis significatio est. Nam 'scribo' personae
factum est. Item 'scribor' personae factum indicat, sed eius
a quo patitur. Verborum genera duo sunt: grammaticorum 2
atque rhetorum. Grammaticorum in tria cadunt tempora:
praeteritum, instans, futurum, ut 'fecit,' 'facit,' 'faciet.' Rhe-
torum autem universa oratio verba dicuntur veluti, 'verbis bonis
nos cepit,' 'verba bona habuit,' ubi non tantum verba, quae in
tria cadunt tempora, sed universa oratio est. Verborum species

1 demonstrandi K^1 *ut vid.* *T*: demonstrantis *BC* 3 et *om.* K^1 Art. . . . orator *om.* *U* 4 cum] sicut T^1 5 autem *om.* *K* 6 iungitur *BT* 7 non] nomini *T* pronomen] nomen T^1 hic haec hoc K^1 8 sunt aut ded. *KC*: aut ded. sunt *TB* 10 non] nomine *T* 14 noster et vester *B* 17 sonet *B* 22 scribo agentis personae *T* 24 potitur C^1 26 instans] presens *T* 28 cepit] accipit *C* non] nomen *T*

Subiunctivae dicuntur, quia subiunguntur, ut 'que.' Dicimus
enim 'regique hominique Deoque'; non dicimus, 'que regi,
3 que homini.' Expletivae dictae, quia explent propositam rem,
ut puta, 'si hoc non vis, saltim illud fac.' Communes nomi-
nantur, quia ubivis ponuntur [et subiunguntur], ut 'igitur hoc
4 faciam,' 'hoc igitur faciam.' Causales dicuntur a causa eo,
quod aliquid cogitent facere, ut puta, 'occido illum, quia habet
aurum'; causa est. Rationales dicuntur a ratione, qua quisque
utitur in faciendo, ut 'quomodo eum occidam, ne agnoscar?
veneno an ferro?'

XIII De praepositione. Praepositio dicta, quod nominibus praeponatur et verbis. Accusativae et ablativae praepositiones a casibus, quibus serviunt, dictae. Loquellares vero, quia loquellis, id est verbis semper cohaerent, nec aliquid valent solae positae, ut 'di,' 'dis.' Coniunctae vero verbis figuram faciunt, ut 'diduco,' 'distraho.'

XIV De interiectione. Interiectio vocata, quia sermonibus interiecta, id est interposita, affectum commoti animi exprimit, sicut cum dicitur ab exultante 'vah,' a dolente 'heu,' ab irascente 'hem,' a timente 'ei.' Quae voces quarumcumque linguarum propriae sunt, nec in aliam linguam facile transferuntur.

XV De litteris apvd grammaticos. [Quot sint articulatae voces. Et dicta littera quasi legitera, eo quod legentibus iter praebeat vel in legendo iteretur.]

XVI De syllaba. Syllaba Graece, Latine conceptio sive con-

1 quia subi. ut que *om.* K^1 2 enim . . . dicimus *om.* *T* 3 *post* que homini *add.* que deo K^2L^2 Expletivae . . . illud fac *om.* C^1 prepositam *T* 4 saltim] vel *T* nominantur *ABCTU*: vocantur *K* 5 ponuntur B^1K *ut vid.* *TU*: praeponuntur *AC* et sub. *ACK*: *om.* B^1TU ut . . . faciam *om.* K^1 7 cogunt *Arev.* 8 quia quisque *T* 10 ferro an ven. *C* 11 d. eo quod *K* nom. . . . verbis *om.* K^1 12 praeponantur C^1 acc. autem et *K* 13 vero *om.* *T* 16 distrao *T*: distraho *B*: distruo *AKU* 19 heu . . . Quae *om.* K^1 21 sunt in aliam linguam non f. *L* (K^1 *n. l.*) 22–24 *om.* *ACGKL*: *hab.* *TU*: *tit. solum hab.* *B*: *tit. et haec* iam in principio huius operis disputatum est *W* 22 Quod *TU* sit *U* 23 vocis *TU* et *T*: ut *U* de voce et litteris iam hoc supra dixit T^2 *marg.* (*cf. Praefationem*) 25 conplexio] conexio E^1

plexio dicitur. Nam syllaba dicta est ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ
γράμματα, id est a conceptione litterarum. Συλλαμβάνειν enim
dicitur concipere. Vnde vera illa est syllaba, quae ex pluribus
nascitur litteris. Nam unam vocalem pro syllaba abusive, non
proprie dici, quae non tam syllaba dicenda est quam ratio
temporum. Syllabae autem aut breves sunt, aut longae, aut
communes. Breves vocatae, quia numquam produci possunt. 2
Longae, quia semper producuntur. Communes autem, quia
pro scribentis arbitrio cum necessitas cogit et producuntur et
corripiuntur. Lege Donatum. Ideo autem syllabae longae
brevesque dicuntur, quia per varias vocum moras aut dupla aut
simpla spatia temporis habere videntur. Dipthongae syllabae
Graeco nomine dictae, quod in eis binae vocales iunguntur.
Ex his apud nos veras esse quattuor: 'ae,' 'oe,' 'au,' 'eu.' 3
'Ei' vero apud maiores tantum celebrata fuit. Syllaba autem
apud metricos ideo semipes nominatur, quod sit dimidius pes.
Nam pes duabus constat syllabis. Cum ergo syllaba una est,
quasi dimidius pes est. Dionysius Lintius syllabarum omnium
singulas formas aptissimas fecit, et ob id statua honoratus est.

De pedibvs. Pedes sunt, qui certis syllabarum tempori- XVII
bus insistunt, nec a legitimo spatio umquam recedunt. Pedes
dicti eo, quod per ipsos metra ambulent. Nam sicut nos pedi-
bus incedimus, ita metra quasi pedibus gradiuntur. Pedes
autem omnes centum viginti quattuor sunt: disyllabi quattuor,
trisyllabi octo, tetrasyllabi sedecim, pentasyllabi triginta duo,
hexasyllabi sexaginta quattuor. Vsque ad quattuor autem
syllabas pedes dicuntur, reliqui syzygiae vocantur. Ipsi autem 2
pedes habent speciales causas nominum, quare ita vocentur.

1 συλλαβεῖν (sillabin) *TU* 2 id est *om.* *K*[1] sillaba enim *T* 3 conc. dicitur *K* vere *KC* 6 autem *om.* *K*[1] 8 semper producuntur *CK*: numquam corripi possunt *BT*. *Huc fortasse referendum illud* quia numquam *in* xvii. 1 (*inter* quattuor *et* trisyllabi) *in* *C* 9 cogit *om.* *K*[1] 11 quia] quod *ut vid.* *K*[1] 13 iungantur *B* 14 esse que quattuor *T* 15 tantummodo cel. *K* 16 ideo s. n. quod *ABTU*: s.n. eo quod *K*: ideo s. n. eo quod *C* 17 syllabis constat *K* 18 quasi *om.* *K*[1] Lintius *Isid.*: Λίνδιος *Strabo, alii* 26 ad qu. syll. (*om.* autem) *C* 27 vocantur . . . dicuntur *K*[1] *ut vid.* 28 vocantur *B*[1]*K*[1] *ut vid.*

Pyrrichius dictus est, quia hic assidue vel in certamine, vel in
ludo puerili saepius frequentabatur. Spondeus dicitur quia
tractim sonat. Nam spondeus tractus quidam dicitur, id est
sonus, qui fundebatur circa aures sacrificantum. Vnde et hi,
qui tibias canebant in sacris gentilium, spondiales nominaban-
3 tur. Trochaeus vero ab eo dictus est, quod celerem conversio-
nem faciat cantilenae, et quasi rota velociter currat in metris.
4 Τροχός enim Graece rota dicitur. Iambus dictus est eo, quod
ἰαμβόζειν Graeci detrahere dixerunt. Huiusmodi enim carmine
omnes invectiones vel detractiones inplere poetae sunt soliti.
Dictum autem nomen ab eo, quod veluti venenum quodam-
5 modo maledicti aut livoris infundat. Tribrachys qui et cho-
rius appellatur, dictus tribrachys, quia sit ex tribus brevibus.
6 Molossus dictus a saltatione Molossorum, quam exercuerunt
7 armati. Anapaestus. [Appellatur quia remissionibus et ludis
8 hic pes magis dicatus est.] Dactylus a digito dictus, quod a
longiori modo inchoans in duos desinit breves. Sic et iste pes
iuncturam unam habet longam et duas breves. Vnde et manus
9 oppansa palma dicitur, et pendentes digiti dactili. Amphibra-
chys, quod in utraque parte brevem habeat, longam in medio
10 interiacentem. Βραχύς enim brevis dicitur. Amphimacrus,
quod duae hinc inde longae habent in medio inclusam brevem.
11 Μακρός enim longus dicitur. Bacchius appellatus est eo, quod
12 eo pede Bacchia, id est Liberi sacra celebrabantur. Anti-
bacchius vel Palimbacchius dictus quia iteratus a Bacchio est.
13, 14 Proceleumaticus, quod sit ad celeuma canentium aptus. Di-

2 lusu K^1 5 tibias *BT*: tubis *CK* spondiale *B*: *σπονδαῦλαι Otto* 7 in metris currat *B* 8 est *om.* K^1 9 iambozim (-in) *codd.* huius enim modi *K* 10 inventiones *B*: intentiones *T* (*non UW*) 11 au. hoc nomen *T* 12 maledicti aut aliquo ligoris CK^1 *ut vid.* (*sed* licquoris) 13 quia sit] quasi K^1 § 7 *om.* K^1: Anapaestus *solum hab.* A^1C: Anap. appellatur (-tus) . . . dicatus est *hab. TUWX*: Anapestus repercussus interpretatur quia videlicet dactilo sono reciproco obloquitur. greci autem anapestum repercussionem dicunt *B*. In *A marg. manu satis antiqua haec scripta sunt* dictus a repercussione. apellatur quia remissionibus et ludis hic pes magis dicatus est 19 pansa K^1 21 iacentem *K* 23 app. est grece eo K^1: dictus est eo *B* 24 cele-brabant *K* 26 celeumam *BT*

spondeus autem et ditrochaeus et diiambus dicti quod geminis
constant iambis, spondeis vel trochaeis. Antispastus, quod sit 15
ex contrariis syllabis, ex brevi et longa, ex longa et brevi. Cho- 16
riambus vero, quia ex hoc pede conpositum carmen choris aptis-
simum sit. Ionici sane propter numerorum inaequalem sonum 17
dicti. Habent enim binas longas syllabas binasque correptas.
Paeones dicti ab inventore. [Constant enim ipsi ex una longa 18
et tribus brevibus, quae longa iuxta nomina eorum variatim est
constituta.] Epitriti vocati quod semper tres longas habeant 19
syllabas et unam brevem. Syzygiae autem sunt pentasyllabi et 20
hexasyllabi pedes; et dictae apud Graecos συζυγίαι quasi quae-
dam declinationes. Sed hi non sunt pedes, sed appellantur
pentasyllabi et hexasyllabi, quia ultra quinque et sex syllabas non
procedunt. Vnde non oportet in carmine has syllabas quod-
libet excedere nomen, ut 'Carthaginiensium,' 'Hierosolymitano-
rum,' et 'Constantinopolitanorum.' Accidunt unicuique pedi 21
arsis et thesis, id est elevatio et positio vocis. Neque enim iter
pedes dirigere poterunt, nisi alterna vice leventur et ponantur,
ut 'arma': 'ar' elevatio est, 'ma' positio. In his duobus per divi-
sionem pedes legitimi colliguntur. Aequa divisio est quotiens
arsis et thesis aequali temporum divisione caeduntur. Dupla, 22
quotiens ex his unum alterum duplo vincit. Sescupla vero est,
quotiens unum alterum sescuplo superat. In simpla enim eius
parte unus plus invenitur: in dupla unus minus habetur. Se-
scum enim dimidium dicitur. Triplum est, quando maior pars
ter continet totum minus, id est tria et unum. Epitritum est,
quando minus continetur a maiore, ⟨et⟩ eius tertia pars. Cae-
duntur vero pedum membra vel per aequalitatem vel per duplum
vel per sescuplum vel per triplum vel per epitritum.

1 gemini *K* 3 ex longa *om. C* 5 numerum *T* 6 enim *om.* K^1 longas binas *T* 7–9 constant . . . constituta *hab.* γ (= *TU*): *om.* α (= *BC*) β (= *K*) 9 habent *K* 10 et hexasyllabi *om.* C^1 11 et dictae] dictae K^1 quasi *om.* K^1 13 qui ultra K^1 (*non B*) 14 non *om. B* carmine has] carminibus K^1 18 potuerunt *BT* 22 altero K^1 23 enim] est C^1 24 habeatur *T* sexcum BK^1: sesquum *T*: sexcuplum *C* 25 triplum enim est *T*

23 Partimus ergo in aequa hos :

Spondeum, – –	Pyrrhichium, ∪ ∪
Dactylum, – | ∪ ∪	Anapaestum, ∪ ∪ | –
Dispondeum, – – | – –	Proceleumaticum, ∪ ∪ | ∪ ∪
Diiambum, ∪ – | ∪ –	Ditrochaeum, – ∪ | – ∪
Antispastum, ∪ – | – ∪	Choriambum, – ∪ | ∪ –

24 Item dupla partimus hos pedes :

Trochaeum, – | ∪	Iambum, ∪ | –
Molossum, – | – –	Tribrachym, ∪ | ∪ ∪
Ionicum maiorem, – – | ∪ ∪	Ionicum minorem, ∪ ∪ | – –

25 [Vnus vero est tantum qui tripla partitione dividitur, quae est maxima atque ideo minimis metris adest.]

Amphibrachys, ∪ | – ∪

26 Sescupli autem sunt hi :

Amphimacrus, – | ∪ –	Bacchius, ∪ – | –
Antibacchius, – | – ∪	Paeon primus, – | ∪ ∪ ∪
Paeon secundus, ∪ – | ∪ ∪	Paeon tertius, ∪ ∪ | – ∪
Paeon quartus, ∪ ∪ ∪ | –	

27 Restant, quos epitrita partitione dividimus :

Epitritus primus, ∪ – | – –	Epitritus secundus, – ∪ | – –
Epitritus tertius, – – | ∪ –	Epitritus quartus, – – | – ∪

Sunt igitur aequi [quidem] decem, dupli vero sex, triplus unus, sescupli septem, epitriti quattuor. Vnus vero tantum est qui tripla partitione dividitur, quae est maxima atque ideo minimis **28** metris adest. Numerus autem syllabarum in pedibus a duabus usque ad sex protenditur; ulterius enim non procedit, quia usque ad sex syllabas tenduntur pedes. Tempora in pedibus sunt, ut

7 Item] ita *B* 11 Vnus . . . adest *hab.* γ (= *T*) : *om.* αβ (*cf. ad* § 27 *infra*) partione *T* 19 partione *KT* 22 sunt igitur equi decim *A* : s. i. quindecim *B* : s. i. relequi decem *C* : s. i. qui decem *M* : s. quidem aequi decem *K* : sunt igitur aequi (eq.) quidem decem *TU* 23–25 unus vero . . . metris adest *post* quattuor γ (= *TU*) : unus vero . . . dividitur *post* triplus unus *et* quae est . . . adest *post* septem α (= *ABC*) β (= *KM*) 23 ep. quat. fiunt *M* qui] quia *K* (*non M*) 24 partione *K* (*non M*) *T* (*non U*) dividetur *TU* minime *dett.* 25 Septemumerus *T* (*non U*) (VII *pro* N) autem *om.* K^1 ped. ad sex. ult. non K^1 duobus *BT* 26 protenduntur *T* procedunt *T*

quanta unusquisque pes habeat. Resolutio est pedum, quando
pro una longa duae breves ponuntur, aut pro duabus longis quat-
tuor breves, ut (Virg. Aen. 2, 17):

Sectaque intexunt abiete costas.

'Abiete' nunc resolutio est spondei in proceleumatico, in qua
resolutione semper synaloepham sequitur Vergilius. Ex una 29
autem longa duae breves fiunt: ex duabus autem brevibus longa
numquam fit. Findi enim solida possunt, solidari scissa non
possunt. Figura est, cuius nota syllabae agnoscuntur. Vbi
enim circuli partem inferiorem bis positam aspicis, pyrrhichius
est, ◡ ◡; ubi I geminam iacentem, spondeus, – –. Nam nota
brevis inferior semicirculus est; nota longa I iacens est.
Metra in pedibus accidunt, ut a trochaeo trochaicum, a dactylo 30
dactylicum, a iambo iambicum, de quibus paulo post dicen-
dum est.

De accentibvs. Accentus, qui Graece prosodia dicitur XVIII
[ex Graeco nomen accepit]. Nam Graece πρός, Latine 'ad,' ᾠδή
Graece, Latine 'cantus' est. Hoc enim nomen de verbo ad
verbum expressum est. Latini autem habent et alia nomina.
Nam accentus et tonos et tenores dicunt, quia ibi sonus crescit
et desinit. Accentus autem dictus, quod iuxta cantum sit, si- 2
cut adverbium quia iuxta verbum est. Acutus accentus dictus,
quod acuat et erigat syllabam, gravis, quod deprimat et depo-
nat. Est enim contrarius acuto. Circumflexus, quia de acuto
et gravi constat. Incipiens enim ab acuto in gravem desinit,
atque ita dum ascendit et descendit, circumflexus efficitur.
Acutus autem et circumflexus similes sunt. Nam uterque levant 3
syllabam. Gravis contrarius videtur ambobus. Nam semper
deprimit syllabas, cum illi levent, ut (Lucan. 1, 15):

Vnde venit Titan, et nox ibi sidera condit.

1 unusquis *B* 3 quattuor breves ponuntur *a* (= *B*: aut . . . ponuntur *om. propter homoeotel. C*) 11 I] unam *K*: *om. T* geminum *K* 12 semicircolus (*om.* est) *K*[1] 14 post *om. B* 16 Accentus qui *om. K*[1] 17 ex . . . accepit *hab. BC*: *om. K*[1]*T* πρός . . . Graece *om. K* ad . . . Latine *om. T* (*non U*) 18 cantus dicitur *K* 19 est expressum *K* 20 ubi *K*[1] 22 adv. iuxta verb. (*om.* quia *et* est) *K*[1] 25 et gravi . . . acuto *om. T*[1] 28 amb. vid. *K*[1] 29 ut est unde *T* 30 ibi *BK ut vid. T*: ubi *C*

'Vnde' hic gravis est. Minus enim sonat quam acutus et cir-
4 cumflexus. Monosyllaba autem pars orationis si naturaliter
brevis est, ut 'vir,' aut positione longa, ut 'ars,' acutum accen-
tum habebit. Si vero naturaliter longa, ut 'res,' circumflexum.
Disyllaba pars orationis si priorem naturaliter longam habet et
ultimam brevem, circumflectitur, ut 'Musa'; aliter acuitur.
Trisyllaba pars orationis si mediam brevem habet, ut 'tibia,'
tunc primam acuimus. Si vero naturaliter longam habet secun-
dam et ultimam brevem, ut 'Metellus,' tunc mediam circum-
5 flectimus. Tetrasyllaba autem [pars orationis] et pentasyllaba
ratione trisyllabarum retinentur. Gravis accentus cum uno
accentu poni potest in dictione una, cum utrisque numquam;
ut ['Catullus']. In conposita dictione unus accentus est.
6 Accentus autem reperti sunt vel propter distinctionem, ut (Virg.
Aen. 8, 83): 'Viridique in litore conspicitur sus,' ne dicas
'ursus'; vel propter pronuntiationem, ne dicas 'meta' breviter
et non producta ⟨A⟩ 'meta'; vel discernendae ambiguitatis
causa, ut 'ergo.' Nam cum producitur 'go,' causam significat;
cum corripitur, coniunctionem.

XIX De figvris accentvvm. Figurae accentuum decem sunt,
quae a grammaticis pro verborum distinctionibus adponuntur.
Ὀξεῖα, id est acutus accentus, linea a sinistra parte in dexteram
2 partem sursum ducta, fit ita:´ Βαρεῖα, id est gravis, linea a summo
3 sinistrae in dexteram deposita, fit ita:` Περισπωμένη, id est cir-
4 cumflexus, linea de acuto et gravi facta, exprimitur ita:^ Μακρός,
5 id est longa, virgula iacens est ita: – Βραχύς, id est brevis, pars
6 est circuli inferior, iacens ita: ◡ Ὑφέν, id est coniunctio, quia

1 enim] autem *K* 4 habebit] habet *K* 9 ut metellus tunc *a* (= *BC* : A^1 *n. l.*: ut Romanus tunc A^2) *β* (= K^1) : ut cethegus ut metellus tunc *T* media circumflectitur *K* (*non A*) 10 pars orationis *hab. β* (= *K*L^2: L^1 *om.* tetr. . . . retinentur): *om. a* (= *ABC*) *γ* (= *T*) 11 retinetur *K* 12 utriusque *C* 13 ut *a* (= *BC*) *β* (= *K*) : ut catulus *γ* (= *T*U^2: catullus U^1) 16 vel pronuntiatione *K* 21 dictionibus *K* 22 id est] idem *K* 23 partem *om.* K^1 a su. sinistrae in dexteram *B* : a su. dexterae in sinistram *a* (= *AC*) *γ* (= *TU*) : a dextera in sinistra K^1 (*Isidori error subesse potest*) 25 ita *om. K* 27 est *prius om. K* quia] qui K^1

duo verba conectit, subiecta virgula versui circumflexa, fit ita : ‿
Diastole, id est distinctio, quae e contrario separat, dextra pars 7
circuli supposita versui, fit ita : ⁊ Apostrophus pars item cir- 8
culi dextra et ad summam litteram adposita, fit ita : Ↄ, qua
nota deesse ostenditur in sermone ultima vocalis, ut 'tribunal''
pro 'tribunale.' Δασεῖα, quod interpretatur aspiratio, id est ubi 9
H littera poni debet, tali figura notatur : ⊢ Ψιλή, quod interpreta- 10
tur siccitas, sive purum, id est, ubi H littera esse non debet, tali
nota ostenditur : ⊣ Quorum duorum accentuum figuram Latini 11
ex ipsa littera aspirationis fecerunt. Vnde si coniungas has,
fecisti eandem aspirationis notam. Rursus si medium eius api-
cem scindis, δασεῖαν et ψιλήν facis.

De positvris. Positura est figura ad distinguendos sen- XX
sus per cola et commata et periodos, quae dum ordine suo
adponitur, sensum nobis lectionis ostendit. Dictae autem
posturae vel quia punctis positis adnotantur, vel quia ibi vox
pro intervallo distinctionis deponitur. Has Graeci θέσεις vocant,
Latini posituras. Prima positura subdistinctio dicitur ; eadem 2
et comma. Media distinctio sequens est ; ipsa et cola. Vltima
distinctio, quae totam sententiam cludit, ipsa est periodus ; cuius,
ut diximus, partes sunt cola et comma ; quarum diversitas punctis
diverso loco positis demonstratur. Vbi enim initio pronuntia- 3
tionis necdum plena pars sensui est, et tamen respirare oportet,
fit comma, id est particula sensus, punctusque ad imam litteram
ponitur ; et vocatur subdistinctio, ab eo quod punctum subtus,
id est ad imam litteram, accipit. Vbi autem in sequentibus iam 4
sententia sensum praestat, sed adhuc aliquid superest de sen-
tentiae plenitudine, fit cola, mediamque litteram puncto notamus;
et mediam distinctionem vocamus, quia punctum ad mediam
litteram ponimus. Vbi vero iam per gradus pronuntiando 5

1 fit ita *om.* K^1 2 quae contraria separat *K* : quae contrario s. *B* 5 deesse] de S *ut vid.* *T* 6 quod] quoque *K* 8 id est] sive *B* 10 iungas B^1 19 sequens est cola ipsa est media distinctio *K* 21 commata *K* 22 enim in initio *K* 23 sensus *BC* 26 accepit $B^1C^1K^1$ 28 punctum *T* 30 vero *om.* *K*

plenam sententiae clausulam facimus, fit periodus, punctumque
ad caput litterae ponimus; et vocatur distinctio, id est disiunctio,
6 quia integram separavit sententiam. Hoc quidem apud oratores.
Ceterum apud poetas ubi in versu post duos pedes syllaba re-
manet, comma est, quia ibi post scansionem praecisio verbi facta
est. Vbi vero post duos pedes de parte orationis nihil superest,
colon est. Totus autem versus periodus est.

XXI De notis sententiarvm. Praeterea quaedam scriptura-
rum notae apud celeberrimos auctores fuerunt, quasque antiqui
ad distinctionem scripturarum carminibus et historiis adposue-
runt. Nota est figura propria in litterae modum posita, ad
demonstrandam unamquamque verbi sententiarumque ac ver-
suum rationem. Notae autem versibus adponuntur numero
2 viginti et sex, quae sunt nominibus infra scriptis. ※ Asteriscus
adponitur in his quae omissa sunt, ut inlucescant per eam
notam, quae deesse videntur. Stella enim ἀστήρ dicitur Graeco
3 sermone, a quo asteriscus est dirivatus. — Obolus, id est, vir-
gula iacens, adponitur in verbis vel sententiis superflue iteratis,
sive in his locis, ubi lectio aliqua falsitate notata est, ut quasi
sagitta iugulet supervacua atque falsa confodiat. Sagitta enim
4 Graece ὀβελός dicitur. ∸ Obolus superne adpunctus ponitur
in hisdem, de quibus dubitatur utrum tolli debeant necne ad-
5 poni. [Falsitate notatum est.] ÷ Lemniscus, id est, virgula
inter geminos punctos iacens, opponitur in his locis, quae sacrae
Scripturae interpretes eodem sensu, sed diversis sermonibus
6 transtulerunt. Ỿ Antigraphus cum puncto adponitur, ubi in
7 translationibus diversus sensus habetur. ※— Asteriscus cum
obolo. Hanc proprie Aristarchus utebatur in his versibus, qui
8 non suo loco positi erant. ⌐ Paragraphus ponitur ad separan-
das res a rebus, quae in conexu concurrunt, quemadmodum in

3 quidam *T* 4 versum BK^1 4–6 syllaba . . . duos pedes *om. C* 5 quia . . . facta est *om. T* 8 *De his notarum formis, cf. Keil 'Gramm. Lat.'* vii, *p.* 533 9 auctores *om.* B^1 antiqui *om. B* 10 distinctiones *K* 18 verb. vel in sent. *K* 19 quasi sagitte *T* 21 ὀβελός] obolus *codd.* punctus *T* 22 in his *K* adp. *om. Arev.* 23 fals. not. est *hab.* γ (= *T*) : *om.* α (= *BC*) β (= *KL*) 26 opponitur *T*

Catalogo loca a locis et [regiones a] regionibus, in Agone prae-
mia a praemiis, certamina a diversis certaminibus separantur.
┐ Positura est figura paragrapho contraria et ideo sic formata, 9
quia sicut ille principia notat, ita ista fines a principiis separat.
◡ Cryphia, circuli pars inferior cum puncto, ponitur in his locis, 10
ubi quaestio dura et obscura aperiri vel solvi non potuit.
Ɔ Antisimma ponitur ad eos versus quorum ordo permutandus 11
est. Sic et in antiquis auctoribus positum invenitur. Ɔ Anti- 12
simma cum puncto ponitur in his locis ubi in eodem sensu
duplices versus sunt, et dubitatur qui potius eligendus sit.
> Diple. Hanc scriptores nostri adponunt in libris ecclesia- 13
sticorum virorum ad separanda vel [ad] demonstranda testimonia
sanctarum Scripturarum. > Diple περὶ στίχον. Hanc pri[m]us 14
Leogoras Syracusanus posuit Homericis versibus ad separationem
Olympi a caelo. >: Diple περιεστιγμένη, id est cum geminis 15
punctis. Hanc antiqui in his opponebant quae Zenodotus
Ephesius non recte adiecerat, aut detraxerat, aut permutaverat.
In his et nostri ea usi sunt. ⋗ Diple ὀβολισμένη interponitur 16
ad separandos in comoediis vel tragoediis periodos. ⌐ Aversa 17
ὀβολισμένη, quotiens strophe et antistrophus infertur. ⋖ Adversa 18
cum obolo ad ea ponitur quae ad aliquid respiciunt, ut (Virg.
Aen. 10, 88):

Nosne tibi Phrygiae res vertere fundo
conamur? nos? an miseros qui Troas Achivis
obiecit?

⋝ Diple superne obolata ponitur ad conditiones locorum ac 19

1 regiones a *hab. CK* : *om. BT* 3 est *ex* et *KL* 4 illa *T* 5 ponunt *C*[1] 6 potest *B* § 11 *om. B*[1] 7 eos *om. T* perm- *ex* praem- *KL* 8 invenimus *K*[1]*L*[1] *ut vid.* (*non A*) 12 ad *hab. KL*[1] : *om. BCT* 13 script. sanct. *K* (*non A*) περὶ στίχον] peristicon *T* : persticon *B*[1] : plecticon *C* : persticon *ex* praesticon (prest.) *KL* : per(peri?)stincon *A* : περὶ στιγμήν *Otto* prius *K*[1]*L* (*non A*) 15 peristigmene *codd.* (perstigmen *T* : perstrigimene *A*) 16 apponebant *CK* (*non A*) 17 aut permutaverat *om. T* 18 obolismene *codd.* (bol- *A*) 19 ⌐ *T* : < *B* (*C*[1] *n. l.*, *A*[1] *n. l.*) : ˥ *KLA*[2] 20 ⋖ α (–*BCA*[2] : *A*[1] *n. l.*) β (–*KL*) : ˥- *T* Adversa *KL*[1]*T* : Aversa *ABC* 23 tibi fluxas frigeres *B* 24 animiseros *T*

20 temporum personarumque mutatas. >̄< Diple recta et adversa
superne obolata ponitur finita loco suo monade, significatque
21 similem sequentem quoque esse. ⁎ Ceraunium ponitur quo-
tiens multi versus inprobantur, nec per singulos obolatur; κεραύνιον
22 enim fulmen dicitur. ☧ C(h)risimon. Haec sola ex voluntate
23 uniuscuiusque ad aliquid notandum ponitur. ⳩ Phi et Ro, id
est φροντίς. Haec, ubi aliquid obscuritatis est, ob sollicitudinem
24 ponitur. ϒ Anchora superior ponitur ubi aliqua res magna
25 omnino est. ⅄ Anchora inferior, ubi aliquid vilissime vel incon-
26 venientius denuntiatum est. /~ Coronis nota tantum in fine
27 libri adponitur. ⌡ Alogus nota [quae] ad mendas adhibetur.
28 Fiunt et aliae notulae librorum pro agnoscendis his quae per
extremitates paginarum exponuntur, ut, ubi lector in liminare
huiusmodi signum invenerit, ad textum recurrens eiusdem sermonis vel versiculi sciat esse expositionem, cuius similem superiacentem notam invenerit.

XXII De notis vvlgaribvs. Vulgares notas Ennius primus
mille et centum invenit. Notarum usus erat ut, quidquid pro
con[ten]tione aut [in] iudiciis diceretur, librarii scriberent con-
plures simul astantes, divisis inter se partibus, quot quisque
verba et quo ordine exciperet. Romae primus Tullius Tiro
Ciceronis libertus commentus est notas, sed tantum praepo-
2 sitionum. Post eum Vipsanius, Philargius, et Aquila libertus
Maecenatis alius alias addiderunt. Deinde Seneca, contractu

1 personarumque mutatas *om.* K^1L^1 (*non A*) adversa *KL* : aversa *ABCT* 2 apponitur *B* (*non A*) significante *A* 4 obolantur C^1 (*non A*) *T* (*non U*) ceraunium *codd.* 6 aliquod *KL* (*non A*) 9 omnino non est T^2 (T^1 *n. l.*) invenientius K^1 : invenientibus L^1 (*non A*) 10 /~ *KL* : ʃ *B* (A^1 *n. l.*, C^1 *n. l.*) : ┌ *T* : ⁓ A^2 11 ponitur *A* ⌡ *A* (*et ita fere KL*) : 7 *B* : *signum deest in C* : † *T* quae *hab. KL* : *om. ABCT* 13 ut lector inl. cum hui. K^1L (*non A*) 14 recurrens] invenerit *B* (*non A*) 18 pro contione *dett.* 19 aut iudicis *T* : aut in iudicis (-iis) A^1BC : aput (-ud) iudices *KL* : apud in iudices A^2 librariis *T* 20 astantes *A* : adstantes *CK* : stantes *BT* quot] quod *codd.* 21 exciperent *KL* (*non A*) 22 commentus *T* : commentatus *ABCK* prepositionem K^1L^1 (*non A*) 23 vipsānius (amn *an* ann *incert.*) *T* : virsanius *U* : vipersamnius A^1B : vipsamnius *C* : vir samnius KLA^2 filargius *codd.* (*etiam A*) 24 alius *om.* K^1 contractu *ABCT* : contractus K^1 : contractos *L*

omnium digestoque et aucto numero, opus efficit in quinque milia. Notae autem dictae eo, quod verba vel syllabas praefixis characteribus notent et ad notitiam legentium revocent; quas qui didicerunt proprie iam notarii appellantur.

XXIII
De notis ivridicis. Quaedam autem litterae in libris iuris verborum suorum notae sunt, quo scriptio celeris breviorque fiat. Scribebatur enim verbi gratia per B et F 'bonum factum,' per S et C 'senatus consultum,' per R et P 'respublica,' per P et R 'populus Romanus,' per D et T 'dumtaxat,' per supinam W litteram 'mulier,' per P secundum naturam 'pupillus,' per ꟼ verso capite 'pupilla,' per unum K 'caput,' per duo KK iuncta 'calumniae causa,' per I et E 'iudex esto,' per D et M 'dolum malum.'
2
Cuius generis plurimas consimiles notas in libris antiquis invenimus. Has iuris notas novicii imperatores a codicibus legum abolendas sanxerunt, quia multos per haec callidi ingenio ignorantes decipiebant, atque ita iusserunt scribendas in legibus litteras, ut nullos errores, nullas ambages afferant, sed sequenda et vitanda aperte demonstrarent.

XXIV
De notis militaribvs. In breviculis quoque, quibus militum nomina continebantur, propria nota erat apud veteres, qua inspiceretur quanti ex militibus superessent quantique in bello cecidissent. T Tau nota in capite versiculi posita superstitem designabat; Θ Theta vero ad uniuscuiusque defuncti nomen

1 efficit *AKTU* : effecit *BC* 3 notent *BCTU* : notant *AKL*^{1} et *TUB* : ut *KL*^{1}*C* : ut et *A* 6 iuris *om. K*^{1} (*non A*) quod inscriptio *KL ante corr.* (*non A*): quos scriptio *T* (*non U*) brevisque *K*^{1}*L* (*non A*) 7 enim] autem *KL* (*non A*) per b et per f *T* 8 consultus *ACT* 10 sup. W litt. *T* : sup. M litt. *ABCKL*. *Sed post* mulier *est* W *in KL* (*non in A*) secundum naturam *om. K*^{1}*L*^{1} (*non A*) 11 per A (*vel* a) verso *codd.* (*sed* per p averso *B*) 12 KK] Kappa (ca-) *a* (= *ABC*) γ (= *TU*) iuncta] vincta *C* (*non A*) : *om.* β (= *KL*) esto] est *A* 14 invenimus *KL* : inveniuntur *ABCT* has] huius *T*: idus *C*^{1} 15 abolenda *T* qua *T* in multos *C*^{1} per has *KL* 16 callide (-dae) *KLA*^{1} 17 conscribendas *T* 18 demonstrarent *A* β (= *K* : -ret *L*): demonstrent *BCT* 20 propria . . . veteres *post* inspiceretur *K* : *add. in marg. L*^{2} 22 cecidissent] occisi essent *KL* (*non A*) Tau *om. K* (*non L*) in capite] incipiente *KL ante corr.* versiculo *KL ante corr.* 23 nomina ponebatur *T* : nomen ponebatur *KL* (*non A*)

apponebatur. Vnde et habet per medium telum, id est mortis signum. De qua Persius ait (4, 13):

Et potis est nigrum vitio praefigere theta.

2 Cum autem inperitiam significare vellent, Labda littera usi sunt, sicut mortem significabant, cum ponebant Theta ad caput. In stipendiorum quoque largitione propriae erant notae.

XXV De notis litterarvm. Notas etiam litterarum inter se veteres faciebant, ut quidquid occulte invicem per scripturas significare vellent, mutue scriberent. Testis est Brutus, qui in his litteris ea quae acturus erat notabat, ignorantibus aliis

2 quid sibi vellent haec litterae. Caesar quoque Augustus ad filium, 'quoniam,' inquit, 'innumerabilia accidunt assidue quae scribi alterutro oporteat et esse secreta, habeamus inter nos notas si vis tales ut, cum aliquid notis scribendum erit, pro unaquaque littera scribamus sequentem hoc modo, pro a b pro b c et deinceps eadem ratione ceteras; pro z autem littera redeundum erit ad duplex a a.' Quidam etiam versis verbis scribunt.

XXVI De notis digitorvm. Sunt quaedam et digitorum notae, sunt et oculorum, quibus secum taciti proculque distantes conloquuntur. Sicut mos est militaris, ut quotiens consentit exercitus, quia voce non potest, manu promittat. Alii, quia voce

2 non possunt, gladiorum motu salutant. Ennius de quadam inpudica (Naev. Com. 75):

— Quasi in choro pila
ludens da[ta]tim dat sese et communem facit.
Alium tenet, alii adnutat, alibi manus
est occupata, alii pervellit pedem,

4 inper. *LK* (-a *K*) *B Rem.*: inpuritiam UC^1: inpueritiam *T* $Mon.^1$ *Quae ad* inperitiam (u *suprascr.*) *refero* lauda *KL*: lauta *B* 5 significant *KL* 8 scriptura *K* 9 qui in his l. *T*: quibus in l. *K*: quibus in his A^1BC^1 12 quoniam] quot *K* incidunt *ABC* 13 alterutrum *codd.*: ad al. *dett.* et *om. K* nos *om. T* 14 notas] nostras A^1 si vis] sibi *T* notis] nobis *K* 15 hoc modo *om. K* 17 scribebant *K* 19 tacito *T* 22 votu sic ludunt *K* (*pro* saludant) quodam *K* 25 dadatim *L*: datim *M* $Rem.^1$ (*fort. recte*) (*non Mon.*) data *U* 26 alii adnotat α (= ABC^1): alium adnotat β (= KL^1: aum notat *M*): alii adnutat γ (= *TU*: alii nutat *V*) *Mon.*: alii adnotat *ex* ali adnutat *Rem.* manum *T* 27 pervellet *A* $Rem.^1$

alii dat anulum [ex]spectandum, a labris
alium invocat, cum alio cantat; adtamen
aliis dat digito litteras.

Et Salomon (Proverb. 6, 13): 'Annuit oculo, terit pede, digito loquitur.'

De orthographia. Orthographia Graece, Latine recta XXVII
scriptura interpretatur. [Orto enim recte, graphia scriptura dicitur.] Haec disciplina docet quemadmodum scribere debeamus. Nam sicut ars tractat de partium declinatione, ita orthographia de scribendi peritia, utputa 'ad,' cum est praepositio,
D litteram; cum est coniunctio, T litteram accipit. 'Haud,' 2
quando adverbium est negandi, D littera terminatur et aspiratur in capite; quando autem coniunctio [disiunctiva] est, per T lit-
teram sine aspiratione scribitur. 'Apud' praepositio per D 3
scribitur, sicut 'ad patrem,' quoniam veteres saepe 'apud' pro
'ad' usi sunt [duabus ex eis mediis litteris subtractis]. Inter- 4
dum autem aliae litterae in locum aliarum litterarum rite ponuntur. B et P litteris quaedam cognatio est. Nam pro 'Burro' dicimus 'Pyrrhum.' C et G [litterae] quandam cognationem habent. Nam dum dicimus 'centum,' [et] 'trecentos,' postea dicimus 'quadringentos,' G ponentes pro C. C et Q similiter cognatio est. Nam 'huiusce' per C, 'cuiusque' per Q scribimus. 'Cum' autem praepositio per C scribenda est; si autem adverbium fuerit, per Q. Dicimus enim 'quum lego.' 'Deus' per
E solam: 'daemon' per AE dipthonga est notandus. 'Equus,' 5
quod est animal, per E solam scribendum. 'Aequus,' quod est

1 anolum *KL* (*non M*): anullum *ex* am nullum *ut vid. A* expectandum α (= *AB*: sp. *C*) β (= *KL ex corr. M*): spectandum γ (= *TUW*) 2 adtamen *BM* γ (= *TUW*) 3 alii *TU* (*non W*): alis *A*[1] 4 annuet *K* teret *C*[1]*KTW*: terret *A* 7 interpretatur] dicitur *U* orto . . . dicitur *hab. B* (recta) *TU*: *om. CK*[1] 9 sicut *om. K*[1] 12 est *om. T* 13 disiunctiva *hab. K*: *om. B et* (*cum* est) *C*: *ras. in A*: ua *ut vid. T* 15 sicut ad pa. *T*: sicut apud (-t) pa. *BCK* apud pro ad *B*: apud pro adverbio *CKT* 16 duabus . . . subtr. *om. K*[1] 18 burro *T*: byrro *B*: birro *AC*: birrum *K* 19 litterae *hab. K*: *om. ABCT* 20 dum *om. K* et *hab. BC*: *om. KT* 21 quadrigentos *K*: quadragentos *A* 25 diptongon *C*: -go *ut vid. K*[1] (*etiam in sequentibus paragraphis*) 26 sola *BT* scribendus *K*

iustus, per AE dipthonga scribendum. 'Exsul' addito S debet
scribi, quia exsul dicitur qui extra solum est. 'Exultat' melius
sine S littera scribitur. Nam cum ipsa X ex C et S constat,
6 quomodo, cum in ea sit, rursus ei additur alia? 'Aequor' per
7 dipthonga scribendum, quia ab aqua est nomen factum. 'For-
sitan' per N scribendum in fine, quia integrum eius est 'si forte
8 tandem.' 'Fedus,' quod est deformis, per E solam scribendum
[est]: 'foedus' quod est pactum, cum O et E dipthonga scriben-
9 dum. 'Formosus' sine N scribitur, quia a forma vocatur. [Sive
etiam a formo, id est calido; calor enim sanguinis efficit pul-
critudinem.] 'Gnatus,' quod est filius, per G scribendum, quia
10 facit generatus. H, quae aspirationis littera est, in Latino tantum
vocalibus iungitur: ut 'honor,' 'homo,' 'humus' [humilitas].
Aspiratur autem et consonantibus, sed in Graecis et Hebraeis
nominibus. 'Heus' autem et 'heu' interiectiones per H scri-
11 bendae. I littera inter duas vocales constituta, bis scribi qui-
dam existimabant, ut in 'Troia' et 'Maia.' Hoc ratio non per-
mittit. Numquam enim tres vocales in una syllaba scribuntur.
Sed I littera inter duas vocales constituta pro duplici habetur.
12 'Id' pronomen neutri generis per D scribitur, ab eo quod est 'is,
ea, id,' quia facit 'idem.' Quod si verbum est tertiae personae,
13 per T notabitur, ab eo quod est 'eo, is, it,' [quia facit] 'itur.' K
litteram antiqui praeponebant quotiens A sequebatur, ut 'kaput,'
'kanna,' 'kalamus.' Nunc autem 'Karthago' et 'kalendae' per
eandem tantum scribuntur. Omnia autem Graeca nomina qua-
14 licumque sequente vocali per K sunt scribenda. 'Laetus' per

1 addita *K* 3 constet cum in ea sit cur rursus *K* 5 scribitur *K* 6 si *om. KC* (*non* A^1) 7 sola *BKT* scribendum est *CK*: est scribendum A^2: scribendum *BT* 8 cum oe *BC* scribitur *K* 9 scribitur α (= *ABC*) γ (= *TUW*): scribendum *M*: scribendum est *K* Sive . . . pulcr. *hab.* γ (= *TU*): *om.* α (= *BC*) β (= *KM*) 10 color *TU* 12 fecit B^1 generatur *T* (*i.e.* -tor?) H quoque asp. nota est *K* 13 humilitas *hab. T*: *om. BCK* 14 autem *om. K* 15 nominis *T* 16 litteram *et* constitutam *CT* quidam scribi *T* 17 ut troia et m. *K*: ut in troia m. *T* 18 unam syllabam *K* 21 faciunt idem *T* 22 notabimus *C* quia facit itur *ABC*: *om. T*: quia facit *om. K* 24 et *om. T* 25 omnia . . . scribenda *om. T* 26 sunt *om. K* Laetus . . . facit *post* sumpsit calamitas *KL*

dipthonga scribitur, quia laetitia a latitudine vocata est, cuius e
contrario est tristitia, quae angustiam facit. L autem litteram
interdum pro D littera utimur, ut 'latum' pro 'datum' et 'calami-
tatem' pro 'cadamitatem'; a cadendo enim nomen sumpsit cala-
mitas. 'Maxumus' an 'maximus,' et si qua similia sunt qualiter 15
scribi debeant quaesitum est. Varro tradit Caesarem per I eius-
modi verba enuntiare solitum esse et scribere. Inde propter
auctoritatem tanti viri consuetudinem factam, ut 'maximus,'
'optimus,' 'pessimus' scribatur. 'Malo' per unum L scriben- 16
dum, quia est 'magis volo.' 'Malle' per duo LL, quia est 'magis
velle.' 'Nolo' quoque per unum L; [et] 'nolle' per duo.
'Nolo' enim 'nevolo' est; 'nolle,' 'nevelle.' 'Os' si vultum aut 17
ossum significat per O solam scribendum est; si personam, H
praeponenda est. 'Ora' finium per O; 'hora' dierum per H 18
scribendum. 'Onus,' si de onere venit, O sola scribendum; si
de honore, cum H aspiratione. 'Praepositio' et 'praeterea' 19
per dipthonga scribendum. 'Pene' vero, quod est coniunctio,
per E; 'poena,' quod est supplicium, per OE. Q littera tunc 20
recte ponitur, cum illi statim U littera sequitur, et alia quaelibet
una pluresve vocales iunguntur, ita ut una syllaba fiat. Cetera
per C scribuntur. 'Quae' pronomen cum A scribendum; 21
'que' coniunctio sine A. 'Quid' per D litteram scribitur, cum
pronomen est; per T, cum verbum: cuius positio est prima

1 Laetus vel laetitia a latitudine vocatur et ideo per diptongo scribendum cui contraria tr. quae angustam f. *β* (= *KL*: contr. est tr. *L ex corr.*) 2 est *om.* *A*[1] autem *om.* *KLT* (*non UW*) li. interdum utimur pro d *KL* 3 *fort.* lautum pro dautum 5 Ma. enim an ma. *A* et . . . sunt *om.* *K* 6 debeat *K* tradit *CKT*: tradidit *AB* 7 verbum *K* scribi *K* inde *om.* *B* 9 per unam litteram l quod est (*om.* scribendum) *K* 10 malle . . . velle *om.* *K* duas ll *T* 11 unam l velle et nolle *K*: unum l et nolle *T*: unum l nolle *ABC* 12 nec volo . . . nec velle *K* aut os sign. *A*[1]*K* 13 sola *codd.* (-lam *C*) est *om.* *K* personam . . . scribendum si *om.* *KL*[1] (*non M*) 15 per o sola *T* (*non UW*) scribendum est si *T* (*non UW*) 16 aspiratione *om.* *KLM* 17 scribendum] *om.* *C* (*non A*) scribendum est si de onore (hon- *m.* 2) quod est coniunctio *T* 18 poena vero quod *K* per o et e scribendum est *T* 19 illa *K* (*non A*) subsequitur *KC* (*non A*) quamlibet *T* 21 per c littera scribuntur *K* scribitur *K* 23 prima est *K*

'queo, quis, quit,' et in conpositione 'nequeo, nequis, nequit.'
22 'Quod,' quando pronomen est, per D [est] scribendum; quando
numerus, per T, quia 'totidem' per T scribitur. 'Quotidie' per
23 Q scribendum, non per C, ut sit 'quot diebus.' R littera com-
munionem habet cum S littera. Itaque apud anticos 'honos,'
24 'labos,' 'arbos' dicebatur, nunc 'honor,' 'labor,' 'arbor.' 'Sat'
per T scribi oportet, quia integrum eius facit 'satis.' 'Sed' per
D oportet scribi. Apud anticos enim sed 'sedum' dicebatur;
25 nos finales duas litteras abscidimus. 'Tamtus,' sicut et 'quam-
tus' in medio M habebant. 'Quam' enim et 'tam,' unde et
26 'quamtitas,' 'quamtus,' 'tamtus.' 'Vae' interiectio cum A scri-
27 bendum; 've' coniunctio sine A. Xp̄s, quia Graecum est, per
28 X scribendum. Ita et 'Xrisma.' Y et Z litteris sola Graeca no-
mina scribuntur. Nam cum 'iustitia' sonum Z littera expri-
mat, tamen, quia Latinum est, per T scribendum est. Sic
29 'militia,' 'malitia,' 'nequitia,' et cetera similia. In dubiis quoque
verbis consuetudo veterum erat ut, cum eadem littera alium intellectum correpta, alium producta haberet, longae syllabae apicem adponebant; utputa 'populus' arborem significaret, an hominum multitudinem, apice distinguebatur. Sic et ubi litterae consonantes geminabantur, sicilicum superponebant, ut 'cella,' 'serra,' 'asseres.' Veteres enim non duplicabant litteras, sed supra sicilicos adponebant; qua nota admonebatur lector geminandam esse litteram.

XXVIII De analogia. Analogia Graece, Latine similium conparatio sive proportio nominatur. Cuius haec vis est ut, quod dubium est, ad aliquid simile, quod non est dubium, refera-

1 et in . . . nequit *om. K* 2 est *hab. KL* : *om. BCT* quando numerus *A^1BCTU* : quando adverbium numeri *KL* 3 quia . . . scribitur *om. KL* 4 communem *T* 5 cum *om. B* cum s idemque aput latinos *K* 6 arbos labos *K* arbor labor *K* 10 m] n *T* de qua enim et tam veniunt *T* : quam et tam (*om.* enim) *K* 11 quantitas et quantus et tantus *T* scribendum *A* : scribenda *BCT* : scribitur *K* 12 *i.e.* Christus 13 scribendum est *T* litteris *om. K* 14 z litterae *B* exprimitur *T* 15 sic *BCT* : sicut *K* 16 malitia *om. T^1* nequitia *om. K* dubis *A^1* : duobus *K* 17 cum] hec *K* 22 litteras *om. T* 24 geminatam *K* 26 proportio *B^1* : propositio *K^1 ut vid. T* : praepositio *C* 27 dubium non est ref. *K*

tur, et incerta certis probentur. Octo autem modis conparatio
analogiae colligitur: id est qualitate, conparatione, genere, nu-
mero, figura, casu, extremitatibus similium syllabarum, et simili-
tudine temporum. Si quid de iis unum defuerit, iam non est 2
analogia, id est similitudo, sed est anomalia, id est extra regulam,
ut 'lepus' et 'lupus.' Totum convenit, sed dissentiunt casu;
facit enim 'lupi,' 'leporis.' Nam regulariter est, dum quaeris
utrum 'trames' masculinum sit an femininum, similis est illi in
omni declinatione 'limes,' et erit masculinum. Item 'funis' si 3
incerti generis esse credis, similis est illi 'panis' in declinatione,
et erit masculinum. Item ex conparatione positivorum, ut si
dicas 'doctus,' 'magnus': positivi sunt et sui similes. Fit et
per diminutionem, utputa 'funem' masculinum esse funiculus
ostendit, sicut 'marmor' neutri esse generis marmusculum in-
dicat. Nam quod genus in principalitate est, id esse solet in 4
diminutione. Sed hoc non semper, ut 'pistrinum,' 'pistrilla.'
Sed quia scire debemus ex positione [id est primitivo] decli-
nationem, ex diminutione genus colligere.

De etymologia. Etymologia est origo vocabulorum, cum XXIX
vis verbi vel nominis per interpretationem colligitur. Hanc Ari-
stoteles σύμβολον, Cicero adnotationem nominavit, quia no-
mina et verba rerum nota facit exemplo posito; utputa 'flumen,'
quia fluendo crevit, a fluendo dictum. Cuius cognitio saepe 2
usum necessarium habet in interpretatione sua. Nam dum vi-
deris unde ortum est nomen, citius vim eius intellegis. Omnis
enim rei inspectio etymologia cognita planior est. Non autem
omnia nomina a veteribus secundum naturam inposita sunt, sed
quaedam et secundum placitum, sicut et nos servis et posses-
sionibus interdum secundum quod placet nostrae voluntati
nomina damus. Hinc est quod omnium nominum etymologiae 3

6 casus K^1 8 illi *om.* B^1 9–11 Item . . . masculinum *om.* B^1 9 funis inc. gen. si esse *ut vid.* K^1 10 sim. illi est *KC* 12 sunt ut sui *KC* fit per *T* 13 funiculum *T*: finiculus *C* 15 est *om.* K^1 16 non] nomen *T* 17 id est primitivo *hab.* *K*: *om.* *BCT* 20 vis *om.* *T* 22 proposito K^1 23 dictus C^1T 24 in *om.* *K* 26 rei *om.* *T* 27 sec.] per *KP* (*non A*) 28 quaedam secundum (*om.* et) *K*

non reperiuntur, quia quaedam non secundum qualitatem, qua genita sunt, sed iuxta arbitrium humanae voluntatis vocabula acceperunt. Sunt autem etymologiae nominum aut ex causa datae, ut 'reges' a [regendo et] recte agendo, aut ex origine, ut 'homo,' quia sit ex humo, aut ex contrariis ut a lavando 'lutum,' dum lutum non sit mundum, et 'lucus,' quia umbra opacus
4 parum luceat. Quaedam etiam facta sunt ex nominum derivatione, ut a prudentia 'prudens'; quaedam etiam ex vocibus, ut a garrulitate 'garrulus'; quaedam ex Graeca etymologia orta et
5 declinata sunt in Latinum, ut 'silva,' 'domus.' Alia quoque ex nominibus locorum, urbium, [vel] fluminum traxerunt vocabula. Multa etiam ex diversarum gentium sermone vocantur. Vnde et origo eorum vix cernitur. Sunt enim pleraque barbara nomina et incognita Latinis et Graecis.

XXX De glossis. Glossa Graeca interpretatione linguae sortitur nomen. Hanc philosophi adverb[i]um dicunt, quia vocem illam, de cuius requiritur, uno et singulari verbo designat. Quid enim illud sit in uno verbo positum declarat, ut: 'conticescere est
2 tacere.' Item (Virg. Aen. 10, 314):

Latus haurit apertum.

'haurit, percutit.' Item cum 'terminum' dicimus 'finem,' aut 'populatas' interpretamur esse 'vastatas,' et omnino cum unius verbi rem uno verbo manifestamus.

XXXI De differentiis. Differentia est species definitionis, quam scriptores artium de eodem et de altero nominant. Haec enim duo quadam inter se communione confusa, coniecta differentia secernuntur, per quam quid sit utrumque cognoscitur; ut cum quaeritur quid inter regem sit et tyrannum,

2 sed arbitrio K^1 3 nomina ut ex *T* 4 regendo et *hab. T*: *om. BCK* 5 lotus dum lotum *BC*: lotum dum lotus K^1: lot— dum lutum *T* 9 gragulus garrulus *B*: graculus *Arev.* 10 de. in *T* latino *K* ut] et *B* silva] sillaba C^1 11 vel *om. CT*: *hab. BK* 12 ex *B*: e *K*: et *T*: et de *C* ge. *om. T* 16 hoc *K* 17 de qua *Arev.* 20 aurit *codd.* 22 populatus *et* vastatus *T* omnino] omnium C^1 25 altero] alio *T* 26 quadam *ex* quaedam *A*: quaedam *C*: quidem *K* confusus C^1 27 secernuntur *BC*: secernitur *KT* 28 et tyrannum . . . sit *om.* C^1

adiecta differentia, quid uterque sit definitur, ut 'rex modestus
et temperatus, tyrannus vero crudelis.' Inter haec enim duo
differentia cum posita fuerit, quid sit utrumque cognoscitur.
Sic et cetera.

De barbarismo. Barbarismus est verbum corrupta littera XXXII
vel sono enuntiatum. Littera, ut 'floriet,' dum 'florebit' dicere
oporteat; sono, si pro media syllaba prima producatur, ut 'late-
brae,' 'tenebrae.' Appellatus autem barbarismus a barbaris
gentibus, dum latinae orationis integritatem nescirent. Vnaquae-
que enim gens facta Romanorum cum opibus suis vitia quoque
et verborum et morum Romam transmisit. Inter barbarismum 2
autem et barbarolexim hoc interest, quod barbarismus in verbo
latino fit, dum corrumpitur; quando autem barbara verba lati-
nis eloquiis inferuntur, barbarolexis dicitur. Item quando in
prosa vitium fit sermonis, barbarismus vocatur; quando in me-
tro, metaplasmus dicitur. Barbarismus autem fit scripto et pro- 3
nuntiatione. Scripto quattuor modis: si quis in verbo litteram
vel syllabam adiciat, mutet, transmutet, vel minuat. Pronuntia-
tione autem fit in temporibus, tonis, aspirationibus et reliquis
quae sequuntur. Per tempora quippe fit barbarismus, si pro 4
longa syllaba brevis ponatur, aut pro brevi longa. Per tonos,
si accentus in alia syllaba commutetur. Per aspirationem, si
adiciatur H littera ubi non debet, aut detrahatur ubi esse
oportet. Per hiatum, quotiens in pronuntiatione scinditur ver- 5
sus antequam conpleatur, sive quotiens vocalis vocalem sequi-
tur, ut 'Musae Aonides.' Fit barbarismus et per motacismos,
[iotacismos] et labdacismos. Motacismus est, quotiens M litte- 6
ram vocalis sequitur, ut 'bonum aurum,' 'iustum amicum'; sed

2 crudelis interpretetur *B* enim *om.* K^1C 3 fuerint *T* sit inter utrumque *T* 4 sic et cetera *om.* *C* 6 dici *B* 8 appellatur *K* 10 Romanorum] romanis subdita *T* operibus *K* 11 Romam] romani *T* 12 autem *om.* *K* 13 fit] sit K^1 autem] vero *T* 14 inseruntur *CT* barbarolexis est (*seq. ras.*) K^1 16 autem *om.* *K* 18 minuet *T* 19 autem fit *om.* K^1 aspirationibus] adnuntiationibus *T* 20 quippe] quidem *K* 23 adiciatur] addatur *K* 24 in *om.* K^1 27 iotacismos (et iot. B^2) *hab.* *B*: *om.* *CKT*

hoc vitium aut suspensione M litterae, aut detractione vitamus.
7 Iotacismus est, quotiens in iota littera duplicatur sonus, ut 'Troia,'
'Maia'; ubi earum litterarum adeo exilis erit pronuntiatio, ut
8 unum iota, non duo sonare videantur. Labdacismus est, si pro
una L duo pronuntientur, ut Afri faciunt, sicut 'colloquium'
pro 'conloquium'; vel quotiens unam L exilius, duo largius pro-
ferimus. Quod contra est; nam unum largius, duo exilius pro-
9 ferre debemus. Conlisio est, quotiens novissimae syllabae finis
in alterius principio est, ut 'matertera.'

XXXIII De soloecismis. Soloecismus est plurimorum verborum
inter se inconveniens conpositio, sicut barbarismus unius verbi
corruptio. Verba enim non recta lege coniuncta soloecismus
est, ut si quis dicat 'inter nobis' pro 'inter nos,' aut 'date ve-
2 niam sceleratorum' pro 'sceleratis.' Dictus autem soloecismus
a Cilicibus, qui ex urbe Solo⟨e⟩, quae nunc Pompeiopolis appella-
tur, profecti, cum apud alios commorantes suam et illorum lin-
guam vitiose inconsequenterque confunderent, soloecismo nomen
dederunt. Vnde et similiter loquentes soloecismos facere dicun-
3 tur. Soloecismus autem apud poetas schema dicitur, quotiens
in versu necessitate metri factus invenitur. Cum autem non
4 invenitur necessitas, permanet soloecismi culpa. Soloecismus
fit duobus modis: aut per partes orationis, aut per accidentia.
Per partes orationis, si alteram partem pro altera ponamus, ut-
puta si praepositiones adverbiis adplicemus. Per accidentia fit,
id est per ea quae acciduntur partibus, utputa per qualitates,
per genera et numeros, figuras et casus. Per ista igitur omnia
5 fiunt soloecismi, sicut Donatus exposuit. Fiunt praeterea ex
plurimis modis. Nam Lucilius centum genera soloecismorum

2 sonus *om.* *T* ut Troia] vero ia *C*[1] 3 arum (*i. e.* harum) *T* adeo *om.* *K*[1] 4 videatur *BC* si] quotiens *T* 5 uno *BC* pronuntiantur *T* 6 pro conloquio *BCT* unum l *BC* 7 quod] quia *K* 10 primorum *K* 13 data *T* 15 Cilicibus] civilibus *B* 16 propheti *T* 17 -que confunderent *om.* *T* 22 per accidentia partibus orationis per par. or. *A* 24 propositiones adverbia *T* 25 acciduntur *AT*: accedunt (-cid-) *BCK* partibus orationis utputa *CK* (*non A*) qual. gen. (*om.* per) *BC* 26 gen. numerum (*om.* et) *K* 27 ex *CK*: ut *T*: *om.* *B* 28 lucius *T*

dixit, quos omnes vitare potius quam sequi debet qui regulam recte loquendi tenere studet.

De vitiis. Vitia apud Grammaticos illa dicuntur, quae XXXIV
in eloquio cavere debemus. Sunt autem haec: barbarismus, soloecismus, acyrologia, cacenphaton, et reliqua. Barbarismus 2
est corruptio verbi unius. [Vt si tertiam syllabam quis producat in 'ignoscere.'] Soloecismus conpositio vitiosa verborum. 3
[Vt si aliquis dicat 'inter hominibus' pro 'inter homines.'] Acyrologia non propria dictio, ut (Lucan 2, 15): 4

Liceat sperare timenti.

Proprium est autem timenti formidare, non sperare; et (Virg. Aen. 5, 287):

Gramineo in campo.

Proprium est 'graminosum' dicere campum, non 'gramineum.' Cacemphaton dictio obscena vel inconposite sonans. Obscena, 5
ut (Virg. Aen. 1, 579):

His animum arrecti dictis.

Inconposita, ut (Virg. Aen. 2, 27):

Iuvat ire et Dorica castra.

Mala enim fuit conpositio ab ea syllaba incipere, qua superior finierat. Pleonasmos adiectio unius verbi supervacua, ut (Virg. 6
Georg. 2, 1):

Hactenus arvorum cultus et sidera caeli.

Neque enim alibi nisi in caelo sunt sidera. Perissologia adie- 7
ctio plurimorum verborum supervacua, ut (Deuteron. 33, 6): 'vivat Ruben et non moriatur': dum non sit aliud vivere quam non mori. Macrologia longiloquium, res non necessarias con- 8
prehendens, ut (Liv. frag. 64 M.): 'Legati non inpetrata pace retro unde venerant domum reversi sunt.' Tautologia, idem- 9
loquium ut (Virg. Aen. 1, 546):

1 debemus (*om.* qui ... studet) *K* 2 student *B* 3 cap. 34–37 *om.* β (= *KLM*: *non P*). *Contuli ABCT* 6 ut si ... ignoscere *hab.* γ (= *TUW*): *om.* α (= *ABC*) 8 ut si ... homines *hab.* γ (= *TUW*): *om.* α (= *ABC*) pro *W*: propter *TU* 9 Ac. est inpropria *B* 17 recti *T* (*non UW*) 19 et videre dor. *A* 21 finiebat *T* (*non UW*) 24 enim *om.* *A* 25 verborum *om.* A^1 26 sit] sonet *C* 29 venerunt *CW* idemloquium γ (= *TUW*, C^1): idem eloquium α (= *A B* C^2)

Si fata virum servant, si vescitur aura
aetherea, neque adhuc crudelibus occubat umbris.

Totum enim quod repetitur una res est, sed crebro sermone
10 adnuntiata. Eclipsis est defectus dictionis, in quo necessaria verba desunt, ut (Virg. Aen. 4, 138):

Cui pharetra ex auro:

11 deest enim 'erat.' Tapinosis est humilitas, statum rei magnae dictis infirmans, ut (Virg. Aen. 1, 118):

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

12 'Gurgitem' posuit pro 'mare.' Cacosyntheton, vitiosa conpositio verborum, ut (Virg. Aen. 9, 609):

— Versaque iuvencum
terga fatigamus hasta.

13 Amphibolia, ambigua dictio, quae fit aut per casum accusativum, ut illud responsum Apollinis ad Pyrrhum (Enn. Ann. 179):

Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.

In quo non est certum, quem in ipso versu monstraverit esse
14 victorem. Fit et per incertam distinctionem, ut (Virg. Aen. 1, 263):

Bellum ingens geret Italia.

Incerta distinctio, utrum 'bellum ingens,' an 'ingens Italia.'
15 Fit et per commune verbum, ut: 'Deprecatur Cato, calumniatur Cicero, praestolatur Brutus, dedignatur Antonius'; nec ostenditur in hac ambiguitate utrum ipsi alios, an alii ipsos deprecati
16 sunt aut calumniati. Fit et per homonyma, quo uno nomine multa significantur, ut 'acies,' et non addas aut ferri, aut oculorum, aut militum.

XXXV De metaplasmis. Metaplasmus Graeca lingua, Latine transformatio dicitur. Qui fit in uno verbo propter metri neces-
2 sitatem et licentiam poetarum; cuius species istae sunt. Prothesis adpositio in principio verbi, ut ['gnato' pro 'nato' et

1 virorum *B* 8 dictus *T* 14 aut *om. T* 16 eacida *U*: acida *B*[1]: eacidam *AT*: eacide *C*[1] 18 distinctionem] definitionem *T* 24 an alii ipsos *om. T* 25 sint *AT* (*non U*) omonima *B*: -mam *AC*: -mum *T* 26 ut f. *T* 31 gnato . . . tulit *om. C*[1]: et tet. pro tu. *om. AC*[2]

'tetulit' pro 'tulit']. Epenthesis adpositio in medium, ut (Virg.
Aen. 3, 409):

[Maneant in relligione nepotes,

pro 'religione'] ['relliquias' pro 'reliquias,' 'induperator' pro
'inperator']. Paragoge adpositio in finem, ut ['admittier' pro 3
'admitti'] ['magis' pro 'mage' et 'potestur' pro 'potest'].
Aphaeresis abscisio de principio, ut 'temno' pro 'contemno.'
Syncope abscisio de medio, ut 'forsan' pro 'forsitan.' Apocope
abscisio de fine, ut 'sat' pro 'satis.' Ectasis, productio contra 4
naturam, ut [(Virg. Aen. 1, 499): 'exercet Diana choros'].
[(Virg. Aen. 1, 2): 'Italiam fato,' quum 'Italiam' correpte dici
debeat]. Systole correptio contra naturam, ut [(Virg. Aen. 6,
773): 'urbemque Fidenam,' cum prima syllaba produci debet].
[Vt quum dicimus 'Orion' correpte, dum producte dici oportet.]
Diaeresis discissio syllabae in duas, ut [(Virg. Aen. 9, 26): 'dives
pictai vestis,' pro 'pictae'] [(Enn. Ann. 33): 'Albai longai,'
pro 'Albae longae']. Episynaloephe conglutinatio duarum [sylla- 5
barum] in unam, ut ['Phaethon' pro 'Phaëthon'] ['Neri' pro
'Nereï,' 'aeripedem' pro 'aëripedem']. Synaloephe conlisio
vocalium adiuncta vocalibus, ut [(Virg. Aen. 9, 1):

Atque ea diversa penitus dum parte geruntur].

Ec⟨th⟩lipsis conlisio consonantium cum vocalibus, ut [(Virg. Aen. 6
1, 3):

Multum ille et terris iactatus et alto].

1 ut (*om. cett.*) C^1 : ut maneant in rellegione nepotes pro religione *AB*: ut relliquias pro reliquias induperator pro inperator *T* 5 ut (*om. cett.*) C^1 : ut admittier pro admitti *B* (*A fere*) : ut magis pro maie et potestur (*ex* pro-) pro potest *T* 7 Auferens *T* 8 S. est absc. *AB* 10 ut (*om. cett.*) C^1 : ut exercet (-tur *B*) diana choros (co-) *AB* : ut italiam fato quum italiam correptam dici debeat *T* 12, 13 Syst. . . . debet *om.* C^1 ut urbemque fidenam cum prima syllaba produci debet (-beat *B*) *AB*: ut quum dicimus orion correpte dum producte dici oporte— *T* 15 ut (*om. cett.*) C^1 : ut dives pictai vestis pro pictae *A* : ut albai longai pro pictae *B* : ut albai longai pro albe longe *T* 17 Ep. est congl. *A* syllabarum *hab. AC* : *om. BT* 18 ut (*om. cett.*) C^1 : ut foeton *A* : ut f|| eton pro faeton *B* : ut feton pro faeton meri pro nerei eripide pro euripide *T*. *Cf. Donat. p.* 396 *K.* 20 vocalium] vocabulum *T* ut (*om. cett.*) C^1 : ut atque ea diversa penitus et reliqua *A* : ut atque aeque ea diversa penitus et cetera *B* : ut atque ea diversa penitus dum parte geruntur *T* 22 Ellipsis est conl. *A* ut (*om. cett.*) C^1 : ut multum ille terris iactatus et alto *AB* : ut multum ille et terris *T*

Antithesis contrapositio litterae pro alia littera, ut [' inpete ' pro ' impetu '] [' olli ' pro ' illi ']. Metathesis transpositio litterae, ut
7 [' Thymbre ' pro 'Thymber '] [' Evandre ' pro ' Evander ']. Inter barbarismum et figuras, hoc est Latinam et perfectam elocutionem, metaplasmum esse, qui in uno sermone fit oratione vitiosus. Item inter soloecismum et schema, id est perfectam sermonum conexionem, figura est, quae fit contextu sermonum oratione vitiosa. Ergo metaplasmi [et] schemata media sunt et discernuntur peritia et inperitia. Fiunt autem ad ornatum.

XXXVI De schematibvs. Schemata ex Graeco in Latinum eloquium figurae interpretantur, quae fiunt in verbis vel sententiis per varias dictionum formas propter eloquii ornamentum. Haec
2 dum multae sint apud Grammaticos, istae inveniuntur. Prolempsis est praesumptio, ubi ea, quae sequi debent, anteponuntur, ut (Virg. Aen. 12, 161):

Interea reges ingenti mole Latinus.

Debuit enim sic dicere: ' Interea reges ingenti mole,' et statim adicere, quod sequitur: ' procedunt castris,' deinde dicere: ' Latinus,' etc.; sed facta est pro ornamento praesumptio rei, et qui sequi debuerunt reges interpositi sunt in septem versibus, et postea additum est: ' Procedunt castris.' Inde et praesumptio,
3 quia anteposita sunt quae sequi debuerunt. Zeugma est clausula, quum plures sensus uno verbo clauduntur, quae fit tribus modis. Nam aut in primo, aut in postremo, aut in medio id verbum ponitur, quod sententias iungit. In primo, ut (Lucil. 139):

Vertitur oenophoris fundus, sententia nobis.

1 pro alia . . . litterae *om.* *C* ut inpete pro impetu *A*: ut olli pro illi *TUG*: ut inpete pro inpetu et olli pro illi *B Bern.* 224 2 ut (*om. cett.*) *C*[1]: ut timbre pro timber *AB*: ut ebandre pro evander et timbre pro timber *T* 4 hoc interest *A* 5 sit rat. vitiorum *A*: fit ratione vitiosus *BC* 7 ratione *ABC* 8 metaplasmi (-ma *B*) et schemata (sce-) *ABC*: metaplasmi scemata *T* sunt que et *A*[1] 9 et inperitia *om.* *C*[1] 12 distinctionum *T* (*non U*) *BC* (*non A*) 13 sunt *TU* 16 Latinus *om.* *C* Latinus . . . ingenti mole *om.* *T* (*non U*) 17 interea . . . mole *om.* *A* 19 et ceteri *A*[1]*CT*: et ceteras *B*[1]: et cetera *A*[2] orn. carminis pr. *T* 20 debuerat *A* 21 inde et *BCU*: inde *A*[1]: proinde et *T* 22 quia debuerunt (*om.* sequi) *A*

In medio [ut] (Enn. Ann. 329):

Graecia Sulpicio sorti data, Gallia Cottae.

In postremo, [ut] (Ter. Andr. 68):

Namque hoc tempore
obsequium amicos, veritas odium parit.

Hypozeuxis est figura superiori contraria, ubi in singulis sensibus 4
propria unicuique clausula est, ut (Virg. Aen. 10, 149):

Regem adit et regi memorat nomenque genusque.

Syllempsis est in dissimilibus clausulis aut pluralis dictio singulari 5
verbo finita, ut (Virg. Aen. 1, 553):

Sociis et rege recepto,

aut singularis dictio plurali verbo expleta, ut (Virg. Ecl. 1, 81):

Sunt nobis mitia poma,
et pressi copia lactis.

Supra enim 'sunt' dixit. Hic debuit dicere: 'est et pressi copia
lactis.' Fit autem Syllempsis non solum per partes orationis, 6
sed et per accidentia partibus. Nam ubi et pro multis unus et
pro uno multi ponuntur, Syllempsis est. Pro multis unus, ut est
illud (Virg. Aen. 2, 20):

Vterumque armato milite conplent,

cum non uno, sed multis militibus. Item pro uno multi, ut in
Evangelio (Matth. 27, 44): 'Latrones qui crucifixi erant cum eo
improperabant,' ubi pro uno uterque inducitur blasphemasse.
Anadiplosis est, quando ab eodem verbo quo prior versus finivit, 7
sequens versus incipit, ut est illud (Virg. Ecl. 8, 55):

Certent et cygnis ululae, sit Tityrus Orpheus,
Orpheus in silvis, inter delphinas Arion.

Anaphora est repetitio eiusdem verbi per principia versuum pluri- 8
morum, ut (Virg. Aen. 3, 157):

Nos te Dardania incensa tuaque arma secuti,
nos tumidum sub te permensi classibus aequor.

1 in medio ut *T*: in medio *ABC* 2 sortita A^1: sorte data *TU* 3 in postremo ut *T*: in postremo *AB*: in postrema ut *C* 8 adiit A^1 *ut vid.* *BT* 11 socii sed *T* 12 pl. v. expl.] singulari verbo finita *T* 18 ut pro multis A^1 *ut vid.* C^1 20 armatum A^1 21 ut] et C^1 22 cum eo cr. er. *AB*: cr. er. cum eo *CT* 26 cigni A^1B ignis ulule si tirus orfeus in silvis *T* 30 incessa aque C^1

9 Epanaphora est in uno versu per principia sensuum eiusdem verbi repetitio, ut (Virg. Aen. 7, 759):

Te nemus Anguitiae, vitrea te Focinus unda,
te liquidi flevere lacus.

10 Epizeuxis in uno sensu congeminatio verbi, ut (Virg. Aen. 4, 660):

Sic sic iuvat ire per umbras.

11 Epanalempsis est sermonis in principio versus positi eiusdem in fine replicatio, ut est illud (Juven. 14, 139):

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

12 Paronomasia est in significatione diversa dictio pene ipsa, ut illud: 'Abire an obire te convenit?' id est exulem fieri, an mori.

13 Schesis onomaton multitudo nominum coniunctorum quodam ambitu copulata, ut:

Nubila, nix, grando, procellae, fulmina, venti.

14 Paromoeon est multitudo verborum ex una littera inchoantium, quale est apud Ennium (Ann. 109):

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

Sed bene hoc temperat Virgilius, dum non toto versu utitur hanc figuram, ut Ennius, sed nunc in principio versus tantum, ut est illud (Aen. 1, 295):

Saeva sedens super arma;

nunc autem in fine, ut (Aen. 3, 183):

Sola mihi tales casus Cassandra canebat.

15 Homoeoptoton est, quum plurima nomina per unum casum denuntiantur, ut illud (Virg. Aen. 12, 903):

Sed neque currentem, sed nec cognoscit euntem,
tollentemque manu saxumque inmane moventem.

16 Homoeon teleuton est, quum uno modo verba plurima finiuntur,
17 ut (Cic. Catil. 2, 1): 'abiit, abcessit, evasit, erupit.' Polyptoton est, cum diversis casibus sententia variatur, ut (Pers. 3, 84):

Ex nihilo nihilum, ad nihilum nil posse reverti.

3 te vitrea *C* 4 fluere *T* 5 Epizeusis est in *A* 7 Apanalemsis *A* 10 Paranomasia *B*: Paranamosia *C*[1]: Paronomia *T* 17 Tati] tate *BTU* 27 manu *T*: in manus *A*: in manu *B*: manus *C*[1] 28 plurima *om. A* 31 reverti] redire *T*

et (Pers. 5, 79):

Marci Dama. — Papae! — Marco spondente, recusas?
Marcus dixit. — Ita est. — Adsigna, Marce, tabellas.

Hirmos est sententia continuatae orationis tenorem suum usque 18
ad ultimum servans, ut (Virg. Aen. 1, 159):

Est in secessu longo locus, insula portum,

et reliqua. Hinc enim in longum vadit sensus usque ad illud (Virg. Aen. 1, 165):

Horrentique atrum nemus inminet umbris.

Polysyntheton est dictio multis concatenata coniunctionibus, ut 19
(Virg. Georg. 3, 344):

Tectumque, laremque,
armaque, Amicleumque canem.

Dialyton vel asyntheton est figura, quae e contrario sine con- 20
iunctionibus solute ac simpliciter effertur, ut: 'Venimus, vidimus,
placuit.' Antitheton, ubi contraria contrariis opponuntur et 21
sententiae pulchritudinem reddunt, ut illud (Ovid, Met. 1, 19):

Frigida pugnabant calidis, humentia siccis:
mollia cum duris: sine pondere habentia pondus.

Hypallage, quotienscumque per contrarium verba intelleguntur, 22
ut (Virg. Aen. 3, 61):

Dare classibus Austros,

cum ventis naves demus, non navibus ventos.

De tropis. Tropos Graeco nomine Grammatici vocant, XXXVII
qui Latine modi locutionum interpretantur. Fiunt autem a propria significatione ad non propriam similitudinem. Quorum omnium nomina difficillimum est adnotare, sed ex omnibus
Donatus tredecim usui tradenda conscripsit. Metaphora est 2
verbi alicuius usurpata translatio, sicut cum dicimus 'fluctuare segetes,' 'gemmare vites,' dum in his rebus fluctus et gemmas non invenimus, in quibus haec verba aliunde transferuntur. Sed

2 Dama] damia *C* recurras *CT* 3 aut signa *T* 9 orrentique . . . umbris *AB*: horrentique . . . umbrae *C*: orrentique . . . umbra *T* 12 remque *T* 14 D. valesindeton *T* ē *om. A* 23 navem *T* 25 a *om. T* 26 ad non] et non ad *A* 27 omnia nom. *C* 28 tradens *A*

hae atque aliae tropicae locutiones ad ea, quae intellegenda sunt,
propterea figuratis amictibus obteguntur, ut sensus legentis ex-
3 erceant, et ne nuda atque in promptu vilescant. Fiunt autem
metaphorae modis quattuor: ab animali ad animale, ut:

Aligeros conscendit equos.

Metaphorice loquens miscuit quadrupedi alas avis, et (Virg. Ecl.
6, 80):

Quo cursu deserta petiverit;

miscuit volatili cursum quadrupedis. Ab inanimali ad inani-
male, ut

Pontum pinus arat, sulcum premit alta carina.

Miscuit usum terrae aquis, dum arare et sulcum premere ad
4 terram pertineat, non ad mare. Ab inanimali ad animale, ut 'flori-
da iuventus': miscuit flores inanimales iuventuti, quae animam
habet. Ab animali ad inanimale, ut:

Tu, Neptune pater, cui tempora cana crepanti
cincta salo resonant, magnus cui perpete mento
profluit Oceanus, et flumina crinibus errant.

Mentum enim, tempora et crines non ad Oceanum pertinent,
5 sed ad homines. Sic et alia rerum nomina de alio genere in
aliud genus decentissime decoris gratia transferuntur, ut oratio
perornetur. Metaphora autem aut partis unius est, ut 'fluctuare
segetes' (non potes dicere 'segetare fluctus'), aut antistropha
est, id est reciproca, ut 'remigium alarum.' Nam et alae navium
6 et alarum remigia dicuntur. Catachresis est alienae rei nomen
adpositum. Haec et a metaphora differt, quod illa vocabulum
habenti largitur, haec, quia non habet proprium, alieno utitur,
ut (Virg. Georg. 2, 131):

Faciemque simillima lauro;

1 ad ea quae] atque ad *T* 2 sensum *C* 4 ab animalia *T* 5 aligos *T* 6 quadripedes alas avi *A* 11 arat *C*: erat *A*[1]*BT* 12 miscunt *A* arare] mare *T* 13 ab inanimalia *T* 14 qui *BT* 15 habeat *T* ab inanimali ad animale *T* 17 perpete *C*: perpeti *ABTU* 18 floruit oceanum *A* criminibus *TU* 20 Sicut al. *T* in alium *A* 22 partis *om.* *A*[1] 23 potest *T* 24 nam et alas . . . dicunt *A* 25 aliena *T* 26 haec eo *A*: et eo *BC*: hec et *T* defertur *A* 29 simillimam *AB*

et (Virg. Aen. 5, 157):

Centaurus; nunc una ambae iunctisque feruntur
frontibus, et longa sulcant vada salsa carina;

dum facies et frons tantundem animalium et hominum sit. Quod nomen si poeta navi non adposuisset, quod proprium eidem parti diceret, non haberet. Metalempsis est tropus a prae- 7
cedente quod sequitur, ut (Pers. 3, 11):

Quaeve manus cartae nodosaque venit arundo.

Nam per manum verba, per arundinem litterae significatae sunt.
Metonymia, transnominatio ab alia significatione ad aliam 8
proximitatem translata. Fit autem multis modis. Aut enim per id, quod continet, id, quod continetur, ostendit, ut 'theatra plaudunt,' 'prata mugiunt,' dum illic homines plaudunt, hic boves mugiant; aut contra per id, quod continetur, id, quod continet, ut (Virg. Aen. 2, 311):

Iam proximus ardet
Vcalegon;

dum non ille, sed domus eius arderet. Item per inventorem id, 9
quod inventum est, ut (Ter. Eun. 732):

Sine Cerere et Libero friget Venus;

et (Virg. Aen. 9, 76):

Conmixtam Vulcanus mittit ad astra favillam.

Vult enim per Cererem frumenti inventricem intellegere panem, per Liberum inventorem vitis vinum, per Venerem libidinem, per Vulcanum ignem. At contra per inventum inventorem demonstrat, ut (Plaut. frag. 159):

Vinum precamur,

pro Libero, qui vinum apud Graecos invenit. Item per efficien- 10
tem, id quod efficitur, sicut 'pigrum frigus,' quod pigros homines faciat, et 'timor pallidus,' eo quod pallidos homines reddat. At contra per id quod efficitur, efficiens, ut (Virg. Aen. 5, 817):

2 unam *A*[1] *ut vid.* *T* iunctique *T* 3 saxa *A*[1] *ut vid.* *BT* 5 quod . . . adp. *om.* *C* quid pr. *C* 6 est *om.* *B* 7 ut *om.* *A* 8 quave *T* cartae] oraste *T* 10 Metono. est trans. *T* transmutatio *A* 12 quod continetur *post* ost. *T* 13 hom. plaudant *B* 18 eius ardet *A* 29 hom. pigros *B*

Iungit equos auri genitor spumantiaque addit
frena feris.

'Spumantia frena' dixit, cum utique non ipsa faciant spumas,
11 sed equus, qui ea gerit, spumis conspargat infusis. Antono-
masia est pro nomine, id est vice nominis posita, ut 'Maia
genitus' pro Mercurio. Qui tropus fit modis tribus: ab animo,
ut (Virg. Aen. 5, 407):

Magnanimusque Anchisiades;

a corpore, ut (Virg. Aen. 3, 619):

Ipse arduus;

extrinsecus, ut (Virg. Aen. 1, 475):

Infelix puer atque inpar congressus Achilli.

12 Epitheton, supra nomen. Praeponitur enim proprio nomini, ut
'alma Ceres,' (Virg. Georg. 1, 470):

Obscenique canes, inportunaeque volucres.

Inter antonomasiam autem et epitheton hoc differt, quod an-
tonomasia pro vice nominis ponitur, epitheton autem numquam
est sine nomine. Quibus duobus tropis vel vituperamus ali-
13 quem, vel ostendimus, vel laudamus. Synecdoche est conceptio,
cum a parte totum, vel a toto pars intellegitur. Eo enim et per
speciem genus, et per genus species demonstratur [sed species
pars est, genus autem totum]. A toto enim pars intellegitur, ut
(Virg. Aen. 6, 311):

Quam multae glomerantur aves, ubi frigidus annus
pontum fugat.

Non enim totus annus frigidus est, sed pars anni, id est hiems.
At contra a parte totum, ut (Virg. Aen. 2, 256):

Flammas cum regia puppis
extulerat.

Vbi non solum puppis, sed navis, et non navis, sed qui in ea, et
14 non omnes, sed unus flammas extulit. Onomatopoeia est no-

1 auri genitor *BCGTMon.*: auri (*seq. ras.*) A^1: aurigator *U* addidit *T*
5 maie (male ?) A^1T 13 Ep. est supra *T*: Ep. supraposito A^1 (-tum
A^2) proponitur *T* 20 vel toto *T* 21 sed . . . totum *om.* *T*
22 a *om.* *C* 24 annus *om.* A^1 26 frig. sed pars an. hiemps *A*
29 extulerat] et exsul erat *T* 30 p. et navis *T*

men adfictum ad imitandum sonum vocis confusae, ut 'stridor valvarum,' 'hinnitus equorum,' 'mugitus boum,' 'balatus ovium.' Periphrasis est circumloquium, dum res una plurimis verbis 15
significatur, ut (Virg. Aen. 1, 387):

Auras vitales carpit.

Significavit enim per copulationem verborum unam rem, hoc est vivit. Hic autem tropus geminus est. Nam aut veritatem splendide producit, aut foeditatem circuitu evitat. Veritatem splendide producit, sicut (Virg. Aen. 4, 584; 9, 459):

Et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Vult enim dicere: 'iam luciscebat,' aut: 'dies ortus erat.' Foeditatem circuitu devitat, sicut (Virg. Aen. 8, 405):

Placitumque petivit
coniugis infusus gremio.

Hoc enim circuitu evitat obscenitatem et decenter ostendit concubitum. Hyperbaton transcensio, cum verbum aut sententia 16
ordine commutatur. Huius species quinque: anastrophe, hysteron proteron, parenthesis, tmesis, synthesis. Anastrophe est verborum ordo praeposterus, ut: 'litora circum,' pro circum litora.' Hysteron proteron sententia ordine mutata ut 17
(Virg. Aen. 3, 662):

Postquam altos tetigit fluctus, et ad aequora venit.

Antea enim ad aequora venit, et sic tetigit fluctus. Parenthesis, 18
ubi interponimus sententiam nostram, qua ex medio remota integer sermo perdurat, ut (Virg. Aen. 1, 643):

Aeneas (neque enim patrius consistere mentem
passus amor) rapidum ad naves praemittit Achaten.

[Est enim ordo: Aeneas rapidum praemittit Achaten.] Nam illud in medio parenthesis est. Tmesis est sectio unius nominis 19
per interpositionem verborum, ut (Virg. Aen. 1, 412):

4, 5 significatur . . . carpit *om.* A^1 8 circuit *T*   14 placidumque *CT*   15 gremio per membra soporem hoc *A*   17 est transcensio *T*   18 cuius sp. q. sunt *T*   19 proteron *om.* *T*   20 est *om.* *BC*   21 prot. est sent. *T*   24 antea . . . venit *om.* *T*   venit ad aequora *A*   29 est enim . . . Achaten *hab.* *B*: *om.* AC^1TU 31 pro interpositione *B*

Multum nebulae circum dea fudit amictum,

20 pro 'circumfudit.' Synthesis [est], ubi ex omni parte confusa sunt
verba, ut illud (Virg. Aen. 2, 348):

Iuvenes, fortissima frustra
pectora, si vobis audendi extrema cupido est
certa sequi, quae sit rebus fortuna videtis.
Excessere omnes aditis arisque relictis
dii, quibus inperium hoc steterat; succurritis urbi
incensae; moriamur et in media arma ruamus.

Ordo talis est: 'Iuvenes fortissima pectora, frustra succurritis
urbi incensae, quia excesserunt dii. Vnde si vobis cupido
certa est me sequi audentem extrema, ruamus in media arma
21 et moriamur.' Hyperbole est excelsitas fidem excedens ultra
quam credendum est, ut (Virg. Aen. 3, 423):

Sidera verberat unda;

et (Virg. Aen. 1, 107):

Terram inter fluctus aperit.

Hoc enim modo ultra fidem aliquid augetur, nec tamen a tramite significandae veritatis erratur, quamvis verba quae indicantur excedant, ut voluntas loquentis, non fallentis appareat. Quo tropo non solum augetur aliquid, sed et minuitur: augetur, ut 'velocior Euro': minuitur, ut 'mollior pluma,' 'durior saxo.'
22 Allegoria est alieniloquium. Aliud enim sonat, et aliud intellegitur, ut (Virg. Aen. 1, 184):

Tres litore cervos
conspicit errantes.

Vbi tres duces belli Punici, vel tria bella Punica significantur. Et in Bucolicis (3, 71):

Aurea mala decem misi,

id est ad Augustum decem eglogas pastorum. Huius tropi

1 fundit *BT* amictu *A* 2 est *om.* *BC* 5 audiendi *T* 7 excrescere *T* ad. aurisque *T*: ad. aditisque *B*: aditisque *A*[1] 11 dii quibus hoc imperium steterat unde *B* 12 audientem *T* 15 undas *TC*[1] 18 aug. ali. *B* 19 qua indicatur *B*[1]*C* 21 sed et minuit *A*[1] 22 euro *ABC* (*ex* auro a): aura *T* 27 significantur *ante* vel *T*

plures sunt species, ex quibus eminent septem: ironia, antiphrasis,
aenigma, charientismos, paroemia, sarcasmos, astysmos. Ironia 23
est sententia per pronuntiationem contrarium habens intelle-
ctum. Hoc enim tropo callide aut per accusationem, aut per
insultationem aliquid dicitur, ut est illud (Virg. Aen. 1, 140):

Vestras, Eure, domos; illa se iactet in aula
Aeolus, et clauso ventorum carcere regnet.

Et quomodo aula, si carcer est? Solvitur enim pronuntiatione.
Nam carcer pronuntiatio est: iactet et aula ironia est; et totum
per contrariam pronuntiationem adnuntiatur per ironiae speciem,
quae laudando deridet. Antiphrasis est sermo e contrario in- 24
tellegendus, ut 'lucus,' quia caret lucem per nimiam nemorum
umbram; et 'manes,' id est mites (quum sint inmites) et modesti,
cum sint terribiles et inmanes; et 'Parcas' et 'Eumenides,'
Furiae quod nulli parcant vel benefaciant. Hoc tropo et nani
Athlantes et caeci videntes et vulgo Aethiopes argentei appellantur.
Inter ironiam autem et antiphrasim hoc distat, quod ironia pro- 25
nuntiatione sola indicat quod intellegi vult, sicut cum dicimus
omnia agenti male: 'Bonum est, quod facis'; antiphrasis vero
non voce pronuntiantis significat contrarium, sed suis tantum
verbis, quorum origo contraria est. Aenigma est quaestio ob- 26
scura quae difficile intellegitur, nisi aperiatur, ut est illud
(Iudic. 14, 14): 'De comedente exivit cibus, et de forte egressa est
dulcedo,' significans ex ore leonis favum extractum. Inter allego-
riam autem et aenigma hoc interest, quod allegoriae vis gemina
est et sub res alias aliud figuraliter indicat; aenigma vero sen-
sus tantum obscurus est, et per quasdam imagines adumbratus.
Charientismos est tropus, quo dura dictu gratius proferuntur, uti 27
cum interrogantibus, 'numquid nos quaesierit aliquis?' respon-
detur: 'Bona Fortuna.' Vnde intellegitur neminem nos quaesisse.

6 Eure] eruere *T* domus A^1B 11 An. sermo (*om.* est) *A* 12 per] pre (*i. e.* prae) *T* 13 quum sint inmites *om.* (*propter homoeotel.*?) *a* (= *ABC*) 14 parcaes *C* 16 eziopes *T* appellantur *ABC*: vocantur *T* 19 omnia *T*: homini *ABC* 20 sign.] vocat *T* 21 Enigma qu. (*om.* est) A^1 25 allegoriae *Arev.*: -ria *codd.* vis] *vel* bis geminata *A* 27 obumbratus *A*: adumbratur *T* 28 uti *AT*: veluti *C*: ut *B* 29 respondentur *T*

28 Paroemia est rebus et temporibus adcommodatum proverbium.
Rebus, ut: 'Contra stimulum calces,' dum significatur adversis
resistendum. Temporibus, ut: 'Lupus in fabula.' Aiunt enim
rustici vocem hominem perdere, si eum lupus prior viderit.
Vnde et subito tacenti dicitur istud proverbium: 'Lupus in
29 fabula.' Sarcasmos est hostilis inrisio cum amaritudine, ut (Virg.
Aen. 2, 547):

> Referes ergo haec, et nuntius ibis
> Pelidae genitoris; illi mea tristia facta
> degeneremque Neoptolemum narrare memento.

30 Huic contrarius est Astysmos, urbanitas sine iracundia, ut illud
(Virg. Ecl. 3, 90):

> Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Maevi,
> atque idem iungat vulpes et mulgeat hircos.

Id est: qui Bavium non odit, pro poena ei contingat ut diligat Mae-
vium. Fuerunt autem Maevius et Bavius poetae pessimi, et inimici
Vergilii. Qui hos ergo diligit, faciat quae contra naturam sunt,
31 id est, iungat vulpes et mulgeat hircos. Homoeosis est, quae
Latine interpretatur similitudo, per quam minus notae rei per
similitudinem eius, quae magis nota est, panditur demonstratio.
Huius species sunt tres: icon, parabolae, paradigma, id est
32 imago, conparatio, exemplum. Icon est imago, cum figuram rei
ex simili genere conamur exprimere, ut (Virg. Aen. 4, 558):

> Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque
> et crines flavos et membra decora iuventa.

Congrua enim est similitudo de specie, cuius persona inducitur.
33 Parabola conparatio ex dissimilibus rebus, ut (Lucan. 1, 205):

> Qualis in arvis
> aestiferae Libyae visus leo comminus hostem
> consedit;

ubi leoni Caesarem conparavit, non ex suo, sed ex alio genere

1 est *om.* *B* 2 ut *om.* *T*: aut *C* 4 viderit prior *A* 6 iurisio *T* 9 tristitia *T* 10 de genereque *T* 11 ut est illud *A* 18 hoc est *B* et *om.* *A* 23 ut per omnia *B* 28 qualibus *T* arvis *A*[2]: armis *A*[1]*BCT* 29 est fere libiae *B* 31 alieno *B*

similitudinem faciens. Paradigma vero est exemplum dicti vel 34 facti alicuius aut ex simili aut ex dissimili genere conveniens eius, quam proponimus, rei, ita: 'Tam fortiter periit apud Hipponem Scipio quam Vticae Cato.' Similitudo autem tribus 35 modis fit: a pari, a maiore, a minore. A pari (Virg. Aen. 1, 148):

Ac veluti magno in populo cum saepe coorta est
seditio;

a maiore ad minus (Lucan. 1, 151):

Qualiter expressum ventis per nubila fulmen;

a minore ad maius (Virg. Aen. 6, 119):

Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus,
Threicia fretus cithara fidibusque canoris;

quasi dicat, re parva et brevi, id est, si ille cithara fretus, ego pietate.

De prosa. Prosa est producta oratio et a lege metri so- XXXVIII luta. Prosum enim antiqui productum dicebant et rectum. Vnde ait Varro apud Plautum 'prosis lectis' significari rectis; unde etiam quae non est perflexa numero, sed recta, prosa oratio dicitur, in rectum producendo. Alii prosam aiunt dictam ab eo, quod sit profusa, vel ab eo, quod spatiosius proruat et excurrat, nullo sibi termino praefinito. Praeterea tam apud Graecos 2 quam apud Latinos longe antiquiorem curam fuisse carminum quam prosae. Omnia enim prius versibus condebantur; prosae autem studium sero viguit. Primus apud Graecos Pherecydes Syrus soluta oratione scripsit; apud Romanos autem Appius Caecus adversus Pyrrhum solutam orationem primus exercuit. Iam exhinc et ceteri prosae eloquentia contenderunt.

De metris. Metra vocata, quia certis pedum mensuris XXXIX atque spatiis terminantur, neque ultra dimensionem temporum constitutam procedunt. Mensura enim Graece μέτρον dicitur.

1 est vero *B* 2 conveniens] ita (*in ras.*) veniens T^2 3 quem CA^1 *ut vid.* ut ita *BC ex corr.* 4 scipium que (*corr.* qua) mutice *T* 6 ac] haec C^1 13 illa *T* *cap.* 38. *Aliorum codicum lectiones reperies apud Wilmanns 'de Varronis lib. gramm.,' p.* 204 16 unde etiam ait *K* 17 significare K^1 18 perplexa *T* 19 *om.* prosam *A* 20 profusam *T* 22 anteriorem *K* 25 Syrus] suus *T* solutam orationem *T* 27 eloquentia (-am *m.* 2) condiderunt *K* 28 Metrica *B*

2 Versus dicti ab eo, quod pedibus in ordine suo dispositi certo fine moderantur per articulos, quae caesa et membra nominantur. Qui ne longius provolverentur quam iudicium posset sustinere, modum statuit ratio unde reverteretur; et ab eo ipsum versum
3 vocatum, quod revertitur. Huic adhaeret rythmus, qui non est certo fine moderatus, sed tamen rationabiliter ordinatis pedibus currit; qui Latine nihil aliud quam numerus dicitur, de quo est illud (Virg. Ecl. 9, 45):

Numeros memini, si verba tenerem.

4 Carmen vocatur quidquid pedibus continetur: cui datum nomen existimant seu quod carptim pronuntietur, unde hodie lanam, quam purgantes discerpunt, 'carminare' dicimus: seu
5 quod qui illa canerent carere mentem existimabantur. Metra vel a pedibus nuncupata, vel a rebus quae scribuntur, vel ab inventoribus, vel a frequentatoribus, vel a numero syllabarum.
6 A pedibus metra vocata, ut dactylica, iambica, trochaica. A trochaeo enim trochaicum metrum nascitur, a dactylo dactylicum; sic et alia a suis pedibus. A numero, ut hexametrum, pentametrum, trimetrum. Nam senarios versus nos ex numero pedum vocamus. Hos Graeci, quia geminos feriunt, trimetros dicunt. Hexametros autem Latinos primum fecisse Ennius
7 traditur; eosque 'longos' vocant. Ab inventoribus metra appellata dicuntur, ut Anacreonticum, Sapphicum, Archilochium. Nam Anacreontica metra Anacreon conposuit; Sapphica Sappho mulier edidit; Archilochios Archilochus quidam scripsit; Colophonios Colophonius quidam exercuit. Sotadeorum quoque repertor est Sotades genere Cretensis. Simonidia quoque

2 moderantur *ABCT*: metiantur *K*   3 possit *B*   4 rev.] K^1 *n. l.* ipsum K^1T: ipso *BC*   5 vocatum dicunt quod *B*   rev.] K^1 *n. l.* 6 certo *om.* K^1 7 est] et *B*   9 numeros] numerum K^1 11 seu *om. K*   pronuntietur *K*: pronuntiatur *T*: pronuntiaretur *BC*   13 existimantur K^1 17 a dact. dact. *om.* K^1L^1 18 alia suis K^1 20 feriunt *T*: ferunt *BCK*   21 dicunt] vocant *C* (*non A*)   autem apud lat. *T*   22 vocant A^1CKL: vocat *TUB*   24 Anacreon] anacreonticus *K*   25 arcilogios arcilocus q. *T*: arcilocius arcilocus q. C^1 (B^1 *n. l.*): archilocus q. archiloica K^1 *ut vid.*   26 colofonios colofonius q. *T*: colofoni** colofonius q. *B*: celofonius celofonica q. C^1: colofinicus q. colofonica *K*   sotadicorum *B*

metra Simonides poeta lyricus conposuit. A frequentatoribus, 8
ut Asclepiadia. Non enim ea Asclepius invenit, sed proinde
ita vocata quod ea idem elegantissime [et frequentissime] usus
sit. A rebus quae scribuntur, ut heroicum, elegiacum, buco- 9
licum. Heroicum enim carmen dictum, quod eo virorum
fortium res et facta narrantur. Nam heroes appellantur viri
quasi aerii et caelo digni propter sapientiam et fortitudinem.
Quod metrum auctoritate cetera metra praecedit; unus ex omni-
bus tam maximis operibus aptus quam parvis, suavitatis et
dulcedinis aeque capax. Quibus virtutibus nomen solus obti- 10
nuit, ut heroicum vocaretur ad memorandas scilicet eorum res.
Nam et prae ceteros simplicissimus habetur constatque duobus
[pedibus], dactylo et spondeo, ac saepe pene vel ex hoc vel ex
illo; nisi quod temperantissimus fit utriusque mixtura quam si
instruatur a singulis. Omnibus quoque metris prior est. Hunc 11
primum Moyses in cantico Deuteronomii longe ante Pherecyden
et Homerum cecinisse probatur. Vnde apparet antiquiorem
fuisse apud Hebraeos studium carminum quam apud gentiles,
siquidem et Iob Moysi temporibus adaequatus hexametro versu,
dactylo spondeoque, decurrit. Hunc apud Graecos Achatesius 12
Milesius fertur primus conposuisse, vel, ut alii putant, Phere-
cydes Syrus. Quod metrum ante Homerum Pythium dictum
est, post Homerum heroicum nominatum. Pythium autem 13
vocatum volunt eo, quod hoc genere metri oracula Apollinis
sint edita. Nam cum in Parnaso Pythonem serpentem in vin-
dictam matris sagittis insequeretur, accolae Delphici hoc illum
metro hortati sunt, dicentes, ut ait Terentianus (1591 K.),

2 enim *om.* K^1 asclepidius *B* 3 vocata esse quod *K* ea idem *ACT*: eadem *BK* elegentissime A^1: diligentissime *K* et frequentissime *hab.* *TB*: *om.* *ACK* 8 unum *T* 9 tam max. oper. *om.* *T* suabitatibus *T*: suavitates K^1 10 dulcidines K^1 11 eorum] eroum *B* 12 ceteros B^1T: ceteris *CK* 13 pedibus *hab.* *BT*: *om.* CK^1 14 temperatissimus fit *KB*: temperantissime fuit *T* quasi instruantur *T* 16 deuteronomium C^1T longe autem ante C^1K^1 *ut vid.* 19 extra metro versus *T*: exametro versum *B* 20 Ach.] Hecataeus *Arev.* (*ex Strabone*) 21 Milesius *om.* K^1 24 volunt *om.* K^1 hoc *om.* K^1 25 vindicta *K*: victoriam *T* 26 ille *K* 27 orati BK^1 *ut vid.*

14 [ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν]. Elegiacus autem dictus eo, quod
modulatio eiusdem carminis conveniat miseris. Terentianus
hos elegos dicere solet, quod clausula talis tristibus, ut tradunt,
15 aptior esset modis. Hic autem vix omnino constat a quo sit
inventus, nisi quia apud nos Ennius eum prior usus est. Nam
apud Graecos sic adhuc lis Grammaticorum pendet, ut sub iu-
dice res relegata sit. Nam quidam eorum Colophonium quen-
dam, quidam Archilochum auctorem atque inventorem volunt.
16 Bucolicum, id est pastorale carmen, plerique Syracusis primum
conpositum a pastoribus opinantur, nonnulli Lacedaemone.
Namque transeunte in Thraciam Xerxe rege Persarum, cum
Spartanae virgines sub hostili metu neque egredi urbem neque
pompam chorumque agrestem Dianae de more exercerent, turba
pastorum, ne religio praeteriret, eundem inconditis cantibus
celebrarunt. Appellatur autem Bucolicum de maiori parte,
quamvis opilionum caprariorumque sermones in eis et cantica
17 inserantur. Hymnos primum David prophetam in laudem Dei
conposuisse ac cecinisse manifestum est. Deinde apud gentiles
prima Memmia Timothoe fecit in Apollinem et Musas, quae
fuit temporibus Ennii longe post David. Hymni autem ex
18 Graeco in Latinum laudes interpretantur. Epithalamia sunt
carmina nubentium, quae decantantur ab scholasticis in hono-
rem sponsi et sponsae. Haec primum Salomon edidit in lau-
dem Ecclesiae et Christi. Ex quo gentiles sibi epithalamium
vindicarunt, et istius generis carmen adsumptum est. Quod
genus primum a gentilibus in scenis celebrabatur, postea tan-
tum in nuptiis haesit. Vocatum autem epithalamium eo, quod
19 in thalamis decantetur. Threnos, quod Latine lamentum voca-
mus, primus versu Ieremias conposuit super urbem Hierusalem

1 *Graeca hab.* *T*: *om.* *BCK* 4 esse *BC* (*cf.* *Ter.* 1799) : est *T* Hoc *K* : Hinc *T* 5 eo pr. us. sit *K* 6 lis *CT* : lex *BK* 7 religate *T* quendam *om.* *K*[1] 8 quidam *om.* *T* 9 carmen *om.* *K* 10 a laced. *T* 11 nam *K*[1] 13 qorumcumque *T* 16 quam viso *T* et *om.* *K* 19 timotoe *BC* : timotae *K* : timothe *T* 20 autem *om.* *T*[1] 26 cenis *C*[1] celebratur *B*[1]*K* : celebrabantur *T* 27 haesit] erit *K* 29 versus *T* orbem *C*[1] : *om.* *K*

[quando subversa est] et populum [Israel] quando [subversus
est et] captivus ductus est. Post hunc apud Graecos Simonides
poeta lyricus. Adhibebantur autem funeribus atque lamentis:
similiter et nunc. Epitaphium Graece, Latine supra tumulum. **20**
Est enim titulus mortuorum, qui in dormitione eorum fit, qui
iam defuncti sunt. Scribitur enim ibi vita, mores et aetas eo-
rum. Poesis dicitur Graeco nomine opus multorum librorum, **21**
poema unius, idyllion paucorum versuum, distichon duorum,
monostichon unius. Epigramma est titulus, quod in Latinum **22**
superscriptio interpretatur; *ἐπί* enim super, *γράμμα* littera vel
scriptio dicitur. Epodon in poemate clausula brevis est. Di- **23**
ctum autem epodon, quod adcinatur ad speciem elegiaci, ubi
praemisso uno longiore, alter brevior conponitur, atque in sin-
gulis quibusque maioribus sequentes minores quasi clausulae
recinunt. Clausulas autem lyrici appellant quasi praecisos **24**
versus integris subiectos, ut est apud Horatium (Epod. 2, 1):

Beatus ille, qui procul negotiis,

deinde sequitur praecisus:

Vt prisca gens mortalium;

sic et deinceps alterni, quibus aliqua pars deest, et ipsi praece-
dentibus similes, sed minores. Centones apud Grammaticos **25**
vocari solent, qui de carminibus Homeri seu Vergilii ad propria
opera more centonario ex multis hinc inde conpositis in unum
sarciunt corpus, ad facultatem cuiusque materiae. Denique **26**
Proba, uxor Adelphi, centonem ex Vergilio de Fabrica mundi
et Evangeliis plenissime expressit, materia conposita secun-
dum versus, et versibus secundum materiam concinnatis. Sic
quoque et quidam Pomponius ex eodem poeta inter cetera stili

1 quando subv. est . . . Israel . . . subv. est et *hab.* *T*: *om.* *BCK* 4 super *K* 5 quidam def. C^1 7 multorum librorum] tumolorum *K* 10 vel inscriptio *T* 11 poemata *T*: poematae *C* est *om.* *K* dictum . . . quod *om.* *K* 12 adcinatur BCA^1 *ut vid.* *T*: adsimilatur autem *K* elegiacam quibus pr. *K* 14 quos clausula *K* 15 retinunt *T* 20 sic deinceps *T* 23 centunario K^1: centenario *BCT* 24 corpus . . . materiae *om.* C^1 a facultate *K* 25 uxor . . . plenissime *om.* K^1: uxor . . . Evangeliis *om.* A^1 27 concinnantis *T* 28 pompinus *T*

XLII De primis auctoribus historiarum. Historiam autem
apud nos primus Moyses de initio mundi conscripsit. Apud
gentiles vero primus Dares Phrygius de Graecis et Troianis
historiam edidit, quam in foliis palmarum ab eo conscriptam
2 esse ferunt. Post Daretem autem in Graecia Herodotus hi-
storiam primus habitus est. Post quem Pherecydes claruit his
temporibus quibus Esdras legem scripsit.

XLIII De utilitate historiae. Historiae gentium non inpediunt legentibus in his quae utilia dixerunt. Multi enim sapientes praeterita hominum gesta ad institutionem praesentium historiis indiderunt, siquidem et per historiam summa retro temporum annorumque supputatio conprehenditur, et per consulum regumque successum multa necessaria perscrutantur.

XLIV De generibus historiae. Genus historiae triplex est.
Ephemeris namque appellatur unius diei gestio. Hoc apud nos
diarium vocatur. Nam quod Latini diurnum, Graeci ephemerida
2 dicunt. Kalendaria appellantur, quae in menses singulos dige-
3 runtur. Annales sunt res singulorum annorum. Quaequae
enim digna memoriae domi militiaeque, mari ac terrae per
annos in commentariis acta sunt, ab anniversariis gestis annales
4 nominaverunt. Historia autem multorum annorum vel tempo-
rum est, cuius diligentia annui commentarii in libris delati sunt.
Inter historiam autem et annales hoc interest, quod historia est
eorum temporum quae vidimus, annales vero sunt eorum
annorum quos aetas nostra non novit. Vnde Sallustius ex
historia, Livius, Eusebius et Hieronymus ex annalibus et historia
5 constant. Item inter historiam et argumentum et fabulam
interesse. Nam historiae sunt res verae quae factae sunt;
argumenta sunt quae etsi facta non sunt, fieri tamen possunt;
fabulae vero sunt quae nec factae sunt nec fieri possunt, quia
contra naturam sunt.

2 primum *T* 5 fe. es. *K* autem *om.* *T* historicus *Arev.* 7 qu. *om.* K^1 11 in storiis *T* 13 praescrutantur C^1 14 Nam genus *K* 15 namque] enim *K* 16 dia. greci autem e. *K* (*mediis om.*) 17 singulis *T* diriguntur *AK* 18 quaeque *BC* : queque *KT* 19 digne *T* ac] et TK^1 *ut vid.* 21 Storie T^1 22 est] et *T* diligentiam *BT* 24 videmus *BK* 26 hist. Liv.] historialibus *codd.* : *corr. Dressel.* (*ex Serv. ad Aen.* 1, 373) 28 interesse *BT* : interest *CK* historia est *K* : storiae est C^1 facta *T* 29 argumentum *K*

LIBER II

DE RHETORICA ET DIALECTICA

De Rhetorica eivsqve nomine. Rhetorica est bene I
dicendi scientia in civilibus quaestionibus, [eloquentia copia] ad
persuadendum iusta et bona. Dicta autem Rhetorica Graeca
appellatione ἀπὸ τοῦ ῥητορίζειν, id est a copia locutionis. Ῥῆσις
enim apud Graecos locutio dicitur, ῥήτωρ orator. Coniuncta 2
est autem Grammaticae arti Rhetorica. In Grammatica enim
scientiam recte loquendi discimus; in Rhetorica vero percipimus
qualiter ea, quae didicimus, proferamus.

De inventoribvs Rhetoricae artis. Haec autem disci- II
plina a Graecis inventa est, a Gorgia, Aristotele, Hermagora,
et translata in Latinum a Tullio videlicet et Quintiliano [et
Titiano], sed ita copiose, ita varie, ut eam lectori admirari in
promptu sit, conprehendere inpossibile. Nam membranis reten- 2
tis quasi adhaerescit memoriae series dictionis, ac mox repositis
recordatio omnis elabitur. Huius disciplinae perfecta cognitio
oratorem facit.

De nomine oratoris et partibvs Rhetoricae. Orator III
est igitur vir bonus, dicendi peritus. Vir bonus consistit natura,
moribus, artibus. Dicendi peritus consistit artificiosa eloquentia,
quae constat partibus quinque: inventione, dispositione, elocu-
tione, memoria, pronuntiatione, et fine officii, quod est aliquid
persuadere. Ipsa autem peritia dicendi in tribus rebus consistit: 2
natura, doctrina, usu. Natura ingenio, doctrina scientia, usus

2 scientia] sententia *KM* eloquentia copia *hab. TU*: *om. BCKM* 3 iusta] ius *M*: iustitia *K* bona dicta dicta au. *K* (*non M*): bona in rerum personarumque negotia* e causa (*pro* negotio et c.) dicta au. *B* 4 *vel* ἀ. τ. ῥητορεύειν: apoturetoresin (-rhe-, -reth-) *BCTU*: apo to rethores *K* 6 autem] enim *B* artis *BT*: arte C^1 enim *om. K* 11 et Titiano *hab. BC Rem.*[1] *H* (tat-): *om. KMTU Mon.*[1] 13 promptu] -tum *KTU* 14 adheriscet memoriis *K* repositi *K* 19 el. consistit quinque partibus *K* 22 dicendi *ABCT*: loquendi *K* 23 usu . . . doctrina *om.* C^1 usu ads. *BCT*

adsiduitate. Haec sunt enim quae non solum in oratore, sed in unoquoque homine artifice expectantur, ut aliquid efficiat.

IV De tribvs generibvs cavsarvm. Genera causarum tria sunt, deliberativum, demonstrativum, iudiciale. Deliberativum genus est, in quo de quibuslibet utilitatibus vitae, quid aut debeat aut non debeat fieri, tractatur. Demonstrativum, in quo lauda-
2 bilis persona aut reprehensibilis ostenditur. Iudiciale, in quo de ipsius personae facto aut poenae aut praemii sententia datur. Dictum autem iudiciale eo, quod iudicet hominem, et sententia sua ostendat utrum laudabilis praemio dignus sit, aut certe reus
3 condemnari liberarique supplicio. Deliberativum genus vocatur eo, quod de unaquaque re in eo deliberatur. Huius genus duplex est, suasio et dissuasio, id est de expetendo et fugiendo, id est
4 de faciendo et non faciendo. Suasoria autem in tribus locis dividitur: honesto, utili, et possibili. Haec differt aliquid a deliberativa, quia suasoria eget alteram personam, deliberativa interdum et apud se agit. In suasoria autem duae sunt quae
5 plus valent: spes et metus. Demonstrativum dictum, quod unamquamque rem aut laudando aut vituperando demonstrat. Quod genus duas habet species: laudem et vituperationem. Laudis ordo tribus temporibus distinguitur: ante ipsum, in ipsum,
6 post ipsum. Ante ipsum, ut (Virg. Aen. 1, 605):

Quae te tam laeta tulerunt
saecula?

In ipsum, ut (Virg. Aen. 1, 597):

O sola infandos Troiae miserata labores.

Post ipsum, ut (Virg. Aen. 1, 607):

In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae
lustrabunt,
semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

1 enim sunt *K* 3 Modi c. tres s. *K* 5 est *om.* *C*[1] debet a. n. debet *K*: debet a. n. debeat *A* 7 in quo de ipsius] eo quod ei prius *K*: in quo ei prius *A* 8 premiis sent. *T* 9 iudices *K* 11 liberarive *dett.*: deliberaturque *K* 12 unaqueque *T* 13 sua. est *K* de *om.* *K* expetendo *T*: expectando *ABK*: spectando *C* id est de fac. *om.* *K* 14 divitur *K* 15 possessibili *T* 17 int. apud *C* 21 ante hominem in homine post hominem *B* 22 Ante hominem *B* 25 in homine *B* 26 troia *K* 27 post hominem *B* 28 umbra *T*

Pari ordine e contrario et in vituperatione hominis haec forma 7
servanda est, ante hominem, in hominem, post hominem. Locus
communis ad demonstrativum vituperationis genus pertinet.
Quod tamen ab eo in aliquo differt. Nam vituperatio, quae
contraria est laudis, specialiter in certam facientis personam
adhibetur. Communis vero locus generaliter in facti crimen 8
praeponitur. Vnde et communis locus dicitur, quia absente
persona non tam in hominem, quantum in ipsum crimen exponitur. Omne enim vitium non in uno tantum, sed etiam
commune in plurimis invenitur.

De gemino statv cavsarvm. Status apud Rhetores V
dicitur ea res, in qua causa consistit, id est constitutio. Graeci
autem statum a contentione στάσιν dicunt. Latini autem non
solum a pugna, per quam expugnent propositionem adversarii,
sed quod in eo pars utraque consistat. Fit autem ex intentione
et depulsione. Status autem causarum sunt duo: rationalis et 2
legalis. De rationali oriuntur coniectura, finis, qualitas, translatio. De fine iudicialis et negotialis. De iudiciali absoluta et
adsumptiva. De adsumptiva concessio, remotio criminis, relatio
criminis, conpensatio. De concessione purgatio et deprecatio.
Coniecturalis status est cum factum, quod alio obicitur, ab alio 3
pernegatur. Definitivus status est, cum id, quod obicitur, non
hoc esse contenditur, sed quid illud sit adhibitis definitionibus
adprobatur. Qualitas est, dum qualis res sit quaeritur: et
quia de vi et genere negotii controversia agitur, constitutio
generalis appellatur. Translatio est cum causa ex eo pendet, 4
quod non aut is agere videtur, quem oportet, aut non apud

1 vituperationem *T* hominum *K* 2 ante ipsum in ipso post ipsum *B* 4 in aliquod *BCT* (*i. e.* in aliquot?) 5 in certam *ABC*: interdum *K*: ad incertam *T* persona *K* 6 crimine *dett.* 7 qui *T*: quod *K* absentem personam *K* 8 non tantum *BC*: non tamen (tn̄) *A*: tantum *K*: notam *T* in hom.] in unum *B* quantum] quam *T* 10 pluribus *K* 12 dicitur *om. C* ea] et *K* constet *K* 14 adversariis quod in corpar *K* 15 consistit *K* 17 legalis (-les) *ABCT*: causalis *K* coniunctura *T* 18 obsoluta et absumptiva *K* 19 criminis relatio *om. K* 21 est *om. K* alii *K* 22 quum id obicitur non hoc esse quod dicitur sed *T* 25 genera *K* 27 op. ⟨aut non cum eo qui op.⟩ *Cassiod.* aut non ap. qu.] aut quis *K*

quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua poena oporteat.
Translativa constitutio, quod actio translationis et commuta-
5 tionis indigere videtur. Iudicialis est, in qua aequi et recti
natura et praemia aut poenae ratio quaeritur. Negotialis est,
in qua quid iuris ex civili more et aequitate sit consideratur.
Adsumptiva est, quae ipsa ex se nihil dat firmi ad recusationem,
6 [foris autem aliquid defensionis adsumit]. Concessio est, cum
reus non ad id, quod factum est, defendit, sed ut ignoscatur
postulat. Quod nos ad poenitentes probavimus pertinere.
Remotio criminis est cum id crimen, quod infertur ab se et ab
sua culpa, vi et potestate in alium reus demovere conatur.
7 Relatio criminis est, cum ideo iure factum dicitur, quod aliquis
ante iniuria lacessitus sit. Conparatio est, cum aliud aliquod
alterius factum honestum aut utile contenditur, quod ut fieret,
8 illud, quod arguitur, dicitur esse conmissum. Purgatio est,
cum factum quidem conceditur, sed culpa removetur. Haec
partes habet tres: inprudentiam, casum, necessitatem. Depre-
catio est, cum et peccasse et consultu peccasse reus confitetur,
et tamen ut ignoscatur postulat. Quod genus perraro potest
9 accidere. Item ex legali statu haec oriuntur, id est scriptum
et voluntas, leges contrariae, ambiguitas, collectio sive ratio-
cinatio et definitio legalis. Scriptum et voluntas est, quando
verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere. Legis
contrariae status est, quando inter se duae leges aut plures dis-
crepare noscuntur. Ambiguitas est, cum id, quod scriptum est,
duas aut plures res significare videtur. Collectio vel ratiocinatio
est, quando ex eo, quod scriptum est, aliud quoque, quod non

2 const. dicitur quod *T* et commodationis *K*: *om.* C^1 3 videatur *K* quo *K* 4 et] aut *K* praemii *K* pena *T* 5 qua *om. K* et] ex *K* 7 foris . . . ads. *hab. TUB*: *om.* KC^1 adsumit *TU*: adsumunt *B* 8 reus non ad id quod f. est *T*: reus non id quod f. est *BCU*: alio aliquod f. non est *K* 11 demovere *BCTU*: transferre *K* 13 iniuriam *K* 14 quo ut *C* 15 dicitur *om.* T^1 18 cum pecc. *K* 20 scr. est et vol. *A*: scr. et vol. est *BC* 21 legi *K* contraria *K*: *om. A* 22 scr. est ut vol. q. *K* 23 videtur c. s. scriptor *K* desidere *A*: discidere *K* 25 q. est scriptum *K* 26 duas aut . . . scriptum est *om. B* (*non Bern.* 224) videntur *T* 27 scr. aliud *K*

scriptum est, invenitur. Definitio legalis est, cum vis quasi in
definitiva constitutione, in quo posita sit, quaeritur. Status ergo 10
tam rationales quam legales a quibusdam certius decem et octo
connumerati sunt. Ceterum secundum Rhetoricos Tullii decem
et novem reperiuntur propterea, quia translationem inter rationales principaliter adfixit status. Inde se ipse etiam Cicero reprehendens translationem legalibus statubus adplicavit.

De tripertita controversia. Tripertita controversia iuxta VI
Ciceronem aut simplex est, aut iuncta. Et si iuncta erit, considerandum est utrum ex pluribus quaestionibus iuncta sit, an ex aliqua conparatione. Controversia simplex est, quae absolutam continet unam quaestionem hoc modo: Corinthiis bellum indicamus, an non? Iuncta est ex pluribus quaestionibus, in qua 2
plura quaeruntur hoc pacto: Vtrum Carthago diruatur, an Carthaginensibus reddatur, an eo colonia deducatur? Ex conparatione, utrum potius, aut quid potissimum quaeritur, ad hunc modum: Vtrum exercitus in Macedoniam contra Philippum mittatur, qui sociis sit auxilio, an teneatur in Italia, ut quam maximae contra Hannibalem copiae sint?

De qvattvor partibvs orationis. Partes orationis in VII
Rhetorica arte quattuor sunt: exordium, narratio, argumentatio, conclusio. Harum prima auditoris animum provocat, secunda res gestas explicat, tertia fidem adsertionibus facit, quarta finem
totius orationis conplectitur. Inchoandum est itaque taliter, 2
ut benivolum, docilem, vel adtentum auditorem faciamus: benivolum precando, docilem instruendo, adtentum excitando. Narrandum est ita, ut breviter atque aperte loquamur; argumentandum est ita, ut primum nostra firmemus, dehinc adversa

1 legalis est aliud quoque quod non scriptum est cum vis *B* cum vis quasi] cum quis *K* 2 qua *BCT* 3 connumerati XVIII certum sec. *K* 6 principalem adf. statum *K* adflixit *B* 7 statutibus (*pro* -tu- *suprascr.* ti) C^1T: statum huius *K* 13 Iuxta *A* 14 diruatur *C*: dirivatur *BKT* 15 an ea col. ded. C^1: an in col. diducatur *K* 16 utr. potius an potissimum qu. *K* ad hunc . . . mittatur *om.* C^1 18 sociis sit] successit *K* ut] aut *K* 19 c. sinit *B*: copia sit *K* 21 sunt id est ex. *T* 23 fidem *om.* *K* finis *K* 24 conplectit *T* 25 docebilem *K* adtentum *om.* *K* auditore *K* aud. . . . instruendo *om.* C^1 27 ita brev. *T* aperte] a parte C^1

confringamus; concludendum ita, ut concitemus animos audientis inplere quae dicimus.

VIII De qvinqve modis cavsarvm. Species causarum sunt quinque: [id est] honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causae genus est, cui statim sine oratione nostra favet animus auditoris. Admirabile, a quo est alienatus animus eorum, qui audituri sunt. Humile est, quod neclegitur
2 ab auditore. Anceps est, in quo aut iudicatio dubia est, aut causa honestatis et turpitudinis particeps, ut benivolentiam pariat et offensam. Obscurum, in quo aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa cernitur inplicata.

IX De Syllogismis. Syllogismus Graece, Latine argumentatio appellatur. Argumentatio autem dicta est, quasi argutae mentis oratio, qua inventum probabile exequimur. Syllogismus igitur est propositionis et adsumptionis confirmationisque extrema conclusio aut ex ambigentis incerto, aut ex fiducia
2 conprobantis. Constat enim tribus partibus: propositione, adsumptione, conclusione. Propositione, ut puta, 'quod bonum est, turpem usum habere non potest.' Consensit audiens; adsumpsit ille 'pecunia turpem usum habet.' Concluditur, 'ergo
3 pecunia bonum non est.' Syllogismis autem non solum rhetores, sed maxime dialectici utuntur, licet Apostolus saepe proponat, adsumat, confirmet atque concludat: quae, ut diximus, propriae
4 artis Dialecticae et Rhetoricae sunt. Syllogismorum apud rhetores principalia genera duo sunt: inductio et ratiocinatio. In-

1 concl. est ita *K* animum *K* 3 quinque sunt *K* 4 id est *hab. BT*: *om. CK* 6 a quo est *CT*: eo quod est *BK Bern.* 224 alienatus] adtentus *B ante corr.* C^1 *ut vid.* 7 nec legitur *CKT* 8 dubia est *om. K* 9 benivolentia pariat offesam *T*: benivole pariet offensa *K*: benivolentiam pariat offensam C^1 10 in qua aut B^1K: aut in quo *T* 11 cognoscendam B^1C^1 negotii BC^1: -tium *KT* 13 Soloecismus *K* 14 app. *BCT*: dicitur *K* arg. men. or.] argumenti ratio C^1 15 quia *K* exequitur *T* 18 ads. concl. prop. *K*: *om. C* 19 Propositione *om. K* 20 turpe usu *K* 21 turpe usum *KT* concl. enim pec. bo. nomen esse *K*: concl. enim pec. bo. est *C ante corr.* 23 maximi *K* 24 propria *dett.*

ductionis membra sunt tria : prima propositio, secunda inlatio,
quae et adsumptio dicitur, tertia conclusio. Inductio est, quae 5
rebus non dubiis captat adsensionem eius, cum instituta est, sive
inter philosophos, sive inter rhetores, sive inter sermocinantes.
Propositio inductionis est, quae similitudines concedendae rei
necessario unius inducit aut plurium. Inlatio inductionis est, 6
quae et adsumptio dicitur, quae rem, de qua contenditur, et cuius
causa similitudines habitae sunt, introducit. Conclusio indu-
ctionis est, quae aut concessionem inlationis confirmat, aut quid
ex ea conficiatur declarat. Ratiocinatio est oratio, qua id, de
quo est quaestio, conprobatur. Ratiocinationis modi sunt duo. 7
Primus enthymema, qui est inperfectus syllogismus atque rhe-
toricus. Secundus epichirema, qui est inrhetoricus et latior
syllogismus. Enthymema igitur Latine interpretatur mentis 8
conceptio, quem inperfectum syllogismum solent artigraphi
nuncupare. Nam in duabus partibus eius argumenti forma
consistit, quando id, quod ad fidem pertinet faciendam, utitur,
syllogismorum lege praeterita, ut est illud : 'Si tempestas vitanda
est, non est igitur navigandum.' Ex sola enim propositione et
conclusione constat esse perfectum, unde magis rhetoribus
quam dialecticis convenire iudicatum est. Enthymematis mem- 9
bra sunt quinque : primum convincibile, secundum ostentabile,
tertium sententiale, quartum exemplabile, quintum collectivum.
Convincibile est, quod evidenti ratione convincitur, sicut fecit 10
Cicero pro Milone (79) : 'Eius igitur mortis sedetis ultores,
cuius vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis.' Ostenta- 11
bile est, quod certa rei demonstratione constringit, sicut Cicero

2 quae ads. *T* : quae et sumptio *K* 3 captis *K* cum quo inst. *Cassiod.* 4 sive *tert.*] et *K* 6 unus *T* : unum *K* plurimum *KT* : -marum *Cassiod.* 8 cause *T* habitae . . .inductionis *om. K* 9 ut quid *K* 10 Ratioc. . . . conprobatur *om. T*[1] (*non U*) § 7 *om. A* : *post* § 8 *BCD KTU* 12 primus *om. D* 13 in rethoricis *CK* latior] latinus *T* 14 latine *om. K* 15 quem *BCDU* : quae (*pro* quem *suprascr.* a?) *KT* 15 improfecto solocismon *K* 16 nuncupari *B* eius *om. K* 18 preterit *K* 19 et conclusione *hab. K* : *om. BC Bern.* 224 *T* 20 consistat *T* mag. de r. *K* 21 Enthimemagi *K* : Enthimema magis *B* 22 primum *om. C*[1] 25 s. ultorem *K* : sedet stultores *T* 26 noletis *K* (*i. e.* nolletis ?) 27 constringitur *K*

in Catilina (1, 2): 'Hic tamen vivit, immo etiam in senatum
venit.' Sententiale est, quod sententia generalis adducit, ut
apud Terentium (Andr. 68):

Obsequium amicos, veritas odium parit.

12 Exemplabile est, quod alicuius exempli conparatione eventum
simile conminatur, sicut Cicero in Philippicis (2, 1): 'Te miror,
Antoni, quorum exempla imitaris, eorum exitus non pertime-
13 scere.' Collectivum est, cum in unum quae argumentata sunt
colliguntur, sicut ait Cicero pro Milone (41): 'Quem igitur cum
gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querella. Quem iure,
quem loco, quem tempore non est ausus: hunc iniuria, alieno
14 tempore, cum periculo capitis non dubitavit occidere.' Praeterea
secundum Victorinum enthymematis est altera definitio ex sola
propositione, sicut iam dictum est, quae ita constat: Si tempestas
15 vitanda est, non est navigatio requirenda. Ex sola adsumptione,
ut est illud: Si inimicus est, occidit; inimicus autem [est]. Et
16 quia illi deest conclusio, enthymema vocatur. Sequitur epichi-
rema, descendens de ratiocinatione latior et executior rhetoricis
syllogismis, latitudine distans et productione sermonis a dialecti-
cis syllogismis, propter quod rhetoribus datur. Hic autem con-
stat modis tribus. Primus modus tripertitus est, secundus quad-
17 ripertitus, tertius quinquepertitus. Tripertitus epichirematicus
syllogismus est, qui constat membris tribus, id est propositione,
adsumptione, conclusione. Quadripertitus est, qui constat ex
membris quattuor: prima propositione, secunda adsumptione
et una propositionis sive adsumptionis coniuncta, tertia pro-
18 batione et conclusione. Quinquepartitus itaque est, qui constat
ex membris quinque, id est prima propositione, secunda eius pro-

1 vivit vivit immo *B*[1]: vi. vi. etiam *Bern.* 224 senatu *BKT*
2 adducit *T*: addicit *BC*: adicit *T* 4 parat *K* 6 similem *CT*
7 quor. ex. imit.] quare mea exempla meditaris *K* 8 unum] um *K*
argumenta *K*: argumentati *T* 9 colligitur *T* quae ig. *C*[1]
10 aliquibus quer. *C*[1] 14 prepositione *T* dictus est qui *K* 16
inimicos occ. (*om.* est) *K* (*non M*) est *hab. BCT*: *om. AK*
18 de ratione *B*[1] latior ut *B* la. exsecutio rhetorici syllogismi *Halm*
(*ex Cassiod.*) 21 trip. sec. (*om.* est) *C* quadr. est tert. quinq. est *T*
23 qui] quod *K* prop-] praep- *C*[1] (*ter*) 25 primo positione *T*
26 prop. vel ads. adiuncta *K*: propositione sive ads. et iuncta *A* 28
sec. prob. (*om.* eius) *K*

bation, tertia adsumptione, quarta eius probatione, quinta con-
clusione. Hunc Cicero ita facit in arte Rhetorica (de Inv. 1, 12):
'Si deliberatio et demonstratio genera sunt causarum, non pos-
sunt recte partes alicuius generis causae putari. Eadem enim res
alii genus, alii pars esse potest; eidem genus et pars non potest,'
vel cetera, quousque syllogismi huius membra claudantur.

De lege. Lex est constitutio populi, quam maiores natu X
cum plebibus sancierunt. Nam quod Rex vel Imperator edicit,
constitutio vel edictum vocatur. Institutio aequitatis duplex est,
nunc in legibus, nunc in moribus. Inter legem autem et mores
hoc interest, quod lex scripta est, mos vero est vetustate probata
consuetudo, sive lex non scripta. Nam lex a legendo vocata,
quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est, de moribus 2
tracta tantundem. Consuetudo autem est ius quoddam mori-
bus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex; nec
differt scriptura an ratione consistat, quando et legem ratio con-
mendet. Porro si ratione lex consistat, lex erit omne iam quod 3
ratione constiterit, dumtaxat quod religioni congruat, quod disci-
plinae conveniat, quod saluti proficiat. Vocata autem consue-
tudo, quia in communi est usu. Omnis autem lex aut permittit 4
aliquid, ut 'vir fortis petatpraemium': aut vetat, ut 'sacrarum
virginum nuptias nulli petere liceat': aut punit, ut 'qui caedem
fecerit, capite plectatur.' Factae sunt autem leges, ut earum 5
metu humana coherceatur audacia, tutaque sit inter inprobos
innocentia, et in ipsis inprobis formidato supplicio refrenetur
nocendi facultas. Legis enim praemio aut poena vita moderatur

3 si] sive C^1 4 recta *K* caus. alic. gen. *K* 5 ali genus *T*: alii generis C^1 eidem . . . non potest *om.* C^1 idem *BK* 6 vel *BCT*: et *K* membra] verba *B* (*non Bern.* 224) *Cap.* x *edidit Kuebler* (*Herm.* 25, 505 *sqq.*), *q. v.* 8 edicit *BCT*: ededit *K* 10 autem *om.* *K* (*non A*) 11 quod] quia *B* mos vero vet. *K* 13 quia] quae *K*: qua C^1 14 tracta tan.] tractadem *T* eius quodam *K* 15 per legem suscepitur *K* defecit lex non defert scr. *A*: defecerit lex non defecit scr. *K* 16 conmendat *CT* 17 Porro rationem *T* constat *BC* 18 dumtaxat aut vitat quod KC^1 (*cf.* § 4) 20 quia] quod *K* communis *T* autem *ABCTU*: enim *KM* promittit *KM* 21 vetat] vitat *K* 22 puniat C^1 23 autem] hoc *K* earum] erum T^1 24 coherceretur *K* 25 ut et ips. *K* 26 Legis . . . humana *in finem* § 4 *transponit Kuebler* (*cf.* V. xix)

6 humana. Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriae, loco temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat, nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.

XI De sententia. Sententia est dictum inpersonale, ut (Ter. Andr. 68):

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Huic si persona fuerit adiecta, chria erit, ita: 'offendit Achilles Agamemnonem vera dicendo,' 'Metrophanes promeruit gratiam
2 Mithridatis obsequendo.' Nam inter chrian et sententiam hoc interest, quod sententia sine persona profertur, chria sine persona numquam dicitur. Vnde si sententiae persona adiciatur, fit chria; si detrahatur, fit sententia.

XII De Catasceva et Anasceva. Catasceua est confirmatio propositae rei. Anasceua autem contraria superiori est. Revincit enim non fuisse, aut non esse, quod natum, aut factum, aut dictum esse proponitur; ut si quis Chimaeram neget fuisse,
2 aut fuisse confirmet. Inter haec et thesin hoc interesse, quod thesis, quamvis et ipsa habeat disputationem in utramque partem, tamen incertae rei quasi quaedam deliberatio vel cohortatio est. Catasceua autem et anasceua in his rebus, quae verisimiles
3 non sunt, sed pro veris proponuntur, plerumque versantur. Anasceuae prima divisio est inconveniens et mendacium. Inconvenientis species sunt, quod inhonestum est et quod inutile. Item inhonestum tractatur aut in dictis aut in factis. In dictis, ut si qui indecora et non respondentia auctoritati dixisse dicatur; velut si aliqui infamet Catonem illum Censorium, iuventutem
4 illum ad nequitiam et luxuriam cohortatum. In factis, ut si qui

2 pro consuitudinem *K* 4 captione *K* nullo probato C^1 8 parat *K* 9 crian *BCK*: criminum *T* 10 agamemnon *T* 11 obsequendum *K* crian (*ter*) *codd.* 13 sententia p. *B*: p. sententia *T* 15 confirmatioopposite T^1 19 aut fuisse *om.* KC^1 inter est *K* 21 incerta rei quos quadam *K* liberatio *Arev.* quoartatio (co-) BC^1T 22 q. similes *K* 23 versis *K* ponuntur *BK* 24 inconvenientes sp. C^1T 27 auctoritate *BC* 28 infament *T* iuvetem *T* 29 illam *BC* courtatum *K*: coartatum *BT*

abhorrens aliquid a sanctimonia et nomine suo fecisse dicatur;
ut est fabula de adulterio Martis et Veneris. Mendacium tres
habet species: incredibile, quod factum non esse credatur, ut
adolescentem, qui de Siculo litore ingredientes Africam classes
viderit. Inpossibile est ut Clodius insidias Miloni fecerit et 5
idem occisus sit a Milone. Contrarium est; nam si insidias
fecit, occidit. Occisus est; non fecit insidias. Haec distributio
in contrarium reformata catasceua prodeerit. [Vt gradus omnes
constituamus, honestum, utile, verisimile, possibile, consenta-
neum, vel ex diverso inhonestum, inutile, parum verisimile, in-
possibile, contrarium.] Oportebit tamen principia sic ordinare,
ut aut credendum esse veterum auctoritati, aut fabulis fidem non
habendam esse dicamus. Et ad id postremum in anasceua re- 6
quiramus, ne quid aliud significare voluerint, qui ista finxerunt:
ut Scyllam non marinam, sed maritimam feminam, nec succin-
ctam canibus, sed rapacem aliquam et inhospitalem venientibus
extitisse.

De Prosopoeia. Prosopoeia est, cum inanimalium et per- XIII
sona et sermo fingitur. Cicero in Catilina (1, 27): 'Etenim si
mecum patria mea, quae mihi vita mea multo est carior, loquere-
tur, dicens,' et cetera. Sic et montes et flumina vel arbores lo- 2
quentes inducimus, personam inponentes rei quae non habet
naturam loquendi; quod et tragoedis usitatum et in orationibus
frequentissime invenitur.

De Ethopoeia. Ethopoeiam vero illam vocamus, in qua XIV
hominis personam fingimus pro exprimendis affectibus aetatis,
studii, fortunae, laetitiae, sexus, maeroris, audaciae. Nam cum
piratae persona suscipitur, audax, abrupta, temeraria erit oratio:

2 adterio *K* 3 non est esse *K* 4 egred. *Arev.* classem *T* 5 viderit *BK*: videret *CT* fecerit eodem occisus est *K* 7 occisus est ... insidias *om. T* 8–11 ut gradus ... contrarium *hab. TU* (inpossibile *om. U*): *om. BCKM* 11 tam. et pr. *K* ordinari *B* 12 uterum *A*: utrum *K* auctoritate *AK*: -tem *C* fidem *om. K* 13 id *om. K* 14 voluerit *BK*: voluerunt *C* 16 sed rap. *T*: sit rap. C^1: seu rap. *B*: sive rap. *K*: severa pacem *A* aliquem *T* 18 inan. pers. *K* 20 mul. et car. *T* 21 vel] et *K* 23 quod] quam *B* us. est et *B* rationibus *T* 25 in quam *BCT* 26 effectibus *T* 28 percipitur C^1

in eandem vocalem primam incidat verbi sequentis, ut 'feminae Aegyptiae.' Quae structura melior fit, si consonantes vocalibus adplicantur. Trium quoque consonantium, quae in se incidentes stridere et quasi rixare videntur, vitanda iunctura est, id est, R, S, X, ut: 'ars studiorum,' 'rex Xerxes,' 'error Romuli.' Fugienda est et consonans M inlisa vocalibus, ut 'verum enim.'

XX De ivnctvris verborvm. In verbis quoque cavenda sunt vitia, ut non inpropria verba ponantur, quae Graeci Acyrologian vocant. Amanda est ergo proprietas, sic tamen ut aliquando propter humilitatem sordidi aut spurci vocabuli translatis nominibus sit utendum, non tamen longe accitis, sed ut veris proxima
2 et cognata videantur. Fugienda etiam Hyperbata longiora, quae fieri sine aliorum sensuum confusione non possunt. Ambiguitas quoque et vitium illud cavendum, cum quidam iactatione eloquentiae ducti, quod uno aut duobus verbis significare poterant, interpositis inanibus vocibus longa et circumflexa ambage con-
3 cludunt: quod vitium Perissologia[n] vocatur. Cui contrarium criminis vitium est et brevitatis studio etiam necessaria verba furari. Fugienda sunt quoque, sicut in litteris et verbis, ita et in sententiis vitia, quae inter prima Grammaticorum studia
4 cognoscuntur. Sunt autem Cacemphaton, Tautologia, Ellipsis, Acyrologia, Macrologia, Perissologia, Pleonasmos et his similia. At contra orationem extollit et exornat †energia tum† Emphasis, quae plus quiddam quam dixerit intellegi facit; ut si dicas: 'Ad gloriam Scipionis ascendit,' et Vergilius (Aen. 2, 262):

Demissum lapsi per funem.

1 prima *K* ut *om.* T^1 2 structura DU^2: instructura *ABCGIK*: instructuram TU^1 *ut vid.* melior . . . consonantium quae (que) *BDGITU*: menantium quae (que) *AK*: consonantium C^1 *Versus quadraginta fere litterarum in archetypo exciderat* 3 in se incidentes *DGTU*: se incidentes *B*: insicidentes AC^1K 5 studiosorum *K* 6 vocabilibus C^1 9 ut non aliq. *BK* 10 sorditis aut sporcis vocalibus *K*: sordidis aut porci vocabuli *A*: sordidis aut spurcis vocabulis *C* 11 vires *B* 12 cognita *T* 14 quoque vit. *T* 15 dicti *K* uno aut *CK*: unius aut *B*: unius vel *T* 16 circumplexa *B* 17 vocantur K^1T (*pro* vocatur *corr.* vocant) 18 est crim. vit. *B* et brev. studium KC^1: ut brev. studium *B*: brev. studio *T* 19 fugiendum est *K* (*non A*) ita in sent. vit. atque int. *T*: ita et in sent. vitaque int. *A* 21 noscuntur *C* (*non A*) ellemsis (ele-, -mpsis) *codd.* (enilimsis *A*) 23 rationem *K* (*non A*) inergia tamen fasis *BCK*: i. t. facit *T*: energia tu men fassis *A* 25 *vel* ascendet 26 dimisum l. *A*: demissu lapsis *K*

Cum enim dicit lapsi, altitudinis imaginem suggerit. Huic con-
traria virtus est, verbis minuere quae natura sua magna sunt.
De figvris verborvm et sententiarvm. Augetur et XXI
ornatur oratio etiam figuris verborum ac sententiarum. Nam
quia directa et perpetua oratio fatigationem atque fastidium tam
dicendi quam audiendi creat, flectenda est et in alias versanda
formas, ut et dicentem reficiat, et ornatior fiat, et iudicem diverso
vultu audituque deflectat. E quibus plurimae superius a Do-
nato in schematibus artis Grammaticae adnotatae sunt. Vnde 2
tantum illa hic interponi oportuit, quae in poemate aut num-
quam aut difficulter fiunt, in oratione autem libere. [Anadi- 3
plosis est congeminatio verborum, ut (Cic. Catil. 1, 2): 'hic
tamen vivit, vivit, etiam in senatum venit.' Climax est gradatio, 4
cum ab eo, quo sensus superior terminatur, inferior incipit, ac
dehinc quasi per gradus dicendi ordo servatur, ut est illud
Africani: 'ex innocentia nascitur dignitas, ex dignitate honor,
ex honore imperium, ex imperio libertas.' Hanc figuram non-
nulli catenam appellant, propter quod aliud in alio quasi nectitur
nomine, atque ita res plures in geminatione verborum trahuntur.
Fit autem hoc schema non solum in singulis verbis, sed etiam
in contexione verborum, ut apud Gracchum: 'pueritia tua adu-
lescentiae tuae inhonestamentum fuit, adulescentia senectuti
dedecoramentum, senectus reipublicae flagitium.' Sic et apud
Scipionem: 'vi atque ingratis coactus cum illo sponsionem feci,
facta sponsione ad iudicem adduxi, adductum primo coetu
damnavi, damnatum ex voluntate dimisi.' Antitheta, quae 5
Latine contraposita appellantur: quae, dum ex adverso ponun-
tur, sententiae pulchritudinem faciunt, et in ornamento locu-

1 altitudinis imaginem *K*: altitudinem imaginis *ABCT* sugeret *A*: suggereret C^1 4 etiam *om. K* 5 et] ac *K* 6 dicendi quam audiendi *BK*: dicenti quam audienti *C*: dicendi quam audienti *T* plectenda *T* 7 ut dic. *T* ornatio *A* 9 Vnde et t. *T* 10 q. autem po. C^1 §§ 3–48 *om. AC*^{1} *Rem.*^{1} *Mon.*^{1} *KM*: *hab. BC*^{2}*DGTU. Contuli BC*^{2}*DT* 11 Item anad. *BC*^{2}*D*: Anad. *TU* 13 vivit (*alt.*) *om. BC*^{2}*H Bern.* 224 senatu *TU*: senatura *BDH Bern.* 224 18 propter quam *B* aliud *om. C*^{2} quasi *om. C*^{2} 21 adul. . . . fuit *om. D* 22 senectutis *B* 23 decoramentum *T* senectutis *B* 24 ingratis *Arev.*: gratis *codd.* (*etiam U*)

tionis decentissima existunt, ut Cicero (Catil. 2, 25): 'ex hac
parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stu-
prum; hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus; hinc
constantia, illinc furor; hinc honestas, illinc turpitudo; hinc
continentia, illinc libido; hinc denique aequitas, temperantia,
fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate,
luxuria, ignavia, temeritate, cum vitiis omnibus; postremo copia
cum egestate; bona ratio cum perdita; mens sana cum amentia;
bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit.'
In huiusmodi certamine ac praelio, huiusmodi locutionis orna-
mento liber Ecclesiasticus usus est, dicens (33, 15): 'contra
malum bonum, et contra mortem vita: sic contra pium peccator:
et sic intuere in omnia opera altissimi, bina et bina, unum contra
6 unum.' Synonymia est, quotiens in conexa oratione pluribus verbis
unam rem significamus, ut ait Cicero (Catil. 1, 8): 'nihil agis,
nihil moliris, nihil cogitas.' Et item (Catil. 1, 10): 'non feram,
7 non patiar, non sinam.' Epanodos, quam regressionem nostri
vocant (Cic. Ligar. 19): 'principium dignitas erat pene par; non
8 par fortasse eorum, quae sequebantur.' Antapodosis, quotiens
media primis et ultimis conveniunt [ut est] (Cic. c. cont. Metell.
frag. 5): 'vestrum iam hoc factum reprehendo, patres conscripti,
non meum, ac pulcherrimum quidem factum: verum, ut dixi,
9 non meum, sed vestrum.' Paradiastole est, quotiens id, quod
dicimus, interpretatione discernimus (cf. Rutil. Lup. 1, 4): 'cum
te pro astuto sapientem appellas, pro inconsiderato fortem, pro
10 inliberali diligentem.' Antanaclasis est, quae eodem verbo con-
trarium exprimit sensum. Querebatur quidam de filio, cum
mortem suam expectaret, respondente: 'non expecto, immo
11 peto, inquit, ut expectes.' Antimetabole est conversio verborum,
quae ordine mutato contrarium efficit sensum: 'non ut edam vivo,

7 luxuriac T^1: luxuria cum T^2 9 confl. huiusm. *T* 11 usus est *om.* *T* 12 vitam *BDT* 13 omni *B* 16 et *om.* C^2 18 dignitatis *D* (*non H*) 19 inpar *T* sequebatur *T* 20 ut est *hab.* *T*: *om.* BC^2D 21 vestrum] usum (usu) *BD* (*pro* usm̄, *i. e.* vestrum) 22 non eum *BCD* ac] a *B* quidum (-am ?) *T* 23 vestrum] usum *D* id] hic *T* 29 est *om.* *D* (*non H*)

sed ut vivam edo.' Et illud (Cic. Phil. 4, 8): 'si consul Antonius,
Brutus hostis: si conservator reipublicae Brutus, hostis Anto-
nius.' Exoche (Cic. Mil. 59): 'Quis eos appellavit? Appius. 12
Quis produxit? Appius.' Nunc figuras sententiarum, quas ope- 13
rae pretium sit cognoscere, persequamur. Sententia est dictum 14
inpersonale, ut (Ter. Andr. 68):

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Huic si persona fuerit adiecta, Chria erit, ita: 'offendit Achilles
Agamemnonem vera dicendo.' 'Metrophanes promeruit gratiam
Mithridatis obsequendo.' Nam inter chriam et sententiam hoc
interest, quod sententia sine persona profertur, chria sine per-
sona numquam dicitur. Vnde si sententiae persona adiciatur,
fit chria; si detrahatur, fit sententia. Sententiarum species mul- 15
tae. Aliae enim sunt indicativae, aliae sunt pronuntiativae, ut
(Virg. Aen. 4, 373):

Nusquam tuta fides;

aliae imperativae, ut (Virg. Aen. 4, 223):

Vade, age, nate, voca Zephyros, et labere pinnis.

Aliae admirativae (Virg. Aen. 1, 11):

Tantaene animis caelestibus irae?

Aliae conparativae (Lucil. iv. frag. ?): 16

Si vinco et pereo, quid ibi me vincere praestat?

Aliae superlativae, quae cum aliquo motu animi et indignatione
promuntur (Virg. Aen. 3, 57):

Quid non mortalia pectora coges,
auri sacra fames!

Aliae interrogativae [ut] (Virg. Aen. 8, 113): 17

Iuvenes, quae causa subegit
ignotas temptare vias?
Quid genus, unde domum? Pacemne huc fertis, an arma?

§ 13 *om. H* (*supposito titulo* DE FIGVRIS VERBORVM ET SENTENTIARVM)
5 pr. est *D* persequamur *T*: persequemur *BC²D* 9 agamemnon *T*
11 numquam sine persona *C²* 13 multae sunt *BC²* 18 lebare *T*
23 que qum vel quo motu *T* 27 ut *hab. T*: *om. BC²D* 28 iube
neque cau. *T* causas obegit *D* 30 domus *C²*

18 Aliae responsivae, ut 'illinc,' 'istinc.' Aliae deprecativae, ut (Virg. Aen. 6, 365):

Eripe me his, invicte, malis!

Aliae promissivae, ut (Virg. Aen. 1, 257):

Parce metu, manent inmota tuorum.

Aliae concessivae quae inpulsione prohibeant, ut (Virg. Aen. 4, 381):

I, sequere Italiam ventis, pete regna per undas.

Quae tamen ne non intellecta sit persuasio, permixta sunt aliqua quae vetent latenter, ut 'ventis,' 'per undas.' Aliae demonstrativae, ut: 'en,' 'ecce.' Aliae optativae, ut (Virg. Aen. 8, 560):

O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos.

19 Aliae derogativae, ut: 'nequaquam.' Aliae, quae cum exclamatione proferuntur, ut (Petron. 68):

Quis furor, o cives, pacem convertit in arma?

Et Cicero (Cat. 1, 9): 'O dii inmortales, ubinam gentium
20 sumus?' Aliae exhortativae, cum ad sententiam provocamus, ut (Virg. Aen. 8, 364):

Aude, hospes, contemnere opes.

21 Aliae dehortativae, cum a contrario vitio peccatoque reduci-
22 mus. Sunt et adfirmativae, ut: 'quidni,' 'quippe.' Praeceptivae, ut (cf. Virg. Georg. 1, 299):

Nudus ara, sere nudus, et habebis frigore messes.

23 Vetativae, ut (Virg. Georg. 2, 299):

Neve inter vites corylum sere, neve flagella
summa pete.

24 Negativae, ut: 'non,' 'minime.' Sunt et mirativae, ut (Hieronym. epist. ad Rust. 4, 6) 'Papae! vivere non licet, et fornicare libet?'
25 Dolentis, [ut] (cf. Ovid, Heroid. 5, 149):

Ei mihi, quod nullus amor est sanabilis herbis.

5 inmeta *DT* 10 *vix* ut ven. pete regna per (p. r. per *in archetypo*) 14 denegativae *D* (*non H*) 17 ubinam] ubi iam *T* 20 audeo ospes *T*: aut spes *BD* 21 a contrario a vitio *D*: a contrariis a vitio *T* 26 corallum *B* 28 miserative *T* 29 vinere *D* 30 ut *om.* BC^2T *ante corr.*: *hab. DT ex corr.* 31 nullis *dett.* est *om. D* servis (*ex* -vus) *D*

Flentis [ut]. Similitudinis, sic (Virg. Aen. 5, 588):

Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta.

Admonentis [ut]. Inridentis [ut]. Gementis [ut]. Exhortativae
[ut]. Consolativae [ut]. Conmiserantis [ut]. Quorum quot
sunt figurae, tot et in pronuntiando voces. Sunt et Amphidoxae, 26
quarum pars honesta est, pars inhonesta, ut (Ovid, Met. 2, 53):

Non est tua tuta voluntas:
magna petis, Phaëthon.

Sunt et aliae, procatalempsis, cum id, quod nobis obici poterat, 27
ante praesumimus ad diluendum, ut (Cic. Div. in Caec. 1):
'Si quis vestrum iudices, aut eorum, qui adsunt, forte mirantur.'
Sunt et aporiae, dubitatio simulantis nescire se quae scit, aut
quomodo dicatur. Koeno⟨no⟩sis autem dicitur conmunicatio 28
consilii cum iudicibus aut adversariis, ut si dicas: 'Vos consulo,
iudices, aut vos adversarii, quid me facere convenerit, aut quid
vos facturi fuissetis.' Paradoxon est, cum dicimus inopinatum 29
aliquid accidisse, ut Flacco Cicero (cf. Flacc. 1): 'Cuius laudis
praedicator esse debuerit, eius periculi deprecatorem esse
factum.' Epitrope, id est permissio, cum aliqua ipsis iudi- 30
cibus aut adversariis permittimus aestimanda, ut Calvus in
Vati[ci]nio: 'Perfrica frontem, et dic te digniorem qui praetor
fieres quam Catonem.' Parrhesia est oratio libertatis et fiduciae 31
plena (Cic. Mil. 72): 'occidi non Spurium Maelium,' et cetera.
Qua figura caute utendum est, ut Cicero: praemisit enim factio-
nem. Ethopoeia est, cum sermonem ex aliena persona in- 32
ducimus, ut pro Caelio Tullius facit Appium Caecum cum Clo-
dia loquentem. Energia est rerum gestarum aut quasi gesta- 33
rum sub oculis inductio, de qua locuti iam sumus. Metathesis 34

1 flentis ut sim. *T*: ut *om.* BC^2D 2 laberintus *BDT* 3–4 ut (*sexies*) *hab.* *T*: *om.* BC^2D 7 tua tua vol. *D* 8 macina C^2 11 nostrum *T*: usum *BD* miratur C^2 13 Qui non osis *codd.* communicatione *D* 15 iudices BC^2D: reges *T* aut] ut *T* convenit TC^2 16 fustis C^2 18 depredicatorem *D*: predicatorem *T* 19 ipsius *T* 20 aut] ut *B* 21 vaticinio (*pro* Vatinio) *codd.* (*etiam U*) dicta dig. *T* 22 fieret *T* fiducia *T* 24 permisit *T* rationem *D* (*non H*) 25 ex] et *T* 26 cum clodio *T* 27 Enargia *Halm* 28 inductionem *T*

est, quae mittit animos iudicum in res praeteritas aut futuras,
hoc modo : ‘Revocate mentis ad spectaculum expugnatae mise-
rae civitatis, et videre vos credite incendia, caedes, rapinas,
direptiones, liberorum corporum iniurias, captivitates matrona-
rum, trucidationes senum.’ In futurum autem anticipatio eorum,
quae dicturus est adversarius, ut Tullio pro Milone, cum mittit
animos iudicum in eum reipublicae statum, ⟨qui⟩ futurus est,
35 etiamsi occiso Milone Clodius viveret. Aposiopesis est, cum id,
quod dicturi videbamur, silentio intercipimus (Virg. Aen. 1, 135):

Quos ego, sed motos praestat conponere fluctus.

36 Epanalempsis est digressio: ‘Tulit calor me dicendi et digni-
tas rerum paulo longius quam volebam, sed redeo ad causam.’
37 Anamnesis est commemoratio eius rei, quod oblitos fuisse nos
38 fingimus. †Aparisis† est, cum id, quod in animos iudicum quasi
39 deposueramus, opportune reposcimus. Aetiologia est, cum pro-
40 ponimus aliquid, eiusque causam et rationem reddimus. Cha-
racterismus, descriptio figurae alicuius expressa, ut (Virg. Aen.
4, 558):

Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque
et crines flavos et membra decora iuventa.

'Αθροισμός, cum plures sensus breviter expeditos in unum locum
coacervant, et cum quadam festinatione decurrit, ut Cicero (Cic.
Catil. 3, 1): ‘Rempublicam, Quirites, vitamque omnium vestro-
rum, bona, fortunas, coniuges, liberosque vestros,’ et cetera.
41 Ironia est, cum per simulationem diversum quam dicit intellegi
cupit. Fit autem aut cum laudamus eum quem vituperare
volumus, aut vituperamus quem laudare volumus. Vtriusque
exemplum erit, si dicas amatorem reipublicae Catilinam, hostem
42 reipublicae Scipionem. Diasyrmos ea, quae magna sunt, verbis

1 futuras *om.* T^1 : futurum *ut vid.* T^2 2 misera *T* (*non U*) : miseri *B* 6 tullio *B* : tullium *DT* : tullius C^2 7 amicos *D* qui *hab.* C^2 f. esset si *Arev.* 12 ad *om. D* 13 quam *D* (*non H*) 14 Aparasis *T* : Apaetesis *edd.* 20 iuventae C^2 21 'Αθροισμός] Litrismos *codd.* 22 coacervat C^2DH 23 vitam quem *T* nostrorum *T*: usum horum (*ex* orum) *D* : vestrum C^2 24 vestros D^2 (D^1 *n. l.*) : tuos *T* 27 aut vit. . . . volumus *om. D* vituperemus *T*

minuit, aut minima extollit. †Efon† est, quotiens in eodem sensu 43
diutius immoramur: 'Cui tandem pepercit? cuius amicitiae
fidem custodivit? cui bono inimicus non fuit? quando non aut
accusavit aliquem, aut verberavit, aut prodidit?' Epangelia est 44
promissio, qua iudicem adtentum facimus, pollicentes nos aliqua
magna aut minima dicturos. Prosopopoeia est, cum inanimalium 45
et persona et sermo fingitur. Cicero in Catilina (1, 27): 'etenim
si mecum patria mea, quae mihi vita mea multo est carior,
loqueretur dicens,' et cetera. Parathesis est, cum quasi deponi- 46
mus aliquid inperfectum apud memoriam iudicum, repetituros
nos dicentes, cum oportunum fuerit. Peusis, id est soliloquium, 47
cum ad interrogata ipsi nobis respondemus. Synaeresis est, cum 48
differimus aliquid, petentes ut aliud interim nos permittant
dicere].

De Dialectica. Dialectica est disciplina ad disserendas XXII
rerum causas inventa. Ipsa est philosophiae species, quae Logica
dicitur, id est rationalis definiendi, quaerendi et disserendi po-
tens. Docet enim in pluribus generibus quaestionum quemad-
modum disputando vera et falsa diiudicentur. Hanc quidam 2
primi philosophi in suis dictionibus habuerunt; non tamen ad
artis redegere peritiam. Post hos Aristoteles ad regulas quasdam
huius doctrinae argumenta perduxit, et Dialecticam nuncupavit,
pro eo quod in ea de dictis disputatur. Nam *λεκτόν* dictio dicitur.
Ideo autem post Rhetoricam disciplinam Dialectica sequitur,
quia in multis utraque communia existunt.

De differentia Dialecticae et Rhetoricae artis. XXIII
Dialecticam et Rhetoricam Varro in novem disciplinarum libris

1 extollet *DT* Efon . . . immoramur] ut est illud *T* Epimone *Arev.*: Hyphe *Otto* 2 emoramur *BD* cui tamen pep. *B* amihitie *T* 4 prodit *T* 6 dicturos BC^2D (*ex* -rus) : dicentes *T* 7 catilinam C^2 9 Paratisis *codd.* : Paraetesis *Eckstein* 11 id *om.* C^2DH soliloquii *D* 12 respondimus *DT* Sinerosis *codd.* 13 nos] non *B* 14 *post* dicere *add.* inter figuras sententiarum *BG* 16 est a phil. *K* 18 enim que in *T* 19 diiudicentur (dei-) *ABCT* : iudicemus *K* quidam *KT* : quidem *BC* 20 habuerint *T* 21 redigere *codd.* 22 argumenta] aucmenta *K* 23 ea de *BC ex corr.* *T* : eadem *KC ante corr.* nam . . . dicitur *om.* *T* 24 ideo] in eo *T* 25 quia *BCT* : quod *K* in multis *BC* (*ex* imultis) *T* : multis *K* utrique *dett.*

tali similitudine definivit: 'Dialectica et Rhetorica est quod in
manu hominis pugnus adstrictus et palma distensa: illa verba
2 contrahens, ista distendens.' Dialectica siquidem ad disserendas
res acutior: Rhetorica ad illa quae nititur docenda facundior.
Illa ad scholas nonnumquam venit: ista iugiter procedit in forum.
Illa requirit rarissimos studiosos: haec frequenter et populos.
3 Solent autem Philosophi antequam ad isagogen veniant exponen-
dam, definitionem Philosophiae ostendere, quo facilius ea, quae
ad eam pertinent, demonstrentur.

XXIV De definitione Philosophiae. Philosophia est rerum
humanarum divinarumque cognitio cum studio bene vivendi
coniuncta. Haec duabus ex rebus constare videtur, scientia et
2 opinatione. Scientia est, cum res aliqua certa ratione percipitur;
opinatio autem, cum adhuc incerta res latet et nulla ratione firma
videtur, utputa sol utrumne tantus quantus videtur, an maior sit
quam omnis terra: item luna globosa sit an concava, et stellae
utrumne adhaereant caelo, an per aerem libero cursu ferantur:
caelum ipsum qua magnitudine, qua materia constat: utrum
quietum sit et inmobile, an incredibili celeritate volvatur: quanta
sit terrae crassitudo, aut quibus fundamentis librata et suspensa
3 permaneat. Ipsud autem nomen Latine interpretatum amorem
sapientiae profitetur. Nam Graeci φιλο- amorem, σοφίαν sapien-
tiam dicunt. Philosophiae species tripertita est: una naturalis,
quae Graece Physica appellatur, in qua de naturae inquisitione
disseritur: altera moralis, quae Graece Ethica dicitur, in qua de
moribus agitur: tertia rationalis, quae Graeco vocabulo Logica
appellatur, in qua disputatur quemadmodum in rerum causis vel
4 vitae moribus veritas ipsa quaeratur. In Physica igitur causa
quaerendi, in Ethica ordo vivendi, in Logica ratio intellegendi

2 illa . . . distendens *om.* *T* 3 ita C^1 4 illa *ABCT*: ea *K* 5 ista] ita C^1T^1 7 exponendum *B* 9 ad eadem *B* demonstrarentur *K* 11 divinarumque *om.* *K* cum studio *om.* *K* bene vivendi *om.* *T* 12 contrare *C* 14 firmata *K* 16 terra sol item *K* 18 quam mag. *KT* qua *om.* *K*: quam *T* constet *BC* 19 quieta *K* 20 quibus] quis *T*: in quibus *C* 21 interpraetatur amor *K* 22 profitetur] interpetratur *T* 28 vita mores *T* quaeritur *A*

versatur. Physicam apud Graecos primus perscrutatus est
Thales Milesius, unus ex septem illis sapientibus. Hic enim ante
alios caeli causas atque vim rerum naturalium contemplata ra-
tione suspexit, quam postmodum Plato in quattuor definitiones
distribuit, id est Arithmeticam, Geometricam, Musicam, Astrono-
miam. Ethicam Socrates primus ad corrigendos conponendos- 5
que mores instituit, atque omne studium eius ad bene vivendi
disputationem perduxit, dividens eam in quattuor virtutibus
animae, id est prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam.
Prudentia est in rebus, qua discernuntur a bonis mala. Forti- 6
tudo, qua adversa aequanimiter tolerantur. Temperantia, qua
libido concupiscentiaque rerum frenatur. Iustitia, qua recte
iudicando sua cuique distribuunt. Logicam, quae rationalis 7
vocatur, Plato subiunxit, per quam, discussis rerum morumque
causis, vim earum rationabiliter perscrutatus est, dividens eam
in Dialecticam et Rhetoricam. Dicta autem Logica, id est
rationalis. Λόγος enim apud Graecos et sermonem significat et
rationem. In his quippe tribus generibus Philosophiae etiam 8
eloquia divina consistunt. Nam aut de natura disputare solent,
ut in Genesi et in Ecclesiaste: aut de moribus, ut in Proverbiis
et in omnibus sparsim libris: aut de Logica, pro qua nostri
Theoreticam sibi vindicant, ut in Cantico canticorum, et
Evangeliis. Item aliqui doctorum Philosophiam in nomine et 9
partibus suis ita definierunt: Philosophia est divinarum humana-
rumque rerum, in quantum homini possibile est, probabilis
scientia. Aliter: Philosophia est ars artium et disciplina disci-
plinarum. Rursus: Philosophia est meditatio mortis, quod ma-
gis convenit Christianis qui, saeculi ambitione calcata, conver-
satione disciplinabili, similitudine futurae patriae vivunt. Philo-

1 est *om.* C^1 3 alias *K* vim] viam *K* rerum *om.* *T* cont. rat.] contemplatione *T* 6 ad corrigendosque mores *T* 7 eius *om.* *K* 10 est *om.* *K* a qua *T*: quae *K* 11 qua *prius*] quia *T*: quam *K* 12 concupiscentieque T^1: concupiscentiae atque *K* qua] quia TC^1 20 et eccl. *K* 21 pro quam *C* (*non A*): quam *K* 22 theoloicam *AK* canticis cant. *TB* 23 philosophorum *K* 25 probabilibus *T*

sophia dividitur in duas partes: prima inspectiva; secunda
10 actualis. Alii definierunt Philosophiae rationem in duabus con-
sistere partibus, quarum prima inspectiva est, secunda actualis.
Inspectiva dividitur in tribus modis, id est prima in naturalem;
secunda in doctrinalem; tertia in divinam. Doctrinalis dividitur
in quattuor, id est, prima in Arithmeticam, secunda Musicam,
11 tertia Geometriam, quarta Astronomiam. Actualis dividitur in
tribus, id est, prima in moralem, secunda dispensativam, tertia
civilem. Inspectiva dicitur, qua supergressi visibilia, de divinis
aliquid et caelestibus contemplamur, eaque mente solummodo
12 inspicimus, quoniam corporeum supergrediuntur obtutum. Na-
turalis dicitur, ubi uniuscuiusque rei natura discutitur, quia nihil
generatur in vita: sed unumquodque his usibus deputatur, in
quibus a creatore definitum est, nisi forte cum voluntate Dei
13 aliquod miraculum provenire monstratur. Divinalis dicitur,
quando aut ineffabilem naturam Dei, aut spiritales creaturas ex
14 aliqua parte, profundissima qualitate disserimus. Doctrinalis dici-
tur scientia, quae abstractam considerat quantitatem. Abstracta
enim quantitas dicitur, quam intellectu a materia separantes,
vel ab aliis accidentibus, ut est par, inpar, vel ab huiuscemodi,
in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sunt quattuor:
15 Arithmetica, Geometrica, Musica, Astronomia. Arithmetica est
disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Geometrica est
disciplina magnitudinis inmobilis et formarum. Musica est disci-
plina quae de numeris loquitur qui ad aliquid sunt, his qui
inveniuntur in sonis. Astronomia est disciplina, quae cursus

1 prima inspectiva secunda actualis *T*: prima in spectivam secunda in actualem *BC*: primam inspectivam secundam actualem *K* 3 est *om. K* 4 primam . . . secundam . . . tertiam *T* 5 sec. doct. item tert. *BC* divinalem *K* 6 sec. in mus. tert. in geom. quar. in astr. *T* 8 mortalem *B* dispensationem *B*: in dispensativam *T* tertiam civilem *C* 9 inspectativa d. quia supergressibilia *T* de dis *A*: divinis *K* 10 ex cael. *A*: excellentibus *K* 13 *cf. Praef.* 15 dic. *ABCT*: est *K* 16 q. vel ineff. *K* 17 Doctrinaliter *T* 18 abs. autem quant. *K* 19 sperantes C^1: separatur *B* 20 vel *pr.*] ne *K* vel alia hu. *Cass.* 21 tractamur C^1 23 q. n. s. s. *om. B* est *om. T* 24 disciplina *om. K* magn. inm. et form. *ABCT*: cuius magnitudinis in modis et in formis *K* 25 de *om. K* qui *T*: quae *BCK* 26 sonibus *T*

caelestium siderumque figuras contemplatur omnes, et habitu-
dines stellarum circa se et circa terram indagabili ratione per-
currit. Porro actualis dicitur, quae res propositas operationi- 16
bus suis explicat. Cuius partes sunt tres, moralis, dispensativa
et civilis. Moralis dicitur, per quam mos vivendi honestus adpeti-
tur, et instituta ad virtutem tendentia praeparantur. Dispensa-
tiva dicitur, cum domesticarum rerum sapienter ordo disponitur.
Civilis dicitur, per quam totius civitatis utilitas administratur.

DE ISAGOGIS PORPHYRII. Post Philosophiae definitiones, XXV
in quibus generaliter omnia continentur, nunc Isagogas Porphyrii
expediamus. Isagoga quippe Graece, Latine introductio dicitur,
eorum scilicet qui Philosophiam incipiunt: continens in se
demonstrationem primarum rationum de qualibet re quid sit,
suaque certa ac substantiali definitione declaretur. Nam posito 2
primo genere, deinde species et alia, quae vicina esse possunt,
subiungimus ac discretis communionibus separamus, tamdiu
interponentes differentias, quousque ad proprium eius de quo
quaerimus signata eius expressione perveniamus, ut puta: Homo
est animal rationale, mortale, terrenum, bipes, risu capax. Genus 3
animal cum dictum est, substantia hominis declarata est. Est
enim ad hominem genus animal, sed quia late patebat, adiecta
est species, terrenum: iam exclusum est id quod aut aethereum
aut humidum [suspicabatur]. Differentia vero, ut bipes, quae
propter animalia posita est quae multis pedibus innituntur.
Item rationale, propter illa quae ratione egeant: mortale autem

1 siderum atque fig. *T*: siderum fig. *K* om. sed *T* 2 indagavilis *K* 3 quae res . . . dicitur *om.* (*propter homoeotel.*) *AKL*: *hab. BCDTU* proposita superationibus *T* (*non U*) 4 explicat *BC*: explicare contendit *DU*: explicare contenditur *T* 10 nunc . . . exp. *om.* *L*[1] 13 quod sit *K* 14 sua quae *BC* ac] hanc *C*[1] definitione *ABCT*: ratione *K* declaratur *CK*: -rans *Schwarz* nam posito *usque ad* xxvi. 3 eius definitionem *post* xxvi. 10 posita sunt *K* posito] prepositio *T* 15 alia quae] aliquae *A* 16 communionibus *BCT*: commonitionibus *A*: communibus *K* 17 propriam *ut vid.* *T*: propria *K* 18 signata eius exp. *AB*: signata exp. *C*: signa eius exp. *T*: signa exp. *K* 19 risus *CK* An. c. d. e. *A*: Genus c. d. e. an. *T*: An. c. d. e. esse *K* 20 subsistentia *K* 21 hominum *K* 22 aereum *K* 23 suspicabatur *hab.* *T*: *om.* *BCK* bip. quod *B* 24 positum *T* quod mul. *B* 25 illa quod *B*

4 propter id quod angelus [non] est. Postea discretis atque seclusis adiectum est proprium in parte postrema [risus capax]: est enim solum hominis, quod ridet. Sic perfecta est omni ex parte definitio ad hominem declarandum. Cuius disciplinae definitionem plenam existimaverunt Aristoteles et Tullius ex genere
5 et differentiis consistere. Quidam postea pleniores in docendo eius perfectam substantialem definitionem in quinque partibus, veluti membris suis, diviserunt. Quarum prima est de genere, secunda de specie, tertia de differentia, quarta de proprio, quinta
6 de accidenti. Genus, ut animal. Est enim vocabulum generale et commune omnium animam habentium. Species, ut homo. Est enim specialitas, qua separatur a ceteris animantibus. Differentia, ut rationale, mortale. His enim duobus differt homo a
7 ceteris. Cum enim dicitur rationale, discernitur ab inrationalibus mutis, quae non habent rationem. Cum [dicitur] mortale, discernitur ab angelis, qui nesciunt mortem. Proprium, ut risibile. Homo est enim quod ridet, et hoc praeter hominem nullius animalis est. Accidens, ut color in corpore, doctrina in animo.
8 Haec enim temporum varietate et accidunt et mutantur: et est ex omnibus his quinque partibus oratio plenae sententiae, ita: Homo est animal rationale, mortale, risibile, boni malique capax. Sic etiam in omni oratione substantiali tamdiu interponere debemus species et differentias, quam diu seclusis omnibus, quae hoc idem esse possunt, ad id perveniatur, ut proprietas iam certa
9 teneatur. Isagogas autem ex Graeco in Latinum transtulit Victorinus orator, commentumque eius quinque libris Boetius edidit.

XXVI De categoriis Aristotelis. Sequuntur Aristotelis categoriae, quae Latine praedicamenta dicuntur: quibus per varias

1 propter id quod angelus non est *T*: propter id quod angelus est *AC*: propter id quod non angelus est *B*: propter angelos *K* 2 proprium] primum *K* risus capax *hab. K*: *om. ABCT* 3 quo *K* omni *K*: omnis *BCT* 8 velut in membr. *BC* 10 accedentia *T* 12 quae sep. *K* 13 a ceteris *om. B* 14 rationale mortale *B* 15 mut. qui TC^{1} dicitur *hab. T*: *om. ABCK* 17 enim *om. K* pr. hom. hoc *K* ullius C^{1} 18 ut *om. K* 20 his *om. K* 22 ratione substantiae *K* 24 idem *BCT*: item *K* 26 commentumque *om. K* 29 quae] quod *B* quibus] cuius *C*

significationes omnis sermo conclusus est. Instrumenta cate- 2
goriarum sunt tria, id est prima aequivoca; secunda univoca;
tertia denominativa. Aequivoca sunt, quando multarum rerum
nomen unum est, sed non eadem definitio, ut leo. Nam quan-
tum ad nomen pertinet, et verus et pictus et caelestis leo dicitur;
quantum ad definitionem pertinet, aliter verus definitur, aliter
pictus, aliter caelestis. Vnivoca sunt, quando duarum aut pluri- 3
marum rerum unum nomen est et definitio, ut vestis. Nam et
birrus et tunica et nomen vestis possunt accipere et eius de-
finitionem. Ergo hoc univocum in generibus esse intellegitur,
quia et nomen et definitionem dat formis suis. Denominativa, 4
id est derivativa, dicuntur quaecumque ab aliquo solo differen-
tiae casu secundum nomen habent appellationem, ut a bonitate
bonus, et a malitia malus. Categoriarum autem species decem 5
sunt, id est substantia, quantitas, qualitas, relatio, situs, locus,
tempus, habitus, agere et pati. Substantia est, quae proprie 6
et principaliter dicitur, quae neque de subiecto praedicatur,
neque in subiecto est, ut aliqui homo vel aliqui equus. Se-
cundae autem substantiae dicuntur, in quibus speciebus illae,
quae principaliter substantiae primo dictae sunt, insunt atque
clauduntur, ut in homine Cicero. Quantitas est mensura, per 7
quam aliquid vel magnum vel minus ostenditur, ut longus, brevis.
Qualitas est, ut qualis sit, orator an rusticus, niger aut candidus.
Relatio est, quae refertur ad aliquid. Cum enim dicitur filius,
demonstratur et pater. Haec relativa simul incipiunt. Namque
servus ac dominus uno tempore exordium nominis sumunt, nec
aliquando invenitur dominus prior servo, nec servus domino.
Alterum enim alteri praeesse non potest. Locus est ubi sit, in 8

2 id est *om.* *K* equivoca est *T* 3 rerum *om.* *T* 5 nomina pert. *T* ver. pict. et cel. ut leo *T* 7 du. hinc aut *C*[1] plurimum *T*: plurium *B* 8 ut] et *C*[1] 10 esse] est *K* 11 dant *BCT* 12 id est der. *om.* *K* diffirentias *K* 13 casu] ca *C*[1]: *om.* *K* 17 de subiecto *BCT*: subiectio *K* 18 in *om.* *K* aliqui homo *BCT*: aliquis *K* vel] ve *K* 19 speciebus illae quae *BCT*: species illae *K* 20 primo] pro modo *K* insunt *om.* *T* 21 Quant. ad mensuram *K* 22 magnum *ABCT*: maius *K* 23 qual. est qual. sit or. aut rust. *K* 25 haec et relativus *BC* 28 alterum *BCT*: alter *K*

foro, in platea. Loci autem motus partes sex habet, dextram
et sinistram, ante et retro, sursum atque deorsum. Partes quo-
que istae sex duo habent [id est, situm et tempus. Situm, ut]
longe et prope. Tempus, ut: heri, hodie. Porro situs a posi-
9 tione dictus, ut quis aut stet, aut sedeat, aut iaceat. Habitus ab
habendo aliquid dictus, ut habere scientiam in mente, virtutem
in corpore, circa corpus vestimentum, et cetera, quae ad habendi
10 modum, designato a doctoribus numero, conprehenditur. Iam
vero agere et pati ab agentis et patientis significatione consistunt.
Nam scribo vocis actum habet, quoniam facientis rem indicat.
Scribor patientis est, quoniam pati se ostendit. In his enim
novem generibus, quorum exempli gratia quaedam posita sunt,
vel in ipso substantiae genere, quod est *οὐσία*, innumerabilia
reperiuntur. Nam et ea quae intellectu capimus, id ad alter-
utrum horum decem praedicamentorum sermone vulgamus.
11 Plena enim sententia de his ita est: Augustinus, magnus orator,
filius illius, stans in templo, hodie, infulatus, disputando fatigatur.
Vsia autem substantia est, id est proprium, quae ceteris subia-
cet; reliqua novem accidentia sunt. Substantia autem dicitur
ab eo, quod omnis res ad se ipsam subsistit. Corpus enim
12 subsistit, et ideo substantia est. Illa vero accidentia, quae in
subsistente atque subiecto sunt, substantiae non sunt, quia non
13 subsistunt, sed mutantur; sicut color vel forma. De subiecto
autem et in subiecto quasi de ipso et in ipso. Vbi enim
dicitur de subiecto, substantia est, quasi dicatur de substantia.
Vbi autem dicitur in subiecto, accidentia sunt, id est, quae
accidunt in substantia; ut quantitas, qualitas, vel figura. De
subiecto igitur genera et species, in subiecto accidentia sunt.

1 sex partes *T* 3 sex *om. K* id est . . . situm ut *hab. T*: *om. ABCK* 4 tempus . . . hodie *om. K* hodie eri *C*: odie et eri *T* 8 a doctoribus *ABCT*: ab auctoribus *K* 10, 11 quoniam . . . quoniam *BCT*: quoniam . . . quando *K*: quando . . . quoniam *A* 12 novem] vocis *K* 13 in *om. T* ipsa subst. genera *K* 14 ad *om. K* alterutrum *AK*: alterum *BCT* 16 Plena . . . ita est *om. K*: *add. in marg. A*: *hab. BCTU* 17 inflatus *T* 18 id est *om. K*: id et C^1 subiaceat *K*: subiacent C^1 20 ad ipsa *K* corp. en. subs. *om. K* 22 subiecta *K* quia non] quae *K* 25 substantiae quasi *K* 27 et quant. et qual. *K* 28 igitur] autem *T*

Ex his novem accidentibus tria intra usiam sunt, quantitas [et],
qualitas et situs. Haec enim sine usia esse non possunt. Extra
usiam vero sunt locus, tempus et habitus; intra et extra usiam
sunt relatio, facere et pati. Appellatas autem categorias con- 14
stat, quia non possunt nisi ex subiectis agnosci. Quis enim
quid sit homo possit agnoscere, nisi aliquem hominem sibi
ponat ante oculos, quasi subiectum nomini? Hoc opus Aristo- 15
telis intellegendum est, quando, sicut dictum est, quidquid homo
loquitur, inter decem ista praedicamenta habentur. Proficiet
etiam ad libros intellegendos, qui sive Rhetoribus sive Dialecticis
adplicantur.

De perihermeniis. Sequitur dehinc liber Perihermenias XXVII
subtilissimus nimis, et per varias formas iterationesque cau-
tissimus, de quo dicitur: Aristoteles, quando Perihermenias
scriptitabat, calamum in mente tinguebat. Praefatio Periher- 2
meniarum. Omnis quippe res, quae una est et uno significatur
sermone, aut per nomen significatur, aut per verbum: quae
duae partes orationis interpretantur totum, quidquid conceperit
mens ad loquendum. Omnis enim elocutio conceptae rei
mentis interpres est. Hanc Aristoteles, vir in rerum expres- 3
sione et faciendis sermonibus peritissimus, Perihermeniam
nominat, quam interpretationem nos appellamus; scilicet quod
res mente conceptas prolatis sermonibus interpretetur per cata-
phasin et apophasin, id est adfirmationem et negationem. Per
adfirmationem, ut homo currit; per negationem, ut homo non
currit. In his itaque Perihermeniis supra dictus philosophus 4
de septem speciebus tractat, id est de nomine, de verbo, de
oratione, de enuntiatione, de adfirmatione, de negatione, de
contradictione. Nomen est vox significativa secundum placi- 5

1 tria *om.* *T* et *hab.* *BCT*: *om.* *K* 3 us. relatio *T* 4 facere *ABCT*: agere *K* autem *om.* *K* 5 enim *om.* *K* 7 nomini] homini *T* 8 sicquando *T*: quoniam *A* 9 habetur *dett.*: *om.* *K* proficiat *AK* 10 qui] quod *K* 11 adponuntur *B* 16 et] ut *T* 18 duae] ductae C^1 concepit *BC* 19 eloquendum *BC* 20 mente *C* vir in] vim *K* 22 qua nos interp. *T* quod] qui *T* 23 concepta *T* probatis *K* interpretentur *T*: interpretantur *K* 24 et apophasin *om.* *T* Per *om.* *T* 28 ratione *T*

tum, sine tempore, cuius nulla pars est significativa separata, ut
Socrates. Verbum est, quod significat tempus, cuius pars nihil
extra significat, sed semper eorum, quae de altero dicuntur,
nota[t], ut cogitat, disputat. Oratio est vox significativa, cuius
partium aliquid separatum significativum est, ut Socrates dis-
putat. Enuntiativa oratio est vox significativa de eo quod est
6 aliquid vel non est, ut Socrates est, Socrates non est. Adfir-
matio est enuntiatio alicuius de aliquo, ut Socrates est. Negatio
est alicuius ab aliquo, ut Socrates non est. Contradictio est
adfirmationis et negationis oppositio, ut Socrates disputat,
7 Socrates non disputat. [Haec omnia in libro Perihermeniarum
minutissime divisa et subdivisa tractantur, quarum rerum defini-
tiones hic breviter sufficiat intimasse, quando in ipso conpetens
explanatio reperitur. Vtilitas] Perihermeniarum haec est, quod
ex his interpretamentis syllogismi fiunt. Vnde et analytica
pertractantur.

XXVIII De syllogismis Dialecticis. Sequuntur dehinc Diale-
ctici syllogismi, ubi totius eius artis utilitas et virtus ostenditur;
quorum conclusio plurimum lectorem adiuvat ad veritatem in-
vestigandam tantum, ut absit ille error decipiendi adversa-
2 rium per sophismata falsarum conclusionum. Formulae cate-
goricorum, id est praedicativorum syllogismorum, sunt tres.
3 Primae formulae modi sunt novem. Primus modus est, qui
conducit, id est, qui colligit ex universalibus dedicativis dedi-
cativum universale directim, ut: 'Omne iustum honestum:
4 omne honestum bonum: omne igitur iustum bonum.' Secundus
modus est, qui conducit ex universalibus dedicativis et abdi-
cativis abdicativum universale directim, ut: 'Omne iustum

3 extra significativa sed *K* dicitur *K* 4 nota est ut *Arev.* 5 sign. sep. est *K*: sep. significatum est *T* 7 ut Socr. . . . non est *om. K* Adf. est adnuntiatio *K* 8 de] ab *K* ut sogrates neg. *K* 11–14 Haec . . . Vtilitas *hab. TU*: *om. ABCK* 13 sufficiet *U* 14 explanatio *T*: clamatio *U* hoc est quod *A* 15 analetica *BKT*: analectica *C* 16 pertractatur *B* 17 Sequitur *K* 18 tot. dialectice artis utilitatis et *T* 19 qu. clusio primum *K* 21 sofismatas *KT* 24 conducit] concludit *Cassiodorus* (*et Isid.* ?) 25 directum *CK* (*non A*) ut omne iustum ut omne iustum *K* 26 omne ig. ius. bo. *om. K* 27 dedicativa et abdicativa *Cassiod.* (*et Isid.* ?) 28 directum *codd.*

honestum : nullum honestum turpe : nullum igitur iustum turpe.
Tertius modus est, qui conducit ex dedicativis particulari et 5
universali dedicativum particulare directim, ut : 'Quoddam
iustum honestum : omne honestum utile : quoddam igitur
iustum utile.' Quartus modus est, qui conducit ex particulari 6
dedicativa et universali abdicativa abdicativum particulare
directim, ut : 'Quoddam iustum honestum : nullum honestum
turpe : quoddam igitur iustum non est turpe.' Quintus modus 7
est, qui conducit ex universalibus dedicativis particulare dedi-
cativum per reflexionem, ut : 'Omne iustum honestum : omne
honestum bonum : quoddam igitur bonum iustum.' Sextus 8
modus est, qui conducit ex universali dedicativa et universali
abdicativa abdicativum universale per reflexionem, ut : 'Omne
iustum honestum : nullum honestum turpe : nullum igitur turpe
iustum.' Septimus modus est, qui conducit ex particulari et 9
universali dedicativo dedicativum particulare per reflexionem,
ut : 'Quoddam iustum honestum : omne honestum utile : quod-
dam igitur utile iustum.' Octavus modus est, qui conducit ex 10
universalibus abdicativa et dedicativa particulare abdicativum
per reflexionem, ut : 'Nullum turpe honestum : omne honestum
iustum : quoddam igitur turpe non est iustum.' Nonus modus 11
est, qui conducit ex universali abdicativa et particulari dedi-
cativa abdicativum particulare per reflexionem, ut : 'Nullum
turpe honestum : quoddam honestum iustum : quoddam igitur
iustum non est turpe.' Formulae secundae modi sunt quattuor : 12
Primus modus est, qui conducit ex universalibus dedicativa et
abdicativa abdicativum universale directim, ut : 'Omne iustum
honestum : nullum turpe honestum : nullum igitur turpe iustum.'

1 null. hon. tur. *om. K* 3 (*et* 7) directum *CK* 4 qu. ig. ius. ut. *om. K* 5 quod cond. *T* 6 abd. ded. *codd.* 8 ig. turpe ius. n. e. t. *T* 9 qui ducet *K* (*non A*) diductivum per *K* 10 ut *om. K* *In fine* § 7 de abdicativo universale ex reflexione ut omne iustum honestum omne honestum bonum quoddam igitur bonum iustum *add. KL* 12 et in un. *K* 13 abdic. univ. *om. K* om. ius. omne hon. *T* 14 ig. iustum turpe *T* 15 et] ad *A*C^1*K* 16 dedicativum *om. K* 20 honestum (*prius*) *om. K* 21 Nonus igitur mo. *K* 22 est *om. A* 23 ded. *codd.* 25 secundi *CK* 26 est *om. K* 27 directum *codd.* 28 null. tur. hon. *om. K*

13 Secundus modus est, qui conducit ex universalibus abdicativa
et dedicativa abdicativum universale directim, ut: 'Nullum
turpe honestum: omne iustum honestum: nullum igitur turpe
14 iustum.' Tertius modus est, qui conducit ex particulari dedi-
cativa et universali abdicativa abdicativum particulare directim,
ut: 'Quoddam iustum honestum: nullum turpe honestum:
15 quoddam igitur iustum non est turpe.' Quartus modus est,
qui conducit ex particulari abdicativa et universali dedicativa
abdicativum particulare directim, ut: 'Quoddam iustum non
est turpe: omne malum turpe: quoddam igitur iustum non est
16 malum.' Formulae tertiae modi sunt sex. Primus modus est,
qui conducit ex dedicativis universalibus dedicativum particulare
tam directim quam reflexim, ut: 'Omne iustum honestum:
omne honestum iustum: omne iustum bonum: quoddam igitur
17 honestum bonum, quoddam bonum honestum.' Secundus modus
est, qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedica-
tivum ex particulari directim, ut: 'Quoddam iustum honestum:
omne iustum bonum: quoddam igitur honestum bonum.'
18 Tertius modus est, [qui conducit] ex dedicativis universali et
particulari dedicativum particulare directim, ut: 'Omne iustum
honestum: quoddam iustum bonum: quoddam igitur hone-
19 stum bonum.' Quartus modus est, qui conducit ex universali
dedicativa et [particulari] abdicativa abdicativum particulare
directim, ut: 'Omne iustum honestum: nullum iustum malum:
20 quoddam igitur honestum non est malum.' Quintus modus
est, qui conducit ex dedicativa particulari et abdicativa univer-
sali abdicativum particulare directim, ut: 'Quoddam iustum
honestum: nullum iustum malum: quoddam igitur honestum

2 directum *K* 5 abd. part. dir. *om. K* directum *AC* 6 quiddam $C^{1}KT$ 7 quiddam *CKT* turpe non est iustum *K* 8 part. dedicativa et un. abd. ded. part. *codd.* 9 directum *CK* ut *om. T* quddam *T* 10 qoddam *T* 11 tertii *CK* 12 conduxit *B* univ. dedic. *K* 13 directum *KT* reflexum *KT* 16 est *om. K* 17 ex particulare *T*: et particulare *C* (*non A*): particulare *Arev.* (*ex Cassiodoro*) directum *K* (*non A*) honestum . . . . igitur *om. AK* 19 qui conducit *hab. T*: *om. BCK* 20 ded.] abdicativum *T* directum *codd.* 22 est *om. K* 23 et] ut *C*: ex *K* particula abd. abd. *K*: particulatim abdicativum *T* 24 (*et* 27) directum *K* 28 ig. iustum non *codd.*

non est malum.' Sextus modus est, qui conducit ex dedicativa 21
universali et abdicativa particulari abdicativum particulare
directim, ut: 'Omne iustum honestum: quoddam iustum non
est malum: quoddam igitur honestum non est malum.' Has 22
formulas categoricorum syllogismorum qui plene nosse desiderat,
librum legat qui inscribitur Perihermenias Apulei, et quae subtilius sunt tractata cognoscet. Distincta enim atque considerata
ad magnas intellegentiae vias lectorem, praestante Domino,
utiliter introducunt. Nunc ad Hypotheticos syllogismos ordine
sequenti veniamus. Modi syllogismorum Hypotheticorum, qui 23
fiunt cum aliqua conclusione, sunt septem. Primus modus est:
'Si dies est, lucet: est autem dies: lucet igitur.' Secundus
modus est: 'Si dies est, lucet: non lucet: non est igitur dies.'
Tertius modus est ita: 'Non et dies est et non lucet: atqui dies
est: lucet igitur.' Quartus modus est ita: 'Aut dies est, aut 24
nox: atqui dies est: nox igitur non est.' Quintus modus est
ita: 'Aut dies est, aut nox: atqui nox non est: dies igitur est.'
Sextus modus est ita: 'Non et dies est et non lucet: dies autem
[est]: nox igitur non est.' Septimus modus est ita: 'Non dies 25
et nox: atqui nox non est: dies igitur est.' Modos autem
Hypotheticorum syllogismorum si quis plenius nosse desiderat,
librum legat Marii Victorini qui inscribitur de Syllogismis
Hypotheticis. Hinc ad Dialecticas definitionum species acce- 26
damus, quae tanta dignitate praecellunt ut possint indiciorum
aperte manifestationes et quaedam indicia dictionum ostendere.

De divisione definitionvm ex Marii Victorini libro XXIX

2 particulatim dir. *T* 3 directum *K* ut o. i. h. q. igitur i. n. e. m. (*om. rell.*) *A* non est . . . honestum *om. K* 4 non est malum *om.* C^1 7 enim] autem *T* 8 magnam intelligentiae (*ex* -am) viam *K* 10 sequenti *BCT*: requirendi *K*: currente *Cassiod.* Hypotheticorum *om. AK* 11 pr. mo. si *K* 12 sec. est *K* 13 non ig. dies C^1 14 mod. ita *K* non est dies est et *BCT*: non dies dies est et *K*: non dies est dies est et *A* luceat *A* atqui . . . lucet *om. A* etqui C^1K: atque *T* 15 Quart. mod. ita aut dies aut nox *C* 16 autqui *K*: atque C^1T quint. mod. ita *K* 17 autqui *K*: atque C^1: at quia (*ex* adqui) *T* dies ig. (*om.* est) *B* 18 sext. mod. ita *CK* non est dies est et *codd.* 19 est *hab. CT*: *om.* B^1K Sept. mod. ita *K* non dies est nox *K* 20 atque C^1T (*ex* adque) 22 sylogismis et epytheticis *K* 24 possent *T* 25 aperi B^1 (-ire B^2)

ABBREVIATA. Definitio est Philosophorum, quae in rebus ex-
primendis explicat quid res ipsa sit, qualis sit, et quemad-
modum membris suis constare debeat. Est enim oratio brevis
uniuscuiusque rei naturam a communione divisam propria
significatione concludens. Divisio definitionum in partes quin-
2 decim habetur. Prima species definitionis est οὐσιώδης, id est
substantialis, quae proprie et vere dicitur definitio, ut est:
'Homo animal rationale, mortale, sensus disciplinaeque capax.'
Haec enim definitio per species et differentias descendens venit
3 ad proprium, et designat plenissime quid sit homo. Secunda
species definitionis est, quae Graece ἐννοηματική dicitur, Latine
notio nuncupatur, quam notionem communi, non proprio
nomine possumus dicere. Haec isto modo semper efficitur:
'Homo est, quod rationali conceptione ⟨et⟩ exercitio praeest ani-
malibus cunctis.' Non enim dixit quid est homo, sed quid
agat, quasi quodam signo in notitiam devocato. In ista enim
et in reliquis notitia rei profertur, non substantialis explicatio
declaratur; et quia illa substantialis est, definitionum omnium
4 obtinet principatum. Tertia species definitionis est, quae
Graece ποιότης dicitur, Latine qualitativa vocatur: quia ex
qualitate nomen accepit pro eo quod quid, quale sit id, quod
sit, evidenter ostendit. Cuius exemplum tale est: 'Homo est,
qui ingenio valet, artibus pollet et cognitione rerum, aut quod
agere debet eligit, aut animadversione quod inutile sit con-
temnit.' His enim qualitatibus expressus ac definitus homo
5 est. Quarta species definitionis est, quae Graece ὑπογραφική,
Latine a Tullio descriptio nominatur, quae adhibita circuitione
dictorum factorumque rem, quae sit, descriptione declarat.

2 qualis sit *om.* *K* et *om.* *T* 3 in memb. *K* 4 commune div. proprie *T* 5 partibus *K* 7 ut *om.* *K* 8 rat. et mort. *K* 12 notitio *T* 14 conc. et ex. *Cassiod.* 15 non dixit quidem homo *K* 16 quasi summus (sumus) quodam *BK* signum ad notitia advocato *K* in ista *T*: ista *BCK* 17 explic. decl. *post* subst. est *K*: *om.* *A* 18 et *om.* *KA* est *om.* *B* 19 diffinitionum *K* 20 qualitat.] qualitas *KT* (*non A*) 21 pro eo quicquid qua. *B*: pro eo quod quis qualis *K*: quid *om.* *T* 23 pollet cogn. *T* aut quod] atque *B*[1] 24 adversione *K* utile *T* 25 expressis *T* finitus *K* est homo *K* 27 quod adh. *B* 28 discrepatione decl. *K*

Quaeritur enim quid avarus sit, quid crudelis, quid luxuriosus,
et universa luxuriosi, avari, crudelis natura describitur; ut, si
luxuriosum volumus definire, dicimus: Luxuriosus est victus
non necessarii, sed sumptuosi et onerosi appetens, in deliciis
adfluens, in libidine promptus. Haec et alia definiunt luxuriosum,
sed per descriptionem definiunt. Quae species definitionis
oratoribus magis apta est quam Dialecticis, quia latitudines
habet, quae similitudo in bonis rebus ponitur et in malis.
Quinta species definitionis est, quam Graece *κατὰ* [*ἀντί*]*λεξιν*, 6
Latine adverb[i]um dicimus. Haec vocem illam, de cuius re
quaeritur, alio sermone designat, uno ac singulari; et quodam-
modo quid illud sit in uno verbo positum, uno verbo alio
declarat, ut: 'Conticescere est tacere.' Item cum terminum
dicimus finem, aut populatas interpretatur esse vastatas. Sexta 7
species definitionis est, quam Graeci *κατὰ διαφοράν*, nos per
differentiam dicimus. Scriptores vero artium de eodem et de
altero nominant, ut cum quaeritur quid intersit inter regem et
tyrannum, adiecta differentia, quid uterque sit definitur; id est,
rex est modestus et temperans, tyrannus vero inpius et inmitis.
Septima species definitionis est, quam Graeci *κατὰ μεταφοράν*, 8
Latini per translationem dicunt, ut Cicero in Topicis (32):
'Litus est, qua fluctus eludit.' Hoc varie tractari potest. Modo
enim ut moneat, modo ut designet, modo ut vituperet aut laudet.
Vt moneat: 'Nobilitas est virtutis maiorum apud posteros
sarcina.' Vt designet: 'Apex est arx corporis.' Vt laudet:
'Adulescentia est flos aetatis.' Vt vituperet: 'Divitiae sunt
brevis vitae longum viaticum.' Octava species definitionis est, 9
quam Graeci *κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου*, Latini per privantiam

1 enim *om.* *K* 2 et univ. lux. *om.* *AK* universi C^1 4 sed *om.* *K* onerosia *T*: honoris *K*: honores *B* 5 et talia *T*: talia B^1 6 per districtionem *T*: per discritionem *K* 7 latitudinem *T* 8 simili modo in *Cassiodorus* 9 catatelexin *K* 10 dicitur *T* de qua requi. *Cass.* 13 cont. tac. T^1 14 populatus . . . . vastatus *T* interpretamur *BC* 15 est *om.* B^1 nos diff. *K* 19 temperatus *K* 22 qua] quo *B* elidet *K* pot. modo enim ut des. mo. ut vit. aut lau. aut moneat nobil. *K* 23 signet *A* 24 virtus *K* (*non A*) modorum *codd.*: *corr. dett.* 25 apex] caput *Arev.* (*ex Cass.*) arax *T*: arum C^1 26 aut vitup. C^1 27 definitio (*om.* est) *K*: est def. *B* 28 quam *ex* quod *A*: quem C^1

contrarii eius, quod definitur, dicunt: 'Bonum est, quod malum
non est. Iustum est, quod iniustum non est,' et his similia.
Hoc autem genere definitionis uti debemus, cum contrarium
notum est, ut: 'Si bonum est quod prodest cum honestate, id
10 quod tale non est malum est.' Nona species definitionis est,
quam Graeci κατὰ ὑποτύπωσιν, Latini per quandam imagina-
tionem dicunt, ut: 'Aeneas est Veneris et Anchisae filius.'
Haec semper in individuis versatur, quae Graeci ἄτομα appel-
11 lant. Decima species definitionis est, quam Graeci κατὰ
ἀναλογίαν, Latini iuxta rationem dicunt; ut si quaeratur quid sit
animal, respondeatur: 'Vt homo.' Rem enim quaesitam prae-
dictum declarabit exemplum. Hoc est autem proprium defini-
12 tionis, quid sit illud quod quaeritur declarare. Vndecima
species definitionis est, quam Graeci κατ' ἐλλειπὲς ὁλοκλήρου
ὁμοίου γένους, Latini per indigentiam pleni ex eodem genere
dicunt. Vt si quaeratur quid sit triens, respondeaturque: 'Cui
13 bessis deest ut sit assis.' Duodecima species definitionis est,
quam Graeci κατὰ ἔπαινον, id est, per laudem, ut Tullius pro
Cluentio (146): 'Lex est mens et animus et consilium et sen-
tentia civitatis.' Et aliter (Cic. Phil. 2, 113): 'Pax est tranquilla
libertas.' Fit et per vituperationem, quam Graeci ψόγον vocant,
ut (ibid.): 'Servitus est postremum malorum omnium, non
14 modo bello, sed morte quoque repellenda.' Tertiadecima species
definitionis est, quam Graeci κατὰ τὸ πρός τι, Latini ad aliquid
vocant, ut est illud: 'Pater est, cui est filius.' 'Dominus est, cui
15 est servus.' Quartadecima species definitionis est κατὰ τὸν ὅρον,
ut Cicero in Rhetoricis (Inv. 1, 42): 'Genus est, quod plures am-
1 probatur *om.* C^1 4 qua decernunt *K* 5 requiritur *K* 6 incursione *K*: in concursione *Cassiod.* (*et Isid.*?) 7 est *om.* *C* mensura *K* 8 eroico iambico vel elegiaco *K* 11 qui *K* 12 cantibus] canticum *K* 13 consistit] constat *K* rithmetica *K*: arithmetica C^1 14 quae ex p. d. sonum recepit *K* (*non A*) Nam aut a voce *K*: Nam a voce *A* 15 aut a flatu *K*: aut flatus *AT* tubam] tubula *T* vel tibiam *om.* *AK* 17 quod] quid *K* (*non A*) 20 tracoedos choros *K* 21 fac. ex mo. *K* 23 aer per spiritum *T* 24 propriae au. vocis hom. sunt seu *K* (*non A*) rationabilium *K*: inrationalium BC^1 25 animantium *BC* (*ex* -atium) *T*: vel animalium *K*: animum vel animantium *A* 27 a litore $C^{\prime}$: ab litore *T*: ad littore *B*: litore *K*

Nam proprium est ut litorei sonent scopuli, et (Virg. Aen.
9, 503):

At tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

Harmonica est modulatio vocis et concordantia plurimorum
3 sonorum, vel coaptatio. Symphonia est modulationis tempera-
mentum ex gravi et acuto concordantibus sonis, sive in voce,
sive in flatu, sive in pulsu. Per hanc quippe voces acutiores
gravioresque concordant, ita ut quisquis ab ea dissonuerit, sen-
sum auditus offendat. Cuius contraria est diaphonia, id est
4 voces discrepantes vel dissonae. Euphonia est suavitas vocis.
5 Haec et melos a suavitate et melle dicta. Diastema est vocis
6 spatium ex duobus vel pluribus sonis aptatum. Diesis est
spatia quaedam et deductiones modulandi atque vergentes de
7 uno in altero sono. Tonus est acuta enuntiatio vocis. Est enim
harmoniae differentia et quantitas, quae in vocis accentu vel tenore
consistit: cuius genera in quindecim partibus musici dividerunt,
ex quibus hyperlydius novissimus et acutissimus, hypodorius
8 omnium gravissimus. Cantus est inflexio vocis, nam sonus
9 directus est; praecedit autem sonus cantum. Arsis est vocis
elevatio, hoc est initium. Thesis vocis positio, hoc est finis.
10 Suaves voces sunt subtiles et spissae, clarae atque acutae. Per-
spicuae voces sunt, quae longius protrahuntur, ita ut omnem
11 inpleant continuo locum, sicut clangor tubarum. Subtiles voces
sunt, quibus non est spiritus, qualis est infantium, vel mulierum,
vel aegrotantium, sicut in nervis. Quae enim subtilissimae cor-
12 dae sunt, subtiles ac tenues sonos emittunt. Pingues sunt voces,

1 sonum *K* litore sonant B^1: litorie sonant C^1: litorei sonant *T*: litora sonant *K* 3 ad tubam C^1: adtulit *T*: *om.* *K* sonum *K* cano *K*: sanorum C^1 5 coaptatio] quod apta in *K* modulationis *om.* *K* 7 flatu vel pulsu *K* per . . . grav.] lyrasque propter voces agutiam graviumque *K* (*non A*) 9 cuius *BCT*: cui *K* 12 ablata *K* (*non A*) 13 *fort.* did. atque] aut *K* 15 voce acc. C^1 16 musicae (-ce) *BCT* 17 et agutissus *A*: *om.* *K* 18 gratissimus *B* 19 vocis (*alt.*) *om.* *K* (*non A*) 20 hoc est finis *om.* *K* (*non A*) 21 subtiles . . . voces sunt *om.* *KLA* clarae *BCT*: hilarae (*corr.* -res) *D* 22 ita tomnem *K* 23 continuo *K*: continuum *BCT* 24 inf. mul. vel egr. *K* (*non A*): inf. vel mul. egr. *T* (*non U*) 25 verbis *K* enim] inter *K*: *om.* A^1 conditae *A* 26 sunt *om.* *K*

quando spiritus multus simul egreditur, sicut virorum. Acuta
vox tenuis, alta, sicut in cordis videmus. Dura vox est, quae
violenter emittit sonos, sicut tonitruum, sicut incudis sonos, quo-
tiens in durum malleus percutitur ferrum. Aspera vox est 13
rauca, et quae dispergitur per minutos et indissimiles pulsus.
Caeca vox est, quae, mox emissa fuerit, conticescit, atque suffo-
cata nequaquam longius producitur, sicut est in fictilibus. Vin-
nola est vox mollis atque flexibilis. Et vinnola dicta a vinno,
hoc est cincinno molliter flexo. Perfecta autem vox est alta, 14
suavis et clara: alta, ut in sublime sufficiat; clara, ut aures
adinpleat; suavis, ut animos audientium blandiat. Si ex his
aliquid defuerit, vox perfecta non est.

De secvnda divisione, qvae organica dicitvr. Secunda XXI
est divisio organica in his, quae spiritu reflante conpleta in
sonum vocis animantur, ut sunt tubae, calami, fistulae, organa,
pandoria, et his similia instrumenta. Organum vocabulum est 2
generale vasorum omnium musicorum. Hoc autem, cui folles
adhibentur, alio Graeci nomine appellant. Vt autem organum
dicatur, magis ea vulgaris est Graecorum consuetudo. Tuba 3
primum a Tyrrhenis inventa, de quibus Vergilius (Aen. 8, 526):

Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor.

Adhibebatur autem non solum in proeliis, sed in omnibus festis
diebus propter laudis vel gaudii claritatem. Vnde et in Psalterio
dicitur (81, 4): 'Canite in initio mensis tuba, in die insignis
sollemnitatis vestrae.' Praeceptum enim fuerat Iudaeis ut
in initio novae lunae tuba clangerent, quod etiam et hucus-
que faciunt. Tibias excogitatas in Phrygia ferunt: has diu 4

2 vox est ten. *K* 3 sonum quotiens *K*: sonos sicut quotiens *C* 4 malleis *K* 5 pauca *TV* dissimiles *K* 7 vinnola *ACT*: vinnolata *BK* 8 vox vox *K* vinnola *ABCT*: vinnolata *K* iuno *C* 9 hec est *T*: id est *K* est *om.* *K* 10 ut sublimis sufficiat *A*: ut in sublime efficiat *K* 11 inpleat *T* animum *K*: -mus *A* blandiatur *K* (*non A*) 12 est *KT*: erit *ABC* 14 con-plecta *A* conpl. et in sonu *K* (*non A*) 18 adh.] debentur *B* 21 tyrrinesque tu. *K* aera *TUV* (*non W*) 22 adhibeatur (-dib-) *B*[1] *C* 23 laudes *K* psalmo *K* (*non A*) 24 dicitur *om.* *C* 25 nostre *T* enim *om.* *C* ut initium *K*: ut initio *B* 26 tubam *K*: tube *T* et] ad *K*: *om.* *T* 27 excogitasse *B*

quidem funeribus tantum adhibitas, mox et sacris gentilium.
Tibias autem appellatas putant, quod primum de cervinis tibiis
cruribusque hinnulorum fierent, deinde per abusionem ita
coeptas vocari etiam quae non de cruribus ossibusque essent.
5 Hinc et tibicen, quasi tibiarum cantus. Calamus nomen est
proprium arboris a calendo, id est fundendo voces vocatus.
6 Fistulam quidam putant a Mercurio inventam, alii a Fauno,
quem Graeci vocant Pan. Nonnulli eam ab Idi pastore Agri-
gentino ex Sicilia. Fistula autem dicta, quod vocem emittat:
7 Nam φώς Graece vox, στόλια missa appellatur. Sambuca in
musicis species est symphoniarum. Est enim genus ligni fra-
8 gilis, unde tibiae conponuntur. Pandorius ab inventore vo-
catus. De quo Vergilius (Ecl. 2, 32):

Pan primus calamos cera coniungere plures
instituit, Pan curat ovis oviumque magistros.

Fuit enim apud gentiles deus pastoralis, qui primus dispares calamos ad cantum aptavit, et studiosa arte conposuit.

XXII DE TERTIA DIVISIONE, QVAE RYTHMICA NVNCVPATVR.

Tertia est divisio rythmica, pertinens ad nervos et pulsum, cui
dantur species cithararum diversarum, tympanum quoque, cym-
balum, sistrum, acetabula aenea et argentea, vel alia quae me-
tallico rigore percussa reddunt cum suavitate tinnitum et cetera
2 huiuscemodi. Citharae ac psalterii repertor Tubal, ut prae-
dictum est, perhibetur. Iuxta opinionem autem Graecorum
citharae usus repertus fuisse ab Apolline creditur. Forma
citharae initio similis fuisse traditur pectori humano, quo uti
vox a pectore, ita ex ipsa cantus ederetur, appellatamque eadem

3 fierent] fuerint *K* per] post *B* 5 hic *T*: hec *K* cantor *dett.* Cal. autem no. *T* 6 canendo *T* 8 pan vo. *K* ab Idi *om. K*: abii a *M*: avi *A* pastores *T* (*non U*) 9 exicilicia *U* quod] quae *B* emicat *B* 10 fos grece vox stolia missa greci appellantur *T*: grece fyx oris fistola appellatur latine musa *K*: grece fos vox istolia lisa appellatur *A*: fos grece vox stolia missa grece appellatur *C* 11 est (*prius*) *om. K* afrigalis *K* (*non A*) 12 un. et tib. *K* (*non A*) 15 magister *BC*[1]*K* (*etiam T*[1]?) 16 en. gentilis de. *K* 17 cal. cantus apt. *K* 19 pulsus *BK* 20 citharum (cy-, cita-) *CKT* 21 quae metallico] atque alia quo *K* (*non A*) 22 repercussa *B* 25 *post* creditur *sequuntur* (LXXI. 39–40) sed et gentilium . . . merito perculerunt *KL* (*non A*) 26 quo *BCT*: qua *K*

de causa. Nam pectus Dorica lingua κιθάρα vocari. Paulatim 3
autem plures eius species extiterunt, ut psalteria, lyrae, barbitae,
phoenices et pectides, et quae dicuntur Indicae, et feriuntur a
duobus simul. Item aliae atque aliae, et quadrata forma vel
trigonali. Chordarum etiam numerus multiplicatus, et conmu- 4
tatum genus. Veteres autem citharam fidiculam vel fidicem
nominaverunt, quia tam concinunt inter se chordae eius, quam
bene conveniat inter quos fides sit. Antiqua autem cithara
septemchordis erat. Vnde et Vergilius (Aen. 6, 646):

Septem discrimina vocum.

Discrimina autem ideo, quod nulla chorda vicinae chor- 5
dae similem sonum reddat. Sed ideo septem chordae, vel
quia totam vocem implent, vel quia septem motibus sonat
caelum. Chordas autem dictas a corde, quia sicut pulsus est 6
cordis in pectore, ita pulsus chordae in cithara. Has primus
Mercurius excogitavit, idemque prior in nervos sonum strinxit.
Psalterium, quod vulgo canticum dicitur, a psallendo nomina- 7
tum, quod ad eius vocem chorus consonando respondeat. Est
autem similitudo citharae barbaricae in modum Δ literae; sed
psalterii et citharae haec differentia est, quod psalterium lignum
illud concavum, unde sonus redditur, superius habet et deorsum
feriuntur chordae, et desuper sonant. Cithara vero concavita-
tem ligni inferius habet. Psalterium autem Hebraei decachor-
don usi sunt propter numerum Decalogi legis. Lyra dicta 8
ἀπὸ τοῦ ληρεῖν, id est a varietate vocum, quod diversos sonos
efficiat. Lyram primum a Mercurio inventam fuisse dicunt, hoc
modo. Cum regrediens Nilus in suos meatus varia in campis
reliquisset animalia, relicta etiam testudo est. Quae cum putre-
facta esset, et nervi eius remansissent extenti intra corium, per-

1 de causa] decus *KB ex corr.* κιθάρα] citaram *B*: citharam *CT*: cythara *K* 5 simultiplicati sunt et co. *B*: multiplicatus est non mutatum *K* 6 autem *om. T* 8 fide *B*[1] sit] desit *T in ras.* aput antiquos cith. *K* (*non A*) 11 Discrimen *K* 12 simili sonu *K* vel (*prius*) *om. T* 13 quod totam voce impletur *K* modis *B* 16 in nervis so. extrincxit *K* 17 quod *om. KA* 18 consonandum *T* 21 illum *K ante corr. T* (T^2?) 23 autem] vero *K* (*non A*) 24 decalogum *BCK* 25 ληρεῖν] lirin *codd.* (*cf.* VIII. vii. 4) 28 quae] qui *K* 29 extenti] extedit *T*

cussa a Mercurio sonitum dedit; ad cuius speciem Mercurius
lyram fecit et Orpheo tradidit, qui eius rei maxime erat studio-
9 sus. Vnde existimatur eadem arte non feras tantum, sed et
saxa atque silvas cantus modulatione adplicuisse. Hanc musici
propter studii amorem et carminis laudem etiam inter sidera
suarum fabularum conmentis conlocatam esse finxerunt. Tympa-
num est pellis vel corium ligno ex una parte extentum. Est
10 enim pars media symphoniae in similitudinem cribri. Tym-
panum autem dictum quod medium est, unde et margaritum
medium tympanum dicitur; et ipsud, ut symphonia, ad virgulam
11 percutitur. Cymbala acitabula quaedam sunt, quae percussa
invicem se tangunt et faciunt sonum. Dicta autem cymbala, quia
cum ballematia simul percutiuntur; cum enim Graeci dicunt *σύν*,
12 *βαλά* ballematia. Sistrum ab inventrice vocatum. Isis enim regina
Aegyptiorum id genus invenisse probatur. Iuvenalis (13, 93):

Isis et irato feriat mea lumina sistro.

Inde et hoc mulieres percutiunt, quia inventrix huius generis
mulier. Vnde et apud Amazonas sistro ad bellum feminarum
13 exercitus vocabatur. Tintinabulum de sono vocis nomen habet,
14 sicut [et] plausus manuum, stridor valvarum. Symphonia vulgo
appellatur lignum cavum ex utraque parte pelle extenta, quam
virgulis hinc et inde musici feriunt, fitque in ea ex concordia
gravis et acuti suavissimus cantus.

XXIII De numeris musicis. Numeros autem secundum musi-
cam ita quaeris. Positis extremis, utputa VI et decas dipon-
dius, vides quot monadibus superetur VI a XII, et est VI

3 existimatur (*ex* extim-) *T*: et estimatur *BC*: et existimatur *K* eandem artem *K* 4 sillabas *T* ca. et modolatio *K* 5 studium *T* 6 continentis *T* conlocatum *K* 7 extentum *BCT*: tectum *K* 8 enim *om.* *C*[1] 10 et ipsa sym. *K* § 11 *om.* *K* (*non A*) 13 cum ballematia *ACHTU Bern.* 224: ciballa ematica *B*: cum ballematiis *V ut vid.* simul . . . ballematia *om.* *A* percutiunt *H* ci enim *B* grecus dicitur *H* *σύν*, *βαλα*] cimbala *codd.*: cum balle **** alii *V*: cimbale *Rem.*[1] (*pro συμβαλεῖν* ?) perc. Gr. en. cimbala ball. dicunt *D* 16 visis et ir. fe. mea limena *K* 17 unde *B* 18 mul. extetit un. *KC* et *om.* *K* 19 vocabitur *B*[1] 20 et *hab.* *BCT*: *om.* *K* 21 lignum est cavum *K* quam virgula *K*: quod vergilius *B* 23 gravi et acuti *T*: gravi et aguto *K* 24 Num. au. musicae *K* (*non A*) 25 positi *K* 26 sex ad duodecim *T*

monadibus: ducis per quadratum, sexies seni faciunt XXXVI.
Coniungis extrema illa prima, VI ad XII, simul efficiunt XVIII.
Partiris tricies sexies per decas octo, efficit dipondius. Hos
iungis cum summa minore, id est sexies, erunt VIII et erit
medium inter VI et XII. Quapropter VIII superant VI duabus
monadibus, id est tertia de VI, et superantur VIII a XII quattuor
monadibus, tertia portione. Qua parte ergo superat, eadem
superatur. Sed haec ratio quemadmodum in mundo est ex 2
volubilitate circulorum, ita et in microcosmo in tantum praeter
vocem valet, ut sine ipsius perfectione etiam homo symphoniis
carens non constet. Eiusdem musicae perfectione etiam metra
consistunt in arsi et thesi, id est elevatione et positione.

DE ASTRONOMIA

De Astronomiae nomine. Astronomia est astrorum lex, XXIV
quae cursus siderum et figuras et habitudines stellarum circa se
et circa terram indagabili ratione percurrit.

De inventoribvs eivs. Astronomiam primi Aegyptii XXV
invenerunt. Astrologiam vero et nativitatis observantiam
Chaldaei primi docuerunt. Abraham autem instituisse Aegyptios
Astrologiam Iosephus auctor adseverat. Graeci autem dicunt
hanc artem ab Atlante prius excogitatam, ideoque dictus est
sustinuisse caelum. Quisquis autem ille fuit, motu caeli et 2
ratione animi excitatus per temporum vices, per astrorum ratos
definitosque cursus, per intervallorum spatia moderata, con-
sideravit dimensiones quasdam et numeros, quae definiendo
ac secernendo in ordinem nectens Astrologiam repperit.

2 VI et XII *K* 3 decus octo *K*: decus octus *BCT* efficiet dependius *C*: efficiunt dipondium *K* 4 summam minorum *T* id est *om. K* (*non A*) sexies (-xis) erunt *ABCT*: sex et sunt *K* erunt med. *K* 6 de VI *K*: de sexis *BCT* superantur *C*: superant *BT*: superat *K* 7 eadem] ea *K* 8 Sed ad hec *K* est *om. B* 10 vo. velut sine *K* 11 consistat eius mus. *B* 12 in arsis et thesis (te-) *codd.* 15 sid. ac fig. *C* 20 adseverat *BCT*: edisserit *K* 25 et *om. BC* 26 ac secernendo *om. KL* (*non A*)

XXVI De institutoribus eius. In utraque autem lingua diversorum quidem sunt de astronomia scripta volumina, inter quos tamen Ptolemaeus rex Alexandriae apud Graecos praecipuus habetur: hic etiam et canones instituit, quibus cursus astrorum inveniatur.

XXVII De differentia Astronomiae et Astrologiae. Inter Astronomiam autem et Astrologiam aliquid differt. Nam Astronomia caeli conversionem, ortus, obitus motusque siderum continet, vel qua ex causa ita vocentur. Astrologia vero partim
2 naturalis, partim superstitiosa est./ Naturalis, dum exequitur solis et lunae cursus, vel stellarum certas temporum stationes. Superstitiosa vero est illa quam mathematici sequuntur, qui in stellis auguriantur, quique etiam duodecim caeli signa per singula animae vel corporis membra disponunt, siderumque cursu nativitates hominum et mores praedicare conantur.

XXVIII De Astronomiae ratione. Astronomiae ratio modis plurimis constat. Definit enim quid sit mundus, quid [sit] caelum, quid sphaerae situs et cursus, quid axis caeli et poli, quae sint climata caeli, qui cursus solis et lunae atque astrorum, et cetera.

XXIX De mundo et eius nomine. Mundus est is qui constat ex caelo, [et] terra et mare cunctisque sideribus. Qui ideo mundus est appellatus, quia semper in motu est; nulla enim requies eius elementis concessa est.

XXX De forma mundi. Forma mundi ita demonstratur. Nam quemadmodum erigitur mundus in septentrionalem

1 In . . . sunt *om. B* autem *om. A* 3 tamen *om. K Phill.* 1831: *add. A² in ras.* 4 etiam] et *K* (*non A*) 5 invenitur *A* 7 autem *om. KL* (*non A*) 8 conversio est or. subitus *K* 9 vocetur *K*: vocantur *A* vero *om. K* (*non A*) 10 sup. est] plurastitiosa *A* 11 temporumque *C* (*non A*) 12 qui] quibus *T* 13 caeli *om. T* 14 singule *T* 15 praedicere *B* (*non A*) 16 modibus pluribus *K*: modis pluribus *Phill.* 1831 (*non A*) 17 sit *hab. AK Phill.* 1831: *om. BCT* 18 axes caeli *B*: axecelii *T* et poli *om. T* 19 quid sint *AT*: quae sunt *C* qui] quid *KA* atque *om. A* 21 is *om. KA*: his *T*: hic *BC* 22 et *hab. T*: *om. ABCK* ideo *BCT*: idcirco *KA* 23 inmotus *B* (*non A*) 24 elementa *C*: elementi *K* (*non A*) 25 Forma *KT*: Formatio *BC*: Forma vero *A* monstratur *KA* 26 erigitur] est *K Phill.* 1831 (*non A*)

plagam, ita declinatur in australem. Caput autem eius et quasi facies orientalis regio est, ultima pars septentrionalis est.

De caelo et eivs nomine. Caelum philosophi rotun- XXXI dum, volubile atque ardens esse dixerunt; vocatumque hoc nomine, eo quod tamquam vas caelatum inpressa signa habeat stellarum. Distinxit enim eum Deus claris luminibus, et inplevit 2 sole scilicet et lunae orbe fulgenti, et astrorum micantium splendentibus signis adornavit. Hoc autem Graece *οὐρανὸς* dicitur *ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι*, id est a videndo, eo quod aer perspicuus sit et ad speculandum purior.

De sphaerae caelestis sitv. Sphaera caeli est species XXXII quaedam in rotundo formata, cuius centrum terra est ex omnibus partibus aequaliter conclusa. Hanc sphaeram nec principium habere dicunt nec terminum, ideo quod in rotundum, quasi circulus, unde incipiat vel ubi desinat non facile conprehendatur. Philosophi autem mundi septem caelos, id 2 est planetas, globorum consono motu introduxerunt, quorum orbibus conexa memorant omnia, quos sibi innexos et velut insertos versari retro, et [e] contrario ceteris motu ferri arbitrantur.

De eivsdem sphaerae motv. Sphaerae motus duobus XXXIII axibus volvitur, quorum unus est septentrionalis, qui numquam occidit, appellaturque Boreus; alter Australis, qui numquam videtur, et Austronotius dicitur. His duobus polis moveri 2 sphaeram caeli dicunt, et cum motu eius sidera in ea fixa ab oriente usque ad occidentem circuire, septentrionibus breviores gyros iuxta cardinem peragentibus.

1 et *om. K Phill.* 1831 (*non A*) 2 pars ultima *K Phill.* 1831 (*non A*) 4 voc. . . . quod *om. K Phill.* 1831 (*non A*) 5 eo] et *T* 6 eum *om. K Phill.* 1831 (*non A*) nominibus *A* et inplevit *om. K Phill.* 1831 : et *om. A* 7 solis *TK Phill.* 1831 (*non A*) scil. lun. *A* 8 hic *ABT* 9 a *om. K* (*non A*) eo] et *B* (*non A*) persp. sit] praescussit *A* 14 ideo] id est *C* (*non A*) quod *om.* B^1 (*non A*) 15 quasi . . . incipiat *om. A* 16 conpraehenditur *B* (*non A*) autem *om. K* (*non A*) 17 glob. . . . introd.] dixerunt *A* 18 conmemorant *T* quae ibi innexa vel inserta *K* (*non A*) 19 e *om. ACK* : *hab. BT* certis *T* motus ABC^1 : motibus *KT* 23 occidit . . . numquam *om. A* app. Bor. *om. K Phill.* 1831 25 commotu *BA* : ob motu *K* 26 usque occidente *K* (*non A*)

XXXIV De eivsdem sphaerae cvrsv. Sphaera caeli ab oriente et occidente semel in die et nocte vertitur viginti quattuor horarum spatiis, quibus sol cursum suum super terras et sub terras sua volubilitate concludit.

XXXV De celeritate caeli. Tanta celeritate sphaera caeli dicitur currere ut, nisi adversus praecipitem eius cursum astra currerent, qui eam remorarent, mundi ruinam faceret.

XXXVI De axe caeli. Axis est septentrionis linea recta, quae per mediam pilam sphaerae tendit; et dicta axis quod in ea sphaera ut rota volvitur, vel quia ibi plaustrum est.

XXXVII De caelestibvs polis. Poli sunt circuli, qui currunt per axem. Horum alter est Septentrionalis, qui numquam occidit, appellaturque Boreus; alter Australis, qui numquam videtur, et Austronotius dicitur; et dicti poli quod sint axium cycli ex usu plaustrorum, a poliendo scilicet nominati; sed polus Boreus semper videtur, Austronotius numquam, quia dextra caeli altiora sunt, pressa Austri.

XXXVIII De cardinibvs caeli. Cardines caeli extremae partes sunt axis. Et dictae cardines eo, quod per eos vertitur caelum, vel quia sicut cor volvuntur.

XXXIX De convexis caeli. Convexa autem caeli extrema eius sunt, a curvitate dicta, ut est illud:

Convexum quotiens cludit nox humida caelum.

Convexum enim curvum est, quasi conversum seu inclinatum, et in modum circuli flexum.

XL De ianvis caeli. Ianuae caeli duae sunt, oriens et occasus. Nam una porta sol procedit, alia se recipit.

1 or. ad occidentem *A* 2 et in nocte *KA* 3 suum *om. T* super *AKT*: supra *BC* terra *K*: -am *A* subter *C* (*non A*) 4 terra *K*: -am *A* 6 currere *ABCK Col.*: volbi (-ui) *TUV* astra currerent *om. K Phill.* 1831 (*non A*) 8 Axis caeli est *A* -onis *AC*: -onalis *BKT* quae *om. A* 11 per axis medium *K* (*non A*) 14 et (*alt.*) *om. K* (*non A*) cicli *ABC*: caeli (ce-) *KT* 17 pressa *om. K Phill.* 1831 (*non A* 18 extremas p. *C*: extrema parte *K* (*non A*) 19 dicti *KA* 20 cor *BCT*: cardo *K*: currum *A* 22 unde est *T*: ut (*om.* est) *C* (*non A*) 24 enim *om. K Phill.* 1831 (*non A*) 25 circuli *T*: circum *ABCK Phill.* 1831 26 oriens (hor-) *BCT*: ortus *AK Phill.* 1831 27 alia *ABCT*: altera *K Phill.* 1831

DE GEMINA FACIE CAELI. Facies caeli vel caput orientalis XLI
regio, ultima septentrionalis. De qua Lucanus (4, 106):

Sic mundi pars ima iacet, quam Zona nivalis
perpetuaeque premunt hiemes.

DE QVATTVOR PARTIBVS CAELI. Climata caeli, id est XLII
plagae vel partes, quattuor sunt, ex quibus prima pars orientalis
est, unde aliquae stellae oriuntur. Secunda occidentalis, ubi
nobis aliquae stellae occidunt. Tertia septentrionalis, ubi sol
pervenit in diebus maioribus. Quarta australis, ubi sol per-
venit noctibus maioribus. Oriens autem ab exortu solis est 2
nuncupatus. Occidens, quod diem faciat occidere atque
interire. Abscondit enim lumen mundo et tenebras superin-
ducit. Septentrio autem a septem stellis axis vocatus, quae
in ipso revolutae rotantur. Hic proprie et vertex dicitur eo
quod vertitur. Meridies autem vocata, vel quia ibi sol facit 3
medium diem quasi medidies, vel quia tunc purius micat aether.
Merum enim purum dicitur. Sunt et alia septem climata 4
caeli, quasi septem lineae ab oriente in occidentem, sub quibus
et mores hominum dispares atque animalia specialiter diversa
nascuntur, quae vocata sunt a locis quibusdam famosis; quorum
primum est Merois, secundum Syene, tertium Catachoras, id
est Africa, quartum Rhodus, quintum Hellespontus, sextum
Mesopontum, septimum Borusthenes.

DE HEMISPHAERIIS. Hemisphaeria dimidia pars sphaerae XLIII

1 Facies caeli vel *om.* *K Phill.* 1831 (*non A*) 3 quam] quia *A* zona] sola *ABTV*: sole *Phill.* 1831: sulae *K*: solae *C*[1] 4 hiemis *BK*: yems *T* 5 Cardines cae. *A* 7 occ. est ubi *T* 8 occident *A* 9 qu. autem aust. *T* 10 noctibus] in occidentibus *K Phill.* 1831 (*non A*) minoribus *K* (*non A*): maioribus (ai *in ras.*) *Phill.* 1831 autem *om.* *K Phill.* 1831 (*non A*) 11 dies *K Phill.* 1831 (*non A*) 12 mundus *K* (*non A*) 13 septemtrion *A*: septentrionalis *K Phill.* 1831 vocatur *K* (*non A*) qui *B*: quaeque *A* 14 eo quod vert. *om.* *K Phill.* 1831 (*non A*) 15 vocatur quia *K*: vocatus qui *Phill.* 1831 16 diem *om.* *C* (*non A*) 17 enim] autem *K* (*non A*) parum d. *C*[1]: d. pu. *A* 19 specialia *K Phill.* 1831 (*non A*) 20 vocitata sunt *Cassiodorus*: vocantur *K Phill.* 1831 (*non A*) 21 Merois] aeris *K Phill.* 1831: erois *A* Syene] soynis *T*: soni *K Phill.* 1831: soinis *C*: somis *B*: sonis *A* catagoras *K*: catacoras *B*: cathogoras *C*: cathocoras *T* 23 mesopontum *om.* *K Phill.* 1831 (*non A*) brustenus *ABKT Phill.* 1831: brutenus *C*

est. Hemisphaerion supra terra est ea pars caeli quae a nobis tota videtur; Hemisphaerion sub terra est quae videri non potest, quam diu sub terra fuerit.

XLIV De qvinqve circvlis caeli. Zonae caeli quinque sunt, quarum distinctionibus quaedam partes temperie sua incoluntur, quaedam inmanitate frigoris aut caloris inhabitabiles existunt. Quae ideo zonae vel circuli appellantur, eo quod in circumdu-
2 ctione sphaerae existunt. Quorum primus circulus ideo ἀρκτικὸς appellatur, eo quod intra eum Arctorum signa inclusa prospiciuntur. Secundus circulus, θερινὸς qui τροπικὸς dicitur, quia in eo circulo sol Aquilonis finibus aestatem faciens ultra eum circulum non transit, sed statim revertitur; et inde τροπικὸς
3 appellatur. Tertius circulus ἡμερινὸς, qui a Latinis ideo aequinoctialis appellatur, eo quod sol, cum ad eum orbem pervenerit, aequinoctium facit. Ἡμερινὸς enim Latine dies dicitur atque nox, quo circulo dimidia sphaerae pars constituta prespicitur. Quartus autem circulus ἀνταρκτικὸς vocatus eo quod contrarius
4 sit circulo, quem ἀρκτικὸν nominamus. Quintus circulus χειμερινὸς τροπικὸς, qui a Latinis hiemalis sive brumalis appellatur, ideo quia sol cum ad eum circulum pervenerit, hiemem his, qui ad Aquilonem sunt, facit, et aestatem his, qui in Austri partibus conmorantur.

XLV De zodiaco circvlo. Zodiacus [autem] circulus [est], qui ex linearum quinque angulis, [et] ex una linea constat.

XLVI De candido circvlo. Lacteus circulus via est, quae in sphaera videtur, a candore dicta, quia alba est. Quam aliqui

1 est (*prius*) *om.* *K* terra *KT*: terras *BC* 3 fuerit] est *T* XLIV (*cf.* XIII. VI) 5 includuntur C^1 7 id. sonum circ. KC^1 9 arctorum (-rt-) *BC*: arcturi *KT* 10 ex eo terinos tropicos B^1T: terinus (-nos *C*) qui tropicus C^1K 11 circulo] circuiens *BC fort. recte*: circuens *K* faciens] facit et *BCK fort. recte* 13 ἡμ.] emerinus (mer.) *A Col.*: hism. *C*: imerinos *T*: intrinsecus *B*: isimerinos (*i.e.* ἰσημερινός) *K fort. recte* 14 appellatur] est dictus *K Phill.* 1831 (*non A*) 17 qu. autem circ. *A* ἀντ. . . . (§ 4) Quintus circulus *om.* *KL Phill.*[1] 1831 C^1 19 quia latini *T* 20 circulum] locum *in ras.* *T* 21 fac. aes. autem *B* ad austri partes *B* 23 autem *hab.* *ABU*: *om.* *CKMT Phill.* 1831 est *hab.* *ABTU*: *om.* *CKM Phill.* 1831 24 et *hab.* *K*: *om.* BC^1*TUM Phill.* 1831 25 vias sunt C^1 26 quam] quia *K* aliquid dicuntur C^1

dicunt viam esse qua circuit sol, et ex splendoris ipsius transitu ita lucere.

XLVII De magnitvdine solis. Magnitudo solis fortior terrae est, unde et eodem momento, quum oritur, et orienti simul et occidenti aequaliter apparet. Quod vero tamquam cubitalis nobis videtur, considerare oportet quantum sol distat a terris, quae longitudo facit ut parvus videatur a nobis.

XLVIII De magnitvdine lvnae. Magnitudo quoque lunae minor fertur esse quam solis. Nam dum sol superior sit a luna, et tamen a nobis maior quam luna videtur, iam si prope nos accessisset, multo maior quam luna conspiceretur. Sicut autem sol fortior est terrae, ita terra fortior [est] lunae per aliquam quantitatem.

XLIX De natvra solis. Sol dum igneus sit, prae nimio motu conversionis suae amplius incalescit. Cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriri, et e contrario elemento virtutem luminis et caloris accipere. Vnde videmus eum saepius madidum atque rorantem.

L De cvrsv solis. Solem per se ipsum moveri, non cum mundo verti. Nam si fixus caelo maneret, omnes dies et noctes aequales existerent; sed quoniam alio loco cras occasurum, alio occidisse hesterno videmus, apparet eum per se ipsum moveri, non cum mundo verti. Spatiis enim inaequalibus orbes annuos conficit propter temporum mutationes. Oriens diem facit, occidens noctem inducit. 2 Nam vadens longius ad meridiem

1 qua] quae *K*: que *C*[1] splendoribus *K Phill.* 1831: his splendoribus *C*[1] 3 est terrae *K Phill.* 1831 *C*[1] (*non A*) 4 quum oritur et *om. K Phill.* 1831 (*non A*): oritur et *om. C*[1] 6 nobis *om. K Phill.* 1831 *C*[1] (*non A*) quantum *ABT*: qn̄m (*i.e.* quoniam) *K*: qm̄ (*i.e.* quoniam) *C*[1]: quam *Phill.*[1] 1831 sol *om. K Phill.* 1831 *C*[1] 8 quoque *om. K Phill.* 1831 *C* (*non A*) 9 solis] sol *TC*[1] dum *ABT*: cum *CK* et *om. K Phill.* 1831 *C* 10 tamen] non *A* iam *BT*: nam *KC*[1] nos *BT*: nobis *KC* 11 autem *om. KC*[1] 12 est *om. B*[1] terrae *BT*: terra *ACK* ita fort. (*om.* terra) *C*: ita et t. fort. *B* est *hab. CK*: *om. ABT* lunae *BT*: luna *ACK* 17 atque *BT*: ac *CK* 18 rotantem *C* 19 se *om. C*[1] 21 quoniam *BT*: cum *CK* 22 occidisse *om. CK* esterno *K*: externo *BCT* eum] enim *B* 24 conficeret *C*[1] oriens . . . inducit *om. T* (*non V Col.*) 25 vadendo longe a (*corr.* ad) meridie *C*

hiemem facit, ut hibernis humoribus ac pruinis terra pinguescat. Accedens propius ad septentrionem aestatem reddit, ut fruges maturitate durentur, et quae sunt in humidis incocta, fervefacta mitescant.

LI De effectv solis. Sol oriens diem facit, occidens noctem inducit; nam dies est sol super terras, nox est sol sub terras. Ex ipso enim sunt horae: ex ipso dies, cum ascenderit: ex ipso etiam nox, cum occiderit: ex ipso menses et anni nume-
2 rantur; ex ipso vicissitudines temporum fiunt. Quando autem per meridiem currit, vicinior terrae est; quando vero iuxta septentrionem, sublimis attollitur. [Cui ideo Deus diversa cursus instituit loca et tempora, ne, dum semper in isdem moraretur locis, cottidiano vapore eius consumeret; sed ut Clemens ait: 'Cursus diversos accipit, quibus aeris temperies pro ratione temporum dispensatur, et ordo vicissitudinum permutationumque servatur. Nam dum ad superiora conscenderit, ver temperat: ubi ad summum venerit, aestivos accendit calores: decedens rursus autumni temperiem reddit. Vbi vero ad inferiorem redit circulum, ex glaciali conpage caeli rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit.'] (*sequitur figura circularis, quae in medio habet* medium [est] mundi, *circa autem stationes solis sic inscriptas*: hic ortus solis in natale Domini; sexta hora diei; occasus in natale Domini; occasus in aequinoctio; occasus solis in natale Iohannis; semper media nox; ortus solis in natale Iohannis; hic ortus solis in aequinoctio.)

LII De itinere solis. Sol oriens per meridiem iter habet. Qui postquam ad occasum venerit et Oceano se tinxerit,

1 et C[1] hiberni *CKL* humoribus *ABCT*: geloribus *KL* 2 proprius *codd.* statem *B* reddat C[1] 6 supra *B* · sub terra *K* 7 enim *om. T* asc. et ex *C* 8 ip. enim m. *T* enum. *K* 11 cui ideo . . . derel. (*Isid. Nat.* 17, 3) *hab. CHKM Phill.* 1831: *om.* B[1]*DTU* diversos *codd.* 12 constituit *H* isdem oraretur C[1]: his demoraretur *KM Phill.* 1831: hisdem moraretur *H* 15 post rationem t. dispensatum *C* vicissitudinem C[1] 16 servatur] accepit (-cip-) *CK*: accipitur *H* ad *om.* C[1] (*non H*) ascenderit *H* 17 ubi autem ad sumum caeli ve. *H* 20 hiberni *CH*: hiemis *K* *figuram om. CT* (*non A*) 21 est *om. K* (*non A*) 27 ad occ. ven. *om.* C[1] tinxerit *BDT Mon. Rem.*[2]: trinxerit *U*: inmerserit CG[2]*K Phill.* 1831: inex (*seq. spat.*) *A*: intinxerit G[1] *Rem.*[1]

per incognitas sub terra vias vadit et rursus ad orientem recurrit.

DE LVMINE LVNAE. Lunam quidam philosophi dicunt LIII
proprium lumen habere, globique eius unam partem esse lucifluam, aliam vero obscuram, [ita : (*sequitur figura*)] et paulatim se vertendo diversas formas efficere. Alii e contra aiunt lunam 2
non suum lumen habere, sed solis radiis inluminari. Vnde et eclipsim patitur, si inter ipsam et solem umbra terrae interveniat. [Sol enim illi loco superior est. Hinc evenit ut, quando sub illo est, parte superiore luceat, inferiore vero, quam habet ad terras, obscura sit.]

DE FORMIS LVNAE. Prima figura lunae bicornis est, ita LIV
(*sequitur figura*). Secunda sectilis [habet, ita] (*seq. figura*). Tertia dimidia [habet ita] (*seq. figura*). Quarta plena [ita] (*seq. figura*). Quinta iterum dimidia [ex maiore] [ita] (*seq. figura*). Sexta iterum sectilis [ita] (*seq. figura*). Septima bicornis [ita] (*seq. figura*). Septima autem semis et vicesima secunda semis 2
in suo orbe mediae sunt (*seq. figura*). Ceterae [autem] pro portione sunt.

DE INTERLVNIO LVNAE. Interlunium lunae est tempus LV
illud inter deficientem et nascentem lunam. Est autem trigesima dies, quo luna non lucet. Quae ideo tunc videri non potest, quia soli coniuncta obscuratur; sed eodem momento renascens paulatim ab eo recedendo videtur.

1 terras *K Phill.* 1831 3 quidam *CKT Phill.* 1831 : quidem *AB* 4 esse] est est C^1 5 *figuram hab. A* (*post* ita) *K* (*ante* hinc evenit, § 2) : *om. BCT* pau. revertendo C^1 6 e contra *BT* : e contrario *K* : contrario *C* 8 ecl. si intus pat. C^1 interveniat] se interponat *TV* 9 sol . . . sit (*Isid. Nat.* 18, 3) *hab. CHK* : *om.* B^1T : sol enim . . . est *bis scripsit* K^1 illi] illo *C* 13 habet ita *hab. ACK* : *om. BTU* 14 media *K* (*non C*) habet ita *hab. CK* : *om. BTU* ita *hab. CK* : *om. BTU* 15 demedia *K* ex maiore *hab. ABTU* : *om. CK* ita *hab. CK* : *om. BTU* 16 ita *hab. CK* : *om. BTU* ita *hab. CK* : *om. BTU* 17 autem *ABCK* : iterum *TU* semis . . . secunda *om. T* : et duodecima *U* semis *om. U* 18 sui *B* orbe *TUB* : ordine *CK* autem *hab. CK* : *om. TUB* proportionales *U* : portionales *T* : proportiones *B* : praepositiones *C* 20 est (*prius*) *om.* C^1 21 autem *BT* : enim *CK* 22 quo *BKT* : qua *C* ideo nec vid. pot. *C* 23 eodem *ABT* : dinuo de *K* : denuo de *Phill.* 1831 : ideo de C^1

LVI De cvrsv lvnae. Luna amissi ac recepti luminis vicibus menstrua spatia moderat. Quae ideo obliquo incedit cursu et non recto, ut sol, scilicet ne incidat in centrum terrae et fre-
2 quenter patiatur eclipsim. Vicinus est enim eius circulus terrae. Crescens autem orientem cornibus spectat, decrescens occidentem: merito, quia occasura et amissura est lumen.

LVII De vicinitate lvnae ad terras. Luna vicinior est terris quam sol. Inde et breviori orbe celerius peragit cursum suum. Nam iter, quod sol in diebus trecentis sexaginta quinque peragit, ista per triginta dies percurrit. Vnde et antiqui menses in luna, annos autem in solis cursum posuerunt.

LVIII De eclipsi solis. Eclipsis solis est, quotiens luna trigesima ad eandem lineam, qua sol vehitur, pervenit, eique se obiiciens solem obscurat. Nam deficere nobis sol videtur, dum illi orbis lunae opponitur.

LIX De eclipsi lvnae. Eclipsis lunae est, quotiens in umbram terrae luna incurrit. Non enim suum lumen habere, sed a sole inluminari putatur, unde et defectum patitur si inter ipsam et
2 solem umbra terrae interveniat. Patitur autem hoc quinta decima luna eo usque, quam diu centrum atque umbram obstantis terrae exeat videatque solem, vel a sole videatur.

LX De differentia stellarvm, sidervm, et astrorvm. Stellae et sidera et astra inter se differunt. Nam stella est quaelibet singularis. Sidera vero sunt stellis plurimis facta, ut
2 Hyades, Pleiades. Astra autem stellae grandes, ut Orion, Bootes. Sed haec nomina scriptores confundunt, et astra pro stellis et stellas pro sideribus ponunt.

2 mens. in centrum spa. *C^1K* moderat *ABDTU*: moderata *K*: moderatur *C* quae ideo . . . centrum *om.* *C^1KL Phill.* 1831 obl. inc. cu. et non rec. *BDTU*: non recto incedat cursu *A* 4 patitur *C^1K* enim est *A*: enim *C^1K* 5 autem *ABT*: que *K*: quae *C^1* spectat *K*: expectat *BCT* 7 vic. est ter. *T ante corr.* 8 unde *AT* brevior *ABC* 9 sol *ante* iter *T*: *post* quinque *B* 10 precurrit *T* 11 annos *ABT*: non *K*: nona *C^1* 12 lu. tr. *ABT*: tr. lu. *CK* 13 qua] que *T* s.v.] solvitur *C^1* 14 solem *om.* *T* dum illi *om.* *C^1* 16 est *ABT*: *om.* *C^1*: fit *K* 17 occurrit *K* (*non C*) sed a so. inl. *om.* *T* 19 autem *ABT*: enim *CK* quarta *CK* 20 eo] et *C* umbra obstanti *K* 21 vel] ve *K* 24 ut *om.* *CK* 25 au. sunt st. *T* (*non V*) 27 stellas] stellis *B*: stillis *K*: stella *C*

De lvmine stellarvm. Stellas non habere proprium LXI
lumen, sed a sole inluminari dicuntur, sicut et luna.

De stellarvm sitv. Stellae inmobiles sunt et cum caelo LXII
fixae perpetuo motu feruntur, neque cadunt per diem, sed solis
splendore obscurantur.

De stellarvm cvrsv. Sidera aut feruntur, aut moventur. LXIII
Feruntur, quae caelo fixa sunt et cum caelo volvuntur. Moventur
vero quaedam [sicut] planetae, id est erraticae, quae cursus suos
vagos certa tamen definitione conficiunt.

De vario cvrsv stellarvm. Stellae pro eo, quod per LXIV
diversos orbes caelestium planetarum feruntur, quaedam cele-
rius exortae serius occidunt: quaedam tardius exortae citius
ad occasum perveniunt: aliae pariter oriuntur et non simul
occidunt: omnes autem suo tempore ad cursum proprium re-
vertuntur.

De stellarvm intervallis. Stellae inter se diversis inter- LXV
vallis distant a terra, propterea dispari claritate magis minusve
nostris oculis apparent. Nam multae maiores sunt his quas
videmus conspicuas, sed longius positae parvae videntur a nobis.

De circvlari nvmero stellarvm. Numerus circularis LXVI
stellarum est, per quod cognosci dicitur in quanto tempore
circulum suum unaquaeque stella percurrat, sive per longitu-
dinem, sive per latitudinem. Nam Luna totannis fertur explere 2
circulum suum, Mercurius annis xx, Lucifer annis ix, Sol annis
xix, Vesper [annis] xv, Phaethon annis xii, Saturnus [annis]
xxx. Quibus peractis ad reversionem circuli sui isdem signis
et partibus revertuntur. Quaedam sidera radiis solis praepedita 3
anomala fiunt, aut retrograda, aut stationaria, iuxta quod et
poeta meminit dicens (Lucan. 10, 201):

4 feriuntur *T* 8 sicut *T*: s̄ (*i.e.* sunt) *B*: *om.* *CK*: *fort.* scilicet terradice *K* 9 vagos *om.* *T* c. t.] certamen B^1: certam C^1 conficiuntur *B* 10 que C^1 per *om.* *T* 12 cito *CK* (*non A*) 13 alia *CK* 17 a terra *om.* C^1K (*non A*) minusve] minus suae C^1 19 positas (*corr.* -ta) minores vid. *C* 21 est *om.* C^1K per quod *B*: per quid *T*: per quem *CHK* cognosci dicitur *BHT*: cognoscitur (-nus-) *CK* 22 seu . . . seu *CK* 23 totannis] quotannis B^2: octo an. *dett.* 25 annis *hab.* *CK*: *om.* *BT* Phaethontis (*fere*) *codd.* saturni *CK* annis *hab.* *KT*: *om.* *BC* 28 aut . . . aut] ad . . . ad C^1

Sol tempora dividit aevi:
mutat nocte diem, radiisque potentibus astra
ire vetat, cursusque vagos ratione moratur.

LXVII De Stellis planetis. Quaedam stellae ideo planetae dicuntur, id est errantes, quia per totum mundum vario motu discurrunt. Vnde pro eo, quod errant, retrograda dicuntur, vel anomala efficiuntur, id est, quando particulas addunt et detrahunt. Ceterum quando tantum detrahunt, retrograda dicuntur; stationem autem faciunt, quando stant.

LXVIII De praecedentia et antegradatione stellarvm. Praecedentia vel antegradatio stellarum est, dum stella motum suum agere videtur, et aliquid praeter consuetudinem praecedit.

LXIX De remotione vel retrogradatione stellarvm. Remotio vel retrogradatio stellarum est, in quo stella, dum motum suum agat, simul et retrorsum moveri videtur.

LXX De statv stellarvm. Status stellarum est, qua dum stella semper movetur, tamen in aliquibus locis stare videntur.

LXXI De nominibvs stellarvm, qvibvs ex cavsis nomina accepervnt. Sol appellatus eo quod solus appareat, obscuratis
2 fulgore suo cunctis sideribus. Luna dicta quasi Lucina, ablata media syllaba. De qua Vergilius (Ecl. 4, 10):

Casta fave Lucina.

Sumpsit autem nomen per derivationem a solis luce, eo quod
3 ab eo lumen accipiat, acceptum reddat. Stellae dictae a stando, quia fixae stant semper in caelo nec cadunt. Nam quod videmus [e] caelo stellas quasi labi, non sunt stellae, sed igniculi ab aethere lapsi; qui fiunt, dum ventus altiora petens aethereum

1 dividit . . . diem *om.* C^1KM 2 noctem diem *T*: noctem *B* 5 motu *BT*: modo *CK* 6 retr. dic.] retrogradantur *BT*: retrograta dicunt *K* 7 anomalae *C* 8 retrogra *C* 9 rationem C^1 autem *om.* C^1K (*non A*) 11 motum *BT*: cursum *CK* suum *K*: consuetum *T*: suum consuetum *BC* 12 videatur C^1 14 stellarum *om.* *CK* dum *om.* *T* modum *BC* 15 agit *B* 16 qua *T*: qui *K*: quae C^1: quia *B* 17 stellas *K* movetur (mob-) *BT*: moveri (mob-) videtur C^1K videtur *B* 19 eo] et *T* 24 ab ipso lu. *K* (*non A*) acceptum reddat *om.* *K* (*non A*) 25 quia *ABT*: quod *K*: eo quod *C* stant *ABT*: sint *CK* 26 e (ae) *hab.* *BT*: *om.* *ACK* 27 aethere] vestere C^1 ventus *om.* *K* (*non A*)

ignem secum trahit, qui tractu suo imitatur stellas cadentes.
Nam stellae cadere non possunt: inmobiles enim, ut praedictum
est, sunt, et cum caelo fixae feruntur. Sidera dicta, quod ea 4
navigantes considerando dirigunt ad cursum consilium, ne falla-
cibus undis aut ventis alibi deducantur. Quaedam autem stellae
idcirco signa dicuntur, quia ea nautae observant in gubernandis
remigiis, contemplantes aciem fulgoremque eorum, quibus rebus
status caeli futurus ostenditur. Sed et omnes homines ea 5
intendunt ad praevidendas aeris qualitates per aestatem et
hiemem vernalemque temperiem. Ortu enim vel occasu suo
certis stationibus temporum qualitatem significant. Signorum 6
primus Arcton, qui in axe fixus septem stellis in se revolutis
rotatur. Nomen est Graecum, quod Latine dicitur ursa; quae
quia in modum plaustri vertitur, nostri eam Septentrionem dixe-
runt. Triones enim proprie sunt boves aratorii, dicti eo quod 7
terram terant, quasi teriones. Septentriones autem non occidere
axis vicinitas facit, quia in eo sunt. Arctophylax dictus, quod 8
Arcton, id est Helicem Vrsam, sequitur. Eundem et Booten
dixerunt, eo quod plaustro haeret: signum multis spectabile
stellis, inter quas Arcturus est. Arcturus sidus est post caudam 9
maioris ursae posita in signo Bootae. Vnde Arcturus dictus
est, quasi ἄρκτου οὐρὰ, quia Bootis praecordiis conlocata est.
Oritur autem autumnali tempore. Orion austro ante Tauri 10
vestigia fulget, et dictus Orion ab urina, id est ab inundatione

1 secum ignem *K* (*non A*) tactu *K* *non A*) suo imitatur] solvitur *K*: suo solvitur C^1 (*non A*) 2 stillae cad. *K* sunt ut pr. est *T*: ut praediximus sunt *K* (*non A*) 3 cum *om.* *CK* (*non A*) nav. ea *CK* (*non A*) 4 cons. iter dirigunt *KC* (-gant) 7 earum *K* 8 ost. fut. *CK* (*non A*) et *om.* *CK* 9 praevidendum *K*: praevidas C^1 qualitatem *K* qu. significant prestantem et iemen vern. *T* 10 verna-lique temperiae *K* suo vel occ. *CK* 11 qualitate *K*: -tes *B* 12 axem fixas *K* *fort.* -tus 13 quae C^1 quae quia *ABT*: quique *K*: quaeque C^1 14 nostri] nomini C^1 15 arctorii C^1: arcturi *K* (*non A*) 17 vicinitate C^1 dictus BT^2: dicitus T^1: dicitur *CK* 18 lincem C^1K eundem] unde *T*: eadem C^1 19 plaustris *K* haberet C^1K pectabiles C^1 20 inter] in C^1 Arcturus (*alt.*) *om.* C^1K situs C^1 21 unde et arct. *CK* dictus est *T*: dicta est *AB*: dicitur *CK* 22 pr. socia conl. *K* 23 au. arcturus au. *AB* austro *scripsi*: austrum C^1: austru *K*: austri *BT*: astrum *dett.* 24 inviatione C^1

aquarum. Tempore enim hiemis obortus mare et terras aquis
11 ac tempestatibus turbat. Hunc Latini Iugulam vocant, quod
sit armatus, ut gladius, et stellarum luce terribilis atque claris-
simus; in quo si haec fulgent omnia, serenitas portenditur, si
12 obscuratur his acies, tempestas cernitur inminere. Hyades
dictae ἀπὸ τοῦ ὕειν, id est a suco et pluviis. Nam pluviae Graece
ὑετός dicitur. Ortu quippe suo efficiunt pluvias. Vnde et eas
Latini suculas appellaverunt, quia, quando nascuntur, pluviarum
signa monstrantur. De quibus Vergilius (Aen. 1, 744):

Arcturum pluviasque Hyadas.

Sunt autem septem in fronte Tauri, et oriuntur tempore vernali.
13 Pliades a pluralitate dictae, quia pluralitatem Graeci ἀπὸ τοῦ
πλεῖστον appellant. Sunt enim stellae septem ante genua Tauri;
ex quibus sex videntur, nam latet una. Has Latini Vergilias
dicunt a temporis significatione, quod est ver, quando exo-
riuntur. Nam occasu suo hiemem, ortu aestatem, primaeque
14 navigationis tempus ostendunt. Canicula stella, quae et Sirius
dicitur, aestivis mensibus in medio centro caeli est: et dum sol
ad eam ascenderit, coniuncta cum sole duplicatur calor ipsius,
et dissolvuntur corpora et vaporantur. Vnde et ex ipsa stella
dies caniculares dicuntur, quando et molestae sunt purgationes.
15 Canis autem vocatur propter quod corpora morbo afficiat, vel
propter flammae candorem, quod eiusmodi sit ut prae ceteris
lucere videatur. Itaque quo magis eam cognoscerent, Sirion
16 appellasse. Cometes stella est dicta eo quod comas luminis ex
se fundat. Quod genus sideris quando apparuerit, aut pesti-
17 lentiam, aut famem, aut bella significat. Cometae autem Latine

1 abortus C^1 aquasque temp. *K*: aquasquettemp. C^1 4 haec fulgeant *B*: effulgent *T* serena *CK* si obsc. his *BT*: obscuratis his C^1K 5 tempestate C^1: tempestatis T^2 6 ἀπὸ τοῦ ὕειν *om.* C^1K et a pl. *CK* nam pluvia *K* 7 dicitur *KT*: dicuntur *BC* 8 siculas *T* pluvia sig. C^1 12 a] ad *K* quia] qua *T* app. ἀ. τ. π. *CK* 13 ianuam C^1K 15 quod est quando C^1: quod vere *B* oriuntur *CK* 16 que *om.* C^1K 17 st. est quae *K* 18 caeli est] celesti *T* dum] cum *K* 19 conscenderit *C* calore *B* 20 ex *om.* *T* 21 dicitur C^1: *om.* *T* 22 mor. cor. *CK* (*non A*) vel *CK*: sive *B*: aut *T*: Sirius *Arev.* 23 quod eiusmodi sit *BT*: quod eiusmodi *A*: quem emittit *CK* 24 eam] et C^1 25 dicta *om.* *CK* (*non A*)

crinitae appellantur, quia in modum crinium flammas spargunt; quas Stoici dicunt esse ultra triginta, quarum nomina et effectus
quidam Astrologi scripserunt. Lucifer dictus eo quod inter 18
omnia sidera plus lucem ferat; est autem unus ex planetis. Hic proprie et iubar dicitur eo quod iubas lucis effundat, sed et splendor solis ac lunae et stellarum iubar vocatur, quod in modum iubae radii ipsorum extendantur. Vesperus stella [est] occi- 19
dentalis, quam cognominatam perhibent ab Hespero Hispaniae rege. Est autem et ipsa ex quinque stellis planetis, noctem ducens et solem sequens. Fertur autem quod haec stella oriens luciferum, occidens vesperum facit. De qua Statius (Theb. 6, 241):

Et alterno dependitur unus in ortu.

Planetae stellae sunt quae non sunt fixae in caelo, ut reliquae, 20
sed in aere feruntur. Dictae autem planetae ἀπὸ τῆς πλάνης, id est ab errore. Nam interdum in austrum, interdum in septentrionem, plerumque contra mundum, nonnumquam cum mundo feruntur. Quarum nomina Graeca sunt Phaethon, Phaenon,
Pyrion, Hesperus, Stilbon. Has Romani nominibus deorum 21
suorum, id est Iovis, Saturni, Martis, Veneris, atque Mercurii sacraverunt. Decepti enim et decipere volentes in eorum adulationem, qui sibi aliquid secundum amorem praestitissent, sidera ostendebant in caelo, dicentes quod Iovis esset illud sidus et illud Mercurii: et concepta est opinio vanitatis. Hanc opinionem erroris diabolus confirmavit, Christus evertit. Iam vero 22
illa, quae ab ipsis gentilibus signa dicuntur, in quibus et animantium imago de stellis formatur, ut Arcton, [ut] Aries, Taurus, Libra et huiusmodi alia; hi, qui sidera perviderunt, in nume-

2 et *om. T* 3 quidem *K* 4 lucem ferat *ABT*: lucis habeat *K*: lucis habet *C* est . . . proprie *om. CK* (*non A*) 5 et (*prim.*) *om. B* (*non A*) effundit B^1 6 vocantur *BT* in *om.* C^1K 7 iubar *T* extenduntur *B* est *hab. CK*; *om. BT* 8 ab espere C^1: avesperae *K*: avespero *BT* 9 autem *BT*: *om.* C^1: enim *K* 10 solem] noctem *T* haec *om. T* 11 de quo *K* 12 -perd- *B*: -prend- *Stat.* 15 in aus. . . . ple. *om.* C^1 17 phenonta *BCT*: fenonta *K* 18 phiriona *BCT*: firiona *K* nom.] in omnibus C^1 19 atque *BT*: et *CK* 21 sibi] in *T* secus C^1 22 quod *om. T* 23 unitatis C^1 hanc] ac *T* 24 formavit *K*: formabit C^1 26 ut *hab. BT*: *om. CK* 27 eius modi *T* praeviderunt *K*

rum stellarum speciem corporis superstitiosa vanitate permoti
finxerunt, ex causis quibusdam deorum suorum et imagines
23 et nomina conformantes. Nam Arietem primum signum, cui,
ut Librae, mediam mundi lineam tradunt, propter Ammonem
Iovem ideo vocaverunt, in cuius capite, qui simulacra faciunt,
24 arietis cornua fingunt. Quod signum gentiles ideo inter signa
primum constituerunt, quia in Martio mense, qui est anni prin-
cipium, solem in eo signo cursum suum agere dicunt. Sed et
Taurum inter sidera conlocant, et ipsum in honorem Iovis, eo
quod in bovem sit fabulose conversus, quando Europam trans-
25 vexit. Castorem quoque et Pollucem post mortem inter notis-
26 sima sidera constituere: quod signum Gemini dicunt. Cancrum
quoque inde dixerunt, eo quod cum ad id signum mense Iunio
sol venerit, retrograditur in modum cancri, brevioresque dies
facit. Hoc enim animal incertam habet primam partem, deni-
que ad utramque partem gressum dirigit, ita ut prior pars sit
27 posterior et posterior prior. Leonem in Graecia ingentem Her-
cules occidit, et propter virtutem suam hunc inter duodecim
signa constituit. Hoc signum sol cum adtigerit, nimium calorem
28 mundo reddit, et annuos flatus Etesias facit. Virginis etiam
signum idcirco intra astra conlocaverunt, propter quod isdem
diebus, in quibus per eum sol decurrit, terra exusta solis ardore
29 nihil pariat. Est enim hoc tempus canicularium dierum. Libram
autem vocaverunt ab aequalitate mensis ipsius, quia VIII kal.
Octobres sol per illud signum currens aequinoctium facit. Vnde
et Lucanus (4, 58):

Ad iustae pondera librae.

2 ex] et C^1K deorum suorum suorum imagines *T* 3 confirmantes *T* sig. iobi cui *T* 4 ut lib. *BC*: et lib. *KT* pr. amonem iobis C^1: proptere amore is *K* 8 solem *om.* C^1K signum *T*: *om.* *B* suum *om.* *T* dicuntur *T* 10 qu. et europ. *T* 12 constituerunt *BT* geminum C^1K 13 inde *om.* *B* cum ad id *CK*: ad eum *BT* iulio sol dum ve. *T* 14 breviterque C^1K 15 hoc] hi C^1 16 dirigat C^1 18 hunc] inc *T* 20 annos *K*: annus C^1 et vestias C^1 21 hisdem *BCT*: his *K* 22 exausta *K*: exhausta *B* 24 qui ab C^1K 25 sol per] super *T* currens signum aequinoctii C^1K (*non A*) 27 pondere *T*

Scorpium quoque et Sagittarium propter fulgura mensis ipsius 30
appellaverunt. Sagittarius vir equinis cruribus deformatus, cuius
sagittam et arcum adiungunt, ut ex eo mensis ipsius fulmina
demonstrarentur. Vnde et sagittarius est vocatus. Capricorni 31
figuram ideo inter sidera finxerunt, propter capr[e]am Iovis nutri-
cem; cuius posteriorem partem corporis in effigiem piscis ideo
formaverunt, ut pluvias eiusdem temporis designarent, quas
solet idem mensis plerumque in extremis habere. Porro Aqua- 32
rium et Piscem ab imbribus temporum vocaverunt, quod hieme,
quando in his signis sol vehitur, maiores pluviae profunduntur.
Et miranda dementia gentilium, qui non solum pisces, sed
etiam arietes et hircos et tauros, ursas et canes et cancros et
scorpiones in caelum transtulerunt. Nam et aquilam et cignum
propter Iovis fabulas inter caeli astra eius memoriae causa
conlocaverunt. Perseum quoque et uxorem eius Andromedam, 33
posteaquam sunt mortui, in caelum receptos esse crediderunt;
ita ut imagines eorum stellis designarent, eorumque appellare
nominibus non erubescerent. Aurigam etiam Ericthonium in 34
caeli astra conlocaverunt, propter quod vidissent eum primum
quadrigas iunxisse. Mirati sunt enim ingenium eius ad imita-
tionem Solis accessisse, et propter hoc nomen eius post mortem
inter sidera posuerunt. Sic Callisto, Lycaonis regis filia, dum 35
a Iove compressa et fabulose a Iunone in ursae fuisset speciem
versa, quae Graece ἄρκτος appellatur, post interfectionem ipsius
nomen eius Iovis cum filio in stellis Septentrionalibus transtulit,
eamque Arcton, filium autem eius Arctophylax appellavit. Sic 36

1 Scorpionum *T* prae fulgore C^1K (*non A*) ipsium *T* 2 deformatur *CK*: formatus *T* 3 adiungunt] decurrunt *T* ipsius *om.* C^1K (*non A*) fulmine C^1 4 demonstrentur *AB* 5 fixerunt *C* 6 figiem *T* 7 deformaverunt *C* temporibus C^1 quem so. isdem (hi-) C^1K 8 in *om.* C^1K 9 pisces *C* yema *T* 10 in hisdem signis *T*: insignis *A* sol vehitur *A*: sol vertitur *BDHT*: sol veitur *corr.* solvitur *K*: solvitur C^1 perfunduntur C^1 13 nam aq. *CK* 14 Io. pr. *C* (*non DH*) *K* ei. mem. cau. *om.* C^1K (*non A*) 15 locaverunt C^1 Perseum] per eum *T* 16 postquam C^1K 17 eorum appellarent C^1 19 conlocarent C^1K 20 quadricam *K* ad] ut aut C^1 23 conprehessa *T* fabulose *om.* C^1 arse C^1 fu. sp. ver. *ABT*: sp. fu. versam (-sa) *CK* 24 gr. arcton dicitur C^1K 25 eius *om.* C^1K 26 arct. fil. au. eius *om.* *T* filio C^1

Lyra pro Mercurio in caelum locata; sic Centaurus Chiron,
propter quod nutrierit Aesculapium et Achillem, inter astra
37 dinumeratus est. Sed quolibet modo superstitionis haec ab
hominibus nuncupentur, sunt tamen sidera quae Deus in mundi
principio condidit, ac certo motu distinguere tempora ordinavit.
38 Horum igitur signorum observationes, vel geneses, vel cetera
superstitiosa, quae se ad cognitionem siderum coniungunt, id
est ad notitiam fatorum, et fidei nostrae sine dubitatione con-
traria sunt, sic ignorari debent a Christianis, ut nec scripta esse
39 videantur. Sed nonnulli siderum pulcritudine et claritate per-
lecti in lapsus stellarum caecatis mentibus conruerunt, ita ut
per subputationes noxias, quae mathesis dicitur, eventus rerum
praescire posse conentur: quos non solum Christianae religionis
doctores, sed etiam gentilium Plato, Aristoteles, atque alii rerum
veritate conmoti concordi sententia damnaverunt, dicentes con-
40 fusionem rerum potius de tali persuasione generari. Nam sicut
genus humanum ad varios actus nascendi necessitate preme-
rentur, cur aut laudem mereantur boni aut mali legum perci-
piant ultionem? Et quamvis ipsi non fuerint caelesti sapientiae
dediti, veritatis tamen testimonio errores eorum merito percu-
41 lerunt. Ordo autem iste septem saecularium disciplinarum ideo
a Philosophis usque ad astra perductus est, scilicet ut animos
saeculari sapientia implicatos a terrenis rebus abducerent, et in
superna contemplatione conlocarent.

1 pro] post C^1 2 inter] in *K* 3 quodlibet *T* 4 nuncupantur *ACK* 5 ac certo motu *ABT*: hec (haec C^1) ergo motu (-ta C^1) certo C^1K tempore C^1 6 geneses *ABT*: generes C^1: genera *K* vel ce. sup.] vel ceteras res superstitiosas C^1: et ctas (cetas *m.* 2) res suprae-stitiosas *K* 7 se *om.* C^1 cognitionem] coiunctionem *K*: iunctionem C^1 9 debet *K* a *om.* *T* nec] ne *K* 11 lapsu *BK*: laudem *C* cecati *T* 12 per *om.* C^1K dicuntur *K* eventum *CK* 13 nescire *T*: praecipere *C* conantur C^1 14 aristotelesque (-lique *K*) *CK* 15 varietate *T* concordi] cordis C^1 16 sicut] si C^2 (*non DH*): sicut dicunt *T* (?*pro* si, ut dicunt) 17 genus (gens C^1) hominum *CK* var. hiactos *T* premitur *T*: promoverentur (-mob-) C^1K 18 cur autem C^1 percipiunt *T* 22 perductus est] pervenit *T* 23 adducerent *T*: abduceret *BC*: abducat *K* 24 conlocaret *ABC*: attollat *K Phill.* 1831

LIBER IV

DE MEDICINA

De Medicina. Medicina est quae corporis vel tuetur vel I
restaurat salutem: cuius materia versatur in morbis et vulneribus. Ad hanc itaque pertinent non ea tantum quae ars eorum 2
exhibet, qui proprie Medici nominantur, sed etiam cibus et potus, tegmen et tegumen. Defensio denique omnis atque munitio, qua [sanum] nostrum corpus adversus externos ictus casusque servatur.

De nomine eivs. Nomen autem Medicinae a modo, II
id est temperamento, inpositum aestimatur, ut non satis, sed paulatim adhibeatur. Nam in multo contristatur natura, mediocriter autem gaudet. Vnde et qui pigmenta et antidota satis vel assidue biberint, vexantur. Inmoderatio enim omnis non salutem, sed periculum affert.

De inventoribvs Medicinae. Medicinae autem artis III
auctor ac repertor apud Graecos perhibetur Apollo. Hanc filius eius Aesculapius laude vel opere ampliavit. Sed postquam 2
fulminis ictu Aesculapius interiit, interdicta fertur medendi cura; et ars simul cum auctore defecit, latuitque per annos pene quingentos usque ad tempus Artaxerxis regis Persarum. Tunc eam revocavit in lucem Hippocrates Asclepio patre genitus in insula Coo.

De tribvs haeresibvs Medicorvm. Hi itaque tres viri IV
totidem haereses invenerunt. Prima Methodica inventa est ab Apolline, quae remedia sectatur et carmina. Secunda Enpirica,

1 quae] vel *K* 2 moribus C^1 (*non DH*) vulnera *BCDT* (*non H*) *fort.* in morbos et vulnera 5 tegimen et tegumen *T*: tigmen et tegumen *K*: tegmen et *H* (*non D*) 6 monitio (-cio) *HK* q. sanum corpus nostrum *C*: q. nostrorum corpus *B*: q. sanum corpus *K*: q. nostrum corpus *TD Vercellensis* 202: quantum corpus *H* 7 cursusque *K* servetur *T* 9 est a temp. *C* ut . . . adhib. *om.* T^1 10 in multum *BC* natura *om.* *K* mediocri B^1 13 effert *K* 15 ac repertor (repp-) *BCDHT*: aut inventor *K* hac C^1: ac *T* 18 pene *om.* *T*: fere *Vercellensis* 202

id est experientissima, inventa est ab Aesculapio, quae non indiciorum signis, sed solis constat experimentis. Tertia Logica,
2 id est rationalis, inventa ab Hippocrate. Iste enim discussis aetatum, regionum, vel aegritudinum qualitatibus, artis curam rationabiliter perscrutatus est, infirmitatum per quam causas ratione adhibita perscrutetur, [curam rationabiliter perscrutatus est]. Enpirici enim experientiam solam sectantur: Logici experientiae rationem adiungunt: Methodici nec elementorum rationem observant, nec tempora, nec aetates, nec causas, sed solas morborum substantias.

V De QVATTVOR HVMORIBVS CORPORIS. Sanitas est integritas corporis et temperantia naturae ex calido et humido, quod est
2 sanguis; unde et sanitas dicta est, quasi sanguinis status. Morbi generali vocabulo omnes passiones corporis continentur; quod inde veteres morbum nominaverunt, ut ipsa appellatione mortis vim, quae ex eo nascitur, demonstrarent. Inter sanitatem autem et morbum media est curatio, quae nisi morbo congruat, non
3 perducit ad sanitatem. Morbi omnes ex quattuor nascuntur humoribus, id est ex sanguine et felle, melancholia et phlegmate. [Ex ipsis enim reguntur sani, ex ipsis laeduntur infirmi. Dum enim amplius extra cursum naturae creverint, aegritudines faciunt.] Sicut autem quattuor sunt elementa, sic et quattuor humores, et unusquisque humor suum elementum imitatur: sanguis aerem, cholera ignem, melancholia terram, phlegma aquam. Et sunt quattuor humores, sicut quattuor elementa,
4 quae conservant corpora nostra. Sanguis ex Graeca etymologia vocabulum sumpsit, quod vegetetur et sustentetur et vivat. Choleram Graeci vocaverunt, quod unius diei spatio terminetur; unde et cholera, id est fellicula, nominata est, hoc est, fellis

1 experimentissima *BDHK*: experimentis simul *T* 3 His etenim *T* 4 regionum *om. K* qualitatibus *om. K* 5 prescrutatus *TUC*[1] infirm. . . . perscr. est *om. BCDH* inf. p. q. c. *TUV*: p. q. c. inf. *K* 6 prescrutetur *TU* curam rationabiliter prescrutatus est *hab. UV*: *om. KT* (*a n.l.*) 9 nec causas *om. T* (sed solas *in ras.*) 14 quod] quo *Schwarz* 16 quae] quod *K* 20 ex ipsis . . . faciunt (*ex* § 7) *hab. BCDH*: *om. KMTU* sa. et ex *C* 22 sic quat. *T* 25 et sunt] haec sunt *C* hum. sic. quat. *om. C* 27 qui viget et sustinet *K* 28 col. enim gr. *T* 29 hoc est] hec *K*

effusio. Graeci enim fel χολὴν dicunt. Melancholia dicta eo 5
quod sit ex nigri sanguinis faece admixta abundantia fellis.
Graeci enim μέλαν nigrum vocant, fel autem χολὴν appellant.
Sanguis Latine vocatus quod suavis sit, unde et homines, quibus 6
dominatur sanguis, dulces et blandi sunt. Phlegma autem dixe- 7
runt quod sit frigida. Graeci enim rigorem φλεγμονήν appellant.
Ex his quattuor humoribus reguntur sani, ex ipsis laeduntur
infirmi. Dum enim amplius extra cursum naturae creverint,
aegritudines faciunt. Ex sanguine autem et felle acutae passio-
nes nascuntur, quas Graeci ὀξέα vocant. Ex phlegmate vero et
melancholia veteres causae procedunt, quas Graeci χρόνια dicunt.

De acvtis morbis. Ὀξεῖα est acutus morbus qui aut cito VI
transit aut celerius interficit, ut pleurisis, phrenesis. Ὀξὺ enim
acutum apud Graecos et velocem significat. Χρονία est prolixus
corporis morbus qui multis temporibus remoratur, ut podagra,
pthisis. Χρόνος enim apud Graecos tempus dicitur. Quaedam
autem passiones ex propriis causis nomen acceperunt. Febris 2
a fervore dicta; est enim abundantia caloris. Frenesis appel- 3
lata sive ab inpedimento mentis; Graeci enim mentem φρένας
vocant; seu quod dentibus infrendant. Nam frendere est
dentes concutere. Est autem perturbatio cum exagitatione et
dementia ex cholerica vi effecta. Cardia⟨ca⟩ vocabulum a corde 4
sumpsit, dum ex aliquo timore aut dolore afficitur. Cor enim
Graeci καρδίαν vocant. Est enim cordis passio cum formidabili
metu. Lethargia a somno vocata. Est enim oppressio cerebri 5
cum oblivione et somno iugi, veluti stertentis. Synanchis a con- 6
tinentia spiritus et praefocatione dicta. Graeci enim συνάγχειν
continere dicunt. Qui enim hoc vitio laborant, dolore faucium
praefocantur. Fleumon est fervor stomachi cum extensione 7

2 adm. et habund. *K* 4 vocatus *BT*: vocatur *CK* 5 du. ac bl. *B* 6 frigorem *C* 9 autem] enim *B* 11 vetere ausae *B*[1] 12 qui] quae *K* 15 podagra tisis *BCT*: podagricis *K* 16 *post* dicitur *seq.* § 7 *in BCDH* 18 app. ab inp. *K* 19 gr. enim men. *KT*: quia gr. men. *BC* 22 Cardian *K* 23 dum *BCT*: cum *K* 27 συνάγχειν] sinancis (-nac-) *codd.*: *συνέχειν Cael. Aureliani edd.* § 7 *et post* dicitur (§ 1) *et hoc loco in BCDH, sed priore loco ita* Fleumon est (*om. H*) inquictum (qu. *D*) cum rubore (ro- *DH*) et dolore et tensione (-nt- *H*) et duritia et vastitate. Nam cum coeperit fieri fleumone et inquietudo febris consequitur. Vnde . . . accepit

atque dolore [sive φλεγμονὴ est inquietudo cum rubore et dolore
et tensione et duritia et vastitate]. Quae cum coeperit fieri, et
febris consequitur. Vnde et dicta est φλεγμονή, ἀπὸ φλέγει,
id est inflammans. Sic enim sentitur et inde nomen accepit.
8 Pleurisis est dolor lateris acutus cum febre et sputo sanguino-
lento. Latus enim Graece πλευρὰ dicitur, unde [et] pleuritica
9 passio nomen accepit. Peripleumonia est pulmonis vitium cum
dolore vehementi et suspirio. Graeci enim pulmonem πλεύμονα
10 vocant, unde et aegritudo dicta est. Apoplexia est subita effusio
sanguinis, qua suffocati intereunt. Dicta autem apoplexia, quod
ex letali percussu repentinus casus fiat. Graeci enim percus-
11 sionem ἀπόπληξιν vocant. Spasmus Latine contractio subita
partium aut nervorum cum dolore vehementi. Quam passionem
a corde nominatam dixerunt, qui in nobis principatum vigoris
habet. Fit autem duobus modis, aut ex repletione, aut ex
12 inanitione. Tetanus maior est contractio nervorum a cervice
13 ad dorsum. Telum lateris dolor est. Dictum autem ita a
14 medicis, quod dolore corpus transverberet, quasi gladius. Ileos
dolor intestinarum. Vnde et ilia dicta sunt. Graece enim
†ilios† obvolvere dicitur, quod se intestinae prae dolore in-
volvant. Hi et turminosi dicuntur, ab intestinarum tormento.
15 Ὑδροφοβία, id est aquae metus. Graeci enim ὕδωρ aquam,
φόβον timorem dicunt, unde et Latini hunc morbum ab aquae
metu lymphaticum vocant. Fit autem [aut] ex canis rabidi
morsu, aut ex aeris spuma in terra proiecta, quam si homo
vel bestia tetigerit, aut dementia repletur aut in rabiem vertitur.
16 Carbunculus dictus, quod in ortu suo rubens sit, ut ignis, postea
17 niger, ut carbo extinctus. Pestilentia est contagium, quod dum

1 sive . . . vast. *om. codd.* (*cf. supra*) 3 φλέγει] flegi *CKT*: fleci *B* 5 Fleoresis *K*: Fleoris *M* 6 et *hab. BK*: *om. CTU* pleorica *K* 7 accipit *C* 10 qua] quia TC^1 14 qui *CK*: quia *B*: que *T* 15 au. ex du. *B* mo. et repl. C^1 16 a *om. T* 18 Yleos *BC*: Hyleos *T*: Ilius *K* 19 enim *om. B* 20 ilea subvolvere *K*: εἰλύειν obv. *Otto*: εἰλεῖν obv. *Arev.*: εἰλίσσειν obv. *alii* 22 ὕδωρ] ydro (idro) *CKT* 23 φόβον] fobis *KT*: fobi *B*: fobin *C* unde . . . vocant *om. T* (*non V*) ob aque motum *B* 24 aut *hab. BC*: *om. KT* 25 fuma *K* 28 et tinctus *T*

unum adprehenderit, celeriter ad plures transit. Gignitur enim
ex corrupto aere, et in visceribus penetrando innititur. Hoc etsi
plerumque per aerias potestates fiat, tamen sine arbitrio omni-
potentis Dei omnino non fit. Dicta autem pestilentia, quasi 18
pastulentia, quod veluti incendium depascat, ut (Virg. Aen.
5, 683):

Toto descendit corpore pestis.

Idem et contagium a contingendo, quia quemquem tetigerit,
polluit. Ipsa et inguina ab inguinum percussione. Eadem et 19
lues a labe et luctu vocata, quae tanto acuta est ut non habeat
spatium temporis quo aut vita speretur aut mors, sed repentinus
languor simul cum morte venit.

De Chronicis morbis. Chronia est prolixus morbus qui VII
multis temporibus remoratur, ut podagra, pthisis. Χρόνος enim
apud Graecos tempus dicitur. Cephalea ex causa vocabulum 2
habet. Capitis enim passio est, et Graeci caput κεφαλὴν vocant.
Scothomia ab accidenti nomen sumpsit, quod repentinas tenebras 3
ingerat oculis cum vertigine capitis. Vertigo autem est quo-
tienscumque ventus consurgit, et terram in circuitum mittit.
Sic et in vertice hominis arteriae et venae ventositatem ex 4
resoluta humectatione gignunt, et in oculis gyrum faciunt.
Vnde et vertigo nuncupata est. Epilemsia vocabulum sumsit, 5
quod mentem adpendens pariter etiam corpus possideat. Graeci
enim adpensionem ἐπιληψίαν appellant. Fit autem ex melan-
cholico humore, quotiens exuberaverit et ad cerebrum conversus
fuerit. Haec passio et caduca vocatur, eo quod cadens aeger
spasmos patiatur. Hos etiam vulgus lunaticos vocant, quod 6
per lunae cursum comitetur eos insidia daemonum. Item et

1 enim *KT*: autem *BC* 4 omnino *om. K* non *om.* C^1 qu. postulentia C^1: qu. postulantia *B* 8 idem *BT*: ideo C^1K continendo *K* quemquem *K*: quemque *CT*: quem *B* 9 ead. lues *B* 10 labe *BCT*: leue *T* tantum *K* 13 Cronica *K* prolixius *T* 14 pod. tisis *BCT*: podagrisis *K* χρόνος] cronon *codd.* 16 et . . . vocant *om. K* 17 accedente *K*: accidendo *T* 18 autem *om.* T^1 21 gignent *K* 23 adprehendens . . . adprehensionem *dett.* 26 pas. cad. *K* voc.] dicitur *C* 27 patitur *K* 28 insidia *BCD*: insidiae *H*: insania *T*: insandia *K* item *CK*: idem *BT*

larvatici. Ipse est et morbus comitialis, id est maior et divinus,
quo caduci tenentur. Cui tanta vis est ut homo valens concidat
7 spumetque. Comitialis autem dictus, quod apud gentiles cum
comitiorum die cuiquam accidisset, comitia dimittebantur. Erat
autem apud Romanos comitiorum dies sollennis in kalendis
8 Ianuarii. Mania ab insania vel furore vocata. Nam Graecorum
vetustas furorem *μανικήν* appellabant, sive ab iniquitate, quam
Graeci †manie† vocaverunt, sive a divinatione, quia divinare
9 Graece *μανεῖν* dicitur. Melancholia dicta est a nigro felle.
Graeci enim nigrum *μέλαν* vocant, fel autem *χολὴν* appellant.
Epilemsia autem in phantasia fit; melancholia in ratione;
10 mania in memoria. Typi sunt frigidae febres, qui abusive tipi
appellantur ab herba quae in aqua nascitur. Latine forma atque
status dicitur. Est enim accessionum vel recessionum revolutio
11 per statuta temporum intervalla. Reuma Graece, Latine eruptio
sive fluor appellatur. Catarrhus est fluor reumae iugis ex naribus,
quae dum ad fauces venerit, *βράγχος* vocatur; dum ad thoracem
12 vel pulmonem, *πτύσις* dicitur. Coryza est quotiens infusio
capitis in ossa venerit narium, et provocationem fecerit cum
13 sternutatione; unde et coryza nomen accepit. Branchos est
praefocatio faucium a frigido humore. Graeci enim guttur
βράγχος dicunt, circa quem fauces sunt, quas nos corrupte
14 brancias dicimus. Raucedo amputatio vocis. Haec et arteriasis
vocatur, eo quod vocem raucam et clausam reddat ab arteriarum
iniuria. Suspirium nomen sumpsit, quia inspirationis difficultas
15 est, quam Graeci *δύσπνοιαν* dicunt, id est praefocationem. Peri-
pleumonia a pulmonibus nomen accepit. Est enim pulmonis
16 tumor cum spumarum sanguinearum effusione. Haemoptois

1 barbatici ipse C^1: larvaticipse *K*: larvatio ipse *B*: barbatio ipse *T* idem *Arev.* diutinus *CT* 2 quod *T* 3 dicitur *C* 4 accedisset *codd.* 5 comitialis *K* III Kal. *Arev.* 6 greci *K* 7 *μαντικήν Arev.*: *μανίαν Otto* (*cum Cael. Aureliani edd.*) appellant *K* ab inanitate *Arev.* 9 *an μανὴν* voc.? 11 inrationale *T* 12 ma. in me. *om.* T^1 Typi *C*: Tipi *BKT* 13 appellabantur *BC* forme *T* 18 *πτύσις Arev.*: tisis *codd.* (*i.e. φθίσις*) 19 praefocationem *dett.* (*non DH*) 21 enim] autem *T* 22 qua nos *T* 23 dicitur C^1 vo. est hanc et *TV* 24 ab art. ini. *om.* *T* 25 spirationis *T* 26 disnoan (-am?) *T*: dissonam C^1K (B^1 *n. l.*): disnam *Bern.* 224 vocant *K* 27 enim *om.* C^1

emissio sanguinis per ora, unde et nomen accepit. Αἷμα enim
sanguis dicitur. Tisis est ulceratio et tumor in pulmonibus, 17
qui in iuvenibus facilius venire solet. Φθίσις autem apud
Graecos dicta, quod sit consumtio totius corporis. Tussis 18
Graece ab altitudine vocatur, quod a profundo pectoris veniat.
Cuius contraria est superior in faucibus, ubi uva titillat. Apo- 19
stoma a collectione nomen accepit. Nam collectiones Graeci
apostomas vocant. Enpiis dicta ab apostoma intrinsecus vel 20
in latere vel in stomacho cum dolore et febribus et tussi et
abundantibus spumis et purulentiis. Hepaticus morbus e 21
iecoris passione nomen accepit. Graeci enim iecur ἧπαρ vocant.
Lienosis ab splene vocabulum sumpsit. Graeci enim σπλὴν 22
lien dicunt. Hydropis nomen sumpsit ab aquoso humore cutis. 23
Nam Graeci ὕδωρ aquam vocaverunt. Est enim humor subcu-
taneus cum inflatione turgente et anhelitu foetido. Nefresis 24
a renum languore nomen accepit. Renes enim Graeci νεφροὺς
dicunt. Paralesis dicta a corporis inpensatione, facta ex multa 25
infrigidatione, aut in toto corpore, aut in parte. Cacexia nomen 26
sumpsit a corporis iniuria [vel habitu]. Καχεξίαν enim malam
vexationem Graeci vocaverunt. Fit autem haec passio intem-
perantia aegrotantis, vel curatione mala medicaminis ; aut post
aegritudinem tarda resumptio. Atrofia nomen accepit a dimi- 27
nutione corporis. Nam Graeci nutrimenti cessationem ἀτροφίαν
dicunt. Est enim tenuitas corporis ex causis latentibus et
paulatim convalescentibus. Sarcia est superfluum carnis incre- 28
mentum, quo ultra modum corpora saginantur. Graeci enim

1 per ora] pectorum *K* accepit] sumsit *T* emath (-at) *codd.* 3 φθίσις] tisis *codd.* 4 consummatio *KT* 6 superius *K* titillat *BCK*: distillat *T* Apostuma *K* 8 apostumas *K*: ἀποστήματα *edd.* apostuma *K* vel lat. *K* 9 vel stom. *B* 10 spumis] sputis *Arev.* purulentis *T*: putulentis *K* Ipaticus *T*: Ypaticus *BCK* 11 ἧπαρ] ipaten (-em) *codd.* 13 dicunt] vocant *C* 14 nam . . . voc. *om. K* ὕδωρ] ydros (id-) *BCTU* est enim] nam est *K* 15 inflamatione *K* 16 languore] dolore *K* νεφροὺς] nefretin *codd.* 17 Par. . . . facta *om. K* inpesione *T* 19 inuria *C*[1]*T*: habitu *K*: iniuria vel habitu *BC*[2]: in. alambitu *D*: in. ambitu *H* 21 cur. male *T*: mala curatione *C* 22 egritudinis *C* tarda] danda *K* 24 intentibus *T* 25 Sarcian *BCK*: Sarcina *T*

29 carnem *σάρκα* vocant. Sciasis vocata a parte corporis, quam
vexat. Nam vertebrorum ossa, quorum summitas iliorum initio
terminatur, Graeci *ἰσχία* vocant. Fit autem de phlegma quotiens
30 descenderit in recta ossa, et efficitur ibi glutinatio. Podagram
Graeci a retentione pedum dicunt nominatam, et a ferali dolore.
Siquidem omne, quod inmite fuerit, abusive agreste vocamus.
31 Artriticus morbus ab articulorum passione vocabulum sumpsit.
32 Cauculus petra est quae in vesica fit, unde et nomen accepit.
33 Gignitur autem ex materia phlegmatica. Stranguria dicta est,
34 eo quod stringat urinarum difficultatem. Satiriasis iuge deside-
rium Veneris cum extensione naturalium locorum. Dicta passio
35, 36 a Satyris. Diarria iugis ventris cursus sine vomitu. Disinteria
est divisio continuationis, id est ulceratio intestini. Dis enim
divisio est, intera intestina. Fit autem antecedente fluore, quem
37 Graeci *διάρροιαν* vocant. Lienteria dicta, quod cibum tamquam
38 per lenia intestinae nullis obstantibus faciat prolabi. Colica
passio nomen sumpsit ab intestino, quem Graeci *κῶλον* appel-
39 lant. Ragadiae dicuntur, eo quod fissurae sint rugis collectae
circa orificium. Haec et emorroidae a sanguinis fluore dictae.
Graeci enim sanguinem *αἷμα* dicunt.

VIII De morbis qvi in svperficie corporis videntvr. Alo-
picia est capillorum fluor circumscriptis pilis fulvis, aeris quali-
tatem habentibus: vocata hoc nomine a similitudine animalis
2 vulpeculae, quam Graeci *ἀλώπεκα* vocant. Parotidae sunt
duritiae vel collectiones, quae ex febribus aut ex aliquo alio
nascuntur in aurium vicinitates, unde et *παρωτίδες* sunt appel-

1 *σάρκα*] sarcian *BT*: sargian *K*: sarcinan *C* 2 verteblorum *C*[1]: vertebulorum *T* quorum] quam *C*[1] 3 *ἰσχία*] scia *BC*: socian *T*: ascia *K* 4 ibi *om. K* 5 retentatione *C* et fer. *C* 7 Artericus *BCT*: Artiticus *K* 8 accepit] sumsit *T* 10 eo *om. K* quo distringat *C* § 34 *quae hic in familia tertia codicum inserta sunt require ad* IX. II. 88 12 veneris *K* currus *C*[1]: fluxus *TV* Dis. div. *K* 13 intestinis *BT* 14 intera *B*: intra *T*: terra *C*[1]: enteria *K*: *ἔντερα edd.* 15 dic. est qu. *K* 16 lenia *BCET*: lineam *K* intestinae *BCK*: intestina *T*: intestini *E* obrestantibus *ut vid. K* 20 *αἷμα*] emat (-ath) *codd.* 22 circumscriptus *C* fulvis] fulvi falvi *B* 23 animalium *T* 24 *ἀλώπεκα*] alopiciam (-cium *B*, -giam *T*) *codd.* 25 aliquo alio *C*: alio aliquo *K*: aliquid aliud *BE*: aliquid aut *T* 26 vicinitate *K* *παρ.*] parotidas *BCE*: -da *T*: -de *K* sunt app.] appellantur *K*

latae. Ὦτα enim Graece auricula dicitur. Lentigo est vestigia 3
macularum parvula in rotunditatem formata, ab specie lenti-
culae dicta. Erisipela est quem Latini sacrum ignem appellant, 4
id est execrandum per antiphrasim. Siquidem in superficie
rubore flammeo cutes rubescunt. Tunc mutuo rubore quasi ab
igni vicina invaduntur loca, ita ut etiam febris excitetur. Ser- 5
pedo est rubor cutis cum pustularum extantia, et nomen sumpsit
a serpendo, eo quod serpiat membra. Inpetigo est sicca 6
scabies prominens a corpore cum asperitate et rotunditate
formae. Hanc vulgus sarnam appellant. Prurigo vocata est 7
a perurendo et ardendo. Nyctalmos est passio, quae per diem 8
visus patentibus oculis denegatur et nocturnis inruentibus tene-
bris redhibetur, aut versa vice, ut plerique volunt, die redditur,
nocte negatur. Verrucae aliud sunt: satiriasis aliud. Verru- 9
cae singulatim sunt, satiriasis vero una fortior, et circa ipsam
plures inveniuntur. Scabies et lepra. Vtraque passio asperitas 10
cutis cum pruritu et squamatione, sed scabies tenuis asperitas
et squamatio est. Hinc denique nomen accepit, quae ita veluti
purgamenta amittat. Nam scabies quasi squamies. Lepra 11
vero asperitas cutis squamosa lepidae herbae similis, unde et
nomen sumpsit: cuius color nunc in nigredinem vertitur, nunc
in alborem, nunc in ruborem. In corpore hominis ita lepra
dinoscitur: si variatim inter sanas cutis partes color diversus
appareat, aut si ita se ubique diffundat, ut omnia unius coloris
quamvis adulteri faciat. Elefantiacus morbus dicitur ex simili- 12
tudine elephanti, cuius naturaliter dura pellis et aspera nomen
morbo in hominibus dedit; quia corporis superficiem similem
facit elephantorum cuti, sive quia ingens passio est, sicut animal

3 dicte *T* quam *K* 5 rubor flammeus cutes *BD*: ruborem flammeus cute C^1: rubor flammeus cute *T*: rubor flammam eius cutes *H* mutuo] motu C^1K: moto C^2T: multo *B* 7 stantia C^1 8 serpat per membra *C* 10 sarnam *BCET*: sarmam *KM* appellat *EK* 11 pereundo *B* qua *C* 12 visu *T*: visum *B*: visibus *K* denegat *B* 13 redibitur (ret-) C^1KT 14 Ver. alia s. *C* 19 amittit *K*: admittat *BT* scamies (-ani-) *BCT* 20 sutis C^1 *i.e.* lepidi (-dii): alepide *T*: lapide C^1 23 varietatem *K* div. col. *K* 24 aut si] ut *T* 25 adulterini *dett.* 26 elefantis *CT* 27 in omnibus *T* quia] quam *K* similem *om.* *K*

13 ipsud ex quo derivatum ducit nomen. Hicteris Graeci appel-
lant a cuiusdam animalis nomine, quod sit coloris fellei. Hunc
morbum Latini arcuatum dicunt, a similitudine caelestis arcus.
Auriginem vero Varro appellari ait a colore auri. Regium
autem morbum inde aestimant dictum, quod vino bono et
14 regalibus cibis facilius curetur. Cancer a similitudine maritimi
animalis vocatum. Vulnus sicut medici dicunt nullis medica-
mentis sanabile. At ergo praecidi solet a corpore membrum,
ubi nascitur, ut aliquantum diutius vivat: tamen inde mortem,
15 quamlibet tardius, adfuturam. Furunculus est tumor in acutum
surgens, dictus quod fervet, quasi fervunculus; unde et Graece
16 ἄνθραξ dicitur, quod sit ignitus. Ordeolus est parvissima ac
purulenta collectio in pilis palpebrium constituta, in medio
lata et ex utroque conducta, hordei granum similans: unde et
17 nomen accepit. Oscedo est qua infantum ora exulcerantur,
18 dicta ex languore oscitantium. Frenusculi ulcera circa rictum
oris, similia his quae fiunt iumentis asperitate frenorum.
19 Vlcus putredo ipsa; vulnus, quod ferro fit, quasi vi. Et ulcus,
20 quod olet, quasi olcus, unde et ulcera. Pustula est in super-
21 ficie corporis turgida veluti collectio. Papula est parvissima
cutis erectio, circumscripta cum rubore; et ideo papula, quasi
22 pupula. Syringio. Sanies dicta, quia ex sanguine nascitur.
Excitato enim calore vulneris sanguis in saniem vertitur. Nam
sanies non fit in quocumque loco, nisi ubi sanguis advenerit;
quia omne, quod putrescit, nisi calidum et humidum fuerit,
quod est sanguis, putrefieri non potest. Sanies autem et tabes
sibi differunt. Fluere enim sanie vivorum est, tabe mortuorum.

1 dirivatur *C* nomen *om. T* 2 a *om. K* 3 dicunt *om. K* 4 auriconem *K*: auruginem *B* appellare *K* a *om. B* calore *C*[1] 5 existimant *T* 6 regali *K* 8 at *K*: aut *BCT* 9 ut] aut *T* diutius *om. B* 11 dicitur *K* ferveat *BC* ferinculus *T* graeci *T* § 16 *post* § 7 *K*: *ante* § 15 *BCDH* 13 pilis *CK*: capillis *BT* palfebrarum *C* 14 utraque *T* similis *K* 16 c. ictum *T*: c. ictu *BD*: circuitu *H* 17 qui *T* 18 Vulnus putrido *K* sit *B* vim *K* 19 dolet *K* Pust. . . . corp. *om. B Bern.* 224 20 turgit *C Bern.* 224: turget *B* 21 et ideo . . . pupula *om. B Bern.* 224 22 Sirimpio *BT Rem. Mon.*: *om. CK*: *corr. Schwarz* quia] quod *C* 25 fuerit] fieret *ex* fierit *K ut vid.*

Cicatrix est obductio vulneris, naturalem colorem partibus 23
servans: dicta quod obducat vulnera atque obcaecat.

De remediis et medicaminibvs. Medicinae curatio IX
spernenda non est. Meminimus enim et Esaiam Ezechiae
languenti aliquid medicinale mandasse, et Paulus apostolus
Timotheo modicum vinum prode esse dixit. Curatio autem 2
morborum tribus generibus constat: Pharmacia, quam Latini
medicamina vocant: Chirurgia, quam Latini manuum operationem appellant; manus enim apud Graecos χείρ vocatur:
Diaeta, quam Latini regulam nuncupant; est enim observatio
legis et vitae. Sunt autem omni curationi species tres: primum
genus diaeticum, secundum pharmaceuticum, tertium chirurgicum. Diaeta est observatio legis et vitae. Pharmacia est 3
medicamentorum curatio. Chirurgia ferramentorum incisio;
nam ferro exciduntur quae medicamentorum non senserint
medicinam. Antiquior autem medicina herbis tantum et sucis 4
erat. Talis enim medendi usus coepit, deinde ferro et ceteris
medicamentis. Omnis autem curatio aut ex contrariis aut ex 5
similibus adhibetur. Ex contrariis, ut frigidum calido, vel
humido siccum; sicut et in homine superbia sanari non potest,
nisi humilitate sanetur. Ex similibus vero, sicut ligamentum 6
vulneri rotundo rotundum, vel oblongo oblongum adponitur.
Ligatura enim ipsa non eadem membris et vulneribus omnibus,
sed similis simili coaptatur, quae duo etiam ipsa adiutoria
nominibus suis significant. Nam antidotum Graece, Latine 7
ex contrario datum dicitur. Contraria enim contrariis medicinae
ratione curantur. At contra ex simili, ut πικρὰ, quae interpre-

2 obducet *K*: abducat *BC*^{1} obsecat *B* 4 enim *om. T* ezechihel *B* 6 dixerunt *C*^{1} 7 latinae med. *K* 9 manus . . . voc. *om. K* χείρ] ciros (cy-) *BCETU* vocantur *B* 10 dictam *CKT* 11 omnes curationes *K* 13 legis acutae *K* 14 ferr.] medicamentorum *K* 15 exciditur *T* 16 medicinam *BCET*: disciplinam *K* § 4 *post* § 11 *K* 18 contrario *K* aut . . . contrariis *om. K* ex his milibus *C*^{1} 19 frigida calidis *T* 20 sanare *BC*^{1} 21 sanet *C*^{1} Ex similitudinis vero *T* 22 vulneri rotundo *K*: vel rotundo *T*: vel rotundo vulneri (-re *H*: -rum *C*^{1}) *BCHV*: vulnere *D* 23 edem *T*: eadem de *K* 25 Graece *om. C*^{1}*K*^{1}: quod gr. *TK*^{2} 27 ratione *om. K* similibus *B*

tatur amara, quia gustus eius amarus est. Ex convenienti enim
nomen accepit, quia amaritudo morbi amaritudine solvi solet.
8 Omnia autem medicamenta ex propriis causis habent vocabula.
Hiera enim dicta quasi divina. Arteriaca, quod apta sint
gutturis meatui, et tumores faucium et arteriarum leniant.
Tiriaca est antidotum serpentinum quo venena pelluntur, ut
pestis peste solvatur. Catartica Graece, Latine purgatoria
9 dicuntur. Catapotia, eo quod modicum potetur, seu inglu-
tiatur. Diamoron a suco morae nomen sumpsit, ex quo con-
ficitur; sicut diacodion, quia ex codia, id est ex papavere fit;
10 sicut diaspermaton, quia ex seminibus conponitur. Electuarium
vocatum eo quod molle sorbeatur. Trociscos dictus quia in
modum rotulae deformatur; τροχὸς enim Graece rota dicitur.
Collyria Latinum sonat, quod vitia oculorum detergant. Epi-
tima, eo quod superponatur aliis adiutoriis praecedentibus.
11 Cataplasma, eo quod inductio sola sit. Inplastrum, eo quod
inducatur. Malagma, quod sine igne maceretur et conprehen-
datur. Enema Graece, Latine relaxatio dicitur. Pessaria
12 dicta quod intus iniciantur. Medicinam iumentorum Chiron
quidam Graecus invenit. Inde pingitur dimidia parte homo,
dimidia equus. Dictus autem Chiron ἀπὸ τοῦ χειρίζεσθαι,
13 quia chirurgus fuit. Creticos dies medici vocant, quibus,
credo, ex iudicio infirmitatis hoc nomen inpositum est, quod
quasi iudicent hominem, et sententia sua aut puniant aut
liberent.

X De libris medicinalibus. Aforismus est sermo brevis,
2 integrum sensum propositae rei scribens. Prognostica prae-
visio aegritudinum, vocata a praenoscendo. Oportet enim

1 gurdus C^1: gurtus *ut vid.* K^1 eius] est *K* 2 qui C^1 morbi *om.* *B* 4 Hiera] Gera *BCK et ipse Isid.*: Genera *T* diurna *T* acta C^1 sit *KT* 5 liniat *K* 6 serpentium *B* quo] quae BC^1 8 dicunt *B* 9 ex quo vinum conf. *K*: eo quod conf. *T* 10 qui ex co. *K* 11 similibus (*ex* simli-) *K* 12 trociscus est d. *K* dictos *BCT* 13 deformantur *BCT* 15 precentibus ut *T* 19 inleciantur *K*: imitiantur *B* 20 pingitur *om.* *K* 21 dicta C^1 χειρ.] cirizeite *BCET*: cyrize id est *K* 22 fuisset *B*: fuit dicitur appellatus *K* *i. e.* Criticos: Credicos *K* 24 puniat *B*

medicum et praeterita agnoscere, et praesentia scire, et futura
praevidere. Dinamidia, potestas herbarum, id est vis et pos- 3
sibilitas. Nam in herbarum cura vis ipsa δύναμις dicitur;
unde et dinamidia nuncupatur, ubi eorum medicinae scri- 4
buntur. Butanicum herbarum dicitur quod ibi herbae
notentur.

De instrvmentis Medicorvm. Enchiridion dictum quod XI
manu adstringatur, dum plurima contineat ferramenta; χείρ enim
Graece manus vocatur. Phlebotomum ab incisione vocatum; 2
nam incisio Graece τομή dicitur. Similaria. Angistrum. 3
Spatomele. Guva, quae a Latinis a similitudine cucurbita,
a suspirio ventosa vocatur. Denique animata spiritu per igni-
culum, dehinc praeciso corpori superposita omne, quod intra
cutem vel altius aestuat, sive humorem, sive sanguinem,
evocat in superficiem. Clistere. Pila a pisendis seminibus, 4
id est terendis. Hinc et pigmenta, eo quod in pila et pilo
aguntur, quasi piligmenta. Est enim pila vas concavum et
medicorum aptum usui, in quo proprie ptisanae fieri et pig-
menta concidi solent. Varro autem refert Pilumn[i]um quendam 5
in Italia fuisse, qui pinsendis praefuit arvis, unde [et] pilumni
et pistores. Ab hoc igitur pilum et pilam inventam, quibus
far pinsitur, et ex eius nomine ita appellata. Pilum autem est
unde contunditur quidquid in pila mittitur. Mortarium, quod 6
ibi iam semina in pulverem redacta et mortua condiantur.

1 cognoscere *B* 2 Dinamedia *codd.* pot. est herb. *C* id est] idem *B* 3 earum *Schwarz* 4 dinamedia *BCK* 5 But. autem h. *T* erbarium *C* 8 contineant *B* χείρ] ciron *ET*: chiron *K*: cyro *B*: cyron *C* 9 vocatur *BCET*: dicitur *K* Flebotomum *B*: Fleuthomum *C*[1]: Fleothomum *K*: Fleotomum *T* 10 τομή] tomum (tho-) *codd.* 11 spatomele *B*: spatumele *C*: spathumele *K*: sapatomele *T* guva *BET*: gura *C*[1]: cura *K* cocurbite *K* 12 anima *K* 13 prociso *K* corporis *C*[1] 14 aestuat] aest *K*[1] 15 vocat *B*: evacuat *T* clisterem *T* pisendi *K* 17 qu. pilagmenta *T* enim *BCET*: autem *K* 18 abtu *T* qua *BCE* et *om.* *K* 20 pensendis *BC*[1]*E*: pisendi *K*: pinsandis *T* et *hab.* *BCE*: *om.* *KT* 21 pila inventa est quis *K* 22 far pisetur *K*: far pinsatur *T*: perpensitur *E* appellatur *T* est *om.* *K* 23 quidquid] quod *K* 24 seminum *T* condiantur *BCT*: conterantur *K*

7 Coticula est in qua circumducta collyria resolvuntur. Erit
enim lenis. Nam aspera frangi potius quam resolvi collyrium
facit.

XII De odoribus et unguentis. Odor vocatus ab aere.
2 Thymiama lingua Graeca vocatur, quod sit odorabile. Nam
thymum dicitur flos qui odorem refert. De quo Vergilius
(Georg. 4, 169):

Redolentque thymo.

3 Incensum dictum quia igne consumitur, dum offertur. Te-
4 traidos formulae incensi in longitudinem porrectae, quae
fiunt ex quattuor pigmentis. Quattuor enim Graece *τέτταρα*,
5 formula *εἶδος* dicitur. Stacten est incensum quod ex pressura
manat, dictum a Graecis *παρὰ τὸ στάζειν στακτή*, id est obtritum.
6 Mirobalanum, quia fit ex glande odorata. De quo Horatius
(C. 3, 29, 4):

Et
Pressa tuis balanus capillis.

Oleum est purum nullique rei admixtum. Vnguentum vero
est omne quod ex communi oleo confectum aliarum specierum
conmixtione augetur, odoris iucunditatem sumens et longius
7 redolens. Vnguenta autem quaedam dicuntur a locis, ut
telinum, cuius Iulius Caesar meminit, dicens:

Corpusque suavi telino unguimus.

Hoc conficiebatur in insula Telo, quae est una ex Cycladibus.
8 Sunt et quaedam ab inventorum nomine, ut amaracinum.
Nam quidam tradunt regium quendam puerum Amaracum
nomine complura unguentorum genera ferentem casu pro-

1 Conticula *K*: Citicula *BCT* circumdata *K* 2 frangit *B* 3 fit *D* (*non E*) 5 odorabilis *B* (*non DE*) 6 thimum *K*: timo *BDET*: thymo *C* de quo . . . thymo *om. K* (*non DE*) 11 *τέτταρα*] tetra *codd.* 12 forma idos *T*: idos furmula *K* 13 obtritum *TUV*: obtimum (opt-) *BCDEK* 16 et pressa] expressa *T* 17 tui *BC*: ui *T* §§ 7–10 *post* XIII. 5 *CDE Rem.*[1] (*non Mon.*) 21 au. et qu. *K* (*non DE*) dicantur *C*[1] 23 suabi *MTUV*: suatita *B* teli non *U* (*non VX*) unguemus *K* (*non L*): unguinus *M* 24 hoc *ex* ho *T*: haec *DE* conficebatur *K*: conficiebantur *DETUV* in insula *om. KL* telo *BCDETUV*: tela *KL* ex cicladibus insulis *K* (*non DE*) 26 quidam] quaedam *DE*

lapsum esse, et maiorem ex commixtione odorem creasse.
Vnde nunc optima unguenta amaracina dicuntur: sunt autem
ex genere florum. Item alia quae [a] materiae suae quali- 9
tate dicuntur, ut rosaceum a rosa, quiprinum a flore quipro;
unde et propriae materiae odorem referunt. Ex his quae- 10
dam simplicia unguenta sunt, quae ex una tantum specie
existunt, unde et sui nominis referunt odoratum, ut anetinum:
est enim sincerum ex oleo et aneto tantum. Conposita
autem sunt quae pluribus admixtis fiunt; unde et nominis
sui odorem non habent, quia obtinentibus aliis, quae ad-
miscentur, incertum odorem ducunt. Cerotum. Calasticum.
Marciatum.

De initio Medicinae. Quaeritur a quibusdam quare XIII
inter ceteras liberales disciplinas Medicinae ars non contineatur.
Propterea, quia illae singulares continent causas, ista vero
omnium. Nam et Grammaticam medicus scire debet, ut
intellegere vel exponere possit quae legit. Similiter et Rhe- 2
toricam, ut veracibus argumentis valeat definire quae tractat.
Necnon et Dialecticam propter infirmitatum causas ratione
adhibita perscrutandas atque curandas. Sic et Arithmeticam
propter numerum horarum in accessionibus et periodis dierum.
Non aliter et Geometriam propter qualitates regionum et 3
locorum situs, in quibus doceat quid quisque observare opor-
teat. Porro Musica incognita illi non erit, nam multa sunt
quae in aegris hominibus per hanc disciplinam facta leguntur;
sicut de David legitur, qui ab spiritu inmundo Saulem arte
modulationis eripuit. Asclepiades quoque medicus phreneti-
cum quendam per symphoniam pristinae sanitati restituit.
Postremo et Astronomiam notam habebit, per quam contem- 4

2 s. au. gen. *T*: s. ex gen. *B*: sicut au. ex gen. *C*[1] 3 florum *om.* *C*[1] a *hab.* *BCE*: *om.* *KT* qualitatis *C*[1]*T* 4 *i.e.* cypro: quae propriae *K* 5 unde *om.* *K* 7 unde . . . odoratum *om.* *T* 8 ol. anetum *K* 9 admixti *K* 10 quia] qui *C* 11 dicunt *C*[1] cirotum *C*[1]*K* clasticum *K* 12 martiacum *K*: martiatum *BC* 16 debetur *B*[1]: iubetur *C* 17 leget *K* 21 numer. hor.] numerorum *B* 22 pr. numerum qual. *T* et] vel *K* 23 oporteat *BCT*: debeat *K* 25 quae] qui *B* 29 habet *K* contemplatur *C*

pletur rationem astrorum et mutationem temporum. Nam sicut ait quidam medicorum, cum ipsorum qualitatibus et nostra corpora commutantur. Hinc est quod Medicina secunda Philosophia dicitur. Vtraque enim disciplina totum hominem sibi vindicat. Nam sicut per illam anima, ita per hanc corpus curatur.

1 mutationes *BC* nam . . . medicorum *om. T* 4 totum *BCK*: doctum *TV* 6 hanc *BCDET*: ista *K*

LIBER V

DE LEGIBVS ET TEMPORIBVS

De avctoribvs legvm. Moyses gentis Hebraicae primus 1
omnium divinas leges sacris litteris explicavit. Phoroneus rex
Graecis primus leges iudiciaque constituit. Mercurius Trime- 2
gistus primus leges Aegyptiis tradidit. Solon primus leges
Atheniensibus dedit. Lycurgus primus Lacedaemoniis iura ex
Apollinis auctoritate confinxit. Numa Pompilius, qui Romulo 3
successit in regno, primus leges Romanis edidit; deinde cum
populus seditiosos magistratus ferre non posset, Decemviros
legibus scribendis creavit, qui leges ex libris Solonis in Latinum
sermonem translatas duodecim tabulis exposuerunt. Fuerunt 4
autem hi: Appius Claudius, Genucius, Veterius, Iulius, Manlius,
Sulpicius, Sextius, Curatius, Romilius, Postumius. Hi Decem-
viri legum conscribendarum electi sunt. Leges autem redigere 5
in libris primus consul Pompeius instituere voluit, sed non
perseveravit obtrectatorum metu. Deinde Caesar coepit [id]
facere, sed ante interfectus est. Paulatim autem antiquae leges 6
vetustate atque incuria exoleverunt, quarum etsi nullus iam usus
est, notitia tamen necessaria videtur. Novae a Constantino 7
Caesare coeperunt et reliquis succedentibus, erantque per-

I–XXVII *De fontibus et verbis Isidori in hac parte libri cf.* Kuebler (*Herm.* 25, *pp.* 505 *sqq.*) 1 hebreicae *C*: aebraeicae *K*: hebreae *B*: ebree *T* 2 legis *KM* 3 iudiciaque (-iti-) *BTU Bern.*: iudicia *KM*: iudicavit *C* 4 legem At. *B* 5 atheniensium C^1 lac. *ABT*: lacedemonibus *CKM* ex] legum regis *KM* (*non A*) 6 appollonis *B*: apollonii *K* (*non M*) 7 Rom. le. *CKM* (*non A Bern.*) dedit *K* (*non AM*) 8 populos *A*: populis *T*: se popolus (-pul-) *KM* seditiosus *B* possit *BKM* 9 creavit (-bit) *AB ante corr. T*: decrevit (-bit) *B ex corr. CMK* (*ex* decreavit *ut vid.*) Solonis] salomonis *T* 11 vicerius *KM*: Veturius *edd.* Iul. Cur. Rom. Post. Man. Sulp. Sex. *CKM* manilius *BCT* 12 sectius *B*: sextus *CKM* curatus *CM*: curacus *K*: Curiatius *edd.* romelius *BM*: rumelius *CK* (*non UV*) potamius C^1K: putamius *M* 13 autem *om.* C^1KM 14 constituere *C* 15 id *B*: ita *T*: *om. CKM* 17 exsoluerunt CKT^1 *et fort. Isid.* 18 videt *K* Novem C^1 19 erant queppe (qui-) mixtae *KM*: erant quippe perm. C^1

mixtae et inordinatae. Postea Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregoriani et Hermogeniani codicem factum constitutionum a Constantini temporibus sub proprio cuiusque imperatoris titulo disposuit, quem a suo nomine Theodosianum vocavit.

II De legibvs divinis et hvmanis. Omnes autem leges aut divinae sunt, aut humanae. Divinae natura, humanae moribus constant; ideoque haec discrepant, quoniam aliae
2 aliis gentibus placent. Fas lex divina est, ius lex humana. Transire per alienum fas est, ius non est.

III Qvid differvnt inter se ivs, leges et mores. Ius generale nomen est, lex autem iuris est species. Ius autem dictum, quia iustum [est]. Omne autem ius legibus et moribus
2 constat. Lex est constitutio scripta. Mos est vetustate probata consuetudo, sive lex non scripta. Nam lex a legendo
3 vocata, quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est de moribus tracta tantundem. Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex: nec differt scriptura an ratione consistat, quando et legem ratio
4 commendet. Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam quod ratione constiterit, dumtaxat quod religioni congruat, quod disciplinae conveniat, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in communi est usu.

IV Qvid sit ivs natvrale. Ius autem naturale [est], aut civile, aut gentium. Ius naturale [est] commune omnium

2 factarum *Schwarz* 3 proprio] priori C^1 4 deposuit C^1M 6 autem] enim *KM* (*non A*) 7 divina n. *B* naturae *KM* humanis *B* 8 constat *B* 9 est *post* Fas *CKM* (*non A*) 10 aliena *M*: aliam C^1K (*non A*) fas ius *K* (*non AM*) 11 Ius gen. nom. est *om. B* 12 ius] iustum *K* (*non M*) autem] ad C^1 13 est *hab. CKM*: *om. BT* § 2 (*cf.* II. x. 1) 15 sive] vel *KM* (*non A*: C^1 *n. l.*) 16 vocata *om.* C^1KM (*non A Bern.*) § 3 (*cf.* II. x. 2) 17 monuribus C^1 tractata *T* tandem C^1 quoddam] que *Bern.*: quod *KM*: *om.* C^1 18 defecit *CKM* 19 ratione] ratio C^1 20 commendat *CKM* § 4 (*cf.* II. x. 3) 21 quid disc. *T* 23 quia *BT Bern.*: quod *CKM* 24 autem] ad C^1: aut *AKMUX*: *om. D*: autem aut *Bern.* est *hab. B Bern. TUX*: *om. ACKM* 25 naturale] naturae (-re) *CM* est *hab* A^1 *Bern.* CKT^2: *om.* A^2BDT^1M com. om. nat. *BDI Bern. TUX*: com. om. rationum *A ut vid. Rem.*: communi ratione C^1KM, *fort. recte*: communium (*ut vid.*) rationum $Mon.^1$

nationum, et quod ubique instinctu naturae, non constitutione
aliqua habetur; ut viri et feminae coniunctio, liberorum suc-
cessio et educatio, communis omnium possessio, et omnium
una libertas, adquisitio eorum quae caelo, terra marique
capiuntur. Item depositae rei vel commendatae pecuniae 2
restitutio, violentiae per vim repulsio. Nam hoc, aut si quid
huic simile est, numquam iniustum [est], sed naturale aequum-
que habetur.

Qvid sit ivs civile. Ius civile est quod quisque populus V
vel civitas sibi proprium humana divinaque causa constituit.

Qvid sit ivs gentivm. Ius gentium est sedium occu- VI
patio, aedificatio, munitio, bella, captivitates, servitutes, postli-
minia, foedera pacis, indutiae, legatorum non violandorum
religio, conubia inter alienigenas prohibita. Et inde ius
gentium, quia eo iure omnes fere gentes utuntur.

Qvid sit ivs militare. Ius militare est belli inferendi VII
sollemnitas, foederis faciendi nexus, signo dato egressio in ho-
stem vel commissio. Item signo dato receptio; item flagitii
militaris disciplina, si locus deseratur; item stipendiorum mo-
dus, dignitatum gradus, praemiorum honor, veluti cum corona
vel torques donantur. Item praedae decisio, et [pro] persona- 2
rum qualitatibus et labori iusta divisio; item principis portio.

Qvid sit ivs pvblicvm. Ius publicum est in sacris et VIII
sacerdotibus, in magistratibus.

1 et quod *ITU*: atque *Bern.*: eo quod *BCDKMX* instinctu naturae (-re) *BDITUX*: instinctum naturale est C^1K: instructu naturales *M*: institutum natura *Bern.* non con. *om.* C^1KM (*non A Bern. DI Rem.*) 2 aliaque (-ac) habetur (hau-) C^1KM: naturam aliquam habet *Bern.* aut vi. aut fe. *M* iunctio *K* (*non AM*) succ. educ. *KM*: susceptio et educ. *Arev.* 4 qui *CKM* 5 capiunt *K*: cupiunt *M* (*non A Bern.*) Item] id C^1 6 pervenire pulsio *M* hoc *BT*: haec (hec) C^1KM 7 est *hab. CKM*: *om. BT* ae quacumque *M* 9 quo (*corr.* quod) quique populis (*corr.* -lus) *T* 10 sibi] sive C^1 11 occupatium C^1 12 servitutes *om. T* 13 paces *T* 14 convibia (-via) C^1KM 15 quia *BT*: quod *CKM* 17 fatiendi *K*: patiendi C^1: spatiendi *M* signo dato (*prius*) *om. CKM* 18 vel incommissio iter C^1M praeceptio *CKM* iter C^1 flagelli *BCK*: flagellis *M* (*non D*) 20 honorum uti *KM*: honorum utique C^1 21 pro *hab. T*: *om. BCK* 22 qualitas *B ex corr.* labori *T*: laboris *BCK* item *BT*: aut *CK* 23 sacr. sace. *K* 24 in *BTV*: et *CK*

IX Qvid sit ivs Qviritvm. Ius Quiritum est proprie Romanorum, quo nulli tenentur nisi Quirites, id est Romani, tamquam de legitimis hereditatibus, de cretionibus, de tutelis, de usucapionibus; quae iura apud alium nullum populum reperiuntur, sed propria sunt Romanorum et in eosdem solos
2 constituta. Constat autem ius Quiritum ex legibus et plebiscitis, constitutionibus principum et edictis, sive prudentium responsis.

X Qvid sit lex. Lex est constitutio populi, qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt.

XI Qvid scita plebivm. Scita sunt quae plebes tantum constituunt; et vocata scita quod ea plebs sciat, vel quod sciscitatur et rogatur ut fiat.

XII Qvid senatvsconsvltvm. Senatusconsultum, quod tantum senatores populis consulendo decernunt.

XIII Qvid constitvtio et edictvm. Constitutio vel edictum, quod rex vel imperator constituit vel edicit.

XIV Qvid responsa prvdentvm. Responsa sunt quae iurisconsulti respondere dicuntur consulentibus; unde et responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes et arbitri aequitatis, qui institutiones civilis iuris conpositas ediderunt, quibus dissidentium lites contentionesque sopirent.

XV De legibvs consvlaribvs et tribvnitiis. Quaedam etiam leges dicuntur ab his qui condiderunt, ut consulares, tribuniciae, Iuliae, Corneliae. Nam [et] sub Octaviano

2 quo n. tenentur *T*: quo n. teneantur *V*: quod (quae C^1) nulli tenent *BCHKD* (*seq. spat.*) tamquam *TH* : quam *ABD* : qui C^1 *Bern.* : *om. K* 3 creditionibus C^1K (*non Bern.*) 4 alium *om. A* : *post* nullum *B* (*non Bern.*) *TUV* 6 constitutum *T* plebis (-vis) scitis *BUV* : plebium scitis *M* : plebibus scitis *T* : plebibus sanctis *K* : plebibus sicut C^1 : plebibus *Bern.* : plebiscitis senatusconsultis *Kuebler* (*ex Gai. Inst.* 1, 2) 9 qua] quo *KT* : qui *B* 10 nati *K* 12 et voc. *ABT* : vocataque *CK* quod . . . quod] que . . . que C^1 13 sciscitat (-ssi-) *BT* rogatur fiat C^1K: rogat ut f. *BDT*: *corr. Kuebler.* 15 consolendum *K*: consolendam C^1 decernunt *BDTUV* : decerunt *A ut vid.* : dedicarunt decernunt *K* : dederunt decernunt *C* 16 ed. est quae *C* 17 constituet et vel edicet *T* 19 unde . . . dicta *om. CKM* (*non ADU*) 21 arbitrii *T* : arbitres C^1K veritatis *K* iure C^1K reddiderunt C^1 22 desidentium C^1K sopirentur *CK* 24 consules *B* 25 et *hab. BT* : *om. CK* octavio (-bio) B^1C^1 *ut vid. T*

Caesare suffecti consules Papius et Poppaeus legem tulerunt,
quae a nominibus eorum appellatur Papia Poppaea, continens
patrum praemia pro suscipiendis liberis. Sub eodem quoque 2
imperatore Falcidius tribunus plebis legem fecit, ne quis plus
[in] extraneis testamento legaret quam ut quarta pars superesset
heredibus. Ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata est.
Aquilius quoque [legem condidit, quae hactenus Aquilia
nuncupatur.]

De lege satvra. Satura vero lex est quae de pluribus XVI
simul rebus eloquitur, dicta a copia rerum et quasi a saturitate;
unde et saturas scribere est poemata varia condere, ut Horatii,
Iuvenalis et Persii. Lex novella.

De legibvs Rhodiis. Rhodiae leges navalium conmer- XVII
ciorum sunt, ab insula Rhodo cognominatae, in qua antiquitus
mercatorum usus fuit.

De privilegiis. Privilegia autem sunt leges privatorum, XVIII
quasi privatae leges. Nam privilegium inde dictum, quod in
privato feratur.

Qvid possit lex. Omnis autem lex aut permittit aliquid, XIX
ut: 'Vir fortis petat praemium,' aut vetat, ut: 'Sacrarum
virginum nuptias nulli petere liceat,' aut punit, ut: 'Qui
caedem fecerit, capite plectatur.' Eius enim praemio aut
poena vita moderatur humana.

Qvare facta est lex. Factae sunt autem leges ut XX
earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter
inprobos innocentia, et in ipsis inpiis formidato supplicio
refrenetur nocendi facultas.

1 appius *C* Poppaeus] pompeius *codd.* 2 Poppaea] pompeia *CK* 3 patruum *K* 5 in *hab. BT Bern.* : *om. C*[1]*K* 6 Falcidia] placida *T* 7 Aq. qu. . . . nuncup. *Bern. Rem.* : Aq. qu. varia . . . persii (*ex* xvi) *TUV* : alii (aliqui *C*) qu. caria . . . pe. *CKL* : *om. AB*[1]*D Mon.*[1] 9 est *om. T* (*non U*) 10 et qu. *om. C*[1]*K* : et quos *Bern.* a *om. B* 11 u. et satura scr. *BCT* : u. traitur (*ex* tratur) scripta *Bern.* ut . . . novella *om. K* (*non AD Bern.*) 15 fuit] est *CT ut vid.* 17 quod] quae *C*[1] xix (*cf.* II. x. 4) 19 premittit *T* (*non U*) : promittit *KM* 21 aut (*ult.*) *BCTU* : et *KM* 23 moderetur *T* xx (*cf.* II. x. 5) 25 coerceretur *BT* tutaque] tantaque *C*[1]*K* 26 probos *dett.* inpiis] inprobis *BCT*

XXI Qualis debeat fieri lex. Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriae, loco temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat, nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.

XXII De causis. Πρᾶγμα Graecum est, quod Latine dicitur causa, unde et pragmatica negotia dicuntur, et actor causarum et negotiorum pragmaticus nuncupatur.

XXIII De testibus. Testes [sunt quibus veritas quaeritur in iudicio]. Hos quisque ante iudicium sibi placitis alligat, ne cui sit postea liberum aut dissimulare aut subtrahere se; unde et alligati appellantur. Item testes dicti quod testamento adhiberi solent; sicut signatores, quod testamentum signant.

XXIV De instrumentis legalibus. Voluntas generale nomen
omnium legalium instrumentorum; quae quia non vi, sed
2 voluntate procedit, ideo tale nomen accepit. Testamentum
vocatum quia, nisi testator mortuus fuerit, nec confirmari
potest nec sciri quid in eo scriptum sit, quia clausum et
obsignatum est; et inde dictum testamentum, quia non valet
nisi post testatoris monumentum, unde et Apostolus (Hebr.
9, 17), 'Testamentum,' inquit, 'in mortuis confirmatur.'
3 Testamentum sane in Scripturis sanctis non hoc solum dicitur,
quod non valet nisi testatoribus mortuis, sed omne pactum et
placitum testamentum vocabant. Nam Laban et Iacob testa-
mentum fecerunt, quod utique etiam inter vivos valeret, et in
Psalmis legitur (82, 6): 'Adversum te testamentum disposue-

xxi (*cf.* II. x. 6) 5 contingat *K* nullo *ex* nullu *K*: nulli *B* communi] omni *K* xxii *post* xxiii T^1 7 quod] quae C^1 8 pragmatia *T*: pragmata C^1K neg. et caus. *K* 10 Testes (-tis) quisque AB^1DH: Hos quisque *TU*: Testes (-te *M*) sunt ... iudicio (-cium *C*) hos quisque *CKM* 11 sibi] sive *M* placidis *K* (*non M*) alligant *T* (*non U*) 12 insimulare *T*: insimula *U* detrahere C^1 13–14 testes ... sig.] (*cf.* X. 265) 14 adhibere *C* testamenta *T* 16 quae *om.* *CK* 18 quia (*prim.*)] quod *K*: que C^1 20 dict. est test. *B* 21 post] per *C* 24 quod] quae C^1 25 vocabant *ABT*: vocatur *CK* nam et Lab. et *K* (*non A*) 26 quod] quae C^1 valeret *CKT*: valuerit *AB* 27 adversum *BT*: -sus *ACK* te *om.* *ACK* test. tuum disp. *K*

runt,' hoc est, pactum; et innumerabilia talia. Tabulae 4
testamenti ideo appellatae sunt, quia ante chartae et membra-
narum usum in dolatis tabulis non solum testamenta, sed
etiam epistolarum alloquia scribebantur; unde et portitores
earum tabellarii vocabantur. Testamentum iuris civilis est 5
quinque testium subscriptione firmatum. Testamentum iuris 6
praetorii est septem testium signis signatum: sed illud apud
cives fit, inde civile; istud apud praetores, inde iuris praetorii.
Testamentum autem signare notare est, id est ut notum sit
quod scriptum est. Holographum testamentum est manu 7
auctoris totum conscriptum atque subscriptum; unde et
nomen accepit. Graeci enim ὅλον totum, γραφήν litteram
dicunt. Inritum testamentum est, si is qui testavit capite 8
diminutus est, aut si non rite factum sit. Inofficiosum testa- 9
mentum est, quod frustra liberis exheredatis sine officio
naturalis pietatis in extraneas personas redactum est. Ruptum 10
testamentum inde vocatur, eo quod nascente postumo, neque
exheredato nominatim, neque herede instituto, disrumpitur.
Suppressum testamentum est, quod in fraude heredum vel 11
legatariorum seu libertorum non est palam prolatum: quod si
non latet, tamen si praedictis personis non proferatur, supprimi
tamen videtur. Nuncupatio est, quam in tabulis cerisque 12
testator recitat, dicens: 'Haec ut in his tabulis cerisque
scripta sunt, ita dico, ita lego: itaque vos, cives Romani,
testimonium mihi perhibete,' et hoc dicitur nuncupatio:
nuncupare est enim palam nominare et confirmare. Ius 13
liberorum est coniugum sine liberis invicem pro loco pignorum
hereditatis alterna conscriptio. Codicillum, ut veteres aiunt, 14

2 ideo *CKT*: inde *B* 3 testamentum *C* 4 scribebantur *ABCT*: habebantur *K* 5 tabularii *AC* (*non D*): tabularios *H* vocantur *ABD*: vocabant *H* civile *T* 9 id est *om.* *B* 10 quod] quae *C*[1] 12 enim *om.* *T* ὅλον] olo *codd.* 13 qui testatus est aut (*om.* cap. dim.) *C*[1] 14 recte *KC*[2]: recta *C*[1] factus *K* 15 quae fr. lilucris *C*[1] exereditatis *K* 16 reductum *T* 17 vocatum *B* 18 exereditato *C*[1]*K* 21 non feratur (-er?) subpraemit non videtur *C*[1] 23 recitat . . . cerisque *om.* *B*[1] in *om.* *CK* (*non DH*) 24 dico] do *Gaius Inst.* 2, 104 25 praebete *CK* 27 coniugium *K* 28 Codice illum est ut *C*[1]

sine dubio ab auctore dictum, qui hoc scripturae genus
instituit. Est autem scriptura nullam indigens sollemnitatem
verborum, sed solam testatoris voluntatem qualicumque scri-
pturae significatione expressam. Cuius beneficio voluntatibus
defunctorum constat esse subventum propter legalium verbo-
rum difficultatem, aut certe propter necessitatem adhibendorum
sollemnium, ita ut qui scribit titulum eiusdem scripturae
codicillum vocet. Sicut autem codicillus fit vice testamenti,
15 ita epistola vice codicillorum. Cretio est certus dierum
numerus, in quo institutus heres aut adit hereditatem, aut
finito tempore cretionis excluditur, nec liberum illi est ultra
16 capiendae hereditatis. Cretio autem appellata quasi decretio,
id est decernere vel constituere, ut puta: 'ille heres mihi esto':
additurque, 'cernitoque infra dies tot.' Adeundarum autem
hereditatum centesimus statutus erat dies, quibus non esset
17 cretio addita. Fideicommissum dictum, ut fiat quod a de-
functo committitur. Nam fides dicta eo quod fiat; quod
tamen non in directis verbis, sed precativis exposcitur.
18 Pactum dicitur inter partes ex pace conveniens scriptura,
legibus ac moribus conprobata; et dictum pactum quasi ex
19 pace factum, ab eo quod est paco, unde et pepigit. Placitum
quoque similiter ab eo, quod placeat. Alii dicunt pactum
esse quod volens quisque facit; placitum vero etiam nolens
conpellitur, veluti quando quisque paratus sit in iudicio ad
respondendum; quod nemo potest dicere pactum, sed placi-
20 tum. Mandatum dictum, quod olim in commisso negotio

1 qui] quia C^1K 2 nulla ind. sollemnitate *CK* 4 sign.] pronuntiatione *C* expressa (-prae-) *BCK* 7 ita autem et qui *T* scribet tit. *CT*: scribit et tit. *B* scripturae *om. T* 10 adit] ad C^1K 11 secluditur *A* illic K^1 : illis K^2 (*non A*) : *fort.* illi ius 12 quasi] id est *K* 13 id est] quasi *K* mihi *om. T* 14 auditorque *C* intra *edd.* 15 statutis C^1 16 quod] quae C^1 a] ad T^1 17 nam . . . exposcitur *om.* C^1L 18 in *om. T* 19 Partum C^1 (*non L*) 21 paco *BT*: pago *D*: pango *CKL* pepegit foedus *CKL* (*non D*) Placidum *K* (*non L*) 22 quoque *om. CKL* qu. pl. *CKL* : quod placet *B* : quo placet *T* 23 quisque *CKLT*: quis *B* vero *om. CKL* 25 quod] quae C^1 (*non L*) 26 quod] quae C^1 (*non L*) commisso *om.* C^1KL (*non A*)

alter alteri manum dabat. Ratum vero, quasi rationabile et 21
rectum, unde et qui pollicetur dicit: 'Ratum esse profiteor',
hoc est, firmum atque perpetuum. Rite autem esse non recte, 22
sed ex more. Chirographum. Cautio. Emtio et venditio 23
est rerum commutatio atque contractus ex convenientia veniens.
Emtio autem dicta, quod a me tibi sit: venditio quasi venun- 24
datio, id est a nundinis. Donatio est cuiuslibet rei transactio. 25
Dictam autem dicunt donationem quasi doni actionem, et
dotem quasi do item. Praecedente enim in nuptiis donatione,
dos sequitur. Nam antiquus nuptiarum erat ritus quo se 26
maritus et uxor invicem emebant, ne videretur uxor ancilla,
sicut habemus in iure. Inde est quod praecedente donatione
viri sequitur dos uxoris. Donatio usufructuaria ideo dicitur, 27
quod donator ex ea usum fructum adhuc retinet, servato cui
donatum est iure. Donatio directa ideo nuncupatur, quia et 28
iure et usu statim transit in alterum, nec ultra aliquid inde ad
ius donatoris retorquetur. Condiciones proprie testium sunt, 29
et dictae condiciones a condicendo, quasi condiciones, quia
non ibi testis unus iurat, sed duo vel plures. Non enim in
unius ore, sed in duorum aut trium testium stat omne verbum.
Item condiciones, quod inter se conveniat sermo testium, quasi
condictiones. Stipulatio est promissio vel sponsio; unde et 30
promissores stipulatores vocantur. Dicta autem stipulatio ab
stipula. Veteres enim, quando sibi aliquid promittebant,
stipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes sponsiones suas agnoscebant [sive quod stipulum iuxta Paulum iuridi-

2 qui] que *T* ra. me esse *LK* 3 est enim fir. C^1 (*non L*) recte] certe *T* 4 mo.] more captio C^1 (*pro* m. Cautio, § 23) (*non L*) Cautio *hab. ABKTUV Bern.*: *om. DLC* (*sed vide supra*) 6 venundinatio *B* 7 cuilibet *BT* actio *T* 9 praecedentem *B* 10 antiquitus C^1KL 11 mar. inv. et ux. *CKL* 12 sicut] sed *B* in *om. L* quod] quae C^1 (*non L*) don.] done *L* 14 servat *L* 15 recta C^1KL 18 qu. condiciones *T* (*i.e.* condīciones?): qu. condictiones K^2: qu. conditiones $B^1C^1K^1$ 19 sed vel duo vel *CT* en. un. *C* 20 sed du. *K* aut] ad C^1 21 quod] quae C^1 qu. conditiones *BC* 22 vel sponsio *om. K* (*non A*) 23 promissores *ABTU*: sponsores *CK* voc.] dicuntur *K* 26 sive . . . app. *add. in marg. BT*: *om. D* quod] per *C* stipulam *CKU* (*non M*) iuxta Paulum *om. T* (*non U*) Paulum *om. K* (*non M*) loriticum *C*

31 cum firmum appellaverunt]. Sacramentum est pignus sponsio-
nis; vocatum autem sacramentum, quia violare quod quisque
promittit perfidiae est.

XXV De rebus. Hereditas est res quae morte alicuius ad
quempiam pervenit, vel legata testamento, vel possessione
retenta. Dicta autem hereditas a rebus aditis, sive ab aere,
2 quia qui possidet agrum et censum solvit; †inde et res.† Res
sunt quae in nostro iure consistunt. Iura autem sunt quae
3 a nobis iuste possidentur nec aliena sunt. Dicta autem res
a recte habendo, ius a iuste possidendo. Hoc enim iure possi-
detur quod iuste, hoc iuste quod bene. Quod autem male
possidetur, alienum est. Male autem possidet qui vel sua
male utitur vel aliena praesumit. Possidet autem iuste qui
non inretitur cupiditate. Qui autem cupiditate tenetur,
4 possessus est, non possessor. Bona sunt honestorum seu
nobilium, quae proinde bona dicuntur, ut non habeant turpem
5 usum, sed ea homines ad res bonas utantur. Peculium pro-
prie minorum est personarum sive servorum. Nam peculium
est quod pater vel dominus filium suum vel servum pro suo
tractare patitur. Peculium autem a pecudibus dictum, in
6 quibus veterum constabat universa substantia. Bonorum
possessio est ius possessionis, certo ordine certoque titulo
7 adquisita. Intestata hereditas est quae testamento scripta non
8 est, aut, si scripta sit, iure tamen nequaquam est adita. Caduca
9 inde dicitur, quia eius heredes ceciderunt. Familia herciscunda
est divisio hereditatis inter heredes. Herciscunda enim apud
10 veteres divisio nuncupabatur. Communi dividendo est inter
eos quibus communis res est, quae actio iubet postulanti-
11 bus his arbitrum dari, cuius arbitratu res dividatur. Finium

4 more C^1 5 quodpiam C^1 legato *codd.* possessiones et emta C^1 6 additis *K* ab aere] habere *CT* 7 inde et heres *Arev.* Res *om.* *K* 9 iuste] iure *K* (*etiam* A^1?) (*non D*) Res au. dic. *K* (*non A*) 11 iuste . . . iuste] recte . . . recte *BCD* 18 servorum] servum C^1 19 suo iure tr. *CK* 20 pec. alium au. *T* 24 sit] est *T* adita *K* (*teste Kueblero*): edita *BCT* 25 dicuntur *BCT* heres *K* Familiae *K* erciscunde *CT*: heriscundae *K* 26 erciscunde *BCT*: heriscundae *K* 27 nuncupatur *T* 28 iubat C^1 29 arbitrium CT^2

regundorum actio dicta eo quod per eam regantur fines utrique,
ne dissipentur, dummodo non angustiore quinque pedum loco
ea controversia sit. Locatio est res ad usum data cum defini- 12
tione mercedis. Conductio est res in usum accepta cum con- 13
stituta mercede. Res credita est quae in obligationem ita 14
deducta est, ut ex tempore, quo contrahebatur, certum sit eam
deberi. Vsura est incrementum fenoris, ab usu aeris crediti 15
nuncupata. Commod(at)um est id quod nostri iuris est et ad 16
alterum temporaliter translatum est cum modo temporis, quam-
diu apud eum sit, unde et commod(at)um dictum est. Precarium 17
est dum prece creditor rogatus permittit debitorem in posses-
sione fundi sibi obligati demorari, et ex eo fructus capere. Et
dictum precarium quia prece aditur, quasi precadium, R pro D
littera commutata. Mutuum appellatum est quia id, quod 18
a me tibi datur, ex meo tuum fit. Depositum est pignus com- 19
mendatum ad tempus, quasi diu positum. Deponere autem
quis videtur, cum aliquid metu furti, incendii, naufragii, apud
alium custodiae causa deponit. Interest autem in loquendi 20
usu inter pignus et arram. Nam pignus est quod datur propter
rem creditam, quae dum redditur, statim pignus aufertur. Arra
vero est, quae primum pro re bonae fidei contractu empta, ex
parte datur, et postea conpletur. Est enim arra conplenda, 21
non auferenda; unde qui habet arram non reddit sicut pignus,
sed desiderat plenitudinem; et dicta arra a re, pro qua traditur.

Item inter pignus, fiduciam et hypothecam hoc interest.
Pignus enim est quod propter rem creditam obligatur, cuius rei 22
possessionem solam ad tempus consequitur creditor. Ceterum

1 regundorum *ex* regum duorum *T* regnantur *K* utriusque *T* 5 obligatione *BCK* 6 eam d. *Arev.*: eam (ea *teste Kueblero*) debere *K*: eas deferre (*i.e.* differre?) *BCDT*: eam deferri *A* 7 eris credita *T*: crescere *K* (*non A*) 8 Commodum *codd.*: *corr. Arev.* est id est quod *A*: est quod *K* nostre *T* 9 alterum *CKT*: alios *ABDH* com modo (commodo) *CT* (*A ex corr.*?): commodum *ABK* quamdio *T* 10 commodum *codd.* 12 et (*alt.*) *om. C* 13 quia] quod *K* audiatur *K* preceadium *BCT*: praecaudium *K* 14 quia] quando *K* 18 causae *C*[1] loquendo *T ante corr.* 20 quod dum *K* 21 bono *T* 23 reddet *C ex corr. T* (*i.e.* -dit?) 24 a re pro qua re tr. *T* 25 pig. et fid. *B* 26 enim *om. K*

23 dominium penes debitorem est. Fiducia est, cum res aliqua
sumendae mutuae pecuniae gratia vel mancipatur vel in iure
24 ceditur. Hypotheca est, cum res commodatur sine depositione
25 pignoris, pacto vel cautione sola interveniente. Momentum
dictum a temporis brevitate, ut [quam cito] quam statim salvo
negotio reformetur, nec in ullam moram produci debeat quod
repetitur; sicut nec ullum spatium est momenti, cuius tam
brevis est temporis punctus ut in aliquam moram nullo modo
26 producatur. Instrumentum est unde aliquid construimus, ut
27 cultrus, calamus, ascia. Instructum, quod per instrumentum
28 efficitur, ut baculus, codex, tabula. Vsus, quem in re instructa
utimur, ut in baculo innitere, in codice legere, in tabula ludere;
sed et ipse fructus agrorum, quia eo utimur, usus vocatur. Haec
29 sunt illa tria. Vsusfructus autem vocatus quia solo usu habe-
30 tur eius fructus, manente apud alium iure. Vsucapio est adeptio
dominii per continuationem iustae possessionis, vel biennii aut
31 alicuius temporis. Mancipatio dicta est quia manu res capitur.
Vnde oportet eum, qui mancipio accipit, conprehendere id
32 ipsum, quod ei mancipio datur. Cessio est propriae rei con-
cessio, sicut est illud: 'Cedo iure propinquitatis.' Cedere enim
dicimus quasi concedere, id est, quae propria sunt; nam aliena
restituimus, non cedimus. Nam cedere proprie dicitur, qui
contra veritatem alteri consentit, ut Cicero (Ligar. 7, 22): 'Cessit'
33 inquit 'amplissimi viri auctoritati, vel potius paruit.' Inter-
dictum est quod a iudice non in perpetuum, sed pro reformando
momento ad tempus interim dicitur, salva propositione actionis
34 eius. Pretium vocatum eo quod prius eum damus, ut pro eius

1 debitores *K* 3 creditur *CDK* commendatur C^1T 5 quam cito *hab. BDHKT*: *om. C* salvo] solo *K* 6 in nullam *KT* 7 nec nullum *KT* huius *K* 10 cultrus *etiam M* arcia C^1 11 quem *B*: que *T*: quod *K*: qua *C* 13 quia in eo *B*: ex quo *K* vocatur *KT* 15 ademptio (-mt-) domini *codd.* 17 quia manus *T*: quae manus *K* 18 unde et op. *T* mancipium *BK* accepit *K* id *om.* C^1 19 e manc. *C* 20 propinq.] proprietatis *Schwarz* 21 concedere] condere T^1 id quae pr. s. nam C^1: idque proprie nam T^1 nam si al. *CK* 22 quia *B* 23 alter *K* 24 auctoritate *BKT* Int. enim est *A ex corr.* 25 quod *ABKT*: quia *C* pro *om. K* (*non A*) 27 vocatum *om. T*

vice rem, quam adpetimus, possidere debeamus. Commercium 35
dictum a mercibus, quo nomine res venales appellamus. Vnde
mercatus dicitur coetus multorum hominum, qui res vendere
vel emere solent. Integri restitutio est causae vel rei reparatio. 36
Causa redintegratur, quae vi potestatis expleta non est. Res 37
redintegratur, quae vi potestatis ablata atque extorta est.

De criminibvs in lege conscriptis. Crimen a carendo XXVI
nomen: ut furtum, falsitas et cetera, quae non occidunt, sed
infamant. Facinus dictum a faciendo malum, quod noceat 2
alteri. Flagitium a flagitando corruptelam libidinis, qua noceat 3
sibi. Haec sunt duo genera omnium peccatorum. Vis est 4
virtus potestatis, per quam causa sive res vel aufertur vel ex-
torquetur. Vis privata est, si quisque ante iudicium armatis 5
hominibus quemquam a suo deiecerit vel expugnaverit. Vis 6
publica est, si quis civem ante populum vel iudicem vel regem
appellantem necaverit, aut torserit sive verberaverit vel vinxerit.
Dolus est mentis calliditas, ab eo quod deludat. Aliud enim 7
agit, et aliud simulat. Petronius aliter existimat dicens: 'Quid
est, iudices, dolus? Nimirum ubi aliquid factum est quod legi
dolet. Habetis dolum, accipite nunc malum.' Calumnia est 8
iurgium alienae litis, a calvendo, id est decipiendo dicta. Fal- 9
sitas appellata a fando aliud quam verum est. Iniuria est 10
iniustitia. Hinc est apud Comicos (? Plaut. Mil. 436): 'Iniuria's';
qui audet aliquid contra ordinem iuris. Seditio dicitur dis- 11
sensio civium, quod seorsum alii ad alios eunt. Nam hi
maxime turbatione rerum et tumultu gaudent. Sacrilegium 12
proprie est sacrarum rerum furtum. Postea et in idolorum

2 unde et merc. *C* 3 coitus *T* em. vel vend. *B* 4 Integris *B* 5–6 vi (*bis*) *om.* B^{1} res (*eras.*) redintegrantur *T* 6 exhorta C^{1}: exorta *BK* 9 ad faciendum *B* 12 sive] si vi *B* 13 quisque] quis B^{1} 16 negaverit *K* aut torserit *om.* T^{1}: *add. in fine* T^{2} aut vinx. *K* 17 est *om. B* eludat *K* alia enim *K ex corr.* 18 existimans dicit *K* 19 lege *B* 20 nunc] non *K* 21 est a dicipiendo *K* 22 alium quam versum est *T* 23 iniuria's] iniurias *A*C^{1}*TUV Rem. Mon.*[1]: iniurias iniustitia *Bern.*: inuria est *BDKM*: iniurius *I codd. Servii ad Aen.* 9, 107 24 audit *AM Bern.*: tudit *D* ordinis *D* (*non A Bern.*) 25 eunt] se aiunt *B* 27 est *ABCT*: esse *K* sacrum *T* idol. cul. *om. K* (*non A*)

6 tum. Vincula a vinciendo, id est artando dicta, eo quod con-
7 stringant atque retineant; vel quia vi ligant. Conpedes dicti
8 quia continent pedes. Peducae sunt laquei quibus pedes in-
9 laqueantur, dictae a pedibus capiendis. Catenae autem, quod
capiendo teneant utraque vestigia, ne progrediantur. Item
10 catenae, quod se capiendo teneant plurimis nodis. Manicae
sunt vincula quibus manus capiuntur; licet et manicae tuni-
11, 12 carum sunt. Nervi. Boia est torques damnatorum, quasi iugum
13 in bove ex genere vinculorum est. Carcer, in quo custodiuntur
noxii. Et dictus carcer quod eo homines coerceantur inclu-
danturque, quasi arcer, ab arcendo scilicet. Locum autem in
quo servantur noxii, carcerem dicimus numero tantum singulari;
unde vero emittuntur quadrigae, carceres vocamus numero tan-
14 tum plurali. Verbera dicta, quia cum agitantur, aerem ver-
berant. Hinc flagra et plagae et flagella, quia cum flatu et
strepitu in corpore sonant. Nam plagae, quasi flagae; sed
plagae et flagra primae positionis sunt, flagella autem per diminu-
15 tionem dicta. Anguilla est qua coercentur in scholis pueri,
16 quae vulgo scotica dicitur. Fustes sunt quibus iuvenes pro
criminibus feriuntur, appellati quod praefixi in fossis stent;
17 quos palos rustici vocant. Vectes dicti quod manibus vecten-
tur, unde ostia saxaque velluntur; sed hi ad poenas legum non
18 pertinent. Virgae sunt summitates frondium arborumque, dictae
quod virides sint, vel quod vim habeant arguendi; quae si lenis
fuerit, virga est; si certe nodosa vel aculeata, scorpio rectissimo
19 nomine, quia arcuato vulnere in corpus infigitur. Ictus proprie

1 vincendo *K* constringat *B* 2 quia vigilant vel sciunt *K* dictae *C* 3 Peduces *BCK* 4 Catena . . . teneat *C* 6 Manices *BC* 7 manus] manicae *K* 8 Nervi *om. C* Boia sive nervicula est *C* iugus *BTV*[1] : iuga *C* 9 est *om. K* in quo . . . carcer *om. K* (*non A*) 10 quo eo *T* 11 arcer] a carcere *K* (*non A*) si licet *T* 12 diximus *B* tant. num. sing. *T*: num. sing. *B* 14 agitatur *C*[1] verberent *T* 15 plage *corr. in ras. T* 17 sed plage *T*[2] : set flage *ut vid. T*[1] per dirivationem *K* 18 scola *K* 19 inscotica *C*[1] 20 astent *C* 22 ostea *CT* : et ostea *U* : ostea (ho-) vectea *KM* (*non A*), *unde Kueblerus versum fingit* ostia vecte| Saxaque velluntur hi *om. T* 24 viride *T* sunt *B* habent *T* urguendi *Schwarz* qui si *B* 25 urga *T* certe *BCT* : autem *K* 26 acuato *K*

flagellorum sunt, ab agitando vocati. Vngulae dictae quod 20
effodiant. Haec et fidiculae, quia his rei in eculeo torquentur,
ut fides inveniatur. Eculeus autem dictus quod extendat. Tor- 21, 22
menta vero, quod torquendo mentem inveniant. Est et latomia 23
supplicii genus ad verberandum aptum, inventum a Tarquinio
Superbo ad poenam sceleratorum. Iste enim prior latomias,
tormenta, fustes, metalla atque exilia adinvenit, et ipse prior
regibus exilium meruit. Talio est similitudo vindictae, ut tali- 24
ter quis patiatur ut fecit. Hoc enim et natura et lege est insti-
tutum, ut 'laedentem similis vindicta sequatur.' Vnde et illud
est legis (Matth. 5, 38): 'Oculum pro oculo, dentem pro dente.'
Talio autem non solum ad iniuriam referendam, sed etiam pro
beneficio reddendo ponitur. Est enim communis sermo et
iniuriae et beneficentiae. Ignominium, eo quod desinat habere 25
honestatis nomen is qui in aliquo crimine deprehenditur. Di-
ctum est autem ignominium quasi sine nomine, sicut ignarus sine
scientia, sicut ignobilis sine nobilitate. Hoc quoque et in- 26
famium, quasi sine bona fama. Fama autem dicta quia fando,
id est loquendo, pervagatur per traduces linguarum et aurium
serpens. Est autem nomen et bonarum rerum et malarum.
Nam fama felicitatis interdum est, ut illud, 'inlustris fama,'
quod laus est: malarum, ut Vergilius (Aen. 4, 174):

Fama, malum qua non aliud velocius ullum.

Fama autem nomen certilocum non habet, quia plurimum men- 27
dax est, adiciens multa vel demutans de veritate: quae tamdiu
vivit, quamdiu non probat. At ubi probaveris, esse cessat, et

1 vocata *T ante corr.* 2 ficulae *C*[1] aculeo *BK* 3 autem *om. K* 4 inveniat *K* La. est sup. *K* lautumnum *BKT*: lautumium *C*: latumnum *A* 6 poenas *BC* lautumnas *CK*: latumnas *T*: lautumna *B* 7 met. fus. *K* prior regibus *ABT*: prior ex regibus *C*: prior regum *K fort. recte* 9 et naturae lege *K* (*teste Kueblero*) 10 unde ill. *T* 11 legis *om. K* 12 autem *om. K* 14 Ign. dictum eo *T* 15 aliquo crimen *KT*: aliquod crimen *BC* 17 sci. et sicut *T* et *om. T* 18 b. fame *C*[1] 19 provocatur *B* 21 nam fame *T* felicitatis *K*[2] (*K*[1] *n. l.*; *sed* felicius *teste Kueblero*) 22 malorum et virg. *K* 23 quo *B*: quia *T* illum *T*: illud *C*[1] 24 Fama *K*: Famae (-me) *BCT* Fama, nomen incerti, locum non habet *Tertull. Apolog.* 7 26 ubi probavit, cessat esse *Tertull.*

28 exinde res nominatur, non fama. Exilium dictum quasi extra
solum. Nam exul dicitur qui extra solum est. Vnde postli-
minium redeuntibus, hoc est de exilio reducendis, qui sunt eiecti
in iniuria, id est extra limen patriae. Dividitur autem exilium in
29 relegatis et deportatis. Relegatus est, quem bona sua sequun-
30 tur : deportatus, quem non sequuntur. Proscriptio exilii procul
damnatio, quasi porro scriptio. Item proscriptus, quia palam
31 scriptus. Metallum est ubi exules depo⟨r⟩tantur ad eruendam
32 venam marmoraque secanda in crustis. Servitus a servando
vocata. Apud antiquos enim qui in bello a morte servabantur,
servi vocabantur. Haec est sola malorum omnium postrema,
quae liberis omni supplicio gravior est ; nam ubi libertas periit,
33 una ibi perierunt et omnia. Mortium vero diversi casus, ex
quibus crux vel patibulum, in quo homines adpensi cruciantur
34 vel patiuntur ; unde et nomina habent. Patibulum enim vulgo
furca dicitur, quasi ferens caput. Suspensum enim et strangui-
latum ex eo exanimat ; sed patibuli minor poena quam crucis.
Nam patibulum adpensos statim exanimat, crux autem subfixos
diu cruciat ; unde et in Evangelio latronibus, ut morerentur
et de ligno ante sabbatum deponerentur, crura confracta sunt,
35 quia ligno suspensi cito mori non poterant. In ipso quoque
genere necis differt. Crudelius est enim in aqua spiritum tor-
quentes extingui, ignibus uri, frigore et fame necari, canibus et
bestiis exponi. Nam ferro mori aetas quoque maior optavit.
Gladius enim sine graviore cruciatu conpendiosa morte vitam
36 finire novit. Culleum est parricidale vasculum ab occulendo,

1 Ex. autem dic. *K* 2 sol. est nam *K ante corr.* qui] quia *C* postliminio *BT* 3 reducentibus *K* (*non A*) sint *T* eiectis *T ante corr.* 4 in iniuriam *B* (*non A*) : iniuria C^1 6 dep. . . . seq. *om.* C^1 exilio *C* 7 qu. por. scr. *om. T* scripto *K* quia] quasi *C* 8 depotantur *K* : deputantur *BCT* : *corr. dett.* 9 Ser. a vocando *K ante corr.* 11 servi voc. *om. T* sola *om.* T^1 : summa *K* (*non A*) 13 pereunt omnia *C* div. sunt ca. *C* in q. *CK* (*ex* ex q.) 14 omnes *T* 16 str. ex eo *K* : str. haec ex eo *BD* : instr. et ex eo C^1 : str. eo *T* 17 examinat C^1T 18 examinat C^1T^1 22 spiritu (spū) *B* : ipsum *C* torquente *Arev.* 23 negari C^1K 24 aetas] et has *T* aptavit *K* : optaverit *Tertull. Apol.* 9 25 graviore (-ri) *BCK* : maiore *T* 26 masculum *ut vid. T*

id est claudendo dictum. Est autem uter ex corio factus, in
quo parricidae cum simio et gallo et serpente inclusi in mare
praecipitantur. Omnium autem istarum mortium genus ani-
madversio nominatur. Animadversio enim est, quando iudex 37
reum punit; et dicitur animadvertere, id est animum illuc adver-
tere, intendere utique ad puniendum reum, quia iudex est. Ideo 38
autem Romani aquam et ignem interdicebant quibusdam da-
mnatis, quia aer et aqua cunctis patent et omnibus data sunt; ut
illi non fruerentur quod omnibus per naturam concessum est.

De Chronicae vocabvlo. Chronica Graece dicitur quae XXVIII
Latine temporum series appellatur, qualem apud Graecos Euse-
bius Caesariensis episcopus edidit, et Hieronymus presbyter in
Latinam linguam convertit. Χρόνος enim Graece, Latine tem-
pus interpretatur.

De momentis et horis. Tempora autem momentis, horis, XXIX
diebus, mensibus, annis, lustris, saeculis, aetatibus dividuntur.
Momentum est minimum atque angustissimum tempus, a motu
siderum dictum. Est enim extremitas horae in brevibus inter- 2
vallis, cum aliquid sibi cedit atque succedit. Hora Graecum
nomen est, et tamen Latinum sonat. Hora enim finis est tem-
poris, sicut et ora sunt finis maris, fluviorum, vestimentorum.

De diebvs. Dies est praesentia solis, sive sol supra terras, XXX
sicut nox sol sub terris. Vt enim dies aut nox sit, causa est aut
supra terram sol, aut sub terris. Dies legitimus viginti quattuor
horarum, usque dum dies et nox spatia sui cursus ab oriente
usque ad alium orientalem solem caeli volubilitate concludat.
Abusive autem dies unus est spatium ab oriente sole usque ad
occidentem. Sunt autem diei spatia duo, interdianum atque 2

4 est (*prius*) *om. T* 6 ad *om. T* 7 aquam et ignem C^1K^2: aqua et ignem K^1: aqua et igni *BT* quibus dam. *B* 8 et *om.* C^1 patet *BCT* data est *BT* 10 quae *ABKT*: quia C^1: *om. L* 17 menimum C^1K a mo. si. dic. *om. KL* (*non A* 21 ora] orae *dett.* finis *BKL*: fines *CT* 22 prescientia *T* supra] super (*corr. ex* sup?) *T* 23 si. non sol *C*: si. nox B^1T 24 legimus T^1: legitimus est *B* 25 hor. est us. *K* 26 orientalem *ex* orientem *K* vol. concl.] volventem K^1 (*L n. l.*) 27 abusive . . . sole *om.* K^1 (*non AD*) (*L n. l.*)

nocturnum; et est dies quidem horarum viginti quattuor, spa-
3 tium autem horarum duodecim. Vocatus autem dies a parte
meliore. Vnde et in usu est ut sine commemoratione noctis
numerum dicamus dierum, sicut et in lege divina scriptum est
4 (Genes. 1, 5): 'Factum est vespere et mane dies unus.' Dies
secundum Aegyptios inchoat ab occasu solis: secundum Persas
ab ortu solis: secundum Athenienses a sexta hora diei; secun-
dum Romanos a media nocte. Vnde et tunc gallicinium est,
quorum vox diei ostendit praeconium, quando et mesonyctius
5 afflatus fit. Dies dicti a diis, quorum nomina Romani quibusdam
sideribus sacraverunt. Primum enim diem a Sole appellaverunt,
qui princeps est omnium siderum, sicut et idem dies caput est
6 cunctorum dierum. Secundum a Luna, quae Soli et splendore
et magnitudine proxima est, et ex eo mutuat lumen. Tertium
ab stella Martis, quae Vesper vocatur. Quartum ab stella
7 Mercurii, quam quidam candidum circulum dicunt. Quintum
ab stella Iovis, quam Phaethontem aiunt. Sextum a Veneris
stella, quam Luciferum asserunt, quae inter omnia sidera plus
lucis habet. Septimus ab stella Saturni, quae sexto caelo locata
8 triginta annis fertur explere cursum suum. Proinde autem ex
his septem stellis nomina dierum gentiles dederunt, eo quod
per eosdem aliquid sibi effici existimarent, dicentes habere a
Sole spiritum, a Luna corpus, a Mercurio ingenium et linguam,
a Venere voluptatem, a Marte sanguinem, a Iove temperantiam,
a Saturno humorem. Talis quippe extitit gentilium stultitia,
9 qui sibi finxerunt tam ridiculosa figmenta. Apud Hebraeos
autem dies prima una sabbati dicitur, qui apud nos dies domini-
cus est, quem gentiles Soli dicaverunt. Secunda sabbati se-

1 spatium] spatia *K* 5 factum est *om.* *T*[1] 8 tunc *om.* *K* 9 quando . . . fit *om.* *K* 10 sit *BV* §§ 5–7 *iterum in fine lib.* xv *hab.* *D* quib. Rom. *T* 12 quia *Isid. nat. rer.* 3, 2 cap. cunct. *K* 13 soli et *CK* : solis et *B* : solis est *T* 15 Vesper] vespa *T* 16 quidam] quam *B* 19 septimum *BC* sexto] septimo *dett.* 20 fertur] ferunt *K* (*L n. l.*) suum *om.* *K* (*L n. l.*) 21 dierum *BCT* : diebus *K* (*L n. l.*) 22 aliquid *om.* *K*(*L n. l.*) a sole habere *B* 24 a Mar. sang. *ante* a Merc. *K* 27 dicibatur *K* (*non D*) 28 quem . . . dic. *om.* *KL* quam *T ut vid.* (*non U*) secunda feria *om.* *K* (*non L*)

cunda feria, quem saeculares diem Lunae vocant. Tertia
sabbati tertia feria, quem diem illi Martis vocant. Quarta
sabbati quarta feria, qui Mercurii dies dicitur a paganis. Quinta
sabbati quinta feria est, id est quintus a die dominico, qui apud 10
gentiles Iovis vocatur. Sexta sabbati sexta feria dicitur, qui
apud eosdem paganos Veneris nuncupatur. Sabbatum autem
septimus a dominico dies est, quem gentiles Saturno dicaverunt
et Saturni nominaverunt. Sabbatum autem ex Hebraeo in
Latinum requies interpretatur, eo quod Deus in eo requievisset
ab omnibus operibus suis. Melius autem in vocabulis dierum 11
de ore Christiano ritus loquendi ecclesiasticus procedit. Tamen
si quem forte consuetudo traxerit, ut illud exeat ex ore quod
inprobat corde, intellegat illos omnes, de quorum nominibus
appellati sunt hi dies, homines fuisse: et propter beneficia quae-
dam mortalia, quia plurimum potuerunt et eminuerunt in hoc
saeculo, delati sunt eis ab amatoribus suis divini honores et in
diebus et in sideribus; sed primum a nominibus hominum
sidera nuncupata, et a sideribus dies sunt appellati. A fando 12
autem feriae nuncupatae sunt, quod sit in eis nobis tempus
dictionis, id est in divino vel humano officio fari. Sed ex his
festos dies hominum causa institutos, feriatos divinorum sacro-
rum. Partes diei tres sunt: mane, meridies et suprema. Mane 13, 14
lux matura et plena, nec iam crepusculum. Et dictum mane
a mano; manum enim antiqui bonum dicebant. Quid enim
melius luce? Alii mane aestimant vocari a Manibus, quorum
conversatio a luna ad terram est. Alii putant ab aere, quia

1 quem . . . vocant *om. KL* dies *A* (*non D*) tertia . . . (§ 10) nuncupatur] sic tertia quarta et (*om. L*) quinta et sexta sabbati sexta feria *KL* 3 qui mercuris *T*: quemorcoris *U*: qui mercoris *B*: qui mercories *A* dicitur *om. A* (*non D*) 6 Sabbatus *K* (*non L*) 7 dies est *CU*: die est *ABDT*: id est *KL* quem . . . autem] a primo qui *KL* quam *C* 8 et Sat. nom. *om. T* saturnis *ABCDU* 9 Deus *om. K* 13 de quorum] decorum *B* 14 propter beneficia *CK*: per ben. *D*: pro ben. *T* (*et fort. Isid.*): pro beneficiis *B* 15 eminuerunt *BCDT*: invenerunt *K* 16 ei *K* divino honore sed in *T* 17 a nom.] hominibus *K* 18 app.] nuncupati *K* 19 appellatae *K* eos *T* 21 causas *K* 24 mano] manu *codd.* 25 aestimant *K*: exstimant (ext-) B^1 *T*: existimant *C* 26 conversio *B* a terra *B* ab ea re *K*: habere C^1 *T*

15 manus, id est rarus, est atque perspicuus. Meridies dicta quasi
medidies, hoc est medius dies; vel quia tunc purior dies est.
Merum enim purum dicitur. In toto enim die nihil clarius
meridie, quando sol de medio caelo rutilat et omnem orbem
16 pari claritate inlustrat. Suprema est postrema pars diei, quando
sol cursum suum in occasum vertit: dicta quod superest ad
17 partem ultimam diei. Serum vocatum a clausis seris, quando
18 iam nox venit, ut unusquisque somno tutior sit. Hodie quasi
19 hoc die; et quotidie, non cotidie, ut sit quot diebus. Cras quod
20 est postea. Hesternum est pridie; et dictum hesternum ab
eo quod iam dies ipse sit a nobis extraneus et praetereundo
21, 22 alienus. Pridie autem quasi priori die. Perendie, id est per
ante diem, vel in antecessum, id est prius.

XXXI De nocte. Nox a nocendo dicta, eo quod oculis noceat.
Quae idcirco lunae ac siderum lucem habet, ne indecora esset,
et ut consolaretur omnes nocte operantes, et ut quibusdam
animantibus, quae lucem solis ferre non possunt, ad sufficien-
2 tiam temperaretur. Noctis autem et diei alternatio propter
vicissitudinem dormiendi vigilandique effecta est, et ut operis
3 diurni laborem noctis requies temperet. Noctem autem fieri,
aut quia longo itinere lassatur sol, et cum ad ultimum caeli
spatium pervenit, elanguescit ac tabefactus efflat suos ignes;
aut quia eadem vi sub terras cogitur qua super terras pertulit
lumen, et sic umbra terrae noctem facit. Vnde et Vergilius
(Aen. 2, 250):

Ruit Oceano nox,
involvens umbra magna terramque polumque.

4 Noctis partes septem sunt, id est vesper, crepusculum, conti-

1 *vel μανός* rarus *BT*: clarus *CK* 2 hoc . . . dies *om. K* (*non A*) purius *K*: prior *T* est *om. B* 4 de medio *KT*: medio *B*: in medio *C* et . . . inl. *om. K* (*non A*) 6 a parte ultima *T* 7 clausis *ex* claris *K* 8 ut] et *T* Hodie] Die *T* 9 non cot. *om. T* sit *om. C*[1] 10 postera *Arev.* (*cf. Aug. loc. hept.* 3, 12, p. 572, 29) Externum *codd.* (*et Isid.*) externum (-no) *ABCT*: sternum *K* 13 in *om. B* 14 eo *om. T* 15 inde contra *T* 16 consolarentur *CK* 20 temperaret *CK* 21 lassatus *C* 22 pervenerit *C*[2]*K*: pervenent *C*[1] labefactus *dett.*: labefactos *Arev.* (*ex Lucr.* 5, 651) 23 qui *C*[1] vis *K* quia *C*[1]: qui *T* protulit *K*

cinium, intempestum, gallicinium, matutinum, diluculum. Ve- 5
sperum ab stella occidentali vocatum, quae solem occiduum sequitur et tenebras sequentes praecedit. De qua Vergilius (Aen. 1, 374):

Ante diem clauso conponit vesper Olympo.

Tenebras autem dictas, quod teneant umbras. Crepusculum 6, 7
est dubia lux. Nam creperum dubium dicimus, hoc est inter lucem et tenebras. Conticinium est quando omnes 8
silent. Conticescere enim silere est. Intempestum est medium 9
et inactuosum noctis tempus, quando agi nihil potest et omnia sopore quieta sunt. Nam tempus per se non intellegitur, nisi per actus humanos. Medium autem noctis actum caret. Ergo intem- 10
pesta inactuosa, quasi sine tempore, hoc est sine actu, per quem dinoscitur tempus; unde est: 'Intempestive venisti.' Ergo intempesta dicitur quia caret tempora, id est actum. Gallicinium pro- 11
pter gallos lucis praenuntios dictum. Matutinum est inter absces- 12
sum tenebrarum et aurorae adventum; et dictum matutinum quod hoc tempus inchoante mane sit. Diluculum quasi iam inci- 13
piens parva diei lux. Haec et aurora, quae solem praecedit. Est autem aurora diei clarescentis exordium et primus splendor 14
aeris, qui Graece ἠώς dicitur; quam nos per derivationem auroram vocamus, quasi eororam. Vnde est illud (Virg. Aen. 2, 417):

et laetus Eoos
Eurus equis.

et (Virg. Aen. 1, 489):

Eoasque acies.

DE HEBDOMADA. Hebdomada dicta a numero septem XXXII
dierum, quorum repetitione et menses et anni et saecula pera-

2 quae] quod *B* 3 sequuntur *B* 5 clausum *K* conponet *Virg.* (*et Isid.*?) § 7 *ante* § 5 *BTD* (*et Isid.*) 8 omnia *C* 9 silet C^1 10 o. sapore C^1: omni opere *A* 11 nisi act. B^1 12 caret actum *K* (*non A*) intempestas *C*: tempestas *B* 13 haec est *B* 14 intempestiva K^1 ergo . . . actum *om.* *K* in tempestate *T* 15 quia] quae *A* tempore *B* Gallicinius . . . dictus *K* 16 est *om.* *K* accessum *T* 17 aurorae] lucis *K* (*non A*) 18 in quo ante *C* maniscit *K* 19 precidit *T* 21 quam] quem *CK* 22 qu. eurorum *K* 23 eoos BT^1: eous KT^2: eois *C* 24 eusus C^1 25 et] et iterum *CK*: *om.* *BDT*

guntur; ἑπτὰ enim Graeci septem dicunt. Hanc nos septi-
manam vocamus, quasi septem luces. Nam mane lux est.
Octavus autem dies idem primus est, ad quem reditur et a quo
rursus hebdomadae series orditur.
XXXIII De mensibvs. Mensis nomen est Graecum de lunae
nomine tractum. Luna enim μήνη Graeco sermone vocatur;
unde et apud Hebraeos menses legitimi non ex solis circulo,
sed ex lunae cursu enumerantur, quod est de nova ad novam.
2 Aegyptii autem primi propter lunae velociorem cursum, et ne
error conputationis eius velocitate accideret, ex solis cursu
diem mensis adinvenerunt; quoniam tardior solis motus facilius
3 poterat conprehendi. Ianuarius mensis a Iano dictus, cuius
fuit a gentilibus consecratus; vel quia limes et ianua sit anni.
Vnde et bifrons idem Ianus pingitur, ut introitus anni et exitus
4 demonstraretur. Februarius nuncupatur a Februo, id est Plu-
tone, cui eo mense sacrificabatur. Nam Ianuarium diis superis,
Februarium diis Manibus Romani consecraverunt. Ergo Fe-
bruarius a Februo, id est Plutone, non a febre, id est aegritudine
5 nominatus. Martius appellatus propter Martem Romanae gentis
auctorem, vel quod eo tempore cuncta animantia agantur ad
6 marem et ad concumbendi voluptatem. Idem appellatur et
mensis novorum, quia anni initium mensis est Martius. Idem
et novum ver ab indiciis scilicet germinum, quia in eo viridan-
7 tibus fructibus novis transactorum probatur occasus. Aprilis pro
Venere dicitur, quasi Aphrodis; Graece enim Ἀφροδίτη Venus
dicitur; vel quia hoc mense omnia aperiuntur in florem, quasi
8 Aperilis. Maius dictus a Maia matre Mercurii; vel a maioribus

1 enim *om. K* grece s. dicitur *T* 3 oct. . . . ord. *om. C* prim. ad *K* 4 ebdomadis *T* 5 gr. no. est *C* : no. gr. *A* de . . . trac. *om. T* 6 grece *C* 7 circulos *C*[1] 8 numerantur *K* qui est *dett.* 11 dies *K* : duodecim *Schwarz* 12 cui *CK* 13 gentibus *K* (*non A*) 14 biformis *K* (*non A*) et *om. T* 15 demonstretur *BT* a februa *codd.* (*etiam Trin.*) 16 cui neominiae sacrificabantur *K* 17 februarius *K* cons. Rom. *K* 18 a februa *codd.* (*etiam Trin.*) febre egr. *T* 20 actorem *T* 21 marem] martem *C*[1] concubendi *KT* 22 initio *K* 23 novum ver *T*[2] : november *BDT*[1]*A* (*ex*-bris) *Trin.* : primum (*ex*-us *C*) ver *CK* 24 praebetur *K* 25 afrodis *CK* : afrondis *ABT* greci *K* enim *om. A* Ἀφροδίτη] afrodis *codd.* 26 hoc in mense *K* (*non A*) aperientur *K* (*non A*) 27 a moribus maioris na. *K* (*non A*)

natu, qui erant principes reipublicae. Nam hunc mensem
maioribus, sequentem vero minoribus Romani consecraverunt.
Vnde et Iunius dicitur. Antea enim populus in centurias 9
seniorum et iuniorum divisus erat. Iulius vero et Augustus 10
de honoribus hominum, Iulii et Augusti Caesarum, nuncupati
sunt. Nam prius Quintilis et Sextilis vocabantur: Quintilis,
quia quintus erat a Martio, quem principem anni testantur
esse Romani; Sextilis similiter, quod sextus. September nomen 11
habet a numero et imbre, quia septimus est a Martio et imbres
habet. Sic et October, November atque December ex numero
et imbribus acceperunt vocabula; quem numerum decurrentem
December finit, pro eo quod denarius numerus praecedentes
numeros claudit. Kalendas autem, Nonas et Idus propter festos 12
dies Romani instituerunt; vel propter officia magistratuum. In
his enim diebus conveniebatur in urbibus. Quidam autem 13
Kalendas a colendo appellari existimant. Apud veteres enim
omnium mensuum principia colebantur, sicut et apud Hebraeos.
Idus autem plerique Latinorum ab edendo dictum putant, quod
hi dies apud veteres epularum essent. Nonae a nundinis 14
vocatae. Nundinae enim sunt publicae conventiones sive
mercimonia.

DE SOLSTITIIS ET AEQVINOCTIIS. Solstitium dictum quasi XXXIV
solis statio, quod tunc sole stante crescant dies vel noctes.
Aequinoctium appellatum quod tunc dies et nox horarum
spatio aequali consistunt. Duo sunt autem solstitia: unum 2
aestivum, VIII Kal. Iul., de quo tempore remeare sol ad
inferiores incipit circulos; aliud hiemale, VIII Kal. Ian., quo
tempore sol altiores incipit circulos petere. Vnde hiemalis
solstitii dies minimus, sicut aestivi maximus invenitur. Item 3

3 ante *CT ex corr.* centuria *CKT* 4 div. est *K* et *om.* C^1 8 romanis C^1 quod sit se. *K* 9 et imb. ha. sic et *om.* *K* (*non A*) 11 decurrente decembre *K* 12 num. praec. *om.* *T* 18 dictos *K* 19 apud] quod *B* Nonas *K*: non (*del.*) ea (*del.*) nonae *C* 21 metcimonia C^1 23 statium *K* crescat *C*: crescunt *K* 24 nox] noctes *KT ante corr.* 25 spatia aequalia *K* solicia K^1 26 estuum C^1: est iunium *T* de *om.* *K* 28 temp. alt. *K* hiemales . . . minores . . . maiores inveniuntur *K* 29 solistiis *T*

duo sunt aequinoctia, unum vernale et aliud autumnale, quae
Graeci ἰσημερίας vocant. Sunt autem haec aequinoctia die VIII
Kal. Apr. et VIII Kal. Oct., quia annus olim in duas tantum
partes dividebatur, hoc est in aestivum et hiemale solstitium, et
in duo hemisphaeria.

XXXV De temporibvs anni. Tempora anni quattuor sunt: ver,
aestas, autumnus et hiems. Dicta sunt autem tempora a com-
munionis temperamento, quod invicem se humore, siccitate,
calore et frigore temperent. Haec et curricula dicuntur, quia
2 non stant, sed currunt. Constat autem post factum mundum
ex qualitate cursus solis tempora in ternos menses fuisse divisa.
Quorum temporum talem veteres faciunt discretionem, ut primo
mense ver novum dicatur, secundo adultum, tertio praeceps.
3 Sic [et] aestas in suis tribus mensibus, nova, adulta et prae-
ceps. Sic [et] autumnus, novus, adultus et praeceps. Item
hiems, nova, adulta et praeceps sive extrema. Vnde est illud
(Virg. Georg. 1, 340):

Extremae sub casu hiemis.

Ver autem dictum quod viret. Tunc enim post hiemem vesti-
4 tur tellus herbis, et in florem cuncta rumpuntur. Aestas dicitur ab
aestu, id est a calore; et aestas quasi usta, id est exusta et arida.
5 Nam calor aridus est. Autumnus a tempestate vocatus quando
6 et folia arborum cadunt et omnia maturescunt. Hiemem ratio
hemisphaerii nuncupavit, quia tunc breviori sol volvitur circulo.
Vnde et hoc tempus bruma dicitur, quasi βραχύς, id est brevis;
vel a cibo, quod maior sit tunc vescendi appetitus. Edacitas
enim Graece βρῶμα appellatur; unde et inbrumarii dicuntur

2 octabo kalendarum octubrium et octabo kalendarum aprilium *T*[1] 3 tan. ol. in du. *T* 4 in hiem. *BC* 6 sunt qu. *C* 7 aut. hi. *K* autem *om. K* 8 quod] quo *K* 11 fuisset *T* 12 tales *K* discr. fac. *B* primum mensem *K* 13 secundum . . . tertium *BK* 14 et *hab. BK* : *om. ACT* 15 et *hab. BT* : *om. ACK* adul. praec. *K* (*non A*) item . . . praec. *om. A* 16 adul. praec. *K* unde et illud *A* : unde et est illud *B* : *om. K* 18 caso *K* : casum *C* 19 vertitur *B* 21 usta id est *om. K* : id est exusta *om. T* 22 Aut. autem a *K* vocatur *C* 25 βραχύς] brachin *C* : braxin *B* : bracin *K* : brasin *T* quasi βραχὺ ἦμαρ id est brevis dies *Serv. ad Aen.* 2, 472 27 βρῶμα] bruma (-mo *C*) *codd.* inbrumari *C*[1] : inbruniarii *ut vid. T* : brumarii *K* : brumatici *B* : brumati *Gloss.*

quibus fastidium est ciborum. Hibernus autem inter hiemem 7
et vernum est, quasi hievernus; qui plerumque a parte totum,
hiemem, significat. Haec tempora singulis etiam caeli partibus
adscribuntur. Ver quippe orienti datur, quia tunc ex terris 8
omnia oriuntur; aestas vero meridiano, eo quod pars eius
calore flagrantior sit; hiems septemtrioni, eo quod frigoribus
et perpetuo gelu torpet; autumnus occiduo, propter quod graves
morbos habet, unde et tunc omnis folia arborum defluit. Vt
autem autumnus abundet morbis, facit hoc confinium frigoris
et caloris, et conpugnantia inter se contrariorum aerum.

De annis. Annus est solis anfractus, cum peractis tre- XXXVI
centis sexaginta quinque diebus ad eadem loca siderum redit.
Annus autem dictus quia mensibus in se recurrentibus volvitur.
Vnde et anulus [dicitur], quasi annuus, id est circulus, quod in
se redeat; [ut] Vergilius (Georg. 2, 402):

Atque in se sua per vestigia volvitur annus.

Sic enim apud Aegyptios indicabatur ante inventas litteras 2
picto dracone caudam suam mordente, quia in se recurrit.
Alii annum dicunt ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι, id est ab innova-
tione; renovatur enim semper. Tria sunt autem genera an- 3
norum. Aut enim lunaris annus est triginta dierum; aut
solstitialis, qui duodecim continet menses; aut magnus, o-
mnibus planetis in eundem locum recurrentibus, qui fit post
annos solstitiales plurimos. Aera singulorum annorum est con- 4
stituta a Caesare Augusto, quando primum censu exagitato
Romanum orbem descripsit. Dicta autem aera ex eo, quod
omnis orbis aes reddere professus est reipublicae.

De olympiadibvs et lvstris et ivbileis. Olympias XXXVII
apud Graecos constituta apud Elidem Graeciae civitatem, Eliis

1 hieme et verno *BT*: hiemen et verno *C*[1]: hiemem et verem *K* 2 hivernus *C* tota *K* 5 mer. quod *K* 6 hiems . . . torpet *in fine paragraphi T* 8 omnes *K* folio *T* defluet *KT* 10 intra se *B* 12 eandem *KT* sid. loca *K* 13 currentibus *K* 14 dicitur *hab. BK*: *om. CT* anuus *K*: annus *T* 15 ut *hab. CK*: *om. BT* 18 mordentem *codd.* quia] qui *K* 19 alii] illi *K* id est *om. B* a renovatione *K* 20 genera] tempora *BC* 26 romanorum urbem *A* dicta . . . reip. *om. B*[1] au. est era *T* ex *om. A* 29 apud] apoto *K* colys ag. *K*: elisangentibus *C*[1]

agentibus agonem et quinquennale certamen, quattuor mediis annis vacantibus; et ob hoc Elidum certaminis tempus olympiadem vocaverunt, quadriennio in una olympiade supputato.
2 Lustrum vero est πεντετηρίς, id est quinquennium, quod quinto anno dicitur condi propter olympiadas a Romanis; adhuc enim consules, adhuc aera nondum erat. Est enim quinquennale tempus. Ideo vero sic vocatum, eo quod censu per quin-
3 quennium in republica peracto urbs Roma lustrabatur. Iubileus interpretatur remissionis annus. Est enim Hebraicus et sermo et numerus, qui septenis annorum hebdomadibus, id est, quadraginta novem annis texitur; in quo clangebantur tubae, et ad omnes revertebatur antiqua possessio, debita absolvebantur,
4 confirmabantur libertates. Hunc numerum etiam in diebus Pentecosten et ipsi celebramus post Domini resurrectionem, remissa culpa et totius debiti chirographo evacuato, ab omni nexu liberi suscipientes advenientem in nos gratiam Spiritus sancti.

XXXVIII De saecvlis et aetatibvs. Saecula generationibus constant; et inde saecula, quod se sequantur: abeuntibus enim aliis alia succedunt. Hunc quidam quinquagesimum annum
2 dicunt, quem Hebraei iubileum vocant. Ob hanc causam et ille Hebraeus, qui propter uxorem et liberos amans dominum suum aure pertusa servitio subiugatus, servire iubetur in saecu-
3 lum, hoc est usque ad annum quinquagesimum. Aetas plerumque dicitur et pro uno anno, ut in annalibus, et pro septem, ut hominis, et pro centum, et pro quovis tempore. Vnde et aetas tempus, quod de multis saeculis instruitur. Et dicta

2 eolydum *K*: Eliorum *Schwarz* 4 πεντετηρίς] pentesin *CK*: penteteresin *BT* 6 nondum] non *T* 7 sic *om. K* censum . . . peractum *K* 8 orbis C^1: urbis *KT* 9 sermone et numeru *K* 11 texitur *om. K* (*non A*) 12 omnem hominem rev. *K* adsolvebantur *T*: solvebantur *B* 13 libertas *C* etiam *om. K* 14 pentecostes *dett.* cebramus *K* Domini *om. T* 15 cyrografum deb. evacuatum *K* XXXVIII–IX *Pleniorem apparatum in editione Mommseniana chronicorum Isidori invenies* 19 se *om. BT* 20 aliis alii *BC*: ali *T* 23 a serv. subiugatis *C*: *om. K* (*non A*) 24 hoc est id est us. *K* 25 et *om. K* (*non A*) in *om. B* amnalibus C^1: animalibus *K*: annualibus *T* 26 certum C^1 unde etas *T*

aetas, quasi aevitas, id est similitudo aevi. Nam aevum est 4
aetas perpetua, cuius neque initium neque extremum noscitur,
quod Graeci vocant αἰῶνας; quod aliquando apud eos pro
saeculo, aliquando pro aeterno ponitur. Vnde et apud Latinos
est derivatum. Aetas autem proprie duobus modis dicitur: 5
aut enim hominis, sicut infantia, iuventus, senectus: aut mundi,
cuius prima aetas est ab Adam usque ad Noe; secunda a Noe
usque ad Abraham; tertia ab Abraham usque ad David; quarta
a David usque ad transmigrationem Iuda in Babyloniam; quinta
deinde [a transmigratione Babylonis] usque ad adventum Sal-
vatoris in carne; sexta, quae nunc agitur, usque quo mundus
iste finiatur. Quarum decursus per generationes et regna ita 6
inspicitur.

DE DESCRIPTIONE TEMPORVM. Prima aetas in exordio sui XXXIX
continet creationem mundi. Primo enim die Deus [in] lucis
nomine condidit angelos; secundo in firmamenti appellatione
caelos; tertio in discretionis vocabulo speciem aquarum et
terrae; quarto luminaria caeli; quinto animantia ex aquis;
sexto animantia ex terra et hominem, quem appellavit Adam.

Prima aetas. Adam ann. CCXXX genuit Seth, a quo filii 2
Dei. [CCXXX]. Seth ann. CCV genuit Enos, qui coepit invo-
care nomen Domini. [CCCCXXXV]. Enos ann. CXC genuit Cai-
nan. [DCXXV]. Cainan ann. CLXX genuit Malalehel. [DCCXCV].
Malalehel ann. CLXV genuit Iareth. [DCCCCLX]. Iareth ann. 3
CLXII genuit Enoc, qui translatus est. [MCXXII]. Enoc ann.
CLXV genuit Matusalam. [MCCLXXXVII]. Matusalam ann. 4
CLXVII genuit Lamech. [MCCCCLIV]. Lamech ann. CLXXXVIII
genuit Noe. Arca aedificatur. [MDCXLII]. Noe autem ann.

9 Iuda in *om. K* (*non A*) babillonis *K* (*non A*) 10 deinde *om. K* a transm. Bab. *hab. K*: *om. ABCT* Salv. *ABCT*: Christi *K* 11 in carne *om. K* (*non A*) agitur *om.* K^1 14 aet. est in C^1 15 rationem mun. *K* in *hab. K*: *om.* B^1CT § 2 sqq. *Numeros annorum mundi hab.* (*inter textum*) *ATU*: *om. BCK*. *Eos dedi inter textum uncinis inclusos, neglecta in apparatu critico discrepantia codicum* 20 CCXXX] CXXX *C* 22 CLXXXX] CXL *K*: CLXV *T* 25 Enoch autem a. *K* 26 CLXV] CLXVI *C* 28 arca aed. *om. K* Noe autem . . . diluvium *BTU*: Noe vero . . . catacl. an. IIMCCXLII *CK*

dc factum est diluvium. [iimccxlii]. [Noe vero d cum esset
annorum genuit tres filios, Sem, Cham et Iaphet. Cuius sex-
centesimo vitae anno factum est diluvium. Sunt autem ab
Adam usque ad cataclismum anni iimcclii]. **Secunda aetas**.
5 Sem [cum esset annorum c] ann. ii post diluvium genuit
Arfaxat, a quo Chaldaei. [iimccxliv]. Arfaxat ann. cxxxv
genuit Sala, a quo Samaritae et Indi. [iimccclxxix]. Sala
6 ann. cxxx genuit Heber, a quo Hebraei. [iimdix]. Heber
ann. cxxxiv genuit Falec. Turris aedificatur [hoc tempore
divisae sunt linguae et per orbem terrae facta est dispersio in
aedificatione turris]. [iimdcxliii]. Falec ann. cxxx genuit
Ragau. Dii primum adorantur. [iimdcclxxiii]. Ragau ann.
cxxxii genuit Seruc. Regnum inchoat Scytharum. [iimdccccv].
7 Seruc ann. cxxx genuit Nachor. Regnum Aegyptiorum nasci-
tur. [iiimxxxv]. Nachor ann. lxxix genuit Thara. Regnum
Assyriorum et Siciniorum exoritur. [iiimcxiv]. Thara ann. lxx
genuit Abraham. Zoroastres magicam repperit. [iiimclxxxiv].
8 **Tertia aetas**. Abraham ann. c genuit Isaac et Ismahel, a quo
Ismahelitae. [iiimcclxxxiv]. Isaac ann. lx genuit Iacob. Argi-
vorum regnum inchoat. [iiimcccxliv]. Iacob ann. xc genuit
Ioseph. Phoroneus Graeciae leges dedit. [iiimccccxxxiv].
9 Ioseph ann. cx. Graecia segetes habere coepit. [iiimdxliv].
Hebraeorum [in Aegypto] servitus ann. cxliv. Athlans astro-
logiam invenit. [iiimdclxxxviii]. Moyses ann. xl. Hebraei
10 litteras habere coeperunt. [iiimdccxxviii]. Iosue ann. xxvii.
Ericthonius in Troia [primus] quadrigam iunxit. [iiimdcclv].
Gothonihel ann. xl. Catmus litteras Graecis dedit. [iiimdccxcv].

5 cum es. an. c *hab. CK* : *om. BTU* post dil. *om. T* (*non U*) 7 Sala] cainan *K* a quo . . . Indi *om. B* : cainan cum esset annorum cxxx genuit salam a quo . . . Indi *K* 9 turr. aed. *BCU* : tunc turr. aed. *T* : hoc temp. . . . in aed. turr. *K* 11 Falec autem an. *B* 12 tunc primum dii adorantur K^2 (*om.* K^1) Ragau . . . Scyth. *om.* K^1 13 cxxxv K^2 reg. tunc inc. CK^2 inquoatus citharum C^1 14 Ser. . . . nasc. *om.* K^1 nascitur] incoat *T ante corr.* 17 Zor. artem mag. *K* 18 quo et Ism. *C* 19 Arg. reg. in. *om. AK* (*non Bern. extr.*) 20 xc] lxl *U* : xl *T* : lxv *CK* 22 cx] cviiii *K* capit C^1 23 in Aeg. *hab. KU* : *om. BCT* servitutis *C* 24 xl rexit populum Hebr. *Bern. extr.* (*non AU*) 25 xxvii] xcvii *K* 26 primus *hab. CK* : *om. BT*

Aoth ann. LXXX. Fabulae fictae [sunt]. [IIIMDCCCLXXV].
Debbora ann. XL. Apollo [medicinae artem invenit] citharam
repperit. [IIIMDCCCCXV]. Gedeon ann. XL. Mercurius lyram 11
condidit. [IIIMDCCCCLV]. Abimelech ann. III. Chorus in
Graecia inventus. [IIIMDCCCCLVIII]. Tola ann. XXIII. Priamus
regnavit in Troia. [IIIMDCCCCLXXXI]. Iair ann. XXII. Car-
mentis Latinas litteras repperit. [IVMIII]. Iepte ann. VI.
Hercules flammis se iniecit. [IVMIX]. Abessa ann. VII. Alex-
ander Helenam rapuit. [IVMXVI]. Abdon ann. VIII. Troia 12
capta est. [IVMXXIV]. Samson ann. XX. Ascanius Albam
condidit. [IVMXLIV]. Eli [sacerdos] ann. XL. Arca testamenti
capitur. [IVMLXXXIV]. Samuhel et Saul ann. XL. Homerus
fuisse putatur. [IVMCXXIV]. **Quarta aetas.** David ann. XL. 13
Carthago a Didone conditur. [Gad, Nathan et Asaph pro-
phetaverunt.] [IVMCLXIV]. Salomon ann. XL. Templum
Hierosolymis aedificatur. [IVMCCIV]. Roboam ann. XVII. 14
Regnum Israhel et Iuda dividitur. [IVMCCXXI]. Abia ann. III.
Sub quo Abimelech pontifex fuit. [IVMCCXXIV]. Asab ann.
XLI. Achias, Amos, Ieu, Iohel [et Azarias] prophetaverunt.
[IVMCCLXV]. Iosaphat ann. XXV. Prophetavit Helias, Abdias 15
et Micheas. [IVMCCXC]. Ioram ann. VIII. Prophetavit Helias
et Heliseus. [IVMCCXCVIII]. Ochozias ann. I. Helias rapi-
tur. [IVMCCXCIX]. Athalia ann. VII. Ionadab sacerdos claruit.
[IVMCCCVI]. Ioas ann. XL. Heliseus moritur. [IVMCCCXLVI]. Ama- 16
sias ann. XXIX. Carthago condita. [IVMCCCLXXV]. Ozias ann.
LII. Olympias a Graecis instituitur. [IVMCCCCXXVII]. Ioathan
ann. XVI. Romulus nascitur. [IVMCCCCXLIII]. Acaz ann. XVI. 17

1 sunt *hab. CKU* : *om. BT* 2 medic. art. inv. *hab. B* : *om.* C^1*KTU* (Ap. . . . Gedeon ann. XL *om. Bern. extr.*) 3 libram T^1 5 XXIII] XXII *B* 6 regnavit *BCT* : regnat *KU* 7 VI] VII *K* 8 abessa *KT* : esebon *BC* 9 Labdon *B* 11 sacerdos *hab. BC* : *om. KTU* 12 et Saul *om. KU* 14 Gad . . . proph. *hab. BC* : *om. KT* prophetabant *B* 15 XL *om. K* 17 Israhel] roboam *T* 19 XLI] XLII *T* et Az. *hab. B* (*ante* proph.) *C* (*post* proph.) : *om. KTU* 20 XXV] XXVI *T* prophetaverunt *K* Prophetavit . . . Ioram ann. VIII *om.* T^1 (*non U*) 21 Ioram] Ioas *K* Helias prophetavit et Heliseus *K* (*non U*) 23 Atalia *T* : Otholia *K* : Gotolia *BC* 24 Ioas] Iosias *K* (*non U*)

Roma conditur. [IVMCCCCLIX]. Ezechias ann. XXIX. Senatus
Romae fit. [IVMCCCCLXXXVIII]. Manasses ann. LV. Sibylla
Samia claruit. [IVMDXLIII]. Amon ann. XII. Census primum
18 agitur. [IVMDLV]. Iosias ann. XXXII. Thales philosophus
agnoscitur. [IVMDLXXXVII]. Ioachim ann. XI. Nabuchodo-
nosor Iudaeam capit. [IVMDXCVIII]. Sedechias ann. XI. Tem-
plum Hierosolymis incensum est. [IVMDCIX]. **Quinta aetas.**
19 Hebraeorum captivitas ann LXX. Iudith historia conscribitur.
[IVMDCLXXIX]. Darius ann. XXXIV. Iudaeorum captivitas sol-
vitur. [IVMDCCXIII]. Xerxes ann. XX. Sophocles et Euri-
pides tragoedi celebrantur [celeberrimi ac insignes habentur].
20 [IVMDCCXXXIII]. Artaxerxes ann. XL. Esdras incensam legem
renovat. [IVMDCCLXXIII]. Darius [qui et Nothus] ann. XIX.
Haec aetas habuit Platonem [IVMDCCXCII]. Artarxerxes ann.
21 XL. Hester historia expletur. [IVMDCCCXXXII]. Artarxerxes
[qui et Ochus] ann. XXVI. Demosthenes et Aristoteles praedi-
cantur. [IVMDCCCLVIII]. Xerxes [Ochi filius] ann. IV. Xeno-
crates inlustris habetur. [IVMDCCCLXII]. Darius [Arsami filius]
ann. VI. Alexander Hierosolymam cepit. [IVMDCCCLXVIII].
22 Alexander [Macedo] ann. V. [Alexander] Asiam obtinuit.
[IVMDCCCLXXIII]. Ptolomaeus ann. XL. Macchabaeorum liber
inchoat primus. [IVMDCCCCXIII] Philadelphus ann. XXXVIII.
Septuaginta interpretes agnoscuntur. [IVMDCCCCLI]. Euer-
getes ann. XXVI. Iesus Sapientiae librum conponit.
23 [IVMDCCCCLXXVII]. Philopater ann. XVII. Macchabaeorum
secundi libri historia. [IVMDCCCCXCIV]. Epiphanes ann.

1 Roma cond.] senatus rome fit *T* Ez. a. XXIX *om.* T^1 : *add.* T^2 4 Iosias] Ioas *B* 6 cepit *T* 8 conscripsit *T* (*non U*) 9 XXXIIII] XXXVII *CK* 11 celebrantur *BCT* : celebratur *U* : celeberrimi . . . haben. *K* 13 renovavit (*ex* renno-) *C* : renovat *ex* revocat *A* qui et No. *hab. KU* (est) : *om. BCT* 16 qui et Och. *hab. B* (*ante* Art.) *K* : *om. CTU Bern. extr.* qui . . . Xerxes *om. A* XXVI] XXXVI *Bern. extr.* 17 Xerxes] Arses *K* Ochi fil. *hab. K* : *om. BCTU Bern.* 611 18 Ars. fil. *hab. K* : *om. ABCTU Bern. extr.* 20 Macedo *hab. C* (*ex* -dos) *KU* : *om. BT Bern. extr.* Alexander *hab. CTU Bern. extr.* : *om. B* : qui et *K* obt. Deinc alexandrie (-lax-) reges incipiunt Photlomeus (Ptol-) *UT marg.* 23 agnoscuntur] habentur *T* (*non U*) 24 XXVI] XXVII CT^1 26 secundus liber scribitur *K* : secundi libri storiam *T* : secundi libri storia (hist-) conponitur *BC* : secundi libri storia scribitur *U*

xxiv. Romani Graecos obtinuerunt. [vmxviii]. Philometer
ann. xxxv. Scipio Africam vicit. [vmliii]. Euergetes ann. 24
xxix. Brutus Hispaniam subegit. [vmlxxxii]. Soter ann. xvii.
Thraces Romanis subiciuntur. [vmxcix]. Alexander ann. x.
Syria [a] Romanis subiecta est. [vmcix]. Ptolomaeus ann. 25
viii. Rhetorica ars Romae coepit. [vmcxvii]. Dionysius ann.
xxx. Pompeius Iudaeam capit. [vmcxlvii]. Cleopatra ann.
ii. Aegyptus Romanis subditur. [vmcxlix]. Iulius [Caesar]
ann. v. Hic prior monarchiam tenuit. [vmcliv]. **Sexta aetas.**
Octavianus ann. lvi. Christus nascitur. [vmccx]. Tiberius 26
ann. xxiii. Christus cruci figitur. [vmccxxxiii]. Gaius Caligula
ann. iv. Matthaeus Evangelium [suum] scripsit. [vmccxxxvii].
Claudius ann. xiv. Marcus Evangelium edidit. [vmccli]. Nero 27
ann. xiv. Petrus et Paulus necantur. [vmcclxv]. Vespasia-
nus ann. x. Hierosolyma a Tito subvertitur. [vmcclxxv].
Titus ann. ii. Hic facundus et pius fuit. [vmcclxxvii]. 28
Domitianus ann. xvi. Iohannes in Pathmos relegatur.
[vmccxciii]. Nerva ann. i. Iohannes Ephesum redit.
[vmccxciv]. Traianus ann. xix. Iohannes apostolus requiescit.
[vmcccxiii]. Hadrianus ann. xxi. Aquila interpres habetur. 29
[vmcccxxxiv]. Antoninus [Pius] ann. xxii. Valentinus et
Marcion agnoscuntur. [vmccclvi]. Antoninus [Verus] ann.
xix. Cataphrygarum haeresis oritur. [vmccclxxv]. Commo- 30
dus ann. xiii. Theodotion interpres habetur. [vmccclxxxviii].
Helius Pertinax ann. i. Nihil habet historiae. [vmccclxxxix].
Severus ann. xviii. Symmachus interpres habetur. [vmccccvii].
Antoninus ann. vii. Quinta editio Hierosolymis invenitur. 31

2 africanus C^1 3 xxix] xviiii *C* 4 traces *ex* siriisa *T* subiecta est *T* 5 siriis *T* a *hab. CT* : *om. BK* 6 romam cepit *T* 8 Caesar *hab. BK* : *om. CT* 9 v] vi *K* prior *BKTU* : primus *C* 10 lvi] lii *ex* lv *K* 12 Ev. suum scr. *K* (*non A*) scribit *B* 13 marcus christum evangelizat *U* 18 rediit *KT* 19 xix] xviii *K* apostolus *om. U* requiebit *T* 21 antonius *KTU* Pius *hab.* CKT^2 : *om.* BT^1U 22 agnoscitur *KT* (*non U*) Ant. . . . oritur *om.* T^1 antonius $CKUT^2$ Verus *hab. K* : *om. BCU* : minor T^2 23 xviii T^2 (*cum Isid. Chronic. codd.*) 27 Antonius *KTU* Ant. sueri T^2 edictio C^1 iherosolimis (*sim.*) *TU* : in hierusolimis *K*

[vmccccxiv]. Macrinus ann. i. Huius brevitas vitae nihil
gestorum habet. [vmccccxv]. Aurelius ann. iii. Sabellius
32 oritur. [vmccccxviii]. Alexander ann. xiii. Origenes in-
signis habetur. [vmccccxxxi]. Maximus ann. iii. Iste Ger-
manos vicit. [vmccccxxxiv]. Gordianus ann. vii. Hic de Par-
33 this et Persis triumphavit. [vmccccxli]. Philippus ann. vii.
Hic primus Christianus imperator fuit. [vmccccxlviii]. Decius
ann. i. Antonius monachus claruit. [vmccccxlix]. Gallus
ann. ii. Novatus haeresim condidit. [vmccccli]. Valerianus
34 ann. xv. Cyprianus martyrio coronatur. [vmccclxvi]. Clau-
dius ann. ii. Iste Gothos ab Illyrico expulit. [vmccclxviii]. Au-
relianus ann. v. Iste Christianos persequitur. [vmccclxxiii].
35 Tacitus ann. i. [Nihil memorabile egit.] [vmccclxxiv]. Pro-
bus ann. vi. Manichaeorum haeresis orta est. [vmccclxxx].
Carus ann. ii. Iste de Persis triumphat. [vmccclxxxii].
Diocletianus ann. xx. Iste divinis libris adustis, martyria facit.
[vmdii]. Galerius ann. ii. [Nihil dignum historiae contulit].
36 [vmdiv]. Constantinus ann. xxx. Nicaena synodus congre-
gatur. [vmdxxxiv]. Constantius ann. xxiv. Anthropomor-
phitarum haeresis oritur. [vmdlviii]. Iulianus ann. ii. Hic
37 ex Christiano paganus efficitur. [vmdlx]. Iovianus ann. i.
Iste iterum Christianus effectus est. [vmdlxi]. Valentinianus
ann. xiv. Gothi haeretici efficiuntur. [vmdlxxv]. Gratianus
ann. vi. Priscillianus agnoscitur. [vmdlxxxi]. Valentinianus
ann. ix. Hieronymus in Bethleem praedicatur. [vmdxc].
Theodosius ann. iii. Iohannes Anachoreta claruit. [vmdxciii].
38 Arcadius ann. xiii. Iohannes Chrysostomus floruit. [vmdcvi].
Honorius ann. xv. Augustinus Episcopus claruit. [vmdcxxi].

2 gestorum habet] habet storie *T* (*non U*) Aurelius aurelianus *B* (*non A*) iii] iiii *B* 3 orig. alexandrie insig. *U* 5 vii] vi *B* 8 Antoninus *B* Gallerius *T* (*non U*) 9 condit *B* 12 v] vi *K* 13 nihil memorabile egit *CK* : huius vitae brebitas prenotatione (-notione) caret T^2U : haec vita brevitas natāl (*i.e.* natalis) prenotat *H* : *om.* ABT^1 14 vi] vii *K* 16 xx] xxv *K* 17 nihil . . . cont. *CU* : nil historiae gessit *K* : *om. ABT* 20 ann. ii] secundus *B* 21 ex] et C^1 22 Valens (-les) *KU* 24 vi ambrosius mediolanus et martinus turonensis insignis habetur priscill. *B* Valentianus *K* (*non U*) 25 ix] vii *BC* 26 iii] *ex* iiii *ut vid. K* 27 floruit] claruit *K* (*non U*)

Theodosius ann. xxvii. Nestorius haeresiarches extitit.
[vmdcxlviii]. Marcianus ann. vi. Chalcedonensis synodus 39
agitur. [vmdcliv]. Leo maior ann. xvi. Aegyptus errore
Dioscori latrat. [vmdclxx]. Zenon ann. xvii. Acephalorum
haeresis orta est. [vmdclxxxvii]. Anastasius ann. xxvii. Ful- 40
gentius Episcopus praedicatur. [vmdccxiv]. Iustinus ann. viii.
Acephalorum haeresis abdicatur. [vmdccxxii]. Iustinianus
ann. xxxix. Wandali Africa extinguntur. [vmdcclxi]. Iustinus
ann. xi. Armeni fidem Christi suscipiunt. [vmdcclxxii].
Tiberius ann. vii. Langobardi Italiam capiunt. [vmdcclxxix]. 41
Mauricius ann. xxi. Gothi catholici efficiuntur. [vmdccc].
Phocas ann. vii. Romani caeduntur a Persis [vmdcccvii].
Heraclius septimum decimum agit annum. [vmdcccxxiv]. [Huius 42
quinto et quarto religiosissimi principis Sisebuti] Iudaei [in] Hispania Christiani efficiuntur. [Colligitur omne tempus ab exordio mundi usque in praesentem gloriosissimi Recesvinti principis annum x, qui est aera dcxcvi, ann. vmdccclvii]. Residuum sextae aetatis tempus Deo soli est cognitum.

1 xxvii] iii *K* (*non U*) haer.] arce *K*[1] : heresis arce *K*[2] existit *B* 5 xxvii] xxviii *K* 6 Episcopus *om. K* (*non AU*) Iustinus . . . abd. *om. K* Iustinus maior *U* (*non A*) 7 Aceph. haer. abd. *hab. BCTW* : *om. U* 8 xxix *T* (*cum Isid. Chronic. codd. parte*) extinguitur *T* (*non W*) 11 effecti sunt *C* 12 vii] viiii *T* (*non W*) 13 Er. xvii ann. agit *K* : Er. ann. xvii *MX Par. extr.* : Er. xvii nunc agit imperii annum *V* : Er. septimum decimum nunc agit annum *U* : Er. xvii decimum aget (-it) annum *TW Bern. extr.* : Er. xxvii (ann. xxvii) *BCD Trin.* : Er. ann. xxii *G* : Er. xiiii (*ut vid.*) annum agit imperii sui *A* : Er. annus xviii agit *H* huius . . . Sisebuti *hab. CDGHIX Trin.* : *om. AKM Bern. extr. TUVW* : huius (*cetera huius libri desunt*) *B* : huius imperii xiiii anno *Par. extr.* 14 in *hab. AGTVWX Trin.* : *om. CDHIKMU* ispania (sp-) iudei *CDI* : iudes hispania *H* : iudaei ab ispanis *Par. extr.* : iudaeam hispania *Bern. extr.* 15 Christ. effic.] baptizantur *CDGIX Trin.* Colligitur omne etc. *hab. C* (*marg.*) *DH* : *om. AGIKM Par. extr. Bern. extr. Trin. TUVWX* 16 glor. . . . qui] diem seculi secessu temporum annorum quae *D* : annum recessuinthin prīn annus x qui *H* 17 ae. dcxcvi] ae. dclxlvi annus *C marg.* : ae. dclxvi *D* : eracli xviii *H* 18 soli] solio *Bern. extr.* cogn. est *XH* (*non I Trin.*) : est cogn. hav initio mundi usque ad septimo decimo eraclii annum sunt ann. ·v·dcccxiiii *M*

LIBER VI

DE LIBRIS ET OFFICIIS ECCLESIASTICIS

1 De Veteri et Novo Testamento. Vetus Testamentum
ideo dicitur, quia veniente Novo cessavit. De quo Apostolus
meminit dicens (Corinth. ii. 5, 17): 'vetera transierunt, et ecce
2 facta sunt nova.' Testamentum [autem] Novum ideo nuncu-
patur, quia innovat. Non enim illud discunt nisi homines
renovati ex vetustate per gratiam, et pertinentes iam ad Testa-
3 mentum Novum, quod est regnum caelorum. Hebraei autem
Vetus Testamentum, Esdra auctore, iuxta numerum litterarum
suarum in viginti duos libros accipiunt, dividentes eos in tres
4 ordines: Legis scilicet, Prophetarum et Hagiographorum. Primus
ordo Legis in quinque libris accipitur, quorum primus est
Bresith, quod est Genesis; secundus Veelle Semoth, quod est
Exodus; tertius Vaiicra, quod est Leviticum; quartus Vaie-
dabber, quod est Numerus; quintus Elleaddebarim, quod est
5 Deuteronomium. Hi sunt quinque libri Moysi, quos Hebraei
Thora, Latini Legem appellant. Proprie autem Lex appellatur,
6 quae per Moysen data est. Secundus ordo est prophetarum,
in quo continentur libri octo, quorum primus Iosuae Benun:
qui latine Iesu Nave dicitur; secundus Sophtim, quod est
Iudicum; tertius Samuel, qui est Regum primus; quartus
Malachim, qui est Regum secundus; quintus Esaias; sextus
Ieremias; septimus Ezechiel; octavus Thereazar, qui dicitur
Duodecim Prophetarum, qui libri, quia sibi pro brevitate adiuncti

3 et *om.* *C*   4 autem *hab.* *CKW*: *om.* *BT*   9 xx duobus libris *K* (*non A*)   eos scilicet in *K* (*non A*)   10 le. vidilicet *K* (*non A*)   11 accipiuntur *K*   12 bresith *BCK*: bresit *T*   elesmoth *BT*: ellesmoth *C*: hellesmoth *K*   13 vaiecra *B*: baiegra C^1: vagegra *K*: vagrecra *T*   leviticus *K*   vaiaetaber *B*: baietaber C^1: vaiedaber *K*: bagetaber *T*   14 elladabarim *BT*: elladaberin *C*: addabarim *K*   16 torat *B*: thora *C*: thorat *K*: torath *AT*   Latini] id est *K*   19 dic. hiesunave *K*   sobtim *BC*: sopthim *K*: soptim T^1: sophtim T^2 21 malachim *BK*: malacim C^1T 22 taresta *ex* tarisra *ut vid.* *B*: taresra C^1T: thareara *K*: Sene asar *Schwarz*   23 quia sibi *AB*: sibi C^1K: quasi *T*

sunt, pro uno accipiuntur. Tertius [est] ordo Hagiographorum, 7
id est sancta scribentium, in quo sunt libri novem, quorum primus Iob; secundus Psalterium; tertius Masloth, quod est Proverbia Salomonis; quartus Coheleth, quod est Ecclesiastes; quintus Sir hassirim, quod est Canticum canticorum; sextus Daniel; septimus Dibre haiamim, quod est verba dierum, hoc est Paralipomenon; octavus Esdras; nonus Hester; qui simul omnes quinque, octo et novem fiunt viginti duo, sicut superius
conprehensi sunt. Quidam autem Ruth et Cinoth, quod Latine 8
dicitur Lamentatio Ieremiae, Hagiographis adiciunt, et viginti quattuor volumina Testamenti Veteris faciunt, iuxta viginti quat-
tuor seniores qui ante conspectum Dei adsistunt. Quartus est 9
apud nos ordo Veteris Testamenti eorum librorum qui in canone Hebraico non sunt. Quorum primus Sapientiae liber est; secundus Ecclesiasticus; tertius Thobias; quartus Iudith; quintus et sextus Macchabaeorum; quos licet Iudaei inter apocrypha separant, ecclesia tamen Christi inter divinos libros et honorat
et praedicat. In Novo autem Testamento duo sunt ordines. 10
Primus evangelicus, in quo sunt Matthaeus, Marcus, Lucas et Iohannes. Secundus apostolicus, in quo sunt Paulus in quattuordecim Epistolis, Petrus in duabus, Iohannes in tribus, Iacobus et Iudas in singulis, Actus Apostolorum, et Apocalypsin
Iohannis. Summa autem utriusque Testamenti trifarie di- 11
stinguitur: id est in historia, in moribus, in allegoria. Rursus ista tria multifarie dividuntur: id est quid a Deo, quid ab angelis, vel ab hominibus gestum dictumque sit; quid a prophetis nuntiatum de Christo et corpore eius; quid de diabolo et mem-

1 sunt ideoque pro *K* (*non A*) accipitur T^1 est *hab.* *BC*: *om.* *KTU* 3 *post* secundus *add.* saphertallim id est T^2 masloth *BCK*: maloth *T* quod] id *K* 4 adcoeleth BKT^1: adceolet C^1: adcoheleth T^2 5 sirasirin *BCT*: sirasirim *K* cantica cant. *BC* 6 dabraeiamin *B*: dabreiamin *CT*: dabriiamin *K* 7 Paral. qui et Chronicon oct. *B* 9 cinoth *BCT*: cynoth *K* quod] qui *B* 14 non sunt hebr. *K* 15 tobi *codd.* 16 quo scilicet *DT*: quos scilicet C^1: quo licet *B*: quos etiam *H* (*non Trin.*) 17 separent *K* Christi *om.* *K* (*non A*) 19 Luc. Ioh. *T* 22 Apost. Apoc. *CK* 23 Iohannis *om.* *BC* 24 mor. et in all. *K* 25 ista tria] historia *K* ad deo B^1 ad ang. C^1 26 vel] quit *T* (*i. e.* quid) dictum sit *T* 27 nunt.] pronuntiantur *T*

bris ipsius; quid de veteri et novo populo; quid de praesenti
saeculo et futuro regno atque iudicio.

II De scriptoribus et vocabulis sanctorum librorum.
Veteris Testamenti secundum Hebraeorum traditionem hi
perhibentur auctores. Primus Moyses divinae historiae cosmo-
graphiam in quinque voluminibus edidit, quod Pentatichum
2 nominatur. Pentateuchus autem a quinque voluminibus dici-
tur; πέντε enim Graece quinque, τεῦχος volumen vocatur.
3 Genesis liber inde appellatur, eo quod exordium mundi et
4 generatio saeculi in eo contineatur. Exodus vero exitum ab
Aegypto, vel egressum populi Israelis digerit, et ex ea causa
5 nomen accepit. Leviticus appellatus eo quod Levitarum mini-
steria et diversitatem victimarum exequitur, totusque in eo ordo
6 Leviticus adnotatur. Numerorum liber vocatur eo quod in eo
egressae de Aegypto tribus dinumerantur, et quadraginta dua-
7 rum per eremum mansionum in eo discriptio continetur. Deute-
ronomium Graeco sermone appellatur, quod Latine interpretatur
secunda lex, id est repetitio et evangelicae legis praefiguratio;
quae sic ea habet quae priora sunt, ut tamen nova sint omnia
8 quae in eo replicantur. Iosue liber nomen accepit a Iesu filio
Nave, cuius historiam continet; scriptorem vero eius eundem
Iosue Hebraei adseverant; in cuius textu post Iordanis transi-
tum regna hostium subvertuntur, terra populo dividitur et per
singulas urbes, viculos, montes atque confinia Ecclesiae caele-
9 stisque Hierusalem spiritalia regna praefigurantur. Iudicum
nominatur a principibus populi, qui praefuerunt in Israel post
Moysen et Iosue, antequam David et ceteri reges existerent.
Hunc librum edidisse creditur Samuel. Liber Samuel eiusdem
Samuelis nativitatem et sacerdotium et gesta describit; idcirco
10 et ab eo nomen accepit. Et quamvis hic liber Saul et David

2 regno] rego *T ante corr.*: *om. K* 4 Hebr. trad. *ABCT*: hebreos *K* 5 probentur *B* 7 Pent. . . . vocatur *ABCT* (*om.* a) *U*: penta enim grece a quinque voluminibus vocatur *K* 10 cont.] coronatur C^1 11 regressum *K* 12 appellatur *K* (*T incert.*) 14 levitici adn. C^1 18 et *om. T* 19 quae sic *B*: qui sic *CK*: qui sic in *T* 21 eius eundem] eiusdem *B* 22 adserunt *B* textum *B* 24 viculos *ex* vicos *T* 29 discribit *K*: discripsit *T*

historiam contineat, utrique tamen ad Samuel referuntur, quia
ipse uncxit Saul in regnum, ipse David in regem futurum.
Cuius libri primam partem conscripsit idem Samuel, sequentia
vero eius usque ad calcem scripsit David. Malachim liber 11
proinde appellatur, eo quod reges Iudae et Israeliticae gentis
gestaque eorum per ordinem digerat temporum. Melachim
enim Hebraice, Latine Regum interpretatur. Hunc librum
Ieremias primus in unum volumen coegit. Nam antea sparsus
erat per singulorum regum historias. Paralipomenon Graece 12
dicitur, quod nos praetermissorum vel reliquorum dicere possu-
mus, quia ea, quae in lege vel regum libris vel omissa vel non
plene relata sunt, in isto summatim ac breviter explicantur.
Librum Iob quidam Moysen scripsisse arbitrantur, alii unum ex 13
prophetis, nonnulli vero eundem Iob post plagam suae passionis
scriptorem fuisse existimant, arbitrantes ut, qui certamina spiritalis
pugnae sustinuit, ipse narraret quas victorias expedivit. Principia 14
autem et fines libri Iob apud Hebraeos prosa oratione contexta
sunt, media autem ipsius ab eo loco, quo ait (3, 3): 'pereat
dies in qua natus sum,' usque ad eum locum (42, 6): 'idcirco
ego me reprehendo et ago poenitentiam,' omnia heroico metro
discurrunt. Psalmorum liber Graece psalterium, Hebraice nabla, 15
Latine organum dicitur. Vocatus autem Psalmorum [liber] quod,
uno propheta canente ad psalterium, chorus consonando respon-
deret. Titulus autem in psalmis Hebraicus ita est, Sepher The-
hilim, quod interpretatur volumen hymnorum. Auctores autem 16
psalmorum qui ponuntur in titulis: Moyses scilicet et David et
Salomon, Asaph, Ethan et Idithun et filii Core, Eman, Ezraithae
et reliquorum, quos Esdras uno volumine conprehendit. Omnes 17

4 usque calcem *T* librum *K* 6 malat *B* : malac *C* : malach *K* : malacie *T* 8 primum *K* ante *K* 9 storias regnum (*corr.* regn. stor.) *T* 15 exstimant *T*: extimant *B*[1] 16 narret *K* 17 finis *K* texta sunt *BC* : contexta est *K* (*non A*) 18 quo] ubi *K* 19 qua] quo *C* eum] eundem *K* 21 librum *K* (*non A*) nabla] safartallim *T*[2] (*non W*) 22 vocatur *K* liber *hab. ABC* : *om. KTW* 23 una *B* chorus (co-, -ros) *ABCTW* : cantus *K* 24 ebraicis *T* isphirthallim *BCW* : isphirtallim *K* : isphirthaillim *T* 25 autem] vero *K* 27 et asaph et edithun *K* ezrahelitae (-ael-) *BT* : ezraflite *C*[1] : ezdra *K* 28 uno *om. B*[1]

autem psalmi apud Hebraeos metrico carmine constant esse
conpositi. Nam in more Romani Flacci et Graeci Pindari,
nunc alii iambo currunt, nunc Alcaico personant, nunc Sapphico
18 nitent trimetro, vel tetrametro pede incedentes. Salomon, filius
David, rex Israel iuxta numerum vocabulorum suorum tria
volumina edidit, quorum primus est Masloth: quem Graeci
Parabolas, Latini Proverbiorum nominant, eo quod in ipso sub
conparativa similitudine figuras verborum et imagines veritatis
19 ostenderit. Ipsam autem veritatem ad intellegendum legentibus
reservavit. Secundum librum Coheleth vocavit, qui Graece
Ecclesiastes dicitur, Latine Contionator, eo quod sermo eius
non specialiter ad unum, sicut in Proverbiis, sed ad universos
generaliter dirigatur, docens omnia, quae in mundo cernimus,
20 caduca esse et brevia, et ob hoc minime adpetenda. Tertium
librum Sir hassirim praenotavit, qui in Latinam linguam vertitur
Canticum canticorum, ubi per epithalamium carmen coniunctionem Christi et Ecclesiae mystice canit. Dictum autem Canticum canticorum, eo quod omnibus canticis praeferatur, quae in
Scripturis sacris habentur, sicut quaedam in lege dicuntur sancta,
21 quibus maiora sunt sancta sanctorum. Horum autem trium
librorum carmina hexametris et pentametris versibus apud suos
conposita perhibentur, ut Iosippus Hieronymusque scribunt.
22 Esaias, evangelista potius quam propheta, edidit librum suum,
cuius omne textum eloquentiae prosa incedit. Canticum vero
23 hexametro et pentametro versu discurrit. Hieremias similiter
edidit librum suum cum threnis eius, quos nos Lamenta vocamus, eo quod in tristioribus rebus funeribusque adhibeantur;
in quibus quadruplicem diverso metro conposuit alphabetum,

2 et *om.* *B* 3 alcaico] alco *A*: eroico *K* 4 incendentes *T* 5 rex in Isr. *K*: regis Isr. *ABC* 6 masloth *codd.* 8 conp. ut simil. C^1 9 ostenderet *B* 10 coeleth *ABKT*: coelet C^1 voc. *om.* K^1 12 ad un. spec. *K* (*non A*) 14 menime *K*: menine C^1: nomine *B* 15 sirasirim *BCK*: sisarim *T* vert. cantica *C* 18 quae] qui *C* 19 sacris] sanctis *K* 20 autem] igitur *T* 21 suos] hebreos *K* 24 tex. vel eloq. *T* eloq. suae inc. *C* verum *T* 25 discurrunt *C* 26 eius et quos *C*: sed quos B^1: eius quas *K* (*non A*) nos *om.* *K* (*non A*) 27 tristitioribus *C* 28 quadrubla cum C^1: quatruplex *K*

quorum duo prima quasi Sapphico metro scripta sunt, quia tres
versiculos, qui sibi nexi sunt et ab una tantum littera incipiunt,
heroicum comma concludit. Tertium alphabetum trimetro 24
scriptum est, et a ternis litteris iidem terni versus incipiunt.
Quartum alphabetum simile primo et secundo habetur. Eze- 25
chiel et Daniel a viris quibusdam sapientibus scripti esse perhi-
bentur, quorum Ezechiel principia et fines multis habet obscuri-
tatibus involuta. Daniel vero claro sermone regna orbis pro-
nuntiat et tempus adventus Christi manifestissima praedicatione
adnotat. Hi sunt quattuor prophetae qui Maiores vocantur, 26
quia prolixa volumina condiderunt. Libri duodecim prophe-
tarum auctorum suorum nominibus praenotantur; qui propterea
dicuntur Minores, quia sermones eorum breves sunt. Vnde et 27
conexi sibimet invicem in uno volumine continentur, quorum
nomina sunt: Osee, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas,
Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias et Malachias.
Esdra liber auctoris sui titulo praenotatur, in cuius textu eius- 28
dem Esdrae Nehemiaeque sermones pariter continentur. Nec
quemquam moveat quod unus Esdrae dicitur liber, quia secun-
dus, tertius et quartus non habentur apud Hebraeos, sed inter
apocryphos deputantur. Hester librum Esdras creditur con- 29
scripsisse. In quo eadem regina sub figura Ecclesiae Dei popu-
lum a servitute et morte eripuisse scribitur, atque, interfecto
Aman, qui interpretatur iniquitas, diei celebritas in posteros
mittitur. Liber Sapientiae apud Hebraeos nusquam est, unde 30
et ipse titulus Graecam magis eloquentiam redolet. Hunc
Iudaei Philonis esse adfirmant, qui proinde Sapientiae nomina-
tur, quia in eo Christi adventus, qui est sapientia Patris, et
passio eius evidenter exprimitur. Librum autem Ecclesiasticum 31
certissime Iesus filius Sirach, Hierosolymita, nepos Iesu sacer-

2 tantum] tamen *K* (*non A*) 3 eroici *B* conclusit *K* (*non A*) 4 litt. item tamen ver. *K* 9 praedictione *Schwarz* 11 liber *codd.* 12 praenotatur (pre-) *CT* 14 sibi *AK* inv. . . . vol *om. K* qu. no. sunt *om. T* 17 Ezdrae *K* 19 movet *B* 23 discribitur *K* int. hoste aman *K* 26 greca ma. eloquentia *K* 29 autem *om. K*

dotis magni, conposuit, de quo meminit et Zacharias, qui liber
apud Latinos propter eloquii similitudinem Salomonis titulo
32 praenotatur. Dictus autem Ecclesiasticus eo quod de totius
Ecclesiae disciplina religiosae conversationis magna cura et ra-
tione sit editus. Hic et apud Hebraeos reperitur, sed inter
33 apocryphos habetur. Iudith vero et Tobiae, sive Machabaeo-
rum libri quibus auctoribus scripti sunt minime constat. Ha-
bent autem vocabula ex eorum nominibus, quorum gesta scri-
34 bunt. Quattuor libros Evangeliorum quattuor Evangelistae singu-
35 lariter conscripserunt. Primus Matthaeus conscripsit Evangelium
litteris Hebraicis et sermonibus in Iudaea initians evangelizare
ab humana Christi nativitate dicens (1, 1): 'Liber generationis
Iesu Christi filii David, filii Abraham': significans descendisse
corporaliter ex semine patriarcharum Christum, sicut promissum
36 erat in prophetis per Spiritum sanctum. Secundus Marcus
plenus sancto Spiritu scripsit Evangelium Christi eloquio
Graeco in Italia, secutus Petrum ut discipulus. Is initium ab
spiritu prophetali fecit dicens (1, 3): 'Vox clamantis in deserto,
parate viam Domino': ut ostenderet Christum post adsump-
tionem carnis Evangelium praedicasse in mundo. Ipse enim
Christus et propheta dictus est, sicut scriptum est (Ierem. 1, 5):
37 'Et prophetam in gentibus posui te.' Tertius Lucas, inter omnes
evangelistas Graeci sermonis eruditissimus, quippe ut medicus
in Graecia, Evangelium scripsit Theophilo Episcopo, initians a
sacerdotali spiritu dicens (1, 5): 'Fuit in diebus Herodis regis
Iudaeae sacerdos Zacharias,' ut manifestaret Christum post
nativitatem carnis et praedicationem Evangelii hostiam fuisse
38 effectum pro salute mundi. Ipse est sacerdos de quo dictum

1 et *om.* *K* 3 de *om.* *K* 6 apocr.] agiographus *K* tobi *codd.* sive] sibi *B* 7 lib. a qu. T^2 scripta *T* sint *BC* constant *T* habet *T*: habemus *K* 8 exorum *C* scribuntur *T* (*ex corr.* ?) *Trin.* 11 ebreis *K* Iudaea] dea T^1 14 exeminae *T* 15 erat] est *K* 16 eloquio] sermone *K* (*non A*) 17 sequens *K* (*non A*) is *om.* *K* (*non A*) 19 par. vi. dom. *om.* *K* (*non A*) osteret T^1 20 carn. et evang. B^1C in *om.* *K* enim ipse *T* 23 ut] et *K* 24 greciam *T* initiens BC^1: initians evangelium *T* a *om.* *K* 26 iudae *BC* sac. quidam nomine za. *C* 27 praedictionem C^1 28 est] enim *B*: est enim *C*

est in Psalmis (110, 4): 'Tu es sacerdos in aeternum secundum
ordinem Melchisedech.' Vbi enim Christus advenit, sacerdo-
tium Iudaeorum obmutuit, lex et prophetia cessavit. Quartus 39
Iohannes scripsit Evangelium ultimus in Asia, incipiens a Verbo,
ut ostenderet eundem Salvatorem, qui pro nobis dignatus est
nasci et pati, ipsum ante saecula Dei Verbum esse, ipsum a
caelo venisse, et post mortem ad caelum iterum remeasse. Hi 40
sunt quattuor Evangelistae, quos per Ezechielem Spiritus sanctus
significavit in quattuor animalibus. Propterea autem quattuor
animalia, quia per quattuor mundi partes fides Christianae re-
ligionis eorum praedicatione disseminata est. Animalia autem 41
dicta sunt quoniam propter animam hominis praedicatur
Evangelium Christi. Nam et oculis plena erant intus et foris,
quoniam praevident Evangelia quae dicta sunt a prophetis, et
quae promiserit in priori. Crura autem eorum recta, quia nihil 42
pravum in Evangeliis est; et alas senas, tegentes crura et facies
suas; revelata sunt enim quae tegebantur in adventum Christi.
Evangelium autem interpretatur bona adnuntiatio. Graece 43
enim εὖ bonum, ἀγγελία adnuntiatio dicitur. Vnde et angelus
nuntius interpretatur. Paulus Apostolus suas scripsit Epistolas 44
quattuordecim, e quibus novem septem ecclesiis scripsit, reliquas
discipulis suis Timotheo, Tito et Philemoni. Ad Hebraeos 45
autem Epistola plerisque Latinis eius esse incerta est propter
dissonantiam sermonis, eandemque alii Barnaban conscripsisse,
alii a Clemente scriptam fuisse suspicantur. Petrus scripsit 46
duas nominis sui Epistolas, quae Catholicae ideo nominantur,
quia non uni tantum populo vel civitati, sed universis gentibus

2 sacerdotum *C* 3 propheta *BK* 4 a *om. C*[1] 5 est et nas. et *T* 6 a] e *B* 7 evenisse *T* et post mortem] ipsum *K* (*non A*) 9 propt. au. qu. an. *om. K*: quattuor *om. A* 10 partibus *K* Christi fides in rel. *K* 11 eorum praed. eorum *C ante corr.* 12 quoniam] quia *K* 13 erant] sunt *K*: er *C*[1] 14 pervident *T*: praevisunt *K* Evangelia *om. K* 15 promiserunt (*ex* -iss-) *C* 17 velatas *C*[1]: velate *T* quae *om. K* (*non A*) 18 autem *om. K* Graece . . . interp. *om. K* (*non A*): Graece . . . dicitur *om. B*[1] 19 ἀγγελία] angelium *codd.* 21 quatt. *om. K* (*etiam A ut vid.*) novem et septem *T* 23 a pl. lat. *K*: pl. a lat. *BC* (*ex* pl. ex) 24 scripsisse *K* 26 nom. sui ep. *om. K* (*A n. l.*) 27 unius *T* civitatis *C*[1] sed univ. *om. C*[1]

47 generaliter scriptae sunt. Iacobus et Iohannes et Iudas suas
48 scripserunt Epistolas. Actus Apostolorum primordia fidei
Christianae in gentibus et nascentis Ecclesiae historiam digerit.
Actuum Apostolorum scriptorem Lucam esse evangelistam, in
quo opere nascentis Ecclesiae infantia texitur, et apostolorum
49 historia retinetur. Vnde et Actus Apostolorum dicitur. Apo-
calypsin librum Iohannes evangelista scripsit eo tempore, quo
ob evangelii praedicationem in insulam Pathmon traditur rele-
gatus. Apocalypsin autem ex Graeco in Latinum revelatio in-
terpretatur. Revelatio enim dicitur manifestatio eorum quae
abscondita erant, iuxta quod et ipse Iohannes dicit (1, 1): 'Apo-
calypsin Iesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere servis
50 suis.' Hi sunt scriptores sacrorum librorum, qui per Spiritum
sanctum loquentes ad eruditionem nostram et praecepta vivendi
51 et credendi regulam conscripserunt. Praeter haec alia volu-
mina apocrypha nuncupantur. Apocrypha autem dicta, id est
secreta, quia in dubium veniunt. Est enim eorum occulta
origo nec patet Patribus, a quibus usque ad nos auctoritas vera-
cium scripturarum certissima et notissima successione pervenit.
52 In iis apocryphis etsi invenitur aliqua veritas, tamen propter
multa falsa nulla est in eis canonica auctoritas; quae recte a
prudentibus iudicantur non esse eorum credenda, quibus ad-
53 scribuntur. Nam multa et sub nominibus prophetarum, et
recentiora sub nominibus apostolorum ab haereticis proferun-
tur, quae omnia sub nomine apocryphorum auctoritate canonica
diligenti examinatione remota sunt.

III De bibliothecis. Bibliotheca a Graeco nomen accepit,
eo quod ibi recondantur libri. Nam βιβλίων librorum, θήκη
2 repositio interpretatur. Bibliothecam Veteris Testamenti Esdras

4 in quo opera nasc. ec. texit *T* 5 tegitur C^1 6 unde act. *C* 8 ob *om. BKO* praedicatione (pre-) *KO* insula *codd.* pathmos (-tm-) *BCK* *fort.* in insula Pathmo religatus *BC* (-tas C^1) *T*: alligatus *KO* 11 ipsa C^1 12 quem C^1 13 libr. sacr. libr. *T* 14 ad *om. K* 15 credenti C^1 17 earum *BCK* occulta *om. B* 18 patet] pat C^1 a] e *B* 22 eorum *om. T* 23 proph. . . . nom. *om. B* 24 rectiora *K* 26 exanimatione C^1 28 recondeantur C^1T 29 Bibl. *om. K*

scriba post incensam Legem a Chaldaeis, dum Iudaei regressi
fuissent in Hierusalem, divino afflatus Spiritu reparavit, cuncta-
que Legis ac Prophetarum volumina quae fuerant a gentibus
corrupta correxit, totumque Vetus Testamentum in viginti duos
libros constituit, ut tot libri essent in Lege quot habebantur et
litterae. Apud Graecos autem bibliothecam primus instituisse 3
Pisistratus creditur, Atheniensium tyrannus, quam deinceps ab
Atheniensibus auctam Xerxes, incensis Athenis, evexit in Per-
sas, longoque post tempore Seleucus Nicanor rursus in Grae-
ciam rettulit. Hinc studium regibus urbibusque ceteris natum 4
est conparandi volumina diversarum gentium, et per interpretes
in Graecam linguam vertendi. Dehinc magnus Alexander vel 5
successores eius instruendis omnium librorum bibliothecis ani-
mum intenderunt; maxime Ptolomaeus cognomento Philadel-
phus omnis litteraturae sagacissimus, cum studio bibliothecarum
Pisistratum aemularetur, non solum gentium scripturas, sed
etiam et divinas litteras in bibliothecam suam contulit. Nam
septuaginta milia librorum huius temporibus Alexandriae inventa
sunt.

De interpretibvs. Hic etiam et ab Eleazaro pontifice IV
petens Scripturas Veteris Testamenti, in Graecam vocem ex
Hebraica lingua per septuaginta interpretes transferre curavit,
quas in Alexandrina bibliotheca habuit. Siquidem singuli in 2
singulis cellulis separati ita omnia per Spiritum sanctum inter-
pretati sunt, ut nihil in alicuius eorum codice inventum esset
quod in ceteris vel in verborum ordine discreparet. Fuerunt et 3

1 scriba] scribta C^1 2 in] et *T* cunctamque legem *K* 4 totum vetus *K* 5 libros] volumina *K* (*non A*) in lege *om. K* habebatur B^1: habentur *K* (*non A*) 8 auct. Xer.] artaxerses C^1 9 longo et *B* 13 eius] eorum *BCT* instituendis *K* bibliothecas *K* 15 omnes literatores sagacissimos *K* 17 etiam div. *K* 18 temporis *B* 20 Hinc *AB* et *om. C* (*non A*) 22 transferre curavit *BT*: ferre curabit (-vit) C^1D: perferre curabit *A ut vid.*: ferre (*ex* perferre) curavit *Trin.*: procuravit *K* 23 quas] quam *AK* in *om. K* singuli in *om. T* 24 celluis *T*: celulis *U* 25 esset *BCTU*: est *A*: sit *K* 26 *post* discreparet *add. in marg.* sanctissimus ieronimus de LXX interpretes dicit et eos divisos fuisse negat (*ex* fu. neg. di.) et multa addisse vel ademisse refert *T* (*etiam V*, *praefixo* Aliter) (*non U*)

alii interpretes, qui ex Hebraea lingua in Graecum sacra eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus et Theodotion, sicut etiam et vulgaris illa interpretatio, cuius auctor non apparet et ob hoc sine nomine interpretis Quinta Editio nuncupatur.
4 Praeterea sextam et septimam editionem Origenes miro labore
5 repperit, et cum ceteris editionibus conparavit. Presbyter quoque Hieronymus trium linguarum peritus ex Hebraeo in Latinum eloquium easdem Scripturas convertit, eloquenterque transfudit. Cuius interpretatio merito ceteris antefertur; nam [est] et verborum tenacior, et perspicuitate sententiae clarior [atque, utpote a Christiano, interpretatio verior].

V De eo qui primum Romam libros advexit. Romae primus librorum copiam advexit Aemilius Paulus, Perse Macedonum rege devicto; deinde Lucullus e Pontica praeda. Post hos Caesar dedit Marco Varroni negotium quam maximae
2 bibliothecae construendae. Primum autem Romae bibliothecas publicavit Pollio, Graecas simul atque Latinas, additis auctorum imaginibus in atrio, quod de manubiis magnificentissimum instruxerat.

VI Qui apud nos bibliothecas instituerunt. Apud nos quoque Pamphilus martyr, cuius vitam Eusebius Caesariensis conscripsit, Pisistratum in sacrae bibliothecae studio primus adaequare contendit. Hic enim in bibliotheca sua prope tri-
2 ginta voluminum milia habuit. Hieronymus quoque atque Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe quaerentes ordine persecuti sunt, eorumque studia in uno voluminis indiculo conprehenderunt.

VII Qui multa scripserunt. Marcus Terentius Varro apud

1 grega K (*i.e.* Graecam) § 4 *om.* K^1 : *add. in marg.* K^2 6 cum *om.* K^2 editionibus *om.* T 8 eandem T 9 est et BC : et KT^1 : est T^2U 10 clarior est KM atque . . . verior *hab.* TU : *om.* BCK ut postea T 13 macedonio T^1 : -nium T^2 15 quam A : cum B : eum C : quam *an* quum *inc.* T : etiam K 16 instituendae K (*non* A) 17 publiabit pollio hinc gr. C^1 greca C^1T addedis K 18 de] diis K^2 (K^1 *n. l.*) manibus BKT magnificentissime K 21 cuius] cui BT 22 pissistrarum in A : pisis orator K 23 enim] autem K (*non* A) in *om.* K (*non* A) tregenta K 25 ecclesiasticus C^1

Latinos innumerabiles libros scripsit. Apud Graecos quoque
Chalcenterus miris attollitur laudibus, quod tantos libros edide-
rit quantos quisque nostrum alienos scribere propria manu vix
possit. De nostris quoque apud Graecos Origenes in scriptu- 2
rarum labore tam Graecos quam Latinos operum suorum nu-
mero superavit. Denique Hieronymus sex milia librorum eius
legisse fatetur. Horum tamen omnium studia Augustinus in- 3
genio vel scientia sui vicit. Nam tanta scripsit ut diebus ac
noctibus non solum scribere libros eius quisquam, sed nec le-
gere quidem occurrat.

De generibvs opvscvlorvm. Opusculorum genera esse VIII
tria. Primum genus excerpta sunt, quae Graece scholia nuncu-
pantur; in quibus ea quae videntur obscura vel difficilia sum-
matim ac breviter praestringuntur. Secundum genus homiliae 2
sunt, quas Latini verbum appellant, quae proferuntur in popu-
lis. Tertium tomi, quos nos libros vel volumina nuncupamus.
Homiliae autem ad vulgus loquuntur, tomi vero, id est libri,
maiores sunt disputationes. Dialogus est conlatio duorum vel
plurimorum, quem Latini sermonem dicunt. Nam quos Graeci
dialogos vocant, nos sermones vocamus. Sermo autem dictus 3
quia inter utrumque seritur. Vnde in Vergilio (Aen. 6, 160):

Multa inter se serebant.

Tractatus est * *.

Differt autem sermo, tractatus et verbum. Sermo enim alteram 4
eget personam; tractatus specialiter ad se ipsum est; verbum
autem ad omnes. Vnde et dicitur: 'Verbum fecit ad popu-
lum.' Commentaria dicta, quasi cum mente. Sunt enim in- 5

1 scripsit] scripserunt *K* 2 calciterus *BT* : calciteris C^1 : calcidorus *K* 6 librorum eius *ABCT* : eius volumina *K* *add. in marg.* hos sex milia librorum iheronimus in libris contra rufinum datos se negat legisse *V* 8 sua *dett.* 10 occurrant *K* : occurrunt C^1 11 tria esse *C* 12 nuncupatur *T* 14 perstringuntur *CK* 15 verba *dett.* quae] qui C^1 16 vel *om. T* 17 vulgas C^1 18 maioris *BC* disputationis *BCT* vel in plur. C^1 19 sermones *K* quos *om.* C^1 grece *T* 21 quia] quod *K* 22 se] se esse T^2U 23 Tractatus est *om. C* : Tr. est unius (universae T^2) rei multiplex expositio eo quod trahat sensum in multa sentiendi contractando secum UT^2 : Tr. est *seq. trium versuum spatio V* 27 quasi] quia *K* commente B^1KT enim *om. K*

6 terpretationes, ut commenta iuris, commenta Evangelii. Apo-
logeticum est excusatio, in quo solent quidam accusantibus
respondere. In defensione enim aut negatione sola positum
7 est; et est nomen Graecum. Panegyricum est licentiosum et
lasciviosum genus dicendi in laudibus regum, in cuius conposi-
tione homines multis mendaciis adulantur. Quod malum a
Graecis exortum est, quorum levitas instructa dicendi facultate
et copia incredibili multas mendaciorum nebulas suscitavit.
8 Fastorum libri sunt in quibus reges vel consules scribuntur, a
fascibus dicti, id est potestatibus. Vnde et Ovidii libri Fasto-
9 rum dicuntur, quia de regibus et consulibus editi sunt. Prooe-
mium est initium dicendi. Sunt enim prooemia principia libro-
rum, quae ante causae narrationem ad instruendas audientium
aures coaptantur. Cuius nomen plerique latinitatis periti sine
translatione posuerunt. Hoc autem vocabulum apud nos inter-
10 pretatum praefatio nuncupatur, quasi praelocutio. Praecepta
sunt quae aut quid faciendum aut quid non faciendum docent.
Quid faciendum, ut: 'Dilige [Dominum] Deum tuum,' et:
'honora patrem tuum et matrem tuam.' Quid non faciendum,
11 ut: 'Non moechaberis,' 'Non furtum facies.' Similiter et genti-
lium praecepta vel iubent vel vetant. Iubent faciendum, ut
(Virg. Georg. 1, 299):

Nudus ara, sere nudus.

Vetant, ut (Virg. Georg. 2, 299):

Neve inter vites corylum sere, neve flagella
summa pete.

12 Primus autem praecepta apud Hebraeos Moyses scripsit; apud
Latinos Marcius vates primus praecepta conposuit. Ex quibus
est illud (1):

Postremus dicas, primus taceas.

2 ad causantibus C^1 3 enim *om.* C^1 7 levitas] brevitas *B* dictendi *K* 8 copio *B* suscitabit C^1: suscitant *K* 9 reges *om.* K^1 scribebantur *T* a *om. K* 10 unde ovidii *K* 13 causa *K* 15 interpretatur *K* 16 nuncupatur *om. K* 17 quid (*prius*) *supra lin. T* fac. docet *T*: fac. sit docent *C* 18 diliges *C* Dominum *hab. CK*: *om. BT* 21 iubendi *K* vetandi *K* 24 vetent *B*: vetat *K* ut et neve *C* 25 corillum *codd.*

Parabolae et problemata nominibus suis indicant altius se per- 13
scrutari oportere. Parabola quippe alicuius rei similitudinem
prae se gerit. Quod licet sit vocabulum Graecum, iam tamen
pro Latino usurpatur. Et notum est quod in parabolis quae
dicuntur rerum similitudines rebus, de quibus agitur, con-
parant. Problemata autem, quae Latine appellantur proposi- 14
tiones, quaestiones sunt habentes aliquid quod disputatione
solvendum sit. Quaestio autem est quaesitio, cum quaeritur 15
an sit, quid sit, quale sit. Argumentum vero dictum quasi 16
argutum, vel quod sit argute inventum ad conprobandas res.
Epistolam proprie Graeci vocant, quod interpretatur Latine 17
missa. Στόλα enim sive στόλοι missa vel missi. Ante cartae 18
et membranarum usum in dedolatis ex ligno codicellis episto-
larum alloquia scribebantur, unde et portitores earum tabellarios
vocaverunt.

De ceris. Cerae litterarum materies, parvulorum nutrices, IX
ipsae (Dracont. Satisf. 63):

Dant ingenium pueris, primordia sensus.

Quarum studium primi Graeci tradidisse produntur. Graeci
autem et Tusci primum ferro in ceris scripserunt; postea
Romani iusserunt ne graphium ferreum quis haberet. Vnde 2
et apud scribas dicebatur: 'Ceram ferro ne caedito.' Postea
institutum ut cera ossibus scriberent, sicut indicat Atta in Satura
dicens (12):

Vertamus vomerem
in cera mucroneque aremus osseo.

3 prae (pre) *BCU*: per *KT* iam *om. K* 4 quae dic. quasi per rer. *K* 5 similitudinem *B* conp. ag. *T* (*non U*) 6 au. sunt qu. *K* quae *om. B* 7 sunt *om. B* 8 quaesitio *om. K* 9 an sit an quid sit an quale sit *BDKTU*: an sit aut quid sit aut quale sit *dett.* 10 vel . . . argute *om. TU* acute *K* 11 Epistola *BK* grece vocatur *KM* 12 στόλα . . . missi *scripsi* (*cf.* VII. ix. 1): stila (stula) enim sive (vel *H*) stili missa vel missi *CH Trin. TU*: stili vel stili missa *KMO*: *om. B* Ante *om. KO* (*non A*): Arte C^1 13 et *ABCTU*: vel *KO* usum (hu-) *ABCTU*: modo *KO* ex ligno B^1C: et ligni *A*: et igni *T*: et igno *U*: ex ligneis *K*: et ligneis *O* ep. alloquia (adl-) *ABCTU*: prius epistolae (-ule) *KO* 18 ingenia *K* 19 creduntur *K* 22 caera ferro nec edita *K* 23 inst. est ut *C* ceram *dett.* 25 vomere *K* 26 cera (cae-) *BCKO*: ceram (cae-) *TU Rem.* mucronique *Atta, ni fallor*: mucronemque *U*: mucrone quae *C*

Graphium autem Graece, Latine scriptorium dicitur. Nam
γραφή scriptura est.
X De cartis. Cartarum usum primum Aegyptus ministra-
vit, coeptum apud Memphiticam urbem. Memphis enim civi-
tas est Aegyptiorum, ubi cartae usus inventus est primum, sicut
ait Lucanus (4, 135):

Conficitur bibula Memphitis carta papyro.

2 Bibulam autem papyrum dixit quod humorem bibat. Carta
autem dicta quod carptim papyri tegmen decerptum glutinatur.
Cuius genera quam plura sunt. Prima et praecipua Augustea
regia, maioris formae in honorem Octaviani Augusti appellata.
3 Secunda Libyana, ob honorem Libyae provinciae. Tertia hie-
ratica dicta [eo] quod ad sacros libros eligebatur, similis
4 Augusteae, sed subcolorata. Quarta Taeneotica, a loco Ale-
xandriae qui ita vocatur, ubi fiebat. Quinta Saitica, ab oppido
5 Sai. Sexta Corneliana, a Cornelio Gallo praefecto Aegypti
primum confecta. Septima emporetica, quod ea merces in-
volvuntur, cum sit scripturis minus idonea.
XI De pergamenis. Pergameni reges cum carta indigerent,
membrana primi excogitaverunt. Vnde et pergamenarum no-
men hucusque tradente sibi posteritate servatum est. Haec et
membrana dicuntur, quia ex membris pecudum detrahuntur.
2 Fiebant autem primum coloris lutei, id est crocei, postea vero

2 γραφή] grafia (-via) *codd.* est *KTU*: dicitur *BC* 3 primus *BTU* 4 ap. memphicani ur. *T* (*non U*) enim *om. K* 5 est *om. K* primus *TU*: *om. C* 7 configet C^1 memphiticis *K* 8 papyrum] papa C^1 dixitur *K* 9 carptim *AB Trin.*: curtem C^1: cortim *D*: cartim *TU*: coartet *KO* papiro C^1 glutinatur *ABCDTU*: glutino *KO* 10 cui *BTU* plura (a *ex corr.*) *O* 11 reg. et mai. *CU*: reg. et maior *T* octavii *T* augustea C^1 appellatur *K*: appellati *D* 12 luiana *ex* aluiana *ut vid. T* (*non U*): liviana *M* in honore *KM*: honorem (*om. praep.*) *A* livie *M* Liviana ob hon. Liviae (*del.* prov.) *Arev.* hieratica (ier-, &c.) *ABCTU*: sacratica *KO* 13 eo *hab. CK*: *om. BTU* liberos B^1C^1 14 augustae *K*: aguste *U* teneotica *codd.* 15 qui ita . . . sexta (§ 5) *om. B* qui] quae (que) *CT* ubi *om. TU* saltica *CTU*: salatica *K* 16 salo *CKTU* 17 empormica *K* quod eam *TU*: qua *K* 18 scripturis *BCTU*: scriptoribus *K* 19 Pergamenae *K* 20 membranas *K* 21 tradentes *K* 22 ex] a *K* 23 autem *om.* C^1 primi *T*: primie K^1 colores *B* id est] ideo C^1

Romae candida membrana reperta sunt; quod apparuit inha-
bile esse, quod et facile sordescant, aciemque legentium lae-
dant; cum peritiores architecti neque aurea lacunaria ponenda
in bibliothecis putent neque pavimenta alia quam e Carysteo
marmore, quod auri fulgor hebetat et Carystei viriditas reficiat
oculos. Nam et qui nummulariam discunt, denariorum formis 3
myrteos pannos subiciunt, et gemmarum sculptores scarabaeo-
rum terga, quibus nihil est viridius, subinde respiciunt, et
pictores [idem faciunt, ut laborem visus eorum viriditate re-
creent]. Membrana autem aut candida aut lutea aut purpurea 4
sunt. Candida naturaliter existunt. Luteum membranum bico-
lor est, quod a confectore una tinguitur parte, id est crocatur.
De quo Persius (3, 10):

Iam liber et positis bicolor membrana capillis.

Purpurea vero inficiuntur colore purpureo, in quibus aurum et 5
argentum liquescens patescat in litteris.

De libris conficiendis. Quaedam nomina librorum XII
apud gentiles certis modulis conficiebantur. Breviori forma
carmina atque epistolae. At vero historiae maiori modulo
scribebantur, et non solum in carta vel membranis, sed etiam
et in omentis elephantinis textilibusque malvarum foliis atque
palmarum. Cuius generis Cinna sic meminit (11): 2

Haec tibi Arateis multum invigilata lucernis
carmina, quis ignis novimus aerios,
levis in aridulo malvae descripta libello
Prusiaca vexi munera navicula.

Circumcidi libros Siciliae primum increbuit. Nam initio pumi- 3
cabantur. Vnde et Catullus ait (1, 1):

1 Romae *om. AK* (*non DH Trin.*) 4 alia quam *B*: aliquam C^1T: aliaque *A*: aliqua quam *K* e Car.] eticharisteo *K*: eucharisteo (-ca-) *ABC* 5 habetat C^1: rehabeat *K* (*non A*) et caristi (cha-) *KT*: eucaristi (eoch-) *BC* 6 et *om. AK* nummolariorum dicunt *K* (*non A*) fo. in m. *AK*: fo. inmusteo *B*: fo. in musteos C^1 7 subicere *K* (*non A*) 9 idem . . . recreent *hab. C Trin. TU*: *om. BDHK* visus] husus *T* (*i. e.* usus) 15 col. vero pu. *T* aur. argentumque *K* 17 nomina *BCK*: genera *TU* 19 carmina *om. B* 23 tibi *om. K* (*non A*) aratis *BC*: areteis *K* invigulata *K* 24 quas *K* (*non A*) 25 discripta *CKT* 26 vexi] vix *K* 27 increpuit C^1K^1

Cui dono lepidum novum libellum
arido modo pumice expolitum?

XIII De librorvm vocabvlis. Codex multorum librorum est; liber unius voluminis. Et dictus codex per translationem a codicibus arborum seu vitium, quasi caudex, quod ex se multi-
2 tudinem librorum quasi ramorum contineat. Volumen liber est a volvendo dictus, sicut apud Hebraeos volumina Legis,
3 volumina Prophetarum. Liber est interior tunica corticis, quae ligno cohaeret. De quo Vergilius sic (Ecl. 10, 67):

Alta liber haeret in ulmo.

Vnde et liber dicitur in quo scribimus, quia ante usum cartae vel membranarum de libris arborum volumina fiebant, id est conpaginabantur. Vnde et scriptores a libris arborum librarios vocaverunt.

XIV De librariis et eorvm instrvmentis. Librarios antea bibliopolas dictos. Librum enim Graeci βίβλον vocant. Librarii autem iidem et antiquarii vocantur: sed librarii sunt qui et nova scribunt et vetera; antiquarii, qui tantummodo
2 vetera, unde et nomen sumpserunt. Ab scribendo autem scriba
3 nomen accepit, officium exprimens vocabuli qualitate. Instrumenta scribae calamus et pinna. Ex his enim verba paginis infiguntur; sed calamus arboris est, pinna avis; cuius acumen in dyade dividitur, in toto corpore unitate servata, credo propter mysterium, ut in duobus apicibus Vetus et Novum Testamentum signaretur, quibus exprimitur verbi sacramentum san-
4 guine Passionis effusum. Dictus autem calamus quod liquorem
5 ponat. Vnde et apud nautas calare ponere dicitur. Pinna

1 duno *K* inlepidum C^1 novo libello *K* 2 pomice *K*: pumici *B* polito *K* (*non A*) 3 libr. est et dic. co. li. un. vol. per *T* 4 codex] quod ex C^1 5 corticibus *K* vicitium C^1: *fort.* vitio. *Certe illud* quod ex *ad* codex *alludere videtur* in se *C*: ex *T* multitudine *K* 7 dictum C^2 9 sic *om.* K^1 10 alta] ait *K* 11 quia] qui *B* 12 fiebant] faciebant *K* 13 un. et et scr. *K* 15 Liber an. bibliopula dictus *K* ante *BC* (*non A*) 16 librariis iid. C^1 17 iidem *om.* *K* (*non A*) antiquarium C^1 18 quae et C^1 quia tan. C^1 19 Adscribendo C^1 autem] his *ut vid.* C^1 21 calamum et pinnam *K* paginis *om.* *B* 22 ac.] eumen C^1 23 diade *BCT*: duo *K* umitate *K* 25 sacr. signaretur sang. T^2 26 autem] his C^1 27 Pi. his apud a C^1

autem a pendendo vocata, id est volando. Est enim, ut diximus,
avium. Foliae autem librorum appellatae sive ex similitudine 6
foliorum arborum, seu quia ex follibus fiunt, id est ex pellibus,
qui de occisis pecudibus detrahi solent; cuius partes paginae
dicuntur, eo quod sibi invicem conpingantur. Versus autem 7
vulgo vocati quia sic scribebant antiqui sicut aratur terra.
A sinistra enim ad dexteram primum deducebant stilum, deinde
convertebantur ab inferiore, et rursus ad dexteram versus; quos
et hodieque rustici versus vocant. Scheda est quod adhuc 8
emendatur, et necdum in libris redactum est; et est nomen
Graecum, sicut et tomus.

De canonibvs Evangeliorvm. Canones Evangeliorum XV
Ammonius Alexandriae primus excogitavit, quem postea Eu-
sebius Caesariensis secutus plenius conposuit. Qui ideo facti
sunt, ut per eos invenire et scire possimus qui reliquorum
Evangelistarum similia aut propria dixerunt. Sunt autem 2
numero decem, quorum primus continet numeros in quibus
quattuor eadem dixerunt: Matthaeus, Marcus, Lucas, Iohannes.
Secundus, in quibus tres: Matthaeus, Marcus, Lucas. Tertius,
in quibus tres: Matthaeus, Lucas, Iohannes. Quartus, in
quibus tres: Matthaeus, Marcus, Iohannes. Quintus, in 3
quibus duo: Matthaeus, Lucas. Sextus, in quibus duo:
Matthaeus, Marcus. Septimus, in quibus duo: Matthaeus,
Iohannes. Octavus, in quibus duo: Lucas, Marcus. Nonus,
in quibus duo: Lucas, Iohannes. Decimus, in quibus singuli 4
eorum propria quaedam dixerunt. Quorum expositio haec est.
Per singulos enim Evangelistas numerus quidam capitulis ad-
fixus adiacet, quibus numeris subdita est aera quaedam mineo
notata, quae indicat in quoto canone positus sit numerus, cui

1 pindendo *T* est enim . . . avium *add. in marg.* *T* 2 Folia *K* autem] his C^1 sim.] multitudine *T* 5 coniungantur *K* (*non A*) autem] his C^1 6 vocant *K* 7 primum primum *K* 8 ad inferiorem *K*: ad inferiora *T* inf. rurs. *C* q. et hodie *A*: quos sedocie *B* 13 amnius *K* 15 possemus *C*: possumus *T* 16 simili autem pr. *T* 25 in qui. sunt sing. *T* singulorum (-gol-) C^1K 26 haec *om.* C^1 27 num. quadam *T* 28 iacet T^1 quaedem in eo not. C^1

5 subiecta est aera. Verbi gratia: Si est aera .I., in primo
canone; si secunda, in secundo; si tertia, in tertio; et sic per
6 ordinem usque ad decimum perveniens. Si igitur, aperto quo-
libet Evangelio, placuerit scire qui reliquorum Evangelistarum
similia dixerunt, adsumes adiacentem numerum capituli, et
requires ipsum numerum in suo canone quem indicat, ibique
invenies quot et qui dixerint; et ita demum in corpore inquisita
loca, quae ex ipsis numeris indicantur, per singula Evangelia
de eisdem dixisse invenies.

XVI De canonibvs Conciliorvm. Canon autem Graece,
Latine regula nuncupatur. Regula autem dicta quod recte
ducit, nec aliquando aliorsum trahit. Alii dixerunt regulam
dictam vel quod regat, vel quod normam recte vivendi prae-
2 beat, vel quod distortum pravumque quid corrigat. Canones
autem generalium conciliorum a temporibus Constantini coe-
perunt. In praecedentibus namque annis, persecutione fervente,
3 docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Chri-
stianitas in diversas haereses scissa est, quia non erat licentia
[episcopis] in unum convenire, nisi tempore supradicti impera-
toris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregare.
4 Sub hoc etiam sancti Patres in concilio Nicaeno de omni orbe
terrarum convenientes, iuxta fidem evangelicam et apostolicam,
5 secundum post Apostolos symbolum tradiderunt. Inter cetera
autem concilia quattuor esse venerabiles synodos, quae totam
principaliter fidem conplectunt, quasi quattuor evangelia, vel toti-
6 dem paradisi flumina. Harum prior Nicaena synodus trecento-
rum decem et octo episcoporum Constantino Augusto imperante
peracta est. In qua Arianae perfidiae blasphemia condemnata,
quam de inaequalitate sanctae Trinitatis idem Arius adsere-

2 in sec. tert. *K* 3 pervenies *BT* 4 qui] quo C^1 5 adsumens *T* ad latentem C^1 7 quod et qui *T*: qui et quid *BC*: qui quod *K* dexerunt *T* 9 eisdem] eis *B* 11 latina *C* recto *BT* 12 nec] ne T^1 14 quid *om.* *B* 15 a *om.* T^1 18 quia] quae *A* 19 episcopis *ACT*: Christianis *K*: *om.* *B* 21 hoc] eo *K* 24 quae] quo *T* 25 quasi] quia si C^1 26 prior *BT*: prima *CK* 28 blasfemiae damnata *T*: blapsphemia damnata *K*: condemnata (-mpn-) bl. *ABC* 29 inequitate *T*

bat; consubstantialem Deo patri Deum filium †idem† sancta
synodus per symbolum definivit. Secunda synodus centum 7
quinquaginta Patrum sub Theodosio seniore Constantinopolim
congregata est, quae Macedonium, sanctum Spiritum Deum esse
negantem, condemnans, consubstantialem Patri et Filio sanctum
Spiritum demonstravit, dans symboli formam quam tota Graeco-
rum et Latinorum [confessio] in ecclesiis praedicat. Tertia 8
synodus Ephesina prima ducentorum episcoporum sub iuniore
Theodosio Augusto edita, quae Nestorium duas personas in
Christo adserentem iusto anathemate condemnavit, ostendens
manere in duabus naturis unam Domini [nostri] Iesu Christi
personam. Quarta synodus Chalcedonensis sexcentorum tri- 9
ginta sacerdotum sub Marciano principe habita est, in qua
Eutychem Constantinopolitanum abbatem Verbi Dei et carnis
unam naturam pronuntiantem, et eius defensorem Dioscorum,
quondam Alexandrinum Episcopum, et ipsum rursum Nestorium
cum reliquis haereticis una Patrum sententia condemnavit;
praedicans eadem synodus Christum Dominum sic natum de
Virgine, ut in eo substantiam et divinae et humanae con-
fiteamur naturae. Haec sunt quattuor synodi principales, fidei 10
doctrinam plenissime praedicantes; sed et si qua sunt concilia
quae sancti Patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum
quattuor auctoritatem omni manent stabilita vigore, quorum
gesta in hoc opere condita continentur. Synodum autem ex 11
Graeco interpretari comitatum vel coetum. Concilii vero nomen 12
tractum ex more Romano. Tempore enim, quo causae age-
bantur, conveniebant omnes in unum communique intentione

1 cons. vero deo *K* (*non A*): cons. in deo *B* eadem *dett.*: *fort.* item 3 Constantinopoli *dett.* 4 spir. sa. *A* 5 spir. sa. *A*: et sp. sa. *B* 6 simbolum *T* totam *C* 7 lat. conf. in eccl. pr. *BCD Trin.*: lat. ecclesia praed. et confitetur *K*: lat. confessio praed. *AH*: lat. in eglesiis praedicat *T* Tert. autem sin. *B* 9 quae] quem *T* duas personas . . . provenerit in alium (xvii. 19) *om.* D^1 11 du. na.] duas naturas *BT* Dom. no. Ie. Chr. *B*: domini iesu christi *CT*: domini nostri *A*: dei christi *K* 13 maximiano *K* abita *ex* abta *T* (*non V*) 14 euthicium (*ex* eth-) *K* 17 condemnavit *K*: praedamnavit *BCT* 18 pedicans *T* sinodus eadem *K* Dominum] deum *BT* 19 ut in eum *C*: et in eum B^1: in eum *T* confitemur *K* 21 doctissime *K* (*non A*) 22 ist.] ortorum *T* 23 omnium *K* 25 Concilium *K* 26 quo *om.* *T* (*non V*)

tractabant. Vnde et concilium a communi intentione dictum,
quasi comcilium. Nam cilia oculorum sunt. Vnde et con-
13 sidium consilium, D in L litteram transeunte. Coetus vero
conventus est vel congregatio, a coeundo, id est conveniendo
in unum. Vnde et conventum est nuncupatum, sicut con-
ventus coetus vel concilium, a societate multorum in unum.
XVII De cyclo Paschali. Paschalem cyclum Hippolytus epi-
scopus temporibus Alexandri imperatoris primus conscripsit.
Post quem probatissimi auctores Eusebius Caesariensis, Theo-
philus Alexandrinus, Prosper quoque natione Aquitanus atque
Victorius, amplificatis eiusdem festivitatis rationibus, multiplices
2 circulos ediderunt. Cuius quidem rationem beatissimus Cyrillus
Alexandriae urbis episcopus in nonaginta quinque annos per
quinquies decem novies calculans, quoto Kal. vel luna debeat
3 paschalis sollemnitas celebrari, summa brevitate notavit. Cy-
clum autem vocatum eo quod in orbe digestum sit, et quasi
in circulo dispositum ordinem conplectat annorum sine varie-
4 tate et sine ulla arte. Vnde factum est ut cuiusque materiae
carmina simplici formitate facta cyclica vocarentur. Hinc et
laterculum dictum, quod ordinem habeat stratum annorum.
5 Cyclvs primvs Decemnovenalis.

			Lunae
B.	Com. an. II. Idus	April.	XX.
	C. VI. Kal.	April.	XVI.
	Em. XVI. Kal.	Mai.	XVII.
	C. VI. Idus	April.	XX.

1 unde conc. *C* intemptatione *M* 2 comcilium] concilium *MT*: conscilium *U*: consilium *BCKV*: communicilium *Arev.* considium consilium *BCMK*[1] *ut vid.* *V*: considium *T*: consilium consilium *K*[2] 5 si. a conventu coe. ita et conc. *K* (*non A*): si. conventus vel conc. *CT*: si. et con. coe. vel concilio *V*: *fort.* si. conventu coe. vel conc. 6 in unum *om.* *K* (*non A*) 11 victorinus *BCK* 13 alexandrinae urbis *BC*: alexandrinus *K* 14 quinquies] quies *K* (*non A*) 17 disposito *K* 18 cuique *B*: quique *T*: cuiuscumque *CK* 19 firmitate *K* cycla (ci-) *C*[1]*K* Hinc et *usque ad* Mai. XVI (XVII § 9 *ad fin.*) *desunt in K* (*ubi folium unum exscissum est*) *OC*[1]. *In M aliena substituta sunt.* §§ 5-9 *Codicum discrepantias in tabulae Paschalis numeris neglexi. Tabulam secundum Arevalum dedi*

B.	C. IX. Kal.	April.	XV.
	E. II. Idus	April.	XVI.
	C. II. Non.	April.	XIX.
	E. VIII. Kal.	Mai.	XX.
B.	C. V. Idus	April.	XV.
	C. II. Kal.	April.	XVIII.
	E. XII. Kal.	Mai.	XIX.
	C. Non.	April.	XV.
B.	C. V. Kal.	April.	XVII.
	E. XVI. Kal.	Mai.	XVIII.
	C. VI. Idus	April.	XXI.
	C. IX. Kal.	April.	XVII.
B.	E. XI. Idus	April.	XVII.
	C. II. Non.	April.	XX.
	E. VIII. Kal.	Mai.	XXI.

SECVNDVS CYCLVS LVNAE. 6

	C. V. Idus	April.	XVIII.
B.	C. II. Kal.	April.	XX.
	E. XII. Kal.	Mai.	XXI.
	C. Non.	April.	XVII.
	C. V. Kal.	April.	XX.
B.	E. XVI. Kal.	Mai.	XX.
	C. Kal.	April.	XVI.
	E. XI. Kal.	Mai.	XVII.
	C. Idus	April.	XX.
B.	C. V. Kal.	April.	XV.
	E. XV. Kal.	Mai.	XVI.
	C. V. Idus	April.	XIX.
	C. VIII. Kal.	April.	XV.
B.	E. Idus	April.	XV.
	C. Non.	April.	XVIII.
	C. V. Kal.	April.	XXI.
	E. IV. Idus	April.	XV.
B.	C. Kal.	April.	XVII.
	E. XI. Kal.	Mai.	XVIII.

cum Iudaeis celebrabat, quocumque die occurreret. Quem
ritum sancti Patres in Nicaena synodo prohibuerunt, con-
stituentes non solum lunam paschalem et mensem inquirere,
sed etiam et diem resurrectionis Dominicae observare; et ob
hoc pascha a quarta decima luna usque ad vicesimam primam
11 extenderunt, ut dies Dominicus non omitteretur. Paschae
autem vocabulum non Graecum, sed Hebraeum est; nec a
passione, quoniam πάσχειν Graece dicitur pati, sed a transitu
Hebraeo verbo pascha appellata est, eo quod tunc populus Dei
ex Aegypto transierit. Vnde et in Evangelio (Ioann. 13, 1):
'Cum vidisset,' inquit, 'Iesus quia venit hora ut transiret de
12 mundo ad Patrem.' Cuius nox ideo pervigilia ducitur, propter
adventum regis ac Dei nostri, ut tempus resurrectionis eius nos
non dormientes, sed vigilantes inveniat. Cuius noctis duplex
ratio est: sive quod in ea et vitam tunc recepit, cum passus est;
sive quod postea eadem hora, qua resurrexit, ad iudicandum
13 venturus est. Eo autem modo agimus pascha, ut non solum
mortem et resurrectionem Christi in memoriam revocemus, sed
etiam cetera, quae circa eum adtestantur, ad sacramentorum
14 significationem inspiciamus. Propter initium enim novae vitae
et propter novum hominem, quem iubemur induere et exuere
veterem, expurgantes vetus fermentum, ut simus nova con-
sparsio, quoniam pascha nostrum inmolatus est Christus.
Propter hanc ergo vitae novitatem primus mensis novorum in
mensibus anni celebrationi paschali mystice adtributus est.
15 Quod vero tertiae hebdomadae die pascha celebratur, id est
qui dies occurrit a quarta decima in vicesimam primam, hoc

1 occurrerit diem *K* (*non A*) quod ritum *BT*: quem primum *K* 5 ad *om. B* 8 pass. domini quam *K* (*non A*) 9 app. est] appellatur *K* 10 ex *om.* C^1 11 hora eius ut *K* (*non A*) transisset *U* 12 vox *T* perv. dicitur *BT*: pervigil adicitur *K*: pervigilio celebratur *Lactant. inst.* 7, 19. 3 13 Dei] Domini *CK* eius *om. C* 15 ea et AC^1TU: eadem *B*: ea *K* respicet *K* (*non A*) cum pas. est *om. K* (*non A*) 16 seu *K* (*non A*) eadem *om. B* 20 enim] *om. K*: autem *C* 21 exure *T* 22 ferventum C^1 nova] nonia *B* 24 vitae *om. K* in anni (-nis *T*) mensibus *CT* 26 celebrata C^1 27 occurrerit *K* quinta *ABCTU* dec. luna in *C*

significat quia in toto tempore saeculi, quod septenario dierum
numero agitur, nunc tertium tempus hoc sacramentum aperuit.
Primum enim tempus est ante legem, secundum sub lege, 16
tertium sub gratia; ubi iam manifestatum est sacramentum
prius occultum in prophetico aenigmate: ideo et propter haec
tria saeculi tempora resurrectio Domini triduana est. Quod 17
vero a quarta decima luna usque ad vicesimam primam per
dies septem paschalis dies quaeritur, propter ipsum numerum
septenarium, quo universitatis significatio saepe figuratur; qui
etiam ipsi Ecclesiae tribuitur propter instar universitatis, unde
et Iohannes Apostolus in Apocalypsin ad septem scribit ecclesias.
Ecclesia vero adhuc in ista mortalitate carnis constituta 18
propter ipsam mutabilitatem lunae nomine in Scripturis significatur.
Varia autem observantia opinionum paschalis festivi- 19
tatis interdum errorem gignit. Latini namque a III Non. Mart.
usque in III Non. Apr. primi mensis lunam inquirunt; et si
quinta decima luna die Dominico provenerit, in alium Dominicum
pascha protrahunt. Graeci primi mensis lunam ab VIII 20
Id. Mart. usque in diem Non. Apr. observant; et si decima
quinta luna die Dominico incurrerit, sanctum pascha celebrant.
Huiusmodi ergo dissensio inter utrosque paschalem regulam
turbat. Communis annus dicitur, qui duodecim tantum lunas, 21
hoc est dies CCCLIV habet. Dictus autem communis quia
saepe duo ita coniuncti incedunt ut invicem se in paschali
sollemnitate sequantur. Nam embolismus annus semper solus
est. Embolismus annus est qui tredecim menses lunares, id 22
est CCCLXXXIV dies habere monstratur. Ipse est annus sancto
Moysi divinitus revelatus, in quo iubentur hi, qui longius habi-

1 quia *BCKTU* : quod *A* quod *C* : qui *BKT* : que *U* 2 numerum *B* temp. in sacramento *K* apparuit *codd.* : *corr. dett.* 3 temp. an. *K* 4 manifestum B^1 8 qu. hoc fit prop. *C* 9 quo] quod *B* 11 ad *om.* *K* 12 in ista adhuc *K* 15 latine *T* 17 quinta] quarta *dett.* alio dominico *CKT* : alio die dominico *B* 18 lunam *om.* C^1 20 sanc. paschae *K* 22 dicitur] est *K* (*ex* est est) (*non A*) 23 id est *K* 24 in *om.* *T* 25 nam ambolismus annus solus est (*om.* semper) *add. in marg.* T^2 (*om.* T^1) 27 sancto] cum C^1K^1 28 habitant *K*

23 tabant, in secundo mense pascha celebrare. Embolismus autem
nomen Graecum est, quod interpretatur Latine superaugmen-
tum; eo quod expleat numerum annorum communium, quibus
24 undecim lunares dies deesse cernuntur. Embolismi autem
anni et communes sic inveniuntur. Si enim a quarta decima
luna paschae praecedentis usque ad quartam decimam sequentis
CCCLXXXIV dies fuerint, embolismus annus est; si CCCLIV, com-
25 munis [est]. Bissextus est per annos quattuor unus dies
adiectus. Crescit enim per singulos annos quarta pars assis.
At ubi quarto anno assem conpleverit, bissextum unum facit.
26 Dictus autem bissextus quia bis sexies ductus assem facit,
quod est unus dies; sicut et quadrantem propter quater duc-
tum; quod est bissextus quem super dierum cursum in anno
sol facit. [sive quod nequeat anno suo introduci, nisi bis sextum
nonas Martias conputaveris, hoc est et primo die sexto nonas
Martias et, addito bis sexto, alio die sexto nonas Martias itera-
27 veris.] A VI autem Non. Mart. usque in diem prid. Kal. Ian.,
28 in lunae cursu bissextus adponitur atque inde detrahitur. Inter-
calares autem dies idcirco vocantur, quia interponuntur ut
ratio lunae solisque conveniat. Calare enim ponere dicitur,
29 intercalare interponere. Epactas Graeci vocant, Latini adie-
ctiones annuas lunares, quae per undenarium numerum usque
ad tricenarium in se revolvuntur. Quas ideo Aegyptii adiciunt,
30 ut lunaris emensio rationi solis aequetur. Luna enim iuxta
cursum suum viginti novem semis dies lucere dinoscitur, et
fiunt in anno lunares dies CCCLIV; remanent ad cursum anni

2 superamento T^1 4 Embolismus au. et comm. *K* 5 communis *B* dec. qu. *K* 7 dies fuerunt *T*: fuerint dies *K* (*non A*) 8 est *hab. CK*: *om. BT* per] post *C* 9 adiectus est C^1: dictus *K* 10 unum *CT*: annum *BK* 11 sex dies *K*: sextus *C* 12 quod] quo *T* *an* pr. ter qu.? dictum CK^1 13 in annum *BCTU*: in annos *K* 14 sive quod ... iteraveris *hab. CTU*: *om. BD Trin. KM* quod *om. T* intra-duci *T* (*non U*) sextum] sexto *codd.* 15 conputabis *T* (*U*?) 16 et add. ... Martias (§ 27) *om. U* iteraveris *om. T* 17 nonas autem *T* 18 trahitur C^1 22 quae *om. K* duodenarium *K* 23 adici. ut] dicunt quod *K* 24 lun. et emen. C^1 rationem so. sequitur *K* enim *om. C* 25 cur. su.] cursuum *T* vig. no. enim sem. C^1 26 in annum BC^1T

solaris dies undecim, quos Aegyptii adiciunt. Vnde et adie- 31
ctiones vocantur: absque his non invenies luna quota sit in
quolibet anno et mense et die. Istae epactae semper XI Kal.
April. reperiuntur in eadem luna quae fuerit eo die. Con- 32
tinentur autem circulo decemnovenali; sed cum ad viginti
novem epactas pervenerint, qui est circulus nonus decimus,
iam sequenti anno non addes super viginti novem undecim,
ut decem adnunties detractis triginta, sed inde reverteris, ut
undecim pronunties.

DE RELIQVIS FESTIVITATIBVS. Festivitas dicta a festis XVIII
diebus, quasi festiditas, eo quod in eis sola res divina fit.
Quibus contrarii sunt fasti, in quibus ius fatur, id est dicitur.
Sollemnitas a sacris dicitur, ita suscepta ut mutari ob religionem
non debeat, ab † solito †, id est firmo atque solido nominata. [vel
ex eo, quod soleat fieri in anno.] Celebritas autem vocatur 2
quod non ibi terrena, sed caelestia tantum agantur. Pascha 3
festivitatum omnium prima est, de cuius vocabulo iam superius
dictum est. Pentecoste, sicut et pascha, apud Hebraeos cele- 4
bris dies erat, quod post quinque decadas paschae colebatur;
unde et vocabulum sumpsit. Πέντε enim Graece quinque, in
quo die secundum legem panes propositionis de novis frugibus
offerebantur. Cuius figuram annus iubileus in Testamento 5
Veteri gessit, qui nunc iterum per figuram repromissionis
aeternam requiem praefigurat. Epiphania Graece, Latine 6
apparitio [sive manifestatio] vocatur. Eo enim die Christus
sideris indicio Magis apparuit adorandus. Quod fuit figura

1 solis *K* Vnde adi. *K* 2 his] as *T* (*i. e.* has) lunam *CT* 4 qua *BK* eo die] odie *T* 5 decemnovennalis cum *K* 6 perveniunt *C*: pervenerit *dett.* 8 detractos *BT* 10 a *om. B* 11 qu. festid. *om. K* (*non A*) 12 in *om. T* id est] *om. B*: vel ex eo quod soleat fieri in anno *C*[1] 13 mutare *K* 14 ab sol.] absoluto *BKT*: a solo *dett.* (*cf.* XI. I. 115): *vix* ab sollo vel ex . . . anno *hab. CTUV*: *om. ABD Trin. K* 15 Caelebritas *BK* 16 quo *T* aguntur *T* 18 Pentecostes *T*: Pentecosten *BCK* celeber *K* 19 quod] que *T* colebatur *CT*: caelebratur (cel-) *BD Trin.*: celebrantur *K* 20 πέντε . . . quinque *om. K* (*non A*) 21 quem diem *K*: quo dies *T* panis . . . offerebatur *K* panes *om. B* 23 qui *K*: quae *BCT* per futuram *BC Trin. T* 25 sive man. *hab. BC Trin.*: *om. KT* 26 indicia *K*

7 primitiae credentium gentium. Quo die [et] Dominici bapti-
smatis sacramentum et permutatae in vinum aquae, factorum
8 per Dominum signorum principia extiterunt. Duae sunt autem
epiphaniae: prima, in qua natus Christus [et] pastoribus Hebraeo-
rum angelo nuntiante apparuit; secunda, in qua ex gentium
populis stella indice praesepis cunabula Magos adoraturos ex-
9 hibuit. Scenopegia sollemnitas Hebraeorum, de Graeco in
Latinum tabernaculorum dedicatio interpretatur; quae celebra-
batur a Iudaeis in memoriam expeditionis, cum ab Aegypto
promoti in tabernaculis agebant, et ex eo scenopegia. Σκηνὴ
enim Graece tabernaculum dicitur. Quae sollemnitas apud
10 Hebraeos Septembri mense celebrabatur. Neomenia apud
nos kalendae, apud Hebraeos autem, quia secundum lunarem
cursum menses supputantur, et Graece μήνη luna appellatur,
11 inde neomenia, id est nova luna. Erant enim apud Hebraeos
ipsi dies kalendarum ex legali institutione sollemnes, de quibus
in Psalterio dicitur (81, 4): 'Canite initio mensis tuba, in die
12 insigni sollemnitatis vestrae.' Encaenia est nova templi dedi-
catio. Graece enim καινὸν dicitur novum. Quando enim
aliquid novum dedicatur, encaenia dicitur. Hanc dedicationis
13 templi sollemnitatem Iudaei Octobri mense celebrabant. Dies
Palmarum ideo dicitur, quia in eo Dominus et Salvator noster,
sicut Propheta cecinit, Hierusalem tendens asellum sedisse
perhibetur. Tunc gradiens cum ramis palmarum multitudo
plebium obviam ei clamaverunt (Ioann. 12, 13): 'Osanna, bene-
14 dictus qui venit in nomine Domini rex Israel.' Vulgus autem
ideo hunc diem Capitilavium vocant, quia [in eo] tunc moris

1 primitivae *K* die *K*: diem *T*: die et *BC* dominicae (-ce) *BC*[1]: dominico *K* 2 aquae in vino atque fac. *K* 3 au. sunt *K*: sunt (*per compend.*) sunt au. *A* 4 na. est chr. pa. *T*: na. chr. pa. *BC* 6 populo *CK* stellam indicem *K* magis adoraturis *dett.* 7 Scenophegia (-phi-, -fe-) *codd.* 9 cum] eius *B* 10 ex eo sc. dicta *K* (*non A*) 12 celebratur *B*: celebrabantur *K* 13 nos] latinos *C* quia *om. K* 15 enim] autem *K* 16 ex] et *K* 17 initium *T*: in initio *C* 18 insignis *CK*: signis *B*[1] nostrae *T* est *om. K* dedicatio *K*: aedificatio (ed-) *BCT* 21 celebant *B*: colebant *CT* 25 oviam (*vix* ovium) *T* 26 autem *om. K* (*non A*) 27 hunc] eum *T* in eo *hab. CK*: *om. BT* mos *CK*

est lavandi capita infantium, qui unguendi sunt ne observatione
quadragesimae sordidata ad unctionem accederent. Hoc autem 15
die symbolum conpetentibus traditur propter confinem Do-
minicae paschae sollemnitatem; ut qui iam ad Dei gratiam
percipiendam festinant, fidem, quam confiteantur, agnoscant.
Coena Dominica dicta est, eo quod in eo die Salvator pascha 16
cum suis discipulis fecerit; quod et hodieque, sicut est traditum,
celebratur, sanctumque in eo chrisma conficitur, atque initium
novi et veteris testamenti cessatio declaratur. Sabbatum ab 17
Hebraeis ex interpretatione vocabuli sui requies nominatur,
quod Deus in ipso, perfecto mundo, requievisset. Siquidem 18
et eo die requievit Dominus in sepulchro, ut quietis illius
mysterium confirmaret; quod Iudaeis observandum in umbra
futuri praeceptum est. Sed postquam Christus in sepultura
sua eius figuram adinplevit, observatio eius quievit. Dominicus 19
dies proinde vocatur, quia in eo resurrectionis Domini nostri
gaudium celebratur. Qui dies non Iudaeis, sed Christianis in
resurrectionem Domini declaratus est, et ex illo habere coepit
festivitatem suam. Illis enim solum celebrandum sabbatum 20
traditum est, quia erat antea requies mortuorum; resurrectio
autem nullius erat qui resurgens a mortuis non moreretur.
Postquam autem facta est talis resurrectio in corpore Domini, 21
ut praeiret in capite Ecclesiae quod corpus Ecclesiae speraret
in finem, iam dies Dominicus, id est octavus, qui et primus,
celebrari coepit.

De officiis. Officiorum plurima genera esse, sed prae- XIX

1 labanda *B* observationem *C*[1]*K*: ob observationem *B* 2 sordata *K* 3 die *om.* *K* confitentibus *K* (*non D Trin.*) confinium *B* *Trin.* *T* 7 et eo die quae *C*[1]: et odie *KT*: hodieque *B*: et usque hodie *Trin.* 8 sanct. . . . conf. *post* declaratur *T*: *post* agnoscant (§ 15) *C*[1] (*non Trin.*) atque . . . declar. *om.* *BDH Trin.*: atque *om.* *C* 9 cess. test. *CT* 10 nuncupatur *K* 11 perfectum mundum *K* 12 et *om.* *K* (*non A*) in eo *K*: hoc *T* 13 misterio *K*: ministerium *B* confirmare quem *T*: confirmare et quem *K*: confirmet quem *A*: confirmaret quem *B* 14 futurum *C* in sepulchro suo *K* (*non A*) 15 qui.] cessavit *K* (*non A*) 18 resurrectione *BK* dom. nostri iesu christi *K* (*non A*) declaratum est *K*: declaratus *T* 19 fest. suam] sollemnitatem *K* (*non A*) 20 est *om.* *C*[1] quia] qui *K* 23 quod corp. eccl. *om.* *T* sper.] paret *K*

cipuum illud quod in sacris divinisque rebus habetur. Officium
autem ab efficiendo dictum, quasi efficium, propter decorem
sermonis una mutata littera; vel certe ut quisque illa agat quae
2 nulli officiant, sed prosint omnibus. Vespertinum officium est
in noctis initio, vocatum ab stella Vespere, quae surgit oriente
3 nocte. Matutinum vero officium est in lucis initio, ab stella
Lucifero appellatum, quae oritur inchoante mane. Quorum
duorum temporum significatione ostenditur ut die ac nocte
4 semper Deus laudetur. Missa tempore sacrificii est, quando
catechumeni foris mittuntur, clamante levita: 'Si quis catechu-
menus remansit, exeat foras'; et inde missa, quia sacramentis
altaris interesse non possunt qui nondum regenerati noscuntur.
5 Chorus est multitudo in sacris collecta; et dictus chorus quod
initio in modum coronae circum aras starent et ita psallerent.
Alii chorum dixerunt a concordia, quae in caritate consistit;
quia, si caritatem non habeat, respondere convenienter non po-
6 test. Cum autem unus canit, Graece monodia, Latine sicinium
dicitur; cum vero duo canunt, bicinium appellatur; cum multi,
chorus. Nam chorea ludicrum cantilenae vel saltationes clas-
7 sium sunt. Antiphona ex Graeco interpretatur vox reciproca:
duobus scilicet choris alternatim psallentibus ordine commutato,
sive de uno ad unum. Quod genus psallendi Graeci invenisse
8 traduntur. Responsorios Itali tradiderunt. Quos inde respon-
sorios cantus vocant, quod alio desinente id alter respondeat.
Inter responsorios autem et antiphonam hoc differt, quod in re-
sponsoriis unus versum dicit, in antiphonis autem versibus al-
9 ternant chori. Lectio dicitur quia non cantatur, ut psalmus
vel hymnus, sed legitur tantum. Illic enim modulatio, hic sola

1 in *om.* *T* 3 quisquis *K ante corr.* 5 initium *CT* vocatis C^1 nocte oriente *C* 6 est *om.* *T* initium *codd.* 10 foras *K* rem. cat. *C*: remanserit cat. *T* 11 sacramentum T^2 13 collectus *BT* 14 chorone in modo *K* 15 consistat K^2: consistunt T^2 16 quae si ca. non habet *add. in marg.* *K* non *om.* *K* 17 sincinia *Paul. Fest. codd.* p. 337 (*cf. tamen Gell.* 20, 3) 18 bic. dicitur *K* 19 coreas *BCT*: choreae *dett.* classium *suspectum* 20 ex Gr. int.] grece *K* (*non A*) 22 sive] sed *K* (*non A*) grece *C* 23 adinvenisse *K* 24 id] it *T*: id est C^1: *om.* *K* 25 autem *om.* *K* antiphonas *K* 26 un. ver. dicitur *T* (*pro* unus versus dicitur?) 27 qui C^1 28 tantum] psalmus C^1 illuc *BT*

pronuntiatio quaeritur. Canticum est vox cantantis in laetitiam. 10
Psalmus autem dicitur qui cantatur ad Psalterium, quod usum 11
esse David prophetam in magno mysterio prodit historia. Haec
autem duo in quibusdam Psalmorum titulis iuxta musicam
artem alternatim sibi adponuntur. Nam canticum Psalmi est, 12
cum id quod organum modulatur, vox postea cantantis eloquitur.
Psalmus vero cantici, cum quod humana vox praeloquitur, ars
organi modulantis imitatur. Psalmus autem a psalterio dicitur,
unde nec mos est ex alio opere eum conponi. Tres autem 13
gradus sunt in cantando: primus succentoris, secundus incen-
toris, tertius accentoris. Diapsalma quidam Hebraeum verbum 14
esse volunt, quo significatur semper; id est, quod illa, quibus
hoc interponitur, sempiterna esse confirment. Quidam vero 15
Graecum verbum existimant, quo significatur intervallum psal-
lendi; ut psalma sit quod psallitur, diapsalma vero interpositum
in psallendo silentium: ut quemadmodum synpsalma dicitur
vocis copulatio in cantando, ita diapsalma disiunctio earum,
ubi quaedam requies distincta continuationis ostenditur. Vnde 16
illud probabile est, non coniungendas sententias in psallendo,
ubi diapsalma interposita fuerit; quia ideo interponitur, ut con-
versio sensuum vel personarum esse noscantur. Hymnus est 17
canticum laudantium, quod de Graeco in Latinum laus interpre-
tatur, pro eo quod sit carmen laetitiae et laudis. Proprie autem
hymni sunt continentes laudem Dei. Si ergo sit laus et non sit
Dei, non est hymnus: si sit et laus et Dei laus, et non cantetur,
non est hymnus. Si ergo et in laudem Dei dicitur et cantatur,
tunc est hymnus. Cui contrarium est threnum, quod est car- 18
men lamenti et funeris. Alleluia duorum verborum interpre- 19
tatio est, hoc est laus Dei, et est Hebraeum. Ia enim unum est

1 laetitia *K* 2 ad] ut *C*[1] quod usu *K*: quo usum *T* 4 autem *om.* *K* 7 cantici cum *dett.*: canticum *BKT*: cantici *C* proloquitur *B* 9 mos] nos *C*[1] 10 gratus *K* pr. sec. inc. succ. *K* primus] infimus *T* 11 hebraicorum *K* 12 quod *CK* 13 sempiternam *T* 14 quod *BK* 15 interposito . . . silentio *K* 16 dicitur *post* cantando *K* (*non A*) 17 vocum *Aug. in Ps.* 4 eorum *CK* 18 disiunctae *Aug.* continuatione *K* Vnde et ille *C*[1] 21 noscatur *BC* 24 non sit] non est *K* (*non A*)

de decem nominibus, quibus apud Hebraeos Deus vocatur.
20 Amen significat vere, sive fideliter, quod et ipsud Hebraeum est.
Quae duo verba amen et alleluia nec Graecis nec Latinis nec
barbaris licet in suam linguam omnino transferre vel alia lingua
adnuntiare. Nam quamvis interpretari possint, propter san-
ctiorem tamen auctoritatem servata est ab Apostolis in his pro-
21 priae linguae antiquitas. Tanto enim sacra sunt nomina ut
etiam Iohannes in Apocalypsin referat se Spiritu revelante vi-
disse et audisse vocem caelestis exercitus tamquam vocem
aquarum multarum et tonitruum validorum dicentium : amen
et alleluia : ac per hoc sic oportet in terris utraque dici, sicut
22 in caelo resonant. Osanna in alterius linguae interpretationem
in toto transire non potest. Osi enim salvifica interpretatur ;
anna interiectio est, motum animi significans sub deprecantis
23 affectu. Integre autem dicitur osianna, quod nos corrupta media
vocali littera et elisa dicimus osanna, sicut fit in versibus cum
scandimus. Littera enim prima verbi sequentis extremam prioris
verbi veniens excludit, et dicitur Hebraice osanna, quod inter-
pretatur salvifica, subaudiendo vel : populum tuum, vel : totum
24 mundum. Offertorium tali ex causa sumpsit vocabulum. Fer-
tum enim dicitur oblatio quae altari offertur et sacrificatur a
pontificibus, a quo offertorium nominatum, quasi propter fertum.
25, 26 Oblatio vocatur quia offertur. Dona proprie divina dicuntur,
27 munera hominum. Nam munera dicuntur obsequia, quae pau-
peres divitibus loco munerum solvunt. Itaque munus homini
datur, donum Deo. Vnde etiam in templis donaria dicimus.
Munera autem vocantur quia manibus vel accipiuntur vel dan-
28 tur. Duo sunt autem quae offeruntur : donum et sacrificium.
29 Donum dicitur quidquid auro argentoque aut qualibet alia
30 specie efficitur. Sacrificium autem est victima et quaecumque

2 quod ipsut ebreum que duo *T* 7 Tantum *K* 10 amen all. *K* 11 oportent *CT* 12 lingua *B* 13 totum *K* 14 anime *T* 15 affectum *BCT* corrupte *K* 16 vocabuli *C* li. elisa *K* 17 prioris ven. *C* 18 Hebraice *add.* *K*[2] osianna *T* 21 altario *K* 22 propter] prae *K* fertur *B* 23 divina *om.* *ADK* : *add. in marg.* *B* : dī (*i. e.* Dei) *Trin.*, *fort. recte* 24 hominum *om.* *A* quae] quo *T* 25 locum *KC*[1] 27 vocatur *K* qua *C*[1] 29 quelibet *C*[1]

in ara cremantur seu ponuntur. Omne autem quod Deo datur,
aut dedicatur aut consecratur. Quod dedicatur, dicendo datur;
unde et appellatur. Vnde errant qui consecrationem dedica-
tionem putant significari. Immolatio ab antiquis dicta eo quod 31
in mole altaris posita victima caederetur. Vnde et mactatio
post immolationem est. Nunc autem immolatio panis et calicis
convenit, libatio autem tantummodo calicis oblatio est. Hinc 32
est illud (Eccles. 50, 17): 'Et libavit de sanguine uvae.' Sicut
et saecularium quidam poetarum (Virg. Aen. 7, 133): 'Nunc,'
inquit, 'pateras libate Iovi.' Libare ergo proprie fundere est,
sumptumque nomen ex Libero quodam, qui in Graecia usum
repperit vitis. Hostiae apud veteres dicebantur sacrificia quae 33
fiebant antequam ad hostem pergerent. Victimae vero sacrificia 34
quae post victoriam, devictis hostibus, immolabant. Et erant
victimae maiora sacrificia quam hostiae. Alii victimam dictam
putaverunt, quia ictu percussa cadebat, vel quia vincta ad aras
ducebatur. Holocaustum illud est, ubi totum igne consumitur 35
quod offertur. Antiqui enim cum maxima sacrificia admini-
strarent, solebant totas hostias in sacrorum consumere flamma,
et ipsa erant holocaustomata. Ὅλον enim Graece totum dici-
tur, *καῦσις* incensio, et holocaustum totum incensum. Caeri- 36
moniae apud Latinos dicuntur sacra omnia quae apud Graecos
orgia vocantur. Proprie autem visum est doctoribus a carendo
appellari caerimonias, quasi carimonias; eo quod ea quae in
sacris divinis offeruntur, in suo usu id carerent homines; quod
nomen etiam in usu est litterarum sanctarum. Alii caerimonias 37
proprie in observationibus Iudaeorum credunt; abstinentiam
scilicet quarundam escarum secundum veterem legem, eo quod
observantes careant his rebus quibus se abstinuerunt. Sacrificium 38
dictum quasi sacrum factum, quia prece mystica consecratur in

3 erant *BK*[1] dedicationem *om. T* 5 mola *K*, *vix recte* 7 labatio *B* oblatio *om. K* 8 sicut] sic *T* 10 iovis *BT* 12 utis *B* 13 ad hostes *K* sacrificium *B* 15 sacrificiae *BK* 17 ubi] ibi *T* 21 incensio holoc. *K* 22 quae *om. K* 23 proprium *K* cerendo *T* 25 id] his *C* 26 in usum hu-) *BCT* sacrarum *K* cerimonia *K* 29 car. in his *K* abstinuerint *BC* 30 qu. sacri *K* quia] quod *K* consecratum *B*

memoriam pro nobis Dominicae passionis; unde hoc eo iubente
corpus Christi et sanguinem dicimus. Quod dum sit ex fructi-
bus terrae, sanctificatur et fit sacramentum, operante invisibiliter
Spiritu Dei; cuius panis et calicis sacramentum Graeci Eu-
charistian dicunt, quod Latine bona gratia interpretatur. Et
39 quid melius sanguine et corpore Christi? Sacramentum est in
aliqua celebratione, cum res gesta ita fit ut aliquid significare
intellegatur, quod sancte accipiendum est. Sunt autem sacra-
menta baptismum et chrisma, corpus et sanguis [Domini].
40 Quae ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento cor-
poralium rerum virtus divina secretius salutem eorundem
sacramentorum operatur; unde et a secretis virtutibus vel a
41 sacris sacramenta dicuntur. Quae ideo fructuose penes Ec-
clesiam fiunt, quia sanctus in ea manens Spiritus eundem sacra-
42 mentorum latenter operatur effectum. Vnde, seu per bonos seu
per malos ministros intra Dei ecclesiam dispensentur, tamen quia
sanctus Spiritus mystice illa vivificat, qui quondam Apostolico
in tempore visibilibus apparebat operibus, nec bonorum meritis
dispensatorum amplificantur haec dona, nec malorum adtenuan-
tur, quia (1 Cor. 3, 7): 'neque qui plantat est aliquid, neque qui
rigat, sed qui incrementum dat, Deus'; unde et Graece mysterium
43 dicitur, quod secretam et reconditam habeat dispositionem. Ba-
ptismum Graece, Latine tinctio interpretatur; quae idcirco tinctio
dicitur, quia ibi homo spiritu gratiae in melius inmutatur, et
44 longe aliud quam erat efficitur. Prius enim foedi eramus de-
formitate peccatorum, in ipsa tinctione reddimur pulchri deal-
batione virtutum; unde et in Canticis scribitur canticorum (8,
45 5): 'Quae est ista quae ascendit dealbata?' Cuius mysterium

3 sacrificatur *T*: sanctificatus *B* 5 quod] que *C* 6 sanguine et corporis *B*: sanguini et corporis *T*: corpore et sanguine *K* 7 fit] sit *K* sign. inte intell. *C*[1] 9 et chrisma *om. K* (*non A*): et *om. B* sanguis *BC*: sanguinis *T*: sanguis domini *K* (*non A*) 10 tegumen *B* 11 salute *K* eor. sacr. *secl. Schwarz* 12 vel sacris *C* 16 dispensetur *TK* (*non A*) tamen] tunc *K* (*non A*) 18 visibiliter *K* 19 haec dona *om. B*[1] 20 neque plantat *C*[1] neque rigat *T*[1] 22 dispositionem *A Trin. T*: disponsionem *B*: dispensationem *C*: dispensionem *D*: repositionem *K* 24 quia] qui *B*[1] 26 tinctio *T*: intinctione *B*

non aliter nisi sub Trinitatis designatione, id est Patris et Filii
et Spiritus sancti, cognominatione conpletur, dicente Domino
ad Apostolos (Matth. 28, 19): 'Ite docete omnes gentes, ba-
ptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.' Sicut 46
enim in tribus testibus stat omne verbum, ita hoc sacramentum
confirmat ternarius numerus nominum divinorum. Quod autem 47
per aquam baptismum datur, haec ratio est. Voluit enim Do-
minus ut res illa invisibilis per congruentem, sed profecto con-
trectabilem et visibilem inpenderetur elementum, super quem
etiam in principio ferebatur Spiritus sanctus. Nam sicut aqua 48
purgatur exterius corpus, ita latenter eius mysterio per Spiritum
sanctum purificatur et animus. Cuius sanctificatio ita est. In- 49
vocato enim Deo descendit Spiritus sanctus de caelis, et medicatis
aquis sanctificat eas de semetipso; et accipiunt vim purgationis,
ut in eis et caro et anima delictis inquinata mundetur. Chrisma 50
Graece, Latine unctio nominatur; ex cuius nomine et Christus
dicitur, et homo post lavacrum sanctificatur. Nam sicut in ba- 51
ptismo peccatorum remissio datur, ita per unctionem sanctificatio
spiritus adhibetur; et hoc de pristina disciplina, qua ungui in
sacerdotium et in regnum solebant, ex quo et Aaron a Moyse
unctus est. Quae dum carnaliter fit, spiritaliter proficit; quo- 52
modo et in ipsa baptismi gratia visibilis actus, quod in aqua
mergimur, sed spiritalis effectus, quod delictis mundamur. Hoc 53
significat illud unguentum, quod peccatrix mulier super pedes,
et ea quae dicitur non fuisse peccatrix, super caput Iesu fudisse
scribuntur. Manus inpositio ideo fit, ut per benedictionem ad- 54
vocatus invitetur Spiritus sanctus. Tunc enim ille Paracletus

2 cognitione *K* (*non A*) 4 eas *K* 7 vol. deus ut *T* 8 congruentiam sed prof. contrectabilem vis. *K*: congruens et prof. contractabile et vis. *C*[1] (*non Trin.*) contractibilem *B* 9 invisibilem *BT* inpertiretur *Schwarz* elemento *K* quem] quod *C* (*non D Trin.*): quod elementum *K* 11 misterium *K* 12 sanctum *om. C* et *om. T* anima *K* 13 de caelis *om. K*[1] 15 eis caro *B* 17 babtismum (-pt-) *BCT* 18 ita et per *B* tinctionem *T* sanctificationis *K* 19 spiritalis *T* qua] quia *KT* 20 sacerdotio et in regno *K* et *om. K* 21 uctus *T* Quaedam *C*: et quae dum *B* 22 et ip. ba. *K*: et in babtismo *T* 23 mergitur *C*: merguntur *T ex corr.* spiritaliter *K*[1] mundantur *K* 25 fu. scribitur *K*: fudisse discribuntur *T* 26 ideo] inde *T* 27 ille *om. K* (*non A*)

post mundata et benedicta corpora libens a Patre descendit, et
quasi super baptismi aquam tamquam super pristinam sedem
recognoscens quiescit. Nam legitur quod in principio aquis
55 superferebatur Spiritus sanctus. Exorcismus Graece, Latine con-
iuratio, sive sermo increpationis est adversus diabolum, ut dis-
cedat: sicut est illud in Zacharia (3, 1): 'Et ostendit mihi Iesum
sacerdotem magnum stantem coram angelo Dei, et Satan stabat a
dextris eius, ut adversaretur ei; et dixit Dominus ad Satan: Incre-
pet Dominus in te, Satan, et increpet in te Dominus, qui elegit
56 Hierusalem.' Hoc est exorcismus increpare et coniurare adver-
sus diabolum; unde sciendum est quod non creatura Dei in in-
fantibus exorcizatur aut exsufflatur, sed ille sub quo sunt omnes
qui cum peccato nascuntur. Est enim princeps peccatorum.
57 Symbolum per linguam Graecam signum vel cognitio interpre-
tatur. Discessuri enim Apostoli ad evangelizandum in gentibus
58 hoc sibi praedicationis signum vel indicium posuerunt. Con-
tinet autem confessionem Trinitatis et unitatem Ecclesiae et
omne Christiani dogmatis sacramentum. Quod symbolum fidei
et spei nostrae non scribitur in carta et atramento, sed in tabulis
59 cordis carnalibus. Oratio petitio dicitur. Nam orare est petere,
sicut exorare inpetrare. Constat autem oratio loco et tempore.
Loco, quia non ubique, cum prohibeamur a Christo in publico,
sed ubi opportunitas dederit aut necessitas inportaverit. Neque
enim contra praeceptum reputatur ab Apostolis factum, quia in
60 carcere audientibus custodibus orabant et canebant Deo. De
tempore vero dictum est (1 Thess. 5, 17): 'Sine intermissione
orate,' sed hoc [in] singularibus. Nam est observatio quarun-
dam horarum communium, quae diei interspatia signant, tertia,

1 descendet C^1 2 per ba. *T* ta. prist. *Tertull. de bapt.* 8 3 se cognoscens *T* quiescet *T* 4 sp. sa. sup. *K* (*non A*) 7 dei] domini *BC* 9 Dom. in te] tibi dom. *K* Sat. et incr. *om.* B^1 Dom. in te *BC* 10 exorcismum *CKT* 11 sci. quod *BT* 13 est enim] et est *K* 14 vel] aut *K* (*non A*) cogn.] collatio *Arev.* 15 descensuri (di-) *BCAT*: discesserunt *K* 16 iudicium *K* Continent *BT* 17 et in un. *T* 18 omnem *BT* fidei spei *T* 21 si. et exor. *T* autem *om. K* 22 in publicum *BCT*: in puplico orare *K* 24 quia] qui *BC* 25 Deo *om. C* 27 in *om.* B^1*CK*: *ante* hoc *T* est] et *T* 28 die *KT* signat *K*

sexta et nona; similiter et noctis. Sed ideo haec orandi horae 61
divisae sunt, ut si forte aliquo fuerimus opere detenti, ipsud nos
ad officium tempus admoneat; quae tempora in Scripturis inve-
niuntur. Primum enim Spiritus sanctus congregatis discipulis 62
hora tertia infusus est. Petrus, qua die visionem communica-
tionis in illo vasculo expertus est, sexta hora orandi gratia ascen-
derat. Idem etiam cum Iohanne hora nona templum adiit,
quando paralyticum sanitati reformavit. Sed et Danielum legi- 63
mus haec tempora in oratione observasse, et utique ex Israelis
disciplina, ut ne minus quam ter die adoremus. Debitores enim
sumus trium, Patris et Filii et Spiritus sancti; exceptis utique
et aliis legitimis orationibus, quae sine ulla admonitione deben-
tur, ingressus lucis ac noctis sive vigiliarum; sed et cibum non 64
prius sumere quam interposita oratione. Priora enim habenda
sunt spiritus refrigeria, quia priora caelestia quam terrena. Qui
autem vult orationem suam volare ad Deum, faciat illi duas alas,
ieiunium et eleemosynam, et ascendet celeriter et exaudietur.
Ieiunium est parsimonia victus abstinentiaque ciborum, cui no- 65
men est inditum ex quadam parte viscerum tenui semper et va-
cua, quod vulgo ieiunum vocatur. Vnde ieiunii nomen creditur
derivatum, quod sui inedia viscera vacua et exinanita existant.
Ieiunium autem et statio dicitur. Statio autem de militari ex- 66
emplo nomen accepit, pro eo quod nulla laetitia obveniens ca-
stris stationem militum rescindit. Nam laetitia libentius, tristitia
sollicitius administrat disciplinam; unde et milites numquam
inmemores sacramenti magis stationibus parent. Discernunt 67

1 sex. no. *C*[1] 2 aliquod *T* detempti *C*[1]: detempi (-npi?) *T* ipsud] id sud *C*[1] 4 Primus *BCT* (*cf. Tertull. de orat.* 25) enim *om. T* congregatis *ex* congratis *T* 8 paraclitum *K*[1] san. pristine ref. *K* (*A n. l.*) 9 et utique ex *BC Trin.*: utique ex *K*: ut antique (*i. e.* -ae) *T* 10 disciplinam *T* ut ne] non *K* diei *T*: in die *K* 11 ut. al. *T* 13 ingressu *Tertull. de orat.* 25 14 prius] potius *B* interpositam orationem *K* 15 terrena] terrestria *T* 16 deum *BT*: dominum *CT* facit *B*[1] illi] ei *T* 17 ascendit *CK* exauditur *BCK* 19 viscerum *om. K* (*non A*) semp. vac. *C*[1] 20 ieiunum] ieiunium *BCT* 21 existat *K* 22 stadio *K* 23 lae. sive tristitia o. *Arev.* (*ex Tertull. de orat.* 19) crastris *T* 24 letia *T* tristitias *C*[1] 26 magis . . . inter ieiunium *om. T*

autem quidam inter ieiunium et stationem. Nam ieiunium est
indifferenter cuiuslibet diei abstinentia, non secundum legem,
sed secundum propriam voluntatem ; statio autem est observatio
68 statutorum dierum vel temporum. Dierum, ut quartae feriae et
sextae feriae ieiunium ex veteri lege praeceptum : de qua statione
in Evangelio dixit ille (Luc. 18, 12) : 'Ieiuno bis in sabbato,' id
69 est quarta et sexta sabbati. Temporum autem, quae legalibus
ac propheticis institutionibus terminatis temporibus statuta sunt,
ut ieiunium quarti, quinti, septimi, ac decimi mensis ; vel, sicut
in Evangelio (Matth. 9, 15), dies illi in quibus ablatus est sponsus ;
vel sicut observatio quadragesimae, quae in universo orbe
institutione Apostolica observatur circa confinium Dominicae
70 passionis. His tertium genus quidam adiciunt quam Xero-
phagiam dicunt, abstinentiam scilicet ciborum humentium.
Vnde et nomen hoc datum, eo quod siccis quidam escis utantur.
71 Poenitentia appellata, quasi punitentia, eo quod ipse homo in se
poenitendo puniat quod male admisit. Nam nihil aliud agunt,
quos veraciter poenitet, nisi ut id, quod male fecerunt, inpunitum
esse non sinant. Eo quippe modo sibi non parcentibus ille par-
cit, cuius altum iustumque iudicium nullus contemptor evadit.
72 Perfecta est autem poenitentia, praeterita deflere et futura non
admittere. Haec secunda in similitudine fontis est, ut si forte
inpugnante diabolo aliquod peccatum inrepserit, huius satisfa-
73 ctione purgetur. Satisfactio autem est causas peccatorum et
74 suggestiones excludere et ultra peccatum non iterare. Recon-
ciliatio vero est, quae post conplementum poenitentiae adhibetur.
Nam sicut conciliamur Deo, quando primum a gentilitate con-

1 nam *om.* *K* 2 secundum] per *K* (*A n. l.*) 3 sed sec. *om.* *T* : sed per *K* (*A n. l.*) 4 statuorum C^1 : istorum *T* st. vel di. vel *B* et sex. fer. *om.* K^1 5 ex *om.* *T* legem C^1 7 au. quae] vel *B* 8 ac] et *K* 9 ac] et *K* mensis *om.* *BT* vel *om.* *K* 10 ille *B* 11 quae] qui *T* 12 apost.] evangelica *K* (*non A*) 13 tertium *om.* K^1 adiciunt] dicunt K^1 quam *BT* : quod *CK* scenophigia dicitur *K* 14 scil.] quidem *K* (*non A*) humectuum *K* (*A n. l.*) 15 quidam siccis *K* *fort.* quidem : *del. Schwarz* utuntur *ut vid.* *T* 16 Penitentiam *KT* appellatam *K* punientia *BK* : paenitentia C^1 17 punit *BCT* aliud *om.* *T* 18 poenitet] punit *K* 20 evadet *K* 23 peccato C^1 24 purgentur C^1 25 suggestionum a se excl. *K* § 74 *om.* *KMO* (*non A Trin.*) 26 vero] autem *T* 27 nam . . . regredimur *om.* *T* (*non U Trin.*)

vertimur, ita reconciliamur, quando post peccatum poenitendo
regredimur. Exomologesis Graeco vocabulo dicitur, quod Latine 75
confessio interpretatur, cuius nominis duplex significatio est. Aut enim in laude intellegitur confessio, sicut est: 'Confitebor tibi Domine Pater caeli et terrae': aut dum quisque confitetur sua peccata ab eo indulgenda, cuius indeficiens est misericordia.
Ex hoc igitur Graeco vocabulo exprimitur et frequentatur exomo- 76
logesis, qua delictum nostrum Domino confitemur; non quidem ut ignaro, cuius cognitioni nihil occultum est; sed confessio
est rei scilicet eius quae ignoratur professa cognitio. Vtile 77
enim sibi ac iucundum quisquam esse existimaverat rapere, adulterare, furari; sed ubi haec aeternae damnationi obnoxia
esse cognovit, cognitis his, confitetur errorem. Confessio autem 78
erroris professio est desinendi: desinendum ergo a peccatis est, dum confessio est. Confessio autem antecedit, remissio sequitur. Ceterum extra veniam est qui peccatum cognoscit nec cognitum
confitetur. Itaque exomologesis prosternendi et humilificandi 79
hominis disciplina est, habitu atque victu, sacco et cinere incubare, corpus sordibus obscurare, animum maeroribus deicere,
illa, quae peccant, tristi tractatione mutare. Litaniae autem 80
Graeco nomine appellantur, quae Latine dicuntur rogationes. Inter litanias vero et exomologesin hoc differt, quod exomologesis pro sola confessione peccatorum agitur; litaniae vero, quae indicuntur propter rogandum Deum et inpetrandam in
aliquo misericordiam eius. Sed nunc iam utrumque vocabulum 81

3 interpretatur . . . intellegitur *om. T* sign. aut *C* 4 confiteor *BC* 6 indulgentia *B* (*non A*) 7 Graeco *om. K* frequenter *B* exomologis *K* (? *i. e.* ἐξομολογεῖς) 8 qua] quia *CKT* 9 ut] non C^1: *om. K* 11 quisquam (*ex* quisque) ignoratur professa cognitio quam *T* (*cf.* § 76) 12 furare *BCT* hac *T* damnatione C^1 noxia C^1K 13 esse *om. K* cognitus *K* 14 desinendo ergo *K* pecc. dum *C* 15 antecedet *T* 17 humiliandi hominibus *K* 18 disciplin ** abitu C^1 cineri *T* incurbare *T* 19 animo C^1 erroribus *T* dedere *K* (*non A*) 20 illi *K* peccanti C^1K: peccavit C^2 (*cum Tertull. de paenit.* 9) tristitia tra. C^1 autem *om. K* 21 Latine] letanic *T* 22 exomologesis B^1 *ut vid. K* exomologesin *BT* 23 pecc. conf. *T* aguntur *BT* (? *pro* Inter. lit. ve. et exomologeses h. d. q. exomologeses . . . aguntur) vero dicuntur T^1: vero inde dicuntur T^2 24 inpetrandum *BC* 25 aliqua C^1 iam] distat vulgo *T*

sub una designatione habetur, nec distat vulgo utrum litaniae an exomologesis dicantur. Supplicationis autem nomen quodam-
82 modo nunc ex gentilitate retinetur. Nam feriae aut legitimae erant apud eos aut indictae. Indictae autem, quia paupertas antiqua Romanorum ex conlatione sacrificabat, aut certe de bonis damnatorum. Vnde supplicia dicuntur supplicationes, quae fiebant de bonis passorum supplicia. Sacrae enim res de rebus execrandorum fiebant.

1 adsignatione *B* 2 exomologesin $B^{2}CT$: omologesin B^{1} indicantur *ut vid.* B^{1} 3 fer. leg. *T* 5 sacrificabant *T* 6 unde a suppl. *K* : unde et suppl. *Serv. ad Aen.* 1, 632 7 passorum] possessorum *CK* (*non A*) supplicia *om. K* (*non A*) sacra *B* res *om. KM* 8 fiebat C^{1} *Sequitur Hieronymi tractatus* DE FESTIS DIEBVS IN VETERI LEGE (*in una pagina*) *in T*

LIBER VII

DE DEO, ANGELIS ET SANCTIS

De Deo. Beatissimus Hieronymus, vir eruditissimus et 1
multarum linguarum peritus, Hebraeorum nominum interpreta-
tionem primus in Latinam linguam convertit. Ex quibus pro
brevitate praetermissis multis quaedam huic operi adiectis
interpretationibus interponenda studui. Vocabulorum enim 2
expositio satis indicat quid velit intellegi. Habent enim quae-
dam ex propriis causis nominum rationem. In principio autem
decem nomina ponimus, quibus apud Hebraeos Deus vocatur.
Primum apud Hebraeos Dei nomen El dicitur; quod alii 3
Deum, alii etymologiam eius exprimentes ἰσχυρὸς, id est fortem
interpretati sunt, ideo quod nulla infirmitate opprimitur, sed
fortis est et sufficiens ad omnia perpetranda. Secundum nomen 4
Eloi. Tertium Eloe, quod utrumque in Latino Deus dicitur. 5
Est autem nomen in Latinum ex Graeca appellatione transla-
tum. Nam Deus Graece δέος, φόβος dicitur, id est timor, unde
tractum est Deus, quod eum colentibus sit timor. Deus autem 6
proprie nomen est Trinitatis pertinens ad Patrem et Filium et
Spiritum sanctum. Ad quam Trinitatem etiam reliqua quae
in Deo infra sunt posita vocabula referuntur. Quartum nomen 7
Dei dicitur Sabaoth, quod vertitur in Latinum exercituum sive
virtutum, de quo in Psalmo ab angelis dicitur (23, 10): 'Quis
est iste rex gloriae? Dominus virtutum.' Sunt enim in huius 8
mundi ordinatione virtutes multae, ut angeli, archangeli, princi-
patus et potestates, cunctique caelestis militiae ordines, quorum
tamen ille Dominus est. Omnes enim sub ipso sunt eiusque

1 Beatus *K* 5 studii *T* enim] autem *CK* (*non A*) 6 vellint (velint) *ABC* 9 eli *B* 10 deum et alii *T* 11 nulli de firmitate *T* 12 est *om. K* perpetrata *T* 13 quod *om. K* (*non A*) latinum *BCT* 14 nom. latinum *C* 15 δέος] theos *codd.* foebos *CT* : febos *B* : fibos *A* : *om. K* 16 est nomen deus *K* eum] enim *B* 18 ad quam] aliqua in *K* (*non A*) 20 dei dicitur *BT* : est *K* : est dei dicitur *C*[1] 21 quo] quod *C*[1] psalmis *K* qui es *T*[1] 22 huiusmodi *K* 23 ordinationes *C*[1] : observatione *K* (*non A*) 24 et *om. K* (*non A*) 25 illi *B* est *om C*[1]

9 dominatui subiacent. Quintum Elion, quod interpretatur in
Latinum excelsus, quia supra caelos est, sicut scriptum est de
eo (Ps. 113, 4): 'Excelsus Dominus; super caelos gloria eius.'
Excelsus autem dictus pro valde celsus. Ex enim pro valde
10 ponitur, sicut eximius, quasi valde eminens. Sextum Eie, id
est, qui est. Deus enim solus, quia aeternus est, hoc est, quia
exordium non habet, essentiae nomen vere tenet. Hoc enim
11 nomen ad sanctum Moysen per angelum est delatum. Quae-
renti enim quod esset nomen eius, qui eum pergere praecipiebat
ad populum ex Aegypto liberandum, respondit (Exod. 3, 14):
'Ego sum, qui sum: et dices filiis Israel: Qui est, misit me
ad vos'; tamquam in eius conparatione, qui vere est, quia in-
commutabilis est, ea, quae commutabilia, facta sunt quasi non
12 sint. Quod enim dicitur fuit, non est: et quod dicitur erit,
nondum est. Deus autem esse tantum novit, fuisse et futurum
13 esse non novit. Solus enim Pater cum Filio et Spiritu sancto
veraciter est. Cuius essentiae conparatum esse nostrum non
esse est. Vnde et in conloquio dicimus: 'Vivit Deus,' quia
14 essentia vita vivit, quam mors non habet. Septimum Adonai,
quod generaliter interpretatur Dominus, quod dominetur crea-
turae cunctae, vel quod creatura omnis dominatui eius deserviat.
Dominus ergo et Deus, vel quod dominetur omnibus, vel quod
15 timeatur a cunctis. Octavum Ia, quod in Deo tantum ponitur,
16 quod etiam in alleluia in novissima syllaba sonat. Nonum
Tetragrammaton, hoc est quattuor litterarum, quod proprie
apud Hebraeos in Deo ponitur, iod, he, iod, he, id est, duabus
ia, quae duplicata ineffabile illud et gloriosum Dei nomen

1 eloin *B* 3 super] supra *BCK* 5 ei ei *K*: ei *B*: ei ei ē (*i.e.* est) *C*: eifie *A*: ehie T^1: ei ei e T^2 6 qui est] qui est qui est T^2 deus enim solus q. exord. (*cett. om.*) *A* quia *om. K* (*non D Trin.*) hoc est] et ob hoc *C* qui *K* (*non D Trin.*¹) 7 ess. enim nom. *K* tenebit *K*: retinet *B*: tenit D^1 9 percipiebat *T* 11 dicis *K* 14 Qui *B* non est et *om. K* 15 deus] dum *K* (*non A*) tantum esse *K* (*non A*) 16 enim] autem *K* 18 dicitur *K* deus *BT*: dominus *CK* 19 quam] quod *K* 21 vel quo *C* dominatu *T* serviat K^1 (*non A*) 23 in deo] inde *T* 24 Novum *B* 26 iod he iod he *T*: iode iode BC^2: ioe ioe C^1K 27 quae] quod *K*: *om. T*

efficiunt. Dicitur autem ineffabilis, non quia dici non potest,
sed quia finiri sensu et intellectu humano nullatenus potest; et
ideo, quia de eo nihil digne dici potest, ineffabilis est. Deci- 17
mum Saddai, id est, omnipotens. Vocatus autem omnipotens
eo quod omnia potest, sed a faciendo quod vult, non a pa-
tiendo quod non vult. Quod si ei accideret, nequaquam esset
omnipotens; facit enim quidquid vult, et inde omnipotens.
Item omnipotens, quia ipsius sunt omnia quae ubique sunt; 18
solus enim totius mundi habet imperium. Dicuntur autem et
alia quaedam in Deum substantialiter nomina, ut inmortalis,
incorruptibilis, incommutabilis, aeternus. Vnde et merito
cunctae praeponitur creaturae. Inmortalis, sicut de eo scri- 19
ptum est (1 Timoth. 6, 16): 'Qui solus habet inmortalitatem':
quia in eius natura nulla est commutatio. Nam omnis muta-
bilitas non inconvenienter mortalitas dicitur; secundum quam
et anima dicitur mori, non quia in corpus vel in aliquam alte-
ram substantiam mutatur et vertitur, sed in ipsa sua substantia
quidquid alio modo nunc est aut fuit, secundum id quod
destitit esse quod erat, mortalis utique deprehenditur; ac per
hoc solus Deus dicitur inmortalis, quia solus incommutabilis.
Incorruptibilis appellatur quia corrumpi et dissolvi non potest 20
nec dividi. Quidquid enim capit divisionem et interitum capit.
Ille nec dividi potest nec interire; inde incorruptibilis est.
Incommutabilis est quia semper manet et mutari nescit. Nec 21
proficit, quia perfectus est, nec deficit, quia aeternus est.
Aeternus est, quia sine tempore est. Non enim habet initium 22

1 ineffabile C^1 2 potest ideo quia (qui?) *A* 3 eo] deo *C* 4 autem *om. K* (*non A*) 5 ad faciendum . . . ad patiendum *K*: ad faciendum . . . a patiendo *A* non a pat. . . . vult *om. B* 6 quod non vult *om. AK* ei aliquid accederet *A* 7 quidquid] quod *K* (*non A*) inde] ideo *K* (*non A*) 8 Idem *K* omnia *om. C* (*non A*) 9 autem *om. K* (*non A*) 10 in deo qu. *K* (*non A*) 11 incomm.] inconsummabilis *T* 13 solum C^1 15 mortalitas *CK*: mortalis *BT* quam] quod *K* (*non A*) 16 aliqua altera substantia *K* 17 sed in ipsa sua subst. quidquid (*deletum*) mutatur et vertitur sed ipsa sua substantia quidquid alio *K* (*non A*) 18 alium modo *B* aut] ac *Schwarz* 20 deus solus *K* incomm. est *K* 21 appellatur *om. K* (*non A*) 22 nec dividi *om. C* quidquid] quid C^1 23 inde] unde *K* est *om.* K^1

neque finem. Hinc et sempiternus, eo quod sit semper aeter-
nus. A quibusdam autem aeternus ab aethere creditur dictus,
quoniam caelum sedes eius habetur. Vnde est illud (Ps. 114,
16): 'Caelum caeli Domino': et haec ista quattuor unum
significant, nam una eademque res dicitur, sive dicatur aeternus
Deus, sive inmortalis, sive incorruptibilis, sive inmutabilis.
23 Invisibilis, quia numquam per substantiam suam apparuit oculis
mortalium Trinitas, nisi per speciem subiectae creaturae eadem-
que corporeae. Nam nemo potest ipsam manifestationem
essentiae Dei videre et vivere, sicut et dictum est Moysi; unde
et Dominus in Evangelio dicit (Ioann. 1, 18): 'Deum nemo
vidit umquam.' Res est enim invisibilis, ideoque non oculo,
24 sed corde quaerendus est. Inpassibilis, quia nullis perturbatio-
nibus afficitur, quibus fragilitas humana subcumbit. Non enim
adtingunt eum ullae passiones, ut libido, iracundia, cupiditas,
timor, maeror, invidia, et cetera quibus mens humana turbatur.
25 Sed cum dicitur Deum irasci aut zelare aut dolere, nostro usu
dicitur. Apud Deum enim perturbatio nulla est, apud quem
26 tranquillitas summa est. Simplex autem dicitur sive non
amittendo quod habet, seu quia non aliud est ipse et aliud
quod in ipso est, sicut in homine, cuius aliud [est] esse, [et] aliud
27 sapere. Nam et esse potest, et sapiens non esse; Deus autem
habet essentiam, habet et sapientiam; sed quae habet, hoc et
est, et omnia unus est; ac proinde simplex est, quia non in
eo aliquid accidentis est, sed et quod est, et quod in ipso est,
essentialiter est, excepto quod relative ad quamcumque per-

1 hic et *C*: hinc est et *A* 2 ab aethere] habere *AK* creditur *om.* *B* 3 habetur] est *K* (*non A*) 4 caelum *om.* *AK* Domino] deo vel domino *K* haec *om.* *K* (*non A*) 5 unam eandemque *B* 6 inmut.] incommutabilis *T* (*non V*) 7 per] secundum *K* 8 trinitatis *T* (*non V*) eiusdemque *dett.* 10 sicut dic. *T* (*non V*) 11 dixit *T* (*non V*) 12 res enim *K* non *om.* B^1 oculos C^1 14 subcumbit *ex* -bat *T* 16 maeror] memoria *T* (*non V*) 17 zelari B^1 dolore B^1 nostro] non *K* (*non A*): in C^1 18 enim *om.* *K* (*non A*) nulla pert. nulla C^1 quem *om.* B^1 19 autem] enim *T* (*non V*) 20 quia] qui *A* 21 quod ipso *T* (*non V*) est *hab.* *CKV*: *om.* *BT* et *hab.* *CTV*: *om.* *BK* 22 Nam esse *T* (*non V*) 23 habet sapientiam (-ia) B^1K sed *om.* *K* (*non A*) quod *dett.* hab. hoc et est *om.* *K* (*non A*) 26 quemcumque C^1TV

sonam est. Summe bonus, quia incommutabilis est. Creatura 28
vero bonum, sed non summum est, quia mutabilis est. Et dum
sit quidem bonum, non tamen esse potest et summum. In- 29
corporeus autem vel incorporalis ideo dicitur Deus, ut spiritus
credatur vel intellegatur esse, non corpus. Nam dum dicitur
spiritus, eius significatur substantia. Inmensus, quia cuncta 30
concludit, ipse a nullo concluditur; sed omnia intra eius omni-
potentiam coartantur. Perfectus dicitur quia nihil ei possit 31
adici. Adtamen de consummatione alicuius facti perfectio dici-
tur. Deus autem, qui non est factus, quomodo est perfectus?
Sed hoc vocabulum de usu nostro sumpsit humana inopia, 32
sicut et reliqua verba, quatenus id quod ineffabile est utcumque
dici possit, quoniam de Deo nihil digne humanus sermo dicit,
sicut sunt et alia. Creator dictus pro totius mundi rebus ab 33
ipso creatis. Nihil enim est quod non originem a Deo traxerit.
Ipse et unus, quia dividi non potest, vel quia nihil aliud esse
potest quod tantundem capiat potestatis. Haec igitur, quae 34
de Deo dicta sunt, ad totam pertinent Trinitatem propter unam
et coaeternam substantiam, sive in Patre, sive in Filio eius uni-
genito in forma Dei, sive in Spiritu sancto, qui unus Spiritus est
Dei Patris et Filii eius unigeniti. Sunt et quaedam vocabula 35
ex usu nostro ad Deum sumpta, de membris nostris, sive de
inferioribus; et quia in propria natura invisibilis et incorporeus
est, pro efficientiis tamen causarum in ipso rerum species adscri-
buntur, ut more locutionis nostrae facilius se ipsum insinuet: ut
quia omnia videt, dicatur oculus; et propter quod audit omnia,
dicatur auris; pro eo autem quod avertitur, ambulat; pro eo
quod spectat, stat. Sic et in ceteris horum similibus ab huma- 36

1 creature *T* (*non V*) 2 summum quia *C* 3 quidem] qui T^1 (*non V*) potest esse *K* 4 Deus *om. K* 5 credatur] dicatur *K* dic. est (*delet.*) spir. est sign. substantiam *K* 7 potentiam *K* (*non A*) 8 coartatur *T* (*non V*) quia] quod *C* (*non A*) ei *om.* C^1 9 ut tamen *K* 10 est perf.] inperfectus *K* 12 qu. in id *K* effabile *T*: ineffabilis K^1 13 quoniam] quae *B* 15 trax. et ipse et T^2 (*non V*) 16 es. al. po. *TV* 19 eius *om. K* unigen. for. *K* 20 qui] quia *T* (*non V*) Spiritus *om.* B^1 22 sive] vel *K* 24 efficientis *T ante corr.* (*non V*) : efficientes *K* adscribentur C^1 28 expectat *K* Sicut et *K*

nis mentibus trahitur similitudo ad Deum, sicut est obliviscens
et memorans. Hinc est quod et Propheta dicit (Ierem. 51, 14):
'Iuravit Dominus exercituum per animam suam': non quod
37 Deus animam habeat, sed hoc nostro narrat affectu. Nam et
facies Dei in Scripturis sanctis non caro, sed divina cognitio
intellegitur, eadem ratione qua per faciem conspectam quisque
cognoscitur. Hoc enim in oratione dicitur Deo (Psalm. 80, 4):
'Ostende nobis faciem tuam': ac si dicatur: 'Da nobis cogni-
38 tionem tuam.' Sic et vestigia Dei dicuntur, quia nunc Deus
per speculum agnoscitur, ad perfectum vero omnipotens repe-
ritur, dum in futurum facie ad faciem quibusque electis prae-
sentabitur, ut ipsam speciem contemplentur, cuius nunc vestigia
conprehendere conantur, hoc est, quem videre per speculum
39 dicitur. Nam et situs et habitus et locus et tempus in Deum
non proprie, sed per similitudinem translate dicuntur; quippe
(Psalm. 99, 1) 'sedere super Cherubin' dicitur, quod est ad
situm; et (Psalm. 104, 6): 'Abyssum tamquam vestimentum
amictus,' quod est ad habitum; et (Psalm. 102, 28): 'Anni tui
non deficient,' quod ad tempus pertinet; et (Psalm. 139, 8):
40 'Si ascendero in caelum, tu ibi es,' quod ad locum. Nam et
in Propheta (Amos 2, 13): 'Plaustri portantis fenum' species
ad Deum dicitur. Et haec omnia per figuram Deus, quia nihil
est horum ad proprietatem substantiae eius.

II De Filio Dei. Multis etiam modis Christus appellari in
scripturis invenitur divinis. Nam ipse Dei Patris Vnigenitus
filius, dum esset aequalis Patri, propter salutem nostram formam
servi accepit. Proinde quaedam nomina in illo ex divinitatis
substantia, quaedam ex dispensatione susceptae humanitatis
2 adsumpta sunt. Christus namque a chrismate est appellatus,

2 est quod *om.* *K*   et *om.* T^1 (*non V*)   4 sed hoc *BTV*: sed quod *K*: sed que C^1 nostrum na. affectum *K*   5 sanctis *om.* K^1 6 eandem C^1 qua] quia *BCT*   10 repperietur *C*   12 ut in ipsa specie contempletur *K*   14 dicuntur *C*   in deo *K* (*non A*)   17 abyssum] ab ipso *K* (*non A*): ad ipsum C^1 18 quod est] quidem *K* (*non A*)   ab habitu *K* (*non A*)   20 ibi *BTV*: illic *CK*   loc. manet in proph. *BCD*   27 nomina . . . eius nomen (viii. 22) *desunt in M*   in illo] illa *B*   29 esse appellatus *K*

hoc est unctus. Praeceptum enim fuerat Iudaeis ut sacrum
conficerent unguentum, quo perungui possent hi qui vocaban-
tur ad sacerdotium vel ad regnum : et sicut nunc regibus indu-
mentum purpurae insigne est regiae dignitatis, sic illis unctio
sacri unguenti nomen ac potestatem regiam conferebat ; et inde
Christi dicti a chrismate, quod est unctio. Nam chrisma 3
Graece, Latine unctio nuncupatur, quae etiam Domino nomen
adcommodavit facta spiritalis, quia Spiritu unctus est a Deo
Patre, sicut in Actibus (4, 27) : 'Collecti sunt enim in hac
civitate adversus sanctum Filium tuum, quem uncxisti' : non
utique oleo visibili, sed gratiae dono, quod visibili significatur
unguento. Non est autem Salvatoris proprium nomen Christus, 4
sed communis nuncupatio potestatis. Dum enim dicitur
Christus, commune dignitatis nomen est ; dum Iesus Christus,
proprium est vocabulum Salvatoris. Christi autem nomen 5
nusquam alibi omnino nec in aliqua gente fuit, nisi tantum in
illo regno ubi Christus prophetabatur, et unde venturus erat.
Messias autem Hebraice dicitur, Graece Christus, Latina autem 6
locutione unctus. Iesus Hebraice, Graece σωτήρ, Latine autem 7
salutaris sive salvator interpretatur, pro eo quod cunctis genti-
bus salutifer venit. Etymologiam autem nominis huius etiam 8
Evangelista significat, dicens (Matth. 1, 21) : 'Vocabis nomen
eius Salvator, quia ipse salvum faciet populum suum.' Sicut
enim Christus significat regem, ita Iesus significat salvatorem.
Non itaque nos salvos facit quicumque rex, sed rex Salvator. 9
Quod verbum Latina lingua antea non habebat, sed habere
poterat, sicut potuit, quando voluit. Emmanuel ex Hebraeo 10

2 unguentum] unctum C^1 possint *KT* 3 regibus] Romanis *Lactant. inst.* 4, 7, 6 4 sic] sed *K* 5 et exinde *K* 6 dicti *om. K* unctionem *K* 9 actibus *KT*[1] *ut vid. V* : actibus dicitur B^1 : actibus apostolorum legitur *C* : actibus apostolorum scribitur T^2 enim *om. K* 11 qu. invisibili *K* 12 autem *BKV* : ergo *CT* propr. Salv. *K* 14 commune . . . Christus *om. K* (*non A*) Iesus *om. A* 15 propr. vocab. *TV* 18 autem loc. *om. K* 19 Ies. autem hebr. T^2 (*non V*) 20 pro eo . . . venit *om. B* 21 sal. venit] saluti prevenit *T* (*non V*) autem] enim *BC* huius] eius *B* 22 dicens *om. K* 23 Salvator] salvatorem *B* quia] quod *B* 24 significans re. *C* regem . . . sign. *om.* T^1 (significat *om.* T^2)

in Latinum significat 'nobiscum Deus,' scilicet quia per
Virginem natus Deus hominibus in carne mortali apparuit,
ut terrenis viam salutis ad caelum aperiret. Ad divinitatis
11 substantiam quae pertinent ista sunt: Deus, Dominus. Deus
autem dictus propter unitam cum Patre substantiam. Dominus
12 propter servientem creaturam. Deus autem et homo, quia Ver-
bum et caro. Vnde et bis genitus dicitur, sive quia Pater eum
genuit sine matre in aeternitate, sive quia mater sine patre in tem-
13 pore. Vnigenitus autem vocatur secundum divinitatis excellen-
tiam, quia sine fratribus; Primogenitus, secundum susceptionem
hominis, in qua per adoptionis gratiam fratres habere dignatus est,
14 quibus esset primogenitus. Homousion Patri ab unitate sub-
stantiae appellatur. Substantia enim vel essentia Graece *οὐσία*
dicitur, *ὁμο-* unum. Vtrumque igitur coniunctum sonat una sub-
stantia. Hoc enim vocatur Homousion, quod est (Ioann. 10,
30): 'Ego et Pater unum sumus,' hoc est, eiusdem cum Patre
15 substantiae. Quod nomen etsi scriptum in sanctis litteris non
inveniatur, in assertione tamen totius Trinitatis defenditur, quia
datur ratio unde recte dici ostendatur; sicut et Pater in illis
libris nusquam Ingenitus legitur, sed tamen dicendus esse atque
16 credendus non dubitatur. Homoeusion, similis substantiae,
quia qualis Deus, talis est et imago eius. Invisibilis Deus et
17 imago invisibilis. Principium, eo quod ab ipso sint omnia, et
18 quia ante eum nihil. Finis, vel quia dignatus est in fine tem-
porum humiliter in carne nasci et mori, et iudicium novissimum
ipse suscipere, vel quia quidquid agimus ad illum referimus. Et
cum ad eum pervenerimus, ultra quod quaeramus non habemus.
19 Os Dei est, quia Verbum eius est. Nam sicut pro verbis, quae
per linguam fiunt, saepe dicimus illa et illa lingua, ita et pro

1 latinam *K* 4 quae] quem C^1 5 unitatem *T*: unicam *dett.* 7 bis gen.] virginitus C^1 9 vocatus *ut vid. C* exc. et quia T^2 11 adoptionem (-obt-) gratiae (-tie) *BCT* 13 appellatus *ut vid. T* 14 *ὁμο-*] homo (omo) *codd.* utraque C^1 21 Homousion *codd.*: *corr. dett.* 22 et (*prius*)] etiam *K*: *om. T* 23 ab *om.* T^1 sunt *T* 24 Finis *om. K* dignatu *T* temporum] saeculorum *K* 25 in carne *om. K* 26 quia *om. T* 28 dei quia *K* 29 fiunt *ex* fuerunt *ut vid. T* pro verbo dei *C*: verbum *K*

Dei verbo os ponitur, quia mos est ut ore verba formentur.
Verbum autem ideo dicitur, quia per eum Pater omnia condidit, 20
sive iussit. Veritas, quia non fallit, sed tribuit quod promisit. 21
Vita, quia creavit. Imago dicitur propter parem similitudinem
Patris. Figura est, quia suscipiens formam servi operum vir- 22
tutumque similitudine Patris in se imaginem atque inmensam
magnitudinem designavit. Manus Dei est, quod omnia per 23
ipsum facta sunt. Hinc et dextera propter effectum operis
totius creaturae, quae per ipsum formata est. Brachium, quia
ab ipso omnia continentur. Virtus, pro eo quod omnem 24
potestatem Patris in semetipso habeat, et omnem caeli terrae-
que creaturam gubernet, contineat atque regat. Sapientia, pro 25
eo quod ipse revelet mysteria scientiae et arcana sapientiae.
Sed tamen cum sit Pater et Spiritus sanctus sapientia et virtus
et lumen et lux, proprie tamen his nominibus Filius nuncu-
patur. Splendor autem appellatur propter quod manifestat. 26
Lumen, quia inluminat. Lux, quia ad veritatem contem-
plandam cordis oculos reserat. Sol, quia inluminator. Oriens, 27
quia luminis fons et inlustrator est rerum, et quod oriri
nos faciat ad vitam aeternam. Fons, quia rerum origo est, vel 28
quod satiat sitientes. Ipse quoque A et Ω. Alpha enim litteram
nulla praecedit; prima est enim litterarum, sicut et Filius Dei;
ipse enim se principium Iudaeis interrogantibus esse respondit.
Vnde et Iohannes in Apocalypsi proprie ipsam litteram ponens
ait (22, 13): 'Ego sum A et Ω, primus et novissimus.' Primus,
quia ante eum nihil est. Novissimus, quia iudicium novissi-
mum ipse suscepit. Mediator, quia inter Deum et hominem 29
medius constitutus est, ut hominem ad Deum perduceret; unde

1 ora verba *T* 3 tribuet *CT* promittit *K* 4 quia a *T* *ante corr.* parem] patrem *T*: *om. K* 6 similitudinem *codd.* 8 hunc *T* 10 ab ipso] per ipsum *K* 11 semetipsum *BCT*: se ipso *K* creat. cae. ter. *K* 13 mist. sap. et arch. sci. *K* 14 virtus lum. *C* 15 tamen] in *K* omnibus B^1 16 nuncupatur *K* (*non A*) 17 quia (*prim.*)] quod *K* (*non A*) 18 inl. est *K*: inluminatur C^1T 21 quod] quia *CK* (*non A*) litera nulla *K*: litterarum nulla *C* 22 est lit. *K* sicut fil. *B* 24 unde ioh. *K* in Apoc. *om. K* (*non A*) 26 iud. novissimus *K* 27 suscipiet *Arev.*

30 et illum Graeci μεσίτην vocant. Paracletus, id est advocatus,
quia pro nobis intercedit apud Patrem, sicut de eo dicit
Iohannes (1 Ep. 2. 1): 'Advocatum habemus apud Patrem Iesum
31 Christum iustum.' Paracletus autem Graecum est, quod Latine
dicitur advocatus. Quod nomen et Filio et Spiritui sancto
adscribitur, iuxta quod et Dominus in Evangelio ait (Ioann.
14, 16): 'Rogabo Patrem, et alium paracletum dabit vobis.'
32 Intercessor autem ideo vocatur, quia pro culpa nostra remo-
venda curam gerit, et pro abluendis nostris criminibus curam
33 inpendit. Sponsus, quia descendens de caelo adhaesit Eccle-
34 siae, ut pace Novi Testamenti essent duo in carne una. An-
gelus dicitur propter adnuntiationem paternae ac suae voluntatis.
Vnde [et] apud Prophetam (Esai. 9, 6) 'magni consilii angelus'
35 legitur, dum sit Deus et Dominus angelorum. Missus dicitur
eo quod apparuit huic mundo Verbum caro factum, unde et
idem dicit (Ioann. 16, 28): 'Ego a Patre exii, et veni in hunc
36 mundum.' Homo autem dicitur quia natus est. Propheta,
quia futura revelavit. Sacerdos, quia pro nobis hostiam se
obtulit. Pastor, quia custos. Magister, quia ostensor. Nazarenus
vero a loco. Nazareus a merito, id est sanctus sive mundus,
37 quia peccatum non fecit. Siquidem et de aliis inferioribus
rebus nominum species ad se trahit Christus, ut facilius intelle-
38 gatur. Dicitur enim Panis, quia caro. Vitis, quia sanguine
ipsius redempti sumus. Flos, quia electus. Via, quia per
ipsum ad Deum imus. Ostium, quia per ipsum ad Deum in-
gredimur. Mons, quia fortis. Petra, quia firmitas est creden-
39 tium. Lapis angularis, vel quia duos parietes e diverso, id est
de circumcisione et praeputio, venientes in unam fabricam
Ecclesiae iungit, vel quod pacem in se angelis et hominibus

1 Paraclitus autem grecum est id est *B* (*ex* § 31) 2 sicut et de *BC* 4 Par. au. grece latine adv. *K* 5 adv. dicitur *B* nomine et fi. *K* 6 adscivitur *K* 8 ideo] idem *T* movenda *K*[1] (*pro* amov.?) 10 inpendet *KT* de *K*: ae *BC*[1]: e *T* 13 et *hab. CK*: *om. BT* mag. cons. *om. T* 16 dicit] dicitur *T* 18 qui fut. *B* se hostiam (ost-) *CT* 19 tulit *T* nazarenus *B*: -reus *CKT* 21 de *om. K* 22 traxit *C* 23 enim] autem *BK* qu. ex sang. *K* 24 via qui per *C*: via per *B*[1] 25 ipsum (*prius*)] eum *T* ad dominum ingr. *B* 28 de *om. T*

facit. Lapis offensionis, quia veniens humilis offenderunt in 40
eum increduli homines, et factus est petra scandali, sicut dicit
Apostolus (1 Corinth. 1, 23): 'Iudaeis quidem scandalum.'
Fundamentum autem ideo vocatur, quia fides in eo firmissima 41
est, vel quia super eum catholica Ecclesia constructa est. Nam 42
et Christus Agnus pro innocentia; et Ovis propter patientiam;
et Aries propter principatum; et Haedus propter similitudinem
carnis peccati; et Vitulus pro eo quod pro nobis est immolatus; 43
et Leo pro regno et fortitudine; et Serpens pro morte et sa-
pientia; idem et Vermis, quia resurrexit; Aquila, propter quod 44
post resurrectionem ad astra remeavit. Nec mirum si vilibus
significationibus figuretur, qui usque ad nostrarum passionum
seu carnis contumelias descendisse cognoscitur. Qui dum sit 45
Dei Patris coaeternus ante saecula Filius, postquam venit pleni-
tudo temporis, propter salutem nostram formam servi accepit,
et factus est Filius Dei hominis filius. Vnde et quaedam de 46
illo in Scripturis secundum formam Dei, quaedam secundum
formam servi dicuntur. Quorum, exempli gratia, duo quaedam
commemorantur, ut singula ad singula referantur. Secundum
formam enim Dei de se ipso dixit (Ioann. 10, 30): 'Ego et
Pater unum sumus': secundum formam servi (Ioann. 14, 28):
'Quoniam Pater maior me est.' Homines autem minus intelle- 47
gentes quid pro quid dicatur, ea quae propter formam servi
dicta sunt volunt transferre ad formam Dei; et rursus ea quae
dicta sunt ut ad se invicem personae referantur, volunt nomina
esse naturae atque substantiae, et faciunt errorem in fide. Sic 48
autem Dei filio coniuncta est humana natura, ut ex duabus sub-
stantiis fieret una persona. Solus igitur homo pertulit crucem,

2 dixit *AK* 4 autem *om.* *K* (*non A*) 5 Nam agnus et ovis pro inn. et aries prop. pri. *KO* (*non A*) Nam chr. agn. T^1 8 et (*prim.*) *om.* *K* (*non A*) 10 idem] item *C* (*non A*) propter *om.* *CT* quod] qui C^1 (quia C^2) 12 figuratur *K* qui usque] cuius *K* (*non A*) 13 seu] sue *T* (*i.e.* suae) Qui cum *B* : Quia dum C^1 16 fil. dei hom. fi. *AB* : fil. hom. *K* : hom. fil. *CT* Inde qu. *BT* 19 ad singulare C^1 20 enim *om.* *AK* : *ante* form. *T* dei deus de T^2 de ipso B^1K^1 23 quid pro quo *A* dicitur *T* 24 *fort.* et rursus ea quae Dei sunt 25 nomine *K* 26 Sic . . . persona *om.* *K* 28 fieret] fuerit *A*

49 sed propter unitatem personae et Deus dicitur pertulisse. Hinc
est quod scribitur (1 Corinth. 2, 8): 'Si enim cognovissent,
numquam Dominum gloriae crucifixissent.' Filium ergo Dei
crucifixum fatemur, non ex virtute divinitatis, sed ex infirmitate
humanitatis: non ex suae naturae permansione, sed ex nostra
susceptione.

III De Spiritv sancto. Spiritus sanctus ideo praedicatur
Deus, quia ex Patre Filioque procedit, et substantiam eius habet.
Neque enim aliud de Patre procedere potuit quam quod ipse
2 est Pater. Spiritus autem dictus secundum id quod ad aliquid
refertur spiratus; et spirans utique spiritu inspirans est, et ex eo
appellatus Spiritus est. Proprio autem modo quodam dicitur
Spiritus sanctus secundum quod refertur ad Patrem et Filium,
3 quod eorum spiritus sit. Nam et hoc nomen, quod Spiritus
dicitur, non secundum id quod refertur ad aliquid, sed secun-
4 dum id quod aliquam naturam significat. Omnis enim incor-
porea natura spiritus in Scripturis sacris appellatur, unde non
tantum Patri et Filio et Spiritui sancto, sed omni rationali
5 creaturae et animae hoc vocabulum congruit. Ideo igitur
Spiritus Dei sanctus vocatur, quia Patris et Filii sanctitas est.
Nam cum sit et Pater spiritus et Filius spiritus, et Pater sanctus
et Filius sanctus, proprie tamen ipse vocatur Spiritus sanctus,
tamquam sanctitas coessentialis et consubstantialis amborum.
6 Spiritus sanctus ideo non dicitur genitus, ne duo in Trinitate
Filii suspicentur. Ideo non praedicatur ingenitus, ne duo
7 Patres in ipsa Trinitate credantur. Procedens autem dicitur
testimonio Domini dicentis (Ioann. 16, 12): 'Multa adhuc

1 et de. di. et pert. *K* (*non A*)   Hinc quod scribitur *A*: Hinc scriptura *K*   3 ergo] enim *AK*   4 sed ex . . . permans. *om. K* (*non A*): sed ex . . . human. *om.* B^1 5 permansiones (*in ras.*) T^2 (*in marg.* perferens)   7 Ideo praed. sp. sa. *K* (*non A*)   8 quia] qui *T*   eius] eorum *BC* (*non A*)   10 Spir. sanctus au. *BC*   dicitur *C*: dictus est *K*   id *om. T*   ad *om.* B^1C^1 11 spirans et spirans *C* (*non A*): spirans *T*   12 spir. propr. *K* (*non A*): spir. sanctus est propr. *C*   15 non semper sec. *B* (*marg.*) *C*   id quod . . . secundum *om. C*   ad *om. T*   sed *om. T*   17 unde et non *T ante corr.*   20 sanctitatis *T*   22 vocatus *K*   25 suscipiantur *K*   ne] non *B*   26 credamus *C*   27 Domini] dei *K*

habeo quae vobis loquar, sed non potestis illa modo audire.
Veniet autem Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, et de meo
accipiet: ille vobis indicabit omnia.' Hic autem non solum
natura procedit, sed semper ad peragenda opera Trinitatis in-
desinenter procedit. Hoc autem interest inter nascentem 8
Filium et procedentem Spiritum sanctum, quod Filius ex uno
nascitur, Spiritus sanctus ex utroque procedit; et ideo dicit
Apostolus (Rom. 8, 9): 'Qui autem Spiritum Christi non
habet, hic non est eius.' Spiritus sanctus ex opere etiam et 9
angelus intellegitur. Dictum est enim de illo (Ioann. 16, 13):
'Et quae ventura sunt adnuntiabit vobis'; et utique angelus
Graece, Latine nuntius interpretatur. Vnde et duo angeli
apparuerunt Loth, in quibus Dominus singulariter appellatur,
quos intellegimus Filium et Spiritum sanctum, nam Pater num-
quam legitur missus. Spiritus sanctus, quod dicitur Paracletus, 10
a consolatione dicitur; παράκλησις enim Latine consolatio
appellatur. Christus enim eum Apostolis lugentibus misit,
postquam ab eorum oculis ipse in caelum ascendit. Consolator 11
enim tristibus mittitur, secundum illam eiusdem Domini sen-
tentiam (Matth. 5, 4): 'Beati lugentes, quoniam ipsi consola-
buntur.' Ipse etiam dixit (Matth. 9, 15): 'Tunc lugebunt filii
sponsi, cum ab eis ablatus fuerit sponsus.' Item Paracletus, 12
pro eo quod consolationem praestet animabus, qui gaudium
temporale amittunt. Alii Paracletum [dicunt] Latine oratorem
vel advocatum interpretantur. Ipse enim Spiritus sanctus dicit;
ipse docet; per ipsum datur sermo sapientiae; ab ipso sancta
Scriptura inspirata est. Spiritus sanctus ideo septiformis nun- 13
cupatur, propter dona quae de unitatis eius plenitudine par-

1 modo illa *C* 2 procedet *T* 3 autem] enim *C* 4 procedet *T* sed *om.* T^1 5 procedet *T*: precedit K^2 12 int. nunt. *K* (*non A*) duo] hi *K* *In marg.* non naturaliter apparuerunt sed per subiectam creaturam figurate T^2 13 appellatur] est *K* 17 eum *om.* *T* lug. apost. *B* 19 enim] autem *K* (*non A*) mittetur *T* eiusdem *om.* *K* (*non A*) 22 ablatus *CKT*: sublatus *AB* abl. fu. ab eis *K* (*non A*) 23 praestat (pre-) *AK* qui] quae *CK* 24 temporalem *BKT* par. dicunt lat. *BC* latini *K* 25 dicet ipsetocet (*corr.* ipse docet) *T* 27 Ideo Spir. sa. BK^2: Ideo Spir. K^1 28 unitas C^1: unita *B*

ticulatim quique, ut digni sunt, consequi promerentur. Ipse
enim Spiritus sapientiae et intellectus: Spiritus consilii et
fortitudinis: Spiritus scientiae et pietatis: Spiritus timoris
14 Domini. Spiritus autem principalis in Psalmo quinquagesimo
legitur, ubi quia tertio spiritus repetitur, nonnulli Trinitatem
intellexerunt ideo quia scriptum est (Ioann. 4, 24): 'Deus
Spiritus est.' Quod enim non est corpus, et tamen est, videtur
restare ut spiritus sit. Intellegunt enim ibi nonnulli Trinitatem
significari: in Spiritu principali Patrem: in Spiritu recto Filium:
15 in Spiritu sancto Spiritum sanctum. Spiritus sanctus ideo
donum dicitur, eo quod datur. A dando enim donum est nun-
cupatum. Notissimum est enim Dominum Iesum Christum,
cum post resurrectionem a mortuis ascendisset in caelum,
dedisse Spiritum sanctum, quo credentes inpleti linguis omnium
16 gentium loquebantur. In tantum autem donum Dei est, in
quantum datur eis qui per eum diligunt Deum. Apud se
autem Deus est: apud nos donum est; sed sempiterne Spiritus
sanctus donum est, distribuens singulis, prout vult, gratiarum
17 dona. Nam et prophetias quibus vult inpertit, et peccata quibus
vult dimittit. Nam peccata sine Spiritu sancto non donantur.
18 Spiritus sanctus inde proprie caritas nuncupatur, vel quia natu-
raliter eos, a quibus procedit, coniungit et se unum cum eis esse
ostendit, vel quia in nobis id agit ut in Deo maneamus, et ipse
19 in nobis. Vnde et in donis Dei nihil maius est caritate, et nul-
20 lum est maius donum Dei quam Spiritus sanctus. Ipse est et
gratia, quae quia non meritis nostris, sed voluntate divina gratis
datur, inde gratia nuncupatur. Sicut autem unicum Dei Ver-

1 digne *T* sint C^1 ipse *ex corr.* *T* 4 Domini] dei *K* (*non A*) autem *om.* *B* 6 ideo] in deo *K*: in domino *B* Deus] dominus C^1 7 enim] hic erit T^1: autem *K* videtur] unde T^2 8 sit] est T^1 intellegent *K*: ita agunt *T* enim] ergo *C* 11 don. dei dic. *K* (*non A*) enim *om.* *K* (*non A*) nunc.] appelatum *K* (*non A*) 12 enim *om.* *K* 13 asc. ad cae. *K* 14 quo] quod *T* 15 autem *om.* T^1: enim *K* 16 eis] ei *K* Deum] eum $K^1 T^2$ 17 autem] enim T^2 nos autem do. *BCT* sed *om.* *B* 19 vult *om.* B^1 20 vult] volet *T* 21 inde *om.* *K* car. propr. *K* (*non A*) 22 et se *ex corr.* *T* esse *om.* *K* (*non A*) 23 deum *T* (*non A*) 24 in (*prius*) *om.* T^1 nullum] nihi *K* (*non A*) 25 maius est *K* (*non A*) 27 verbum] verum C^1

bum proprie vocamus nomine Sapientiae, cum sit universaliter
et Spiritus sanctus et Pater ipse sapientia, ita Spiritus sanctus
proprie nuncupatur vocabulo Caritatis, cum sit et Pater et Filius
universaliter caritas. Spiritus sanctus Digitus Dei esse in libris 21
Evangelii apertissime declaratur. Cum enim unus Evangelista
dixisset (Luc. 11, 20): 'In digito Dei eicio daemonia': alius
hoc idem ita dixit (Matth. 12, 28): 'In spiritu Dei eicio dae-
monia.' Vnde et digito Dei scripta est lex, data die quinquage-
simo ab occisione agni, et die quinquagesimo venit Spiritus
sanctus a passione Domini nostri Iesu Christi. Ideo autem 22
digitus Dei dicitur, ut eius operatoria virtus cum Patre et Filio
significetur. Vnde et Paulus ait (1 Cor. 12, 11): 'Haec autem
omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout
vult.' Sicut autem per baptismum in Christo morimur et re-
nascimur, ita Spiritu signamur, quod est digitus Dei et spiritale
signaculum. Spiritus sanctus idcirco in columbae specie venisse
scribitur, ut natura eius per avem simplicitatis et innocentiae
declararetur. Vnde et Dominus (Matth. 10, 16): 'Estote,' inquit,
'simplices sicut columbae.' Haec enim avis corporaliter ipso
felle caret, habens tantum innocentiam et amorem. Spiritus 23
sanctus inde nomine ignis appellatur, pro eo quod in Aposto-
lorum Actibus per divisionem linguarum ut ignis apparuit, qui
et insedit super unumquemque eorum. Propterea autem diver- 24
sarum linguarum gratiam apostolis dedit, ut idonei efficerentur
fidelium eruditioni populorum. Quod vero supra singulos 25
sedisse memoratur, id causa est, ut intellegatur per plures non
fuisse divisus, sed mansisse in singulis totus, sicut fere ignibus
mos est. Hanc enim habet naturam ignis accensus, ut quanti 26

2 ita *BT*: et *K*: ita et *C* 3 karitatis *T* 5 evang. . . . cum *om.* C^1 7 idem ita *CK*: identidem *T ex corr.*: idem *B* 8 lex est *BCT* 10 autem *om. A* 11 Dei *om. AK* operaria *K* (*non A*) 12 significatur C^1 unde pau. *K* (*non A*) autem *om. K* (*non A*) 13 omnia] eadem *K* (*non A*) 14 renascimur] resurgimur *K* (*non A*) 15 Spir. sancto sign. *B* qui est *K* 18 declaretur *B* unde et Dom. *om.* T^1 *post* inquid *add.* prudentes sicut serpentes et T^2 19 avis] ab his C^1 ipso *om. K* 21 pro eo] propter *CT* 23 Propter *T* 25 eruditione *BCT* 26 id] hec *T* causae *C* intelligamus *K* 28 ignis *T*

ad eum, quanti ad 'crinem purpurei splendoris' aspexerint, tantis visum suae lucis inpertiat, tantis ministerium sui muneris
27 tribuat, et ipse nihilominus in sua integritate permaneat. Spiritus sanctus nomine aquae appellatur in Evangelio, Domino clamante et dicente (Ioann. 7, 38): 'Si quis sitit, veniat ad me et bibat. Qui credit in me, flumina aquae vivae fluent de ventre eius.' Evangelista autem exposuit unde diceret. Secutus enim ait: 'Hoc enim dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes
28 in eum.' Sed aliud est aqua sacramenti, aliud aqua quae significat Spiritum Dei. Aqua enim sacramenti visibilis est: aqua Spiritus invisibilis est. Ista abluit corpus, et significat quod fit in anima: per illum autem Spiritum sanctum ipsa anima
29 mundatur et saginatur. Spiritus sanctus ideo unctio dicitur, Iohanne testante apostolo, quia sicut oleum naturali pondere superfertur omni liquori, ita in principio superferebatur Spiritus sanctus aquis. Vnde et Dominus oleo exultationis, hoc est
30 Spiritu sancto, legitur fuisse unctus. Sed et Iohannes apostolus Spiritum sanctum unctionem vocat dicens (1 Ep. 2, 27): 'Et vos,' inquit, 'unctionem quam accepistis ab eo, permaneat in vobis; et necesse non habetis ut aliquis doceat vos: sed sicut unctio eius docet vos de omni re.' Ipse est enim Spiritus sanctus unctio invisibilis.

IV De Trinitate. Trinitas appellata quod fiat totum unum ex quibusdam tribus, quasi Triunitas; ut memoria, intellegentia et voluntas, in quibus mens habet in se quandam imaginem divinae Trinitatis. Nam dum tria sint, unum sunt, quia et
2 singula in se manent et omnia in omnibus. Pater igitur et Filius et Spiritus sanctus trinitas et unitas. Idem enim unum,

1 quam. crin. purpure splend. *T* crinen ex crimen *B* 2 tant. vis. . . . inp. *om.* *B*[1] misterium *T* sui mun. tr.] luminis prebeat *K* (*non A*) 3 suae int. *B* 6 flum. de ven. eius fluent aq. vi. *K* 7 enim] vero *K* (*non A*) 8 quam *T* 11 invis. ista *K* abluet *T* sanctificat *B* 12 san. spir. *B* 13 et sag. *om.* *AK* 15 loquori *B*[1] 17 fuisse legitur *CT* 18 san. spir. *CT* 19 vos inquit *om.* *K* quam *om.* *T* 21 ipse enim *AK* 22 unct. est inv. *K* (*non A*) 23 appellatur *B* 24 quasi trinitas *B*: quasi unitas *C*[1] int. vol *K* 25 habens *K* in sequendam im. *T* 26 dum] dua *C*[1] sint *om.* *B*: sunt *T*[1] quia sing. se *B*[1]

idem [et] tria. In natura unum, in personis tria. Vnum pro-
pter maiestatis communionem, tria propter personarum proprie-
tatem. Nam alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus: 3
sed alius quidem non aliud, quia pariter simplex pariterque
incommutabile bonum et coaeternum. Pater solus non est de 4
alio; ideo solus appellatur ingenitus. Filius solus de Patre est
natus; ideo solus dicitur genitus. Spiritus sanctus solus de
Patre et Filio procedit; ideo solus amborum nuncupatur
spiritus. In hac Trinitate alia appellativa nomina, alia propria 5
sunt. Propria sunt essentialia, ut Deus, Dominus, Omnipotens,
Inmutabilis, Inmortalis. Et inde propria, quia ipsam substan-
tiam significant qua unum sunt. Appellativa vero Pater et 6
Filius et Spiritus sanctus, Ingenitus et Genitus et Procedens.
Eadem et relativa, quia ad se invicem referuntur. Cum enim
dicitur Deus, essentia est, quia ad se ipsum dicitur. Cum vero
dicitur Pater et Filius et Spiritus sanctus, relative dicuntur,
quia ad se invicem referuntur. Nam Pater non ad se ipsum, 7
sed ad Filium relative dicitur, quia est ei filius: sic et Filius
relative dicitur, quia est ei pater: sic et Spiritus sanctus, quia
est Patris Filiique spiritus. His enim appellationibus hoc si- 8
gnificatur, quod ad se invicem referuntur, non ipsa substantia
qua unum sunt. Proinde Trinitas in relativis personarum
nominibus est; deitas non triplicatur, sed in singularitate est;
quia si triplicatur, deorum inducimus pluralitatem. Nomen 9
autem deorum in angelis et sanctis hominibus ideo pluraliter
dicitur, propter quod non sint merito aequales. De quibus 10
Psalmus (81, 6): 'Ego dixi: Dii estis.' De Patre autem et
Filio et Spiritu sancto propter unam et aequalem divinitatem

1 idem et tria *K*: idem tria *CT*: idem et B^1 in nat. . . . tria *om.* K^1 personis] persona T^2 4 qu. pater simp. *K* 5 est *om.* T^1 de alio] et *K* (*non A*) 6 ideo *om. A* ing.] unigenitus *T* 7 ideo . . . genitus *om. T* sanct. de *T* 9 al. sunt propria *B* 10 dom. deus dom. *T* 11 inde] ideo *K* 12 qua] quia *CK* 13 ingen. gen. *K* 14 qui ad se C^1 18 quia est ei . . . dicitur *om. K* (*non A*) 19 quia] quod *K* (*non A*) sic spir. *AB* 20 patri filioque *T*: patris filii quia *C* 21 referantur *K* 22 qua] quia *CT* 23 sed in . . . tripl. *om.* C^1 24 indicimus *T*

non nomen deorum, sed Dei esse ostenditur, sicut ait Apostolus
(1 Cor. 8, 6): 'Nobis tamen unus Deus,' vel sicut voce divina
dicitur (Marc. 12, 29): 'Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus
unus est,' scilicet ut et Trinitas sit, et unus Dominus Deus sit.
11 Fides apud Graecos de Trinitate hoc modo est: una οὐσία, ac
si dicat una natura aut una essentia: tres ὑποστάσεις, quod
12 resonat in Latinum vel tres personas vel tres substantias. Nam
Latinitas proprie non dicit de Deo nisi essentiam; substantiam
vero non proprie dicit, sed abusive; quoniam vere substantia
apud Graecos persona intellegitur, non natura.
V De angelis. Angeli Graece vocantur, Hebraice mala-
choth, Latine vero nuntii interpretantur, ab eo quod Domini
2 voluntatem populis nuntiant. Angelorum autem vocabulum
officii nomen est, non naturae. Semper enim spiritus sunt,
3 sed cum mittuntur, vocantur angeli. Quibus ideo pictorum
licentia pinnas faciunt, ut celerem eorum in cuncta discursum
significent, sicut et iuxta fabulas poetarum venti pinnas habere
dicuntur, propter velocitatem scilicet. Vnde et Scriptura sacra
dicit (Psalm. 104, 3): 'Qui ambulat super pinnas ventorum.'
4 Novem autem esse ordines angelorum sacrae Scripturae testan-
tur, id est angeli, archangeli, throni, dominationes, virtutes, prin-
cipatus, potestates, cherubim et seraphim. Quorum officiorum
5 vocabula cur ita dicta sint, interpretando exequimur. Angeli
vocantur propter quod de caelis ad adnuntiandum hominibus
6 mittuntur. Angelus enim Graece, Latine nuntius dicitur. Arch-
angeli Graeca lingua summi nuntii interpretantur. Qui enim
parva vel minima adnuntiant, angeli; qui vero summa, arch-
angeli nuncupantur. Archangeli dicti eo quod primatum

4 scilicet *om.* *K* et ut trin. *K* 6 ipostasis *C*: ippostasis *B*: ipotasis *KT* 7 personas vel *om.* T^1 8 dicitur *T* essentia *KT* 9 non *om.* C^1 dici *BT*: dicitur *C* vere *ex* vero *C* 10 ap. Gr. *secl. Schwarz* 11 hebraice *ex* hebrei *B* he. dicuntur ma. *T* malaoth *BCT*: molooth *K* 13 nuntient *K* vocabula *BC* 16 facit *C* 17 significet *C* 18 scilicet *om.* *K* (*non A*) 20 sac. et scrip. C^1: sacra scriptura *K* testatur B^1K 21 princ. et pot. *C* 23 ita] it *K* dicta *CT*: distincta *BK* sunt *T* exequemur T^1: exsequamur K^2 Ang. vero vo. *K ante corr.* 25 mittantur *C* *vel* Ἄγγελος enim 26 Gr. ling. *om.* *K* (*non A*) 27 summa *T* 28 archangeli dicti . . . cognovisset (§ 8) *desunt in K* (*in quo novus quaternio a* § 9 *incipit*)

teneant inter angelos; ἀρχός enim Graece, Latine princeps
interpretatur. Sunt enim duces et principes, sub quorum ordine
unicuique angelorum officia deputata sunt. Nam quia arch- 7
angeli angelis praesunt Zacharias propheta testatur dicens (2, 3):
'Ecce angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, et angelus
alius egrediebatur in occursum eius, et dixit ad eum: Curre,
loquere ad puerum istum dicens: Absque muro habitabitur
Hierusalem.' Si enim in ipsis officiis angelorum nequaquam 8
potestates superiores inferiores disponerent, nullo modo hoc,
quod homini diceret angelus, ab angelo cognovisset. Quidam 9
autem archangelorum privatis nominibus appellantur, ut per
vocabula ipsa in opere suo quid valeant designetur. Gabriel 10
Hebraice in linguam nostram vertitur fortitudo Dei. Vbi enim
potentia divina vel fortitudo manifestatur, Gabriel mittitur.
Vnde et eo tempore, quo erat Dominus nasciturus et trium- 11
phaturus de mundo, Gabriel venit ad Mariam, ut illum adnun-
tiaret qui ad debellandas aerias potestates humilis venire di-
gnatus est. Michael interpretatur, Qui sicut Deus. Quando 12
enim aliquid in mundo mirae virtutis fit, hic archangelus mitti-
tur. Et ex ipso opere nomen est eius, quia nemo valet facere
quod facere potest Deus. Raphael interpretatur curatio vel 13
medicina Dei. Vbicumque enim curandi et medendi opus
necessarium est, hic archangelus a Deo mittitur; et inde medi-
cina Dei vocatur. Vnde et ad Tobiam idem archangelus 14
missus oculis eius curationem adhibuit, et caecitate detersa
visum ei restituit. Nominis enim interpretatione et angeli
officium designatur. Vriel interpretatur ignis Dei, sicut legimus 15
apparuisse ignem in rubo. Legimus etiam ignem missum
desuper, et inplesse quod praeceptum est. Throni autem et 16
dominationes et principatus et potestates et virtutes, quibus

5 al. ang. *C* 7 habitatur *T* 10 dicerent *C*[1] 11 privatis] supra vatis *T* 12 suo *om.* *T* valeat *T* 13 convertitur *B* (*non A*) 14 manifestabitur *TB* (*non A*) 15 quod *T* dom.] Iesus *K* (*non A*) 16 venit] mittitur *K* 19 mira eius virt. sit *B* 20 ex *om.* *T* 23 hic] huic *K* (*non A*) 25 missus] mittitur *AK* oculos *C*[1] adhibet *K* 26 ei *om.* *BT* int. ex ang. officio *K*

universam caelestem societatem Apostolus conplectitur, ordines
angelorum et dignitates intelleguntur; et pro hac ipsa distri-
butione officiorum alii throni, alii dominationes, alii principatus,
alii potestates dicuntur, pro certis dignitatibus quibus invicem
17 distinguntur. Virtutes angelicae quaedam ministeria perhiben-
tur, per quos signa et miracula in mundo fiunt; propter quod
18 et Virtutes dicuntur. Potestates sunt, quibus virtutes adversae
subiectae sunt, et inde Potestatum nomine nuncupantur, quia
maligni spiritus eorum potestate coercentur, ne tantum mundo
19 noceant quantum cupiunt. Principatus sunt hi qui angelorum
agminibus praesunt. Qui pro eo, quod subditos angelos ad
explendum ministerium divinum disponunt, principatus voca-
bulum acceperunt. Nam alii sunt qui administrant, alii qui
adsistunt, sicut et per Danielum dicitur (7, 10): 'Milia milium
ministrabant ei, et decies milies centena milia adsistebant ei.'
20 Dominationes sunt ii qui etiam Virtutibus et Principatibus
praeeminent, qui pro eo, quod ceteris angelorum agminibus
21 dominantur, Dominationes vocantur. Throni sunt agmina
angelorum, qui Latino eloquio sedes dicuntur; et vocati Throni
quia illis conditor praesidet, et per eos iudicia sua disponit.
22 Cherubin autem et ipsi sublimes caelorum potestates et angelica
ministeria perhibentur; qui ex Hebraeo in linguam nostram
interpretantur scientiae multitudo. Sunt enim sublimiora agmina
angelorum, qui pro eo, quod vicinius positi divina scientia
ceteris amplius pleni sunt, Cherubin, id est plenitudo scientiae,
23 appellantur. Ipsa sunt illa duo animalia super propitiatorium
arcae ficta ex metallo, propter significandam angelorum prae-
24 sentiam, in quorum medio ostenditur Deus. Seraphin quoque
similiter multitudo est angelorum, qui ex Hebraeo in Latinum
ardentes vel incendentes interpretantur. Qui idcirco ardentes

1 ordines] ordinationes *T* §17 *om.* T^1 5 angelica *B* 9 eor. potestatibus *K* mundum *B* 13 nam et al. *B* 14 sicut per *K* 15 ei *om.* C^1 ei] illi *C* 17 praeminent (prem-) *BKT* 20 quia in illis *K* 21 cael. subl. *K* (*non A*) et evangelica C^1 22 misteria T^1 in lingua nostra *K* (*non A*) 23 interpretatur C^1*K* enim] autem *K* 24 vicinis *T* 25 sunt pleni *K* 26 duo an. il. *C* supra *K* propitiatorum *B* 27 ficata *T* 29 quia ex C^1

vocantur, quia inter eos et Deum nulli angeli consistunt ; et
ideo quanto vicinius coram eo consistunt, tanto magis luminis
claritate divini inflammantur. Vnde et ipsi velant faciem et 25
pedes sedentis in throno Dei ; et idcirco cetera angelorum turba
videre Dei essentiam plene non valent, quoniam Cherubin eam
tegit. Haec igitur vocabula agminum angelorum ita sunt 26
specialia ordinum singulorum, ut tamen sint ex parte communia
omnium. Nam dum Throni sedes Dei in quorundam angelo-
rum ordine specialiter designentur, tamen per Psalmistam
(79, 2) : 'Qui sedes super Cherubin,' dicitur. Sed ideo isti 27
ordines angelorum privatis nominibus appellantur, quia hoc
ipsud officium in proprio ordine plenius acceperunt. Et cum
sint omnibus communia, proprie tamen haec nomina suis or-
dinibus deputantur. Vnicuique enim, sicut praedictum est, 28
propria officia sunt iniuncta, quae promeruisse eos in mundi
constat exordio. Nam quia angeli et locis et hominibus prae-
sunt, per Prophetam testatur angelus dicens (Daniel. 10, 13) :
'Princeps regni Persarum restitit mihi.' Vnde apparet nullum 29
esse locum cui angeli non praesint. Praesunt enim et auspiciis
operum omnium. Hic est ordo vel distinctio angelorum, qui 30
post lapsum malorum in caelesti vigore steterunt. Nam post-
quam apostatae angeli ceciderunt, hi perseverantia aeternae
beatitudinis solidati sunt. Vnde et post caeli creationem in
principio reperitur (Genes. 1, 6, 8) : 'Fiat firmamentum, et
vocatum est firmamentum caelum.' Nimirum ostendentis quod 31
post ruinam angelorum malorum hi, qui permanserunt, firmi-
tatem aeternae perseverantiae consecuti sunt, nullo iam lapsu

1 nul. alii ang. *AB* 2 quantum A^1*BK* vicinus *C* cons.] sita sunt *K* (*non A*) 4 sedentes *K* 5 dei ess. vid. *K* (*non A*) videri *B* valet *BCK* 6 teget *T*C^1 ita sunt. . . singulorum *om. K* 8 dum ad t. K^1 9 ordines *BCT* 10 sedet *T*: sedit *C* 13 omnibus] omnia *C* propria *dett.* haec] et *C* nomina] omnia *T* 14 enim] etiam *C* (*non A*) est *om. T* 16 exordium *BCT* 17 per *om. T* dic. ang. *K* (*non A*) 19 cui non pr. K^1: cui non pr. ang. K^2 (*non A*) et auspiciis *BT*: ut auspicent *K* : et aspicent C^1 20 distinctio] dictio *K* 22 perseverantiam *K* 23 solidati] vocati *T* et post cae. cre. *om. T* 24 princ. . . . firm. et *om.* B^1 repetitur *CT* 25 ostendentes *codd.* 26 malorum *om. K* remanserunt *T*

aversi, nulla superbia cadentes, sed firmiter in Dei amore et
contemplatione manentes, nihil aliud dulce habent nisi eum a
32 quo creati sunt. Quod autem duo Seraphim in Esaia (6, 2)
leguntur, figuraliter Veteris et Novi Testamenti significationem
ostendunt. Quod vero faciem et pedes Dei operiunt, quia
praeterita ante mundum et futura post mundum scire non
possumus, sed media tantum eorum testimonio contemplamur.
33 Singuli senas alas habent, quia de fabrica tantum mundi, quae
in sex diebus facta sunt, in praesenti saeculo novimus. Quod
clamat ter Sanctus alter ad alterum, Trinitatis in una divinitate
demonstrat mysterium.

VI De hominibvs qvi qvodam praesagio nomen accepervnt. Plerique primorum hominum ex propriis causis originem nominum habent. Quibus ita prophetice indita sunt vocabula, ut aut futuris aut praecedentibus eorum causis conveniant.
2 In quibus tamen manente spiritali sacramento, nunc tantum ad
litteram intellectum historiae persequimur. Vbi autem etymologiae interpretationem non attigimus, solam ipsam in Latino
3 etymologiam posuimus. Quod autem unum nomen Hebraicum
aliter atque aliter interpretatur, hoc secundum accentuum et
litterarum evenit diversitatem, ut in variis significationibus no-
4 mina commutentur. Adam, sicut beatus Hieronymus tradit,
homo sive terrenus sive terra rubra interpretatur. Ex terra
enim facta est caro, et humus hominis faciendi materies fuit.
5 Eva interpretatur vita sive calamitas sive vae. Vita, quia origo
fuit nascendi: calamitas et vae, quia praevaricatione causa extitit moriendi. A cadendo enim nomen sumpsit calamitas.

2 dulce *corr. ras.* duce *T*: ducem *K* 5 vero *om.* K^1 Dei] ei *dett.* 6 et fut. . . . non poss. *om.* *T* 7 testimonia *KT* conprobamur *B* 8 quae sex *K* 10 clamat ter] clamantes *C* 11 demonstrant ministerium C^1 13 hominum] omnium C^1 ex *om.* *T* 16 nuc *B* tantum] tamen *T* 17 persequemur *CT* 18 adtingimus (att-) *BCK* latinum *codd.* 20 accentum (adc-) C^1KT 21 diversitate *BT* 23 sive (*alt.*)] vel *K* 24 homini fac. materiae *K* 25 sive] si K^1 sive] aut *K* (*non A*) vae *om.* C^1 Vita . . . vae *om.* *K* (*non A*) 26 vae] aciae C^1 quia *ex* quae *A* prevaricationem *BC*: per prefaricationem *T*: praevaricationis *A* 27 A cad. . . . cal. *om.* *K* (*non A*)

Alii autem dicunt: ob hoc Eva vita et calamitas appellata, quia 6
saepe mulier viro causa salutis est, saepe calamitatis et mortis,
quod est vae. Cain possessio interpretatur, unde etymologiam 7
ipsius exprimens pater eius ait (Genes. 4, 1): 'Cain, id est, Pos-
sedi hominem per Deum.' Idem et lamentatio, eo quod pro
interfecto Abel interfectus sit, et poenam sui sceleris dederit.
Abel luctus interpretatur, quo nomine praefigurabatur occiden- 8
dus. Idem et vanitas, quia cito solutus est atque subtractus.
Seth interpretatur resurrectio, eo quod post fratris interfe- 9
ctionem natus sit, quasi resurrectionem fratris ex mortuis susci-
taret. Idem et positio, quia posuit eum Deus pro Abel. Enos 10
iuxta propriae linguae varietatem homo vel vir dicitur. Et con-
grue hoc vocabulum habuit. De eo enim scriptum est (Genes.
4, 26): 'Tunc initium fuit invocandi nomen Domini'; licet
plerique Hebraeorum arbitrentur quod tunc primum in nomine
Domini et in similitudine eius fabricata sint idola. Enoch 11
dedicatio. In ipsius enim nomine civitatem postea aedificavit
Cain. Cainan lamentatio vel possessio eorum; sicut enim Cain 12
possessio, ita derivatum nomen, quod est Cainan, facit possessio
eorum. Matusalam interpretatur mortuus est. Evidens etymo- 13
logia nominis. Quidam enim eum cum patre translatum fuisse,
et diluvium praeterisse putaverunt. Ob hoc signanter trans-
fertur: mortuus est, ut ostenderetur non vixisse eum post dilu-
vium, sed in eodem cataclysmo fuisse defunctum. Soli enim
octo homines in arca diluvium evaserunt. Lamech percutiens. 14
Iste enim percussit et interfecit Cain: quod etiam ipse postea
perpetrasse uxoribus confitetur. Noe requies interpretatur, pro 15
eo quod sub illo omnia retro opera quieverunt per diluvium.

1 cal. est app. *K* 3 vae] evae *B* 4 cain id est *BK*: canet id est C^1T^2: canet T^1: *om. A* 5 per interfectionem abel *K* (*non A*) 6 dedit *B* 7 quo nom.] quomine B^1 8 unitas C^1 quia] qui *T* 9 Sedh *B*: Sed *C* interpretatur *om. K* (*non A*) 10 quasi] quia si C^1 susc.] repararet *K* (*non A*) 16 sint] sunt *BT* 18 vel] et *K* 19 dirivativum *K* est *om. AK* 20 *fort.* mortuus est. Est evidens 21 cum patre *om. AK* 22 put. et ob hoc *B* 24 cataclismum C^1T 25 dil. in arca evas. *B* 26 iste] ipse *BC* 28 omnia *om. K* (*non A*) opere *T*

Vnde et pater eius vocans nomen eius Noe dixit (Genes. 5, 29):
16 'Iste requiescere nos facit ab omnibus operibus nostris.' Sem
dicitur nominatus, quod nomen ex praesagio posteritatis accepit.
Ex ipso enim patriarchae et apostoli et populus Dei. Ex eius
quoque stirpe et Christus, cuius ab ortu solis usque ad occasum
17 magnum est nomen in gentibus. Cham calidus, et ipse ex prae-
sagio futuri cognominatus. Posteritas enim eius eam terrae par-
tem possedit, quae vicino sole calentior est. Vnde et Aegyptus
18 usque hodie Aegyptiorum lingua Kam dicitur. Iapheth latitudo.
Ex eo enim populus gentium nascitur; et quia lata est ex genti-
bus multitudo credentium, ab eadem latitudine Iapheth dictus
19 est. Canaan filius Cham interpretatur motus eorum. Quod
quid est aliud nisi opus eorum? Pro motu enim patris, id est
20 pro opere eius, maledictus est. Arfaxat sanans depopulationem.
21 Chus Hebraice Aethiops interpretatur; a posteritate sui generis
22 nomen sortitus. Ab ipso enim sunt progeniti Aethiopes. Nem-
broth interpretatur tyrannus. Iste enim prior arripuit insuetam
in populo tyrannidem, et ipse adgressus est adversus Deum
23 impietatis aedificare turrem. Heber transitus. Etymologia eius
mystica est, quod ab eius stirpe transiret Deus, nec perseveraret
in eis, tralata in gentibus gratia. Ex ipso enim sunt exorti
24 Hebraei. Phaleg divisio, cui pater propterea tale nomen in-
posuit, quia tunc natus est, quando per linguas terra divisa est.
25 Thara exploratio ascensionis. Melchisedech rex iustus. Rex,
quia ipse postea imperavit Salem. Iustus, pro eo quod dis-
cernens sacramenta Legis et Evangelii, non pecudum victimas,
26 sed oblationem panis et calicis in sacrificio obtulit. Loth
declinans. Factis enim Sodomorum non consensit, sed eorum

4 patr. prophetae et apost. *C* 5 et] est *C* 6 nomen est *T*: est nomen eius *B* ex *om. K* 7 eius *om. C*[1] 9 hodie] die *C*[1] aegyptorum *K* linguam *T* kam *B*: cam *CT*: chaam *K* 10 eo] quo *K* enim *om. T* 11 ab] iafeth latitudo *T* 14 opera *T* 15 ezobs *T* 16 eziopes *T* 18 populos *BT* adgressus est *om. K*[1] 20 quod] quo *T* nec] ne *B* 21 sunt enim *AC* 22 Fares *C* posuit *K* 24 accensiones *C*[1] iustus (*prius*)] ductus *C*[1] 26 Evang.] egelii *C*[1] 27 panem *K* sacrificium *BC*: sacrificio primum *T* 28 declinas *C*[1] consentit *K*

inlicita carnis incendia declinavit. Moab ex patre. Et totum 27
nomen etymologiam habet. Concepit enim eum primogenita
filia de patre. Ammon, cuius causa nomen redditur filius 28
populi mei, sic derivatur, ut ex parte sensus nominis, ex parte
ipse sit sermo. Ammi enim, a quo dicti sunt Ammonitae,
vocatur populus meus. Sarai interpretatur princeps mea, eo 29
quod esset unius tantummodo domus materfamilias. Postea
causa nominis inmutata, ablata de fine I littera, dicitur Sara,
id est princeps. Omnium quippe gentium futura princeps
erat, sicut et Dominus pollicitus fuerat ad Abraham (Gen. 17,
16): 'Dabo tibi ex Sara filium, et benedicam ei, et erit in gentes,
et reges populorum erunt ex ea.' Agar advena, vel conversa. 30
Fuit enim. [conplexui Abrahae advena causa generandi data,
quae post contemptum, angelo increpante, conversa est ad
Saram.] Cethura thymiama. Ismahel interpretatur auditio 31, 32
Dei; sic enim scriptum est (Genes. 16, 11): 'Et vocavit nomen
eius Ismahel, quia exaudivit eum Deus.' Esau trinomius est, 33
et ex propriis causis varie nuncupatur. Dicitur enim Esau, id
est rufus, ob coctionem scilicet rufae lentis ita appellatus, cuius
edulio primogenita perdidit. Edom autem ob ruborem corporis
dictus est, quod Latine sanguineus dicitur. Seir vero, quod
fuerit hispidus et pilosus; quando enim natus est, totus sicut
pellis pilosus erat. Atque idem tribus nominibus appellatur: 34
Esau, id est rufus: Edom, id est sanguineus: Seir, id est pilo-
sus, quia non habuit lenitatem. Rebecca patientia, sive quae 35
multum acceperit. Lia laboriosa, utique generando. Plurimos 36
enim dolores quam Rachel fecunditate pariendi experta est.
Rachel interpretatur ovis. Pro ea enim Iacob pavit oves Laban. 37

1 inl. ca. *om.* T^1 3 de] ex *K* nominis *Arev.* 5 Ammi] amon *CK* 6 voc. pop. m. *om.* *K* (*non A*) vocantur C^1 7 po. cau. *om.* *K* (*non A*) 8 I] una *K* 10 sicut dom. *C* 11 tibi *ex* ti *K* filium] semen *K* (*non A*) gente C^1 13 conpl. . . . ad Saram *hab.* *CTU*: *om.* *ABDK*: aegyptia *H* 14 cont. ab ang. *U* 15 Ce. th. interpretatur *K* (*non A*) int. *om.* *K* (*non A*) 16 vocabit *C*: voca *B* 18 nuncupatus *BT* 20 roborem *KT* 22 spidus *T* totus *om.* *K* (*non A*) 23 erat *om.* *K* (*non A*) idem *om.* *K* (*non A*): *fort.* inde trinominibus *A* 24 id est (*tert.*) *om.* *K* (*non A*) 25 qui *B*

38 Zelpha os hians. Bala inveterata. Dina transfertur in causam.
39 Iurgii enim in Sichimis causa extitit. Thamar amaritudo pro
viris mortuis. Item et commutans. Mutavit enim se in habitu
40 meretricis, quando cum socero suo concubuit. Phares divisio,
ab eo quod diviserit membranula secundarum, divisoris, id est
phares, sortitus est nomen. Vnde et Pharisaei, qui se quasi
41 iustos a populo separabant, divisi appellabantur. Zara frater
eius, in cuius manu erat coccinum, interpretatur oriens ; sive
quia primus apparuit, sive quod plurimi ex eo iusti nati sunt, ut
in libro Paralipomenon continetur, Zara, id est oriens, appella-
42 tus est. Iob in Latinum vertitur dolens ; et recte dolens, pro-
pter percussionem carnis et passiones dolorum. Calamitates
43 enim suas nominis etymologia praefiguravit. Pharao nomen
est non hominis, sed honoris, sicut et apud nos Augusti appel-
lantur reges, cum propriis nominibus censeantur. Exprimitur
autem in Latino Pharao denegans eum, utique Deum, sive dis-
44 sipator eius. Populi enim Dei fuit afflictor. Iannes marinus,
sive ubi est signum. Cessit enim et defecit signum eius coram
signis Moysi ; unde et dixerunt magi (Exod. 8, 19) : 'Hic digi-
45 tus Dei est.' Mambres mare pellicium sive mare in capite.
46 Denique Moyses interpretatur sumptus ex aqua. Invenit
eum ad ripam fluminis expositum filia Pharaonis, quem colli-
gens adoptavit sibi ; vocavitque nomen eius Moysen, eo quod
47 de aqua sumpsisset eum. Aaron mons fortitudinis interpre-
tatur, propter quod turibulum accipiens in medio supersti-
tum et interemptorum obviam stetit, et ruinam mortis quasi

1 os iens *BCT* : oriens *K* 3 idem *BT* : eadem *C* 5 membra nullam C^1 divisioris *T* : divisionis *Hieronymus* id est] inde et *B* 6 faris *B* : fares *CKT* unde far. *B* 7 apopolos *K* : apostolo C^1 9 ut] et *T* 10 in *om. K* (*non A*) Zara . . . app. est *om. K* (*non A*) 11 est *om. T* dolens (*alt.*) *om. CT* 12 perc. carn. et passionem carnis et passionis dolorem *K* (*non A*) passionis B^1 calamitatis B^1C 14 sicut enim et *T* : sicut *K* angusta C^1 16 autem] enim *B* den.] denudans *Arev.* 17 marinus] marsus *K* (*non A*) 18 sig. eius cor. enim signis Moy. ces. et def. signum eius *K* (*non A*) 19 hic *om. B* 20 pellicosum *K* (*pro* perliquosum ?) : pellucidum *Arev.* 21 inv. enim eum *B* 23 adportavit *T* eo] ego C^1 25 superstitutum *B* : supraestitum (subp-, -pre-) C^1KT 26 obiam (ovi-) *TC*

quidam mons fortis exclusit. Eleazar Dei adiutorium. Balac 48
praecipitans, sive devorans. Balaam vanus populus. Phinees 49
ori parcens. Transfixit enim pugione Zambri cum scorto
Madianitide, et Domini furorem placavit, ut parceret. Zambri 50
iste lacessiens vel amaricans. Proprie enim nomen ab
amaritudine figuratum, quod peccando amaricaverit populum.
Raab latitudo, vel fames, sive impetus. Iosue interpretatur 51
salvator. Ipse enim in figura Christi populum a deserto
salvavit, et in terram repromissionis induxit. Caleph quasi 52
cor, aut canis. Othoniel tempus eius Deus, vel responsio 53
Dei. Aoth gloriosus. Barach fulgurans. Debbora apis vel
loquax. Apis, quia fuit ad bellum promptissima, dimicans
adversus Sisaram, quo perempto cecinit canticum; inde lo-
quax. Iahel ascensio. Gedeon experimentum iniquitatis 54
eorum. Frequentibus enim documentis informatus est quali
praesagio contra hostes futuram victoriam expediret, ex quo
futuro experimento etymologiam nominis sumpsit. Abime-
lech pater meus rex. Tola vermiculum, vel coccinum. Iair 55
inluminans. Iephte aperiens, vel apertus. Esebon cogita-
tio, sive vinculum maeroris. Abdo servus eius. Samson sol 56
eorum, vel solis fortitudo. Fuit enim virtute clarus, et libera-
vit Israel de hostibus. Dalila paupercula, vel situla. Booz in
fortitudine, [sive] in quo robur. Noemi, quam interpretare 57
possumus consolatam, eo quod marito et liberis peregre mortuis,
nurum Moabitidem in consolatione sua tenuit. Ruth inter- 58
pretatur festinans. Alienigena enim erat ex populo gentili,

1 mons *om.* *T* 2 deforans *T* 3 pugionem C^1KT : pugioni *B* scortu *KT* : scurtu C^1 4 Zambri stella cessiens *B* : Zambri stela-cescens C^1 5 iste *om.* *K* nom. amaritudinis figuratur *K* 6 peccato *K* amaricavit (*add. in marg.* populum dei) *B* 7 famis *BKT* seu *K* interp. *om.* *K* (*non A*) 8 figuram *BT* 11 Bar. fulg. *om.* *K* (*non A*) Deborra apix *K* 12 quia] quod *B* 14 adcensio C^1 16 quo *om.* *B* 17 nominis *om.* *T* 18 Tola . . . inlum. *om.* B^1 20 memoris *B* : messoris *K* 21 eorum *om.* *K* (*non A*) U^2 (*non V*) enim *om.* *B* 22 Dalila . . . robur *om.* *K* (*non A*) 23 sive *hab.* *BCU* : *om.* *T* : vel *A* qua *K* 24 possimus *B* quod a marito *C* 25 interp. *om.* *K* (*non A*)

quae relicta patria festinavit transire in terram Israel, dicens
socrui suae (Ruth 1, 16): 'Quocunque perrexeris, pergam.'
59 Anna gratia eius interpretatur, quia, dum prius esset sterilis
natura, postremo Dei gratia fecundata est. Heli Deus meus.
60 Ophni discalciatus. Filius enim fuit Heli electus in ministerium
sacerdotii, cuius amissionem suo expressit vocabulo. Apostolus
enim ait (Ephes. 6, 15): 'Calciati pedes in praeparationem
61 Evangelii pacis.' Et Propheta (Isai. 52, 7): 'Quam speciosi
pedes qui adnuntiant pacem!' Iste ergo discalciatus interpre-
tatur, ut eius nomine Veteris Testamenti sacerdotium a veteri
62 populo significaretur ablatum. Phinees frater Ophni os mutum
interpretatur, quo significatur sacerdotii veteris et doctrinae
silentium. Samuel nomen eius Deus. Iessai insulae sacrifi-
63 cium, vel incensum. Saul petitio [interpretatur]. Notum est
enim quomodo Hebraeorum populus eum sibi regem petierit,
et accepit non secundum Deum, sed secundum suam volunta-
64 tem. David fortis manu, utique quia fortissimus in proeliis fuit.
Ipse et desiderabilis, in stirpe scilicet sua, de qua praedixerat
Propheta (Agg. 2. 7): 'Veniet desideratus cunctis gentibus.'
65 Salomon tribus nominibus fuisse perhibetur. Primum vocabu-
lum eius Salomon dicitur, id est pacificus, eo quod in regno
eius pax fuerit. Secundum nomen Ididia, eo quod fuerit dile-
ctus et amabilis Domino. Tertium vocabulum eius Coheleth,
quod Graece appellatur Ecclesiastes, Latine Contionator,
66 quod ad populum loqueretur. Ionathan columbae donum.
67 Absalon patris pax per antiphrasin, eo quod bellum adversus

1 rel. patr. sua *AC*: relicto patre *K* transire *om. K* (*non A*) 2 socrus *T*: socerae *K* (*non A*) 4 postremum *B* 5 Heli fuit *K* (*non A*) ministerio *K* 6 sacerdotis *C* apostolorum *B* 7 preparatione *BK* 9 adnuntient *C* ergo] enim *BC* 11 fratre *C*[1]*T* motum *C*[1] 12 quod *C*[1]*TK* (*non A*) significat *K* vet. testamenti et *B* 13 Samuel . . . Deus *om. K* (*non A*) insule *K*: in sole *ABCT* 14 interp. *om. K* (*non A*) interp. pet. *T* 15 quomodo] quoniam *K* (*non A*) petiit *K* 16 non] nomen non *B* 17 for. ma.] fortissimum *T* quia] quod *B* fortis mum *T* 19 veniat *K* 20 trib. nom.] trinomius *K* (*non A*) 23 voc. eius *om. K* (*non A*) 25 a populo *B*[1] 26 patrie *C*[1] pax] vox *K* adversum *T*

patrem gessisset, sive quod in ipso bello David pacatum fuisse
legitur filio, adeo ut etiam magno cum dolore extinctum plangeret.
Roboam latitudo populi, et ipsud per antiphrasin, quod decem 68
tribubus ab eo separatis, duae tantum ei relictae sint. Abia 69
pater Dominus, vel pater fuit. Asa tollens, sive sustollens.
Iosaphat Domini iudicium. Ioram, qui est excelsus. Achazias
adprehendens Dominum. Athalia tempus Domini. Ioas 70
spirans, vel Domini robur. Amasias populum tollens. Ozias 71
fortitudo Domini. Azarias auxilium Domini. Ozias autem
ipse est qui Azarias duplici nomine. Iste est qui, inlicitum
sibi sacerdotium vindicare conatus, lepra in fronte percussus
est. Ioatham est perfectus. Pulchram etymologiam nominis. 72
Fecit enim rectum in conspectu Domini, et portam templi
aedificavit excelsam. Achaz adprehendens. Ezechias fortis 73
Dominus. Manasse obliviosus. Per multa enim scelera et
sacrilegia reliquerat et oblitus fuerat Deum. [sive quod oblitus
est Deus peccatorum illius.] Amon fidelis vel onustus. Iosias, 74
ubi est incensum Domini, propria etymologia nominis. Iste
[est] enim qui simulacra conbussit. Ioachaz robustus. Ioachim, 75
ubi est praeparatio. Eliachim Dei resurrectio. Ieconias prae-
paratio Domini. Sedechias iustus Domini. Ieroboam iudica- 76
tio sive causa populi, vel, ut quidam aiunt, divisio interpretatur,
pro eo quod in regno eius divisus sit populus Israel, et prae-
cisus a regno stirpis David. Divisionis enim populi causa iste
extitit. Zambri psalmus vel canticum meum. Omri crispans 77

1 egisset *K* ipso] illo *C* David] dixerunt *K* (*pro* dd, *i. e.* David) pactum C^1 : peccatum *K* 2 plangerent C^1 : plangerit *K* 3 quod] ut *K* (*non A*) 4 tribubus *C* (*non A*) eo] eis *K* (*non A*) sep.] set parentis C^1 sunt ABC^1 Abia . . . fort. Domini (§ 71) *om. K* 5 tolles *C* : dolens *AB* sust.] sustinens *C* (*non A*) 7 deprehendens *C* (*non A*) 8 robur *ex* rubor *AT* : solus C^1 9 Ozias autem . . . Azarias *om. K* autem *om. B* (*non A*) 10 est *om. K* (*non A*) inlicitus *B* : inlicite *K* (*non A*) 12 pulchre *K* 14 Achaz] Achazias (Aca-) *BK* 15 domini *K* per] prae *K* *vel* permulta deliquerat *Schwarz, fort. recte* 16 dei *TU* sive . . . illius *hab.* CT^2U : *om.* BKT^1 17 sit *C* honestus (on-) *codd.* 18 Domini] dei *K* 19 est *om. BK* : *hab. CT* qui *om. K* 20 Eliachim Dei] hebraice in deo *K* (*non A*) 22 veluti *B* : vel *T* 24 reg. in stir. C^1 25 Za. vel ps. *K* meum *BT* : vel hymnum (ym-) *CK* ombri *C* : umbri *K*

78 meus. Achab frater patris. Iezabel fluxus sanguinis, vel fluens
sanguinem: sed melius, ubi est sterquilinium. Praecipitata enim
deorsum comederunt carnes eius canes, sicut praedixerat Helias
(4 Reg. 9, 37): 'Et erunt,' inquit, 'carnes Iezabel sicut stercus
79 super faciem terrae.' Ochozias adprehendens Deum. Iehu
ipse, vel est. Ioatha robustus. Sella umbra eius, vel petitio.
80 Manahem consolans. Paceas aperiens. Nabuchodonosor
prophetia laguncula e angustae, sive prophetans istiusmodi si-
gnum, pro somnio scilicet futurorum quod vidisse narratur, et
Daniel interpretatus est; sive sessio in agnitione angustiae, pro
81 his qui in captivitatem ab eo ducti sunt. Zorobabel apud He-
braeos ex tribus integris nominibus traditur esse conpositus:
zo iste, ro magister, babel proprie Babylonium sonat; et effici-
tur nomen Zorobabel, iste magister de Babylone. In Babylone
enim ortus est, ubi et princeps gentis Iudaeae extitit.

VII De patriarchis. Quorundam patriarcharum etymologiae
notandae sunt, ut sciamus quid in suo vocabulo resonant. Nam
plerique eorum ex causis propriis nomina acceperunt. Patriar-
chae interpretantur patrum principes. Ἀρχός enim Graece
2 princeps est. Abram primum vocatus est pater videns populum,
propter Israel scilicet tantum. Postea appellatus est Abraham,
quod transfertur pater multarum gentium, quod erat adhuc per
fidem futurum. Gentium autem non habetur in nomine, sed
subauditur, iuxta illud (Genes. 17, 5): 'Erit nomen tuum
3 Abraham, quia patrem multarum gentium posui te.' Isaac ex
risu nomen accepit. Riserat enim pater, quando ei promissus
est, admirans in gaudio. Risit et mater, quando per illos tres
viros promissus est, dubitans in gaudio. Ex hac ergo causa
4 nomen accepit Isaac; interpretatur enim risus. Sciendum

2 sed] sicut *B* praecipitat *K* 3 canes] carnes C^1 8 labuncule C^1 9 somnium *K* 10 sensio C^1 11 Zor. proprie aput *T* 12 conpositum *K* 13 zo iste robabel (*delet.*) ro ma (*sic*) babil propr. *K*: zo sterobus magister. Babel propr. *T* efficiatur *B* 14 in bab. est ortus ubi *K* (*non A*) 15 iude ext. *T*: iudex ext. *B* 17 quod C^1T Nam *om.* *B* 18 propr. cau. *C* patriarcha interpretatur pa. princeps *K* 21 appellatur *C* 23 autem] hoc *B* 24 subaudiatur *T* 25 pater *K* 26 acc. et ris. C^1 pater] mater KT^1

autem quod quattuor in Veteri Testamento absque ullo
velamine nominibus suis, antequam nascerentur, vocati sunt:
Ismahel, Isaac, Salomon et Iosias. Lege Scripturas. Iacob sub- 5
plantator interpretatur, sive quod in ortu plantam nascentis fra-
tris adprehenderit, sive quod postea fratrem arte deceperit.
Vnde et Esau dixit (Genes. 27, 36): 'Iuste vocatum est nomen
eius Iacob, subplantavit enim me ecce secundo.' Israel vir 6
videns Deum. Tunc enim hoc nomen accepit, quando tota
nocte luctatus vicit in certamine angelum, et oriente lucifero
benedictus est. Inde propter visionem Dei Israel appellatus
est, sicut et ipse ait (Genes. 32, 30): 'Vidi Dominum et salva
facta est anima mea.' Ruben interpretatur visionis filius. Sic 7
enim, quando eum peperit Lia, vocavit nomen eius Ruben dicens
(Genes. 29, 32): 'Quia vidit Deus humilitatem meam.' Simeon 8
interpretatur auditio. Sic enim dixit Lia, quando peperit eum
(Genes. 29, 33): 'Quia exaudivit me Deus.' Levi additus. Dixit 9
enim Lia, quando peperit eum, non ambigens de amore viri
(Genes. 29, 34): 'Nunc mecum erit vir meus, quia peperi ei
tres filios.' Iudas confessio dicitur. Quando enim peperit eum 10
Lia, laudem Domino rettulit dicens (Genes. 29, 35): 'Nunc super
hoc confitebor Domino,' et ob id vocatus est Iudas. A confes-
sione itaque nomen eius [est] dictum, quod est gratiarum actio.
Issachar interpretatus est merces. Is quippe dicitur est, sachar 11
merces. Hoc autem ideo, quia mandragoris filii Ruben introi-
tum viri, qui Racheli debebatur, ad se emerat Lia. Vnde et
dum natus est, dixit Lia (Genes. 30, 18): 'Dedit Deus merce-
dem meam.' Zabulon interpretatur habitaculum. Sextum enim 12
hunc filium genuerat Lia: propterea iam secura dixit (Genes.
30, 20): 'Habitabit mecum vir meus.' Vnde et filius eius vo-

1 autem] enim *C*[1] 3 et ozias *BT*: ozias *K* leges *C*[1] 4 quod] quae *B* in horta (*corr.* ortu) suo plan. *C* 7 ecce *om.* *K* 10 app. Isr. sicut *K* 13 peperit *om.* *T*[1] 14 quia] quod *B*: *om.* *C* 16 quia] quod *B* 18 quia] quod *B* 21 id] hoc *K* 22 est *hab.* *BK*: *om.* *CT* 23 int. *om.* *K* (*non A*): -tur *Arev.* is (his) quippe di. est (*om.* *B*) isacar (-ch-) *ABCT*: hachar quoque di. saca *K* 24 hoc au. id.] propter hoc *K* (*non A*) quia] quod *B* 25 qui] quia *C*[1] 28 generat *K* Lia gen. *B* iam *om.* *T* 29 habitavit (ab-) *BKT*

13 catus est habitaculum. Nephtalim. De conversione, sive con-
paratione causa nominis eius est. Vnde et dixit Rachel, cum
eum peperisset ancilla eius Bala (Genes. 30, 8): 'Habitare me
14 fecit Deus habitationem cum sorore mea.' Dan interpretatur
iudicium. Bala enim dum eum peperisset, dixit Rachel domina
eius (Genes. 30, 6): 'Iudicavit me Dominus, et exaudiens
dedit mihi filium.' Causam nominis expressit, ut ab eo quod
15 iudicasset Dominus, filio ancillae iudicii nomen inponeret. Gad
ab eventu, sive procinctu vocatus est. Quando enim peperit
eum Zelpha, dixit domina eius Lia: In fortuna, id est quod
16 dicitur, in procinctu vel eventu. Aser beatus dicitur. Dum
enim peperisset eum Zelpha, dixit Lia (Genes. 30, 13): 'Beata
ego, et beatificant me mulieres': et ab eo, quod beata dicatur,
17 ex etymologia nominis beatum vocavit. Ioseph ab eo, quod
sibi alium addi mater optaverat, vocavit augmentum. Hunc
Pharao Zaphanath appellavit, quod Hebraice absconditorum
repertorem sonat, pro eo quod obscura somnia revelavit et
18 sterilitatem praedixit. Tamen, quia hoc nomen ab Aegyptio
ponitur, ipsius linguae debet habere rationem. Interpretatur
ergo Zaphanath Aegyptio sermone salvator mundi, eo quod
19 orbem terrae ab inminenti famis excidio liberarit. Beniamin
interpretatur filius dexterae, quod est virtutis. Dextera enim
appellatur iamin. Mater quippe eius moriens vocaverat nomen
eius Benoni, id est filius doloris mei. Pater hoc mutavit, filium
20 dexterae nominans. Manasses dictus ab eo, quod sit pater
eius oblitus laborum suorum. Ita enim Hebraice vocatur ob-
21 livio. Ephraim, eo quod auxerit eum Deus; et ex hoc voca-
bulo in linguam nostram transfertur augmentum.

VIII De prophetis. Quos gentilitas vates appellant, hos no-

1 conversatione *K* 2 est *om.* *K* 3 anc. balla *B* 4 habitatione *BCT* 6 et exaudivit et de. *K* (*non A*) 8 iudicansset *C*: iudicasset se *T* 9 seu *K* (*non A*) 10 fortune *T* quod dic. *om.* *K* (*non A*) 13 dicatur] dicitur *K* 14 ex *om.* *K* beatam *B* 17 sonant *C*[1] 18 Tamen] Nam et tunc non *K* (*non A*) quia] quod *B* 20 ergo] enim *B* sal. mun. aeg. serm. *K* 21 terrae] mundi *K* (*non A*) liberaret *BK* 22 quod virt. *B*[1] 23 matre quia pro eo mor. *K* (*non A*) vocavit *K* 24 Benoni] beniamin *C*[1]*K* 27 ex] ab *B* 29 Quod *T* gentiles *K*: gentilitates *corr.* -litas *A* appellat *B*

stri prophetas vocant, quasi praefatores, quia porro fantur et de
futuris vera praedicunt. Qui autem [a] nobis prophetae, in
Veteri Testamento videntes appellabantur, quia videbant ea
quae ceteri non videbant, et praespiciebant quae in mysterio
abscondita erant. Hinc est quod scriptum est in Samuele 2
(1 Reg. 9, 9): 'Eamus ad videntem.' Hinc Esaias (Esai.
6, 1): 'Vidi,' inquit, 'Dominum sedentem super thronum
excelsum et elevatum.' Et Ezechiel (1, 1): 'Aperti sunt caeli
et vidi visiones Dei.' Quorundam autem prophetarum etymo- 3
logiae nominum adnotandae sunt. Vocabula enim eorum satis
ostendunt quid in futuris factis dictisque suis praenuntiassent.
Helias interpretatur Dominus Deus. Ex futuri igitur praesagio 4
sic vocatus. Nam dum altercaretur in sacrificio cum quadrin-
gentis sacerdotibus Baal, invocato nomine Domini descendit de
caelo ignis super holocaustum. 'Quod cum vidisset omnis
populus, cecidit in faciem suam et ait: Dominus ipse est Deus'
(3 Reg. 18, 39). Ex hac igitur causa tale prius nomen accepit, 5
pro eo quod per eum postea cognoverit populus Dominum
Deum. Idem et fortis Dominus interpretatur, vel propter quod
interfecit eosdem sacerdotes, vel propter quod Achab adversi-
tatem toleravit. Helisaeus Domini salus interpretatur; voca- 6
bulum autem et idem ex futuri praesagio suscepit. Denique et
multas virtutes fecit et famem pellens populum a morte salvavit.
Nathan dedit, sive dantis. Esaias interpretatur salvator Domini. 7
Et merito; Salvatorem enim universarum gentium eiusque
sacramenta amplius quam ceteri praedicat. Ieremias excelsus 8
Domini, pro eo quod dictum est ei (Ierem. 1, 10): 'Constitui
te super gentes et regna.' Ezechiel fortitudo Dei. Daniel 9

1 prevatores *T*: prof. *dett.* quia] quod *BK* fantur *om.* *K*[1] 2 a *hab.* *CK*: *om.* *BT* prophetae *om.* *K* (*non A*) 3 appellantur *K* quia] quod *B* 4 ceteri . . . quae *om.* *C* praespiciebant *B*: prospiciebant *T*: praesciebant *K* ministerio *BC*[1]*T* 5 Hic *T* 6 hinc et es. *T* 9 etymologiam nom. adnotanda *K* 11 qui in futurum *K* pronuntiassent *C* 13 sicut vocatur *C* 16 cecidit] cedet *K* 18 Dominum *om.* *K* (*non A*) 20 interficet *K*: interfecet *C* eodem *C*[1] 21 sal. int. . . . sancti spiritus (§ 36) *desunt in D* (*folio amisso*) 22 au. idem *B* 23 morte] fame *T* sanavit *K* 24 salus dom. int. *K* Dom. et mer. *om.* *A* 25 eius sacr. *K* 26 predicant *B*

iudicium Dei, sive quia in presbyterorum iudicio sententiam
divinae examinationis exhibuit, dum reperta eorum falsitate
Susannam ab interitu liberavit; sive quod visiones et somnia,
quibus per singula quaedam et aenigmata futura monstrabantur,
sagaci mente discernens aperuit. Hic et desideriorum vir appel-
latus est, quia panem desiderii non manducavit et vinum con-
10 cupiscentiae non bibit. Ozee salvator, aut salvans. Dum
enim iram Dei in populum Israel ob crimen idolatriae prophe-
tasset, domui Iudae salutem pronuntiavit. Propter quod Eze-
chias rex Iuda, sublatis idolis, quos praecedentes reges consecra-
verant, templum Domini purgasse ac purificasse monstratur.
11 Iohel Dominus Deus, sive incipiens Deo, vel fuit Dei. Haec
12 enim eius vocabulum resonat etymologia incerta. Amos po-
pulus avulsus. Prophetia enim eius ad populum fuit Israel, quia
iam avulsus erat a Domino, et aureis vitulis serviebat, sive avulsus
13 a regno stirpis David. Nahum gemens, sive consolator. In-
crepat enim civitatem sanguinum, et post eversionem illius
consolatur Sion dicens (Nahum 1, 15): 'Ecce super montes
14 pedes evangelizantis et adnuntiantis pacem.' Habacuc am-
plexans; qui vel ex eo, quod amabilis Domini fuit, vocatur
amplexatio, vel quod in certamen cum Deo congreditur, ample-
xantis, id est luctantis, sortitus est nomen. Nullus enim tam
audaci voce ausus est Deum ad disceptationem iustitiae provo-
care, cur in rebus humanis et mundi istius tanta rerum versatur
15, 16 iniquitas. Micheas, quis hic, vel quis iste? Sophonias specu-

1 iud. sive *K*[1] quia] quod *K* in] inter *T* iudicium *K* 4 singula] signa *C*[2] (*non H*): sigla *Arev.*, *fort. recte* aen.] ignota *K* monstrabatur *K* 5 hic des. *BK* 6 quia] quod *B* 9 iudaea *C*[1] 10 consegraverunt *C*[1]: conservaverunt *K* 11 Domini *om. K* ac] et *K* demonstratur *B* 12 hoc *K* 13 vocabolo *K* 14 a popolo *K*: a populum *C*[1] quia] quod *B* 16 gemens] gemen *T ante corr.*: germen *T ex corr. BCK* consolatus *B* 18 consolatus *B* 19 evang. pacem et adnuntis (*sic*) bona *T* (*non H*): evangelizantium pacem *K* 20 qui vel *T*: quia (? qui) vel quod *A*: quia vel *BCK* domino *K* 21 congr.] ingrederetur *K* 22 sort. nom. *K* 23 *post* deum *eras. est* vidisse *in T* 24 versatur *BCT*: versetur *AK* § 15 *In fine add.* comminatur Samariae ob causam simulacrorum illo modo, quod (*leg.* quo) Eliu dicitur, quis (qui *U*) est iste involvens sententias *CT*[2]*U*: *om. ABKT*[1] ob hanc cau. *C* mo. de quo Hel. *C* 25 specula *Arev.*

lum, vel arcanum Domini interpretatur. Vtrumque ad pro-
phetam convenit; ipsi enim sciunt mysteria Dei. Vnde et ad
Ezechiel dicitur (3, 17): 'Speculatorem te posui.' Et alibi
(Amos 3, 7): 'Non faciet Dominus quicquam, nisi revelaverit
servis suis prophetis.' Abdias servus Domini. Sicut enim 17
Moyses famulus Domini et apostolus servus Christi, ita iste
legatus ad gentes missus venit et praedicat, quae prophetali
digna sunt ministerio et servitute: inde servus Domini. Ionas 18
interpretatur columba, sive dolens. Columba pro gemitu,
quando in ventre ceti triduo fuit. Dolens autem vel propter
tristitiam, quam habuit de salute Ninivitarum, vel propter hede-
ram subito arescentem, cuius umbraculo tegebatur contra solis
ardorem. Ipse est et Amathi, Sareptanae viduae filius, ut 19
Iudaei adfirmant, quem resuscitavit Helias, matre postea ad
eum dicente (3 Reg. 17, 24): 'Nunc cognovi quia vir Dei es
tu, et verbum Dei in ore tuo est veritatis.' Ob hanc causam
ipsum puerum Amathi vocitatum. Amathi enim ex Hebraeo in
Latinam linguam veritas dicitur; [et] ex eo quod verum Helias
locutus est, ille, qui suscitatus est, filius nuncupatus est veritatis.
Zacharias memoria Domini. Septuagesimo enim anno desola- 20
tionis templi conpleto, Zacharia praedicante, memoratus est
Dominus populum suum, iussuque Darii reversus est Dei popu-
lus, et reaedificatum est et urbs et templum. Aggaeus in Latino 21
festinus et laetus resonat. Destructum enim templum aedifi-
candum prophetat, et post luctum captivitatis regressionis laeti-
tiam praedicat. Malachias interpretatur angelus Domini, id est 22
nuntius. Quidquid enim loquebatur, quasi a Domino essent

2 ipse *B* misterium *K* inde *T* ad Ez. *KT*: ezechiel *C*: ezechieli *B* 4 facit *K* 5 Domini] dei *K* enim] et *K* 6 Domini] dei *B* is. leg.] intellegatus C^1 7 venit C^1K: videt *BHT* 8 misterio *T*: in misterio *K* 10 fuit] fecit C^1 au. quando vel prop. *T* 13 est Ama. *K* ut] et *B* 15 quia] quod *K* (*non A*) 16 veritas *B* (*non A*) ob hanc . . . vocit. *om. K*: Am. voc. *om. A* 18 dic. et ex *BK* 19 veritas *B* 20 enim *om. T* 22 populo suo *BT*: populi sui *C* 23 reedif. urbs T^1: reedif. est urbs T^2: reaedificata urbis (*ut vid.*) C^1 24 festivus *B* 25 prophetet *T* laet. pred. reversionis *K* (*non A*) 26 ang. Dom. int. *K* (*non A*) id est nun. *om. K* (*non A*)

mandata, ita credebantur; et inde ita eius nomen Septuaginta
transtulerunt dicentes (Malach. 1, 1): 'Adsumptio verbi Domini
23 super Israel in manu angeli eius.' Esdras adiutor. Nehemias
consolator a Domino. Quodam enim praesagio futuri nomina
ista sortiti sunt. Fuerunt enim in adiutorium et consolationem
omni illius populo redeunti ad patriam. Nam et templum
Domini iidem reaedificaverunt, et murorum ac turrium opus
24 ipsi restauraverunt. Ananias gratia Dei. Idem et Sidrac lin-
25 gua Chaldaea, quod interpretatur decorus meus. Azarias
auxilium Domini. Idem et Abdenago, quod in Latinum ver-
26 titur serviens taceo. Misahel, qui populus Domini. Ipse et
27 Misac, quod interpretatur risus vel gaudium. Ahia frater meus.
Semeia audiens Dominum. Asaph [congregans]. Ethan [ro-
28 bustus sive ascensus]. Idithun transiliens eos, sive saliens eos.
Quosdam enim inhaerentes humo, curvatos in terram, et ea
quae in imo sunt cogitantes, et in rebus transeuntibus spem
29 ponentes transilivit canendo iste, qui vocatur transiliens. Eman
accipiens, vel formido eorum. Ethan robustus. Barachia
benedictus Domini, vel benedictus Dominus. Olda districtio, sive
diverticulum. Iudith laudans, vel confitens. Hester absconsa.
30 Zacharias [memoria Domini, ob hoc quod canit (Luc. 1, 72):
31 'Memorare testamenti sancti sui']. Iohannes [baptista, Domini
gratia, eo quod sit limes prophetiae, praenuntius gratiae, sive ini-
32 tium baptismatis, per quod gratia ministratur]. Hi sunt prophetae
Veteris Novique Testamenti, quorum finis Christus, cui dicitur
a Patre (Ierem. 1, 5): 'Et prophetam in gentibus posui te.'
33 Prophetiae autem genera septem sunt. Primum genus ecstasis,
quod est mentis excessus; sicut vidit Petrus vas illud summissum

2 adsumpto verba *T* 4 futurorum *K* 6 illi *CK* redeuntis *BT* 8 item *B* 11 quia pop. C^1 12 Ahia] Azarias *B* 13 congregans *hab. CT* (*vel* T^2) : *om. ABK* rob. si. asc. *hab. CT* (*vel* T^2) : *om. ABK* 14 sive] vel *K* 15 humo] homo C^1 16 ima T^1 18 Eth. rob. *om. K* Ethan] eman *ABCT* 19 Dominus *om.* K^1 20 confidens *BK* 21 mem. Dom. *hab.* $CKOT^2U$: *om.* AB^1T^1 ob hoc . . . sui *hab.* CT^2U : *om.* $ABKOT^1$ 22 bapt. (baptisma *A*) *hab.* $ABCHOT^2U$: *om.* KT^1 Domini gratia (gratia dei *K*) *hab.* $CKOT^2U$: *om.* ABT^1 23 eo quod . . . prophetiae *hab.* COT^2U : *om.* $ABKT^1$ praenunt. . . . ministratur *hab.* CT^2U : *om.* $ABKOT^1$ 25 fines Christi *T* : finis Christus est *C* 26 et *om. K* 28 excelsus *T*

de caelo in stupore mentis cum variis animalibus. Secundum 34
genus visio; sicut apud Esaiam dicentem (Esai. 6, 1): 'Vidi
Dominum sedentem super solium excelsum.' Tertium genus
somnium; sicut Iacob subnixam in caelo scalam dormiens
vidit. Quartum genus per nubem; sicut ad Moysen et
ad Iob post plagam loquitur Deus. Quintum genus vox de 35
caelo; sicut ad Abraham sonuit dicens (Genes. 22, 12):
'Ne inicias manum tuam in puerum.' Et ad Saulum in via
(Act. 9, 4): 'Saule, Saule, quid me persequeris?' Sextum 36
genus accepta parabola; sicut apud Salomonem in Proverbiis,
et apud Balaam, cum evocaretur a Balac. Septimum genus
repletio sancti Spiritus; sicut pene apud omnes prophetas.
Alii tria genera visionum [esse] dixerunt. Vnum secundum 37
oculos corporis; sicut vidit Abraham tres viros sub ilice Mambre,
et Moyses ignem in rubo, et discipuli transfiguratum Dominum
in monte inter Moysen et Heliam, et cetera huiusmodi. Alterum 38
secundum spiritum, quo imaginamur ea quae per corpus sentimus; sicut vidit Petrus discum illum submitti de caelo cum
variis animalibus, et sicut Esaias Deum in sede altissima non
corporaliter, sed spiritaliter vidit. Non enim Deum forma cor- 39
porea circumterminat, sed quemadmodum figurate, non proprie
multa dicuntur, ita etiam figurate multa monstrantur. Tertium 40
autem genus visionis est, quod neque corporeis sensibus, neque illa parte animae qua corporalium [rerum] imagines capiuntur, sed per intuitum mentis quo intellecta conspicitur veritas sicut Daniel praeditus mente vidit quod Balthasar viderat corpore, sine quo genere illa duo vel infructuosa sunt, vel etiam in errorem mittunt. Omnia tamen haec genera Spiritus sanctus

3 exelselsum *T* 4 in caelum *C* 5 ad] per *T* 6 ad *om.* *K* 8 puero *BK* 11 evoc.] expelleretur T^1 12 spir. san. *C* 13 Alia C^1 esse *hab.* BCT^2: *om.* AKT^1 14 Abr. tr. vidit *A* viros *om.* K^1 15 rubro B^1 17 quo] quod C^1 imaginantur *K* (*non A*): imaginarum *T* per] secundum *K* (*non A*) 18 subm.] committi *T* cum var. an. *om.* *K* (*non A*) 19 Deum] dominum *CK* 20 spiriliter *T* 22 et. figurati *K* 23 quo *Schwarz* 24 ulla *K* qua] quae C^1: neque *K* rerum *hab.* CK^2T: *om.* BK^1 25 quod BC^1: *secl.* *Schwarz* conspiciuntur B^1T 26 praedictus (pre-) C^1T 27 influctuosa C^1 28 spiritu sancto moderantur *K*

41 moderatur. Habere autem prophetiam non solum bonus, sed etiam et malus potest. Nam invenimus Saulem regem prophetasse. Persequebatur enim sanctum David, et inpletus Spiritu sancto prophetare coepit.

IX De apostolis. Apostoli missi interpretantur. Hoc enim eorum nomen indicat. Nam sicut Graece ἄγγελοι, Latine nuntii vocantur, ita Graece Apostoli, Latine missi appellantur. Ipsos enim misit Christus evangelizare per universum mundum, ita ut quidam Persas Indosque penetrarent docentes gentes, et facientes in nomine Christi magna et incredibilia miracula, ut adtestantibus signis et prodigiis crederetur illis in his quae dicebant et viderant. Habent autem plerique ex his causas suorum voca-
2 bulorum. Petrus a petra nomen accepit, hoc est a Christo, super quem est fundata Ecclesia. Non enim a Petro petra, sed Petrus a petra nomen sortitus est, sicut non Christus a Christiano, sed Christianus a Christo vocatur; ideoque ait Dominus (Matth. 16, 18): 'Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam,' quia dixerat Petrus: 'Tu es Christus filius Dei vivi'; deinde ei Dominus: 'Super hanc,' inquit, 'petram,' quam confessus es, 'aedificabo ecclesiam meam.' Petra enim erat Christus, super quod fundamentum etiam ipse aedificatus
3 est Petrus. Cephas dictus eo quod in capite sit constitutus Apostolorum; κεφαλή enim Graece caput dicitur, et ipsud no-
4 men in Petro Syrum est. Simon Bar-iona in lingua nostra sonat filius columbae, et est nomen Syrum pariter et Hebraeum. Bar quippe Syra lingua filius, Iona Hebraice columba; utroque
5 sermone dicitur Bariona. Alii simpliciter accipiunt, quod Simon,

1 prophitia *K* bonos K^1 2 etiammet *T* malos C^1 4 sancto *om. T* *Post* proph. coep. *sequuntur in T* (*non UA*) *haec fere*: Invenitur siquidem spiritus prophetiae in Anna sacerdote pro Christo dixisse: 'Expedit unum mori quam ut tota gens pereat.' Et in uxore Pilati: 'Multa passa sum hac nocte pro viro.' Licet in alia comparetur parte, id est in diaboli astutiis, ut Christum subtraheret a mortis patibulo. 6 ind. grece *K* nam . . . appellantur *om. K*: nuntii . . . Latine *om. A* 7 *vel* Graece ἀπόστολοι 10 incred.] inaudita *K* (*non A*) 11 docebant *K* (*non A*) et viderent *T*: *om. K* (*non A*) 12 causis *T* 14 sed a petra petrus *K* (*non A*): *om.* B^1 16 sed christiano *T* 19 pet. ad quam *B* 20 es] erat *K* 26 Syra lingua *om. K* (*non A*) 27 acc.] accipiunt dici T^2 *in ras.*

id est Petrus, filius sit Iohannis, iuxta illam interrogationem
(Ioh. 21, 15): 'Simon Iohannis, diligis me?' et volunt scriptorum
vitio depravatum, ut pro Bar-Iohannem, hoc est filium Iohannis,
Barione scriptum sit, una detracta syllaba. Iohanna autem
interpretatur Domini gratia. Et fuisse Petrum trinomium: **6**
Petrum, Cephan, et Simon Bariona: Simon autem Hebraice
interpretatur audiens. Saulus Hebraeo sermone temptatio dici- **7**
tur, eo quod prius in temptatione Ecclesiae sit versatus. Per-
secutor enim erat: inde nomen habet istud, quando perseque-
batur Christianos. Postea mutato nomine de Saulo factus est **8**
Paulus, quod interpretatur mirabilis, sive electus. Mirabilis,
vel quia multa signa fecit, vel quia ab oriente usque ad occasum
evangelium Christi in omnibus gentibus praedicavit. Electus, **9**
sicut in Actibus apostolorum Spiritus sanctus dicit (13, 2):
'Segregate mihi Barnaban et Paulum ad opus, quod elegi eos.'
Latino autem sermone Paulus a modico dictus, unde et ipse ait
(1 Cor. 15, 9): 'Ego autem sum minimus omnium aposto-
lorum.' Quando enim Saulus, superbus, elatus; quando Paulus,
humilis, modicus. Ideo sic loquimur: 'paulo post videbo te,' **10**
id est post modicum. Nam quia modicus factus est, ipse dicit:
'Ego enim sum novissimus [omnium] apostolorum,' et (Eph.
3, 8): 'Mihi minimo omnium sanctorum.' Cephas autem et
Saulus ideo mutato nomine sunt vocati, ut essent etiam ipso
nomine novi, sicut Abraham et Sarra. Andreas frater Petri **11**
carne, et cohaeres gratia. Secundum Hebraeam etymologiam
interpretatur decorus, sive respondens; sermone autem Graeco
a viro virilis appellatur. Iohannes quodam vaticinio ex merito **12**

2 scripturam vi. depravatam *B*   3 pro *om.* *K*: per *T*   bariohanna *B*: vario iohannam *T*   filius *B*   4 bariona *BK*   5 trin. Petrum *om.* *T*   6 petrus caephas *K*   et Simon *om.* *B*   7 dictus *B*: dictus est *K* (*non A*)   8 ecclesia *B*   conversatus *B* (*non A*)   persecutorem *B*[1]   9 inde] ideo *A*   habebat *C*   12 qui ab *T*   ad *om.* *K*   14 sanc. spir. *T*   dicitur *B*[1]   15 quod] ad quod *B*   16 a] ad *B*   dictus] appellatus *K*   19 De eo *AK*   loquitur *K*   20 nam . . . sanctorum *om.* *K* (*non A*)   21 enim sum] minimus *T*   omnium *hab.* *CT*: *om.* *AB*   22 autem] enim *T* (*non A*)   24 novi *om.* *K*[1]: nivi *K*[2]   25 carnes *C*[1]   gratiae *C*   26 interpretatur *om.* *K*[1] (*non A*)   27 app.] vocatur *K* (*non A*)   quidam *B*

nomen accepit. Interpretatur enim, In quo est gratia, vel
Domini gratia. Amplius enim eum ceteris Apostolis dilexit
13 Iesus. Iacobus Zebedaei a patre cognominatur, quem relin-
quens cum Iohanne verum patrem secuti sunt. Hi sunt
filii tonitrui, qui etiam Boanerges ex firmitate et magnitudine
fidei nominati sunt. Hic est Iacobus filius Zebedaei, frater
Iohannis, qui post ascensionem Domini ab Herode manifesta-
14 tur occisus. Iacobus Alphaei ob distinctionem prioris cogno-
minatus, qui dicitur filius Zebedaei, sicut iste filius Alphaei.
15 Cognomentum igitur ambo a patre sumpserunt. Iste est Iaco-
bus minor, qui in Evangelio frater Domini nominatur, quia
Maria uxor Alphaei soror fuit matris Domini, quam Mariam
Cleophae Iohannes evangelista cognominat, a patre, sive a gen-
tilitate familiae, aut quacumque alia causa ei nomen inponens.
Alphaeus autem Hebraeo sermone in Latino exprimitur millesi-
16 mus, sive doctus. Philippus os lampadarum, vel os manuum.
Thomas abyssus, vel geminus, unde et Graece Didymus appella-
tur. Bartholomeus filius suspendentis aquas, vel filius suspen-
17 dentis me. Syrum est, non Hebraeum. Matthaeus in Hebraeo
donatus exprimitur. Idem et appellatus Levi ex tribu a qua
ortus fuit. In Latino autem ex opere publicani nomen accepit,
quia ex publicanis fuit electus et in apostolatum translatus.
18 Simon Cananeus ad distinctionem Simonis Petri, de vico
Galileae Cana, ubi aquas Dominus mutavit in vinum. Ipse
est qui in alio evangelista scribitur Zelotes. Cana quippe zelum
19 interpretatur. Iudas Iacobi, qui alibi appellatur Lebbaeus, fi-
guratum nomen habet a corde, quod nos diminutive corculum
possumus appellare; ipse in alio evangelista Thaddaeus scribi-
tur, quem ecclesiastica tradit historia missum Edessam ad Ab-
20 garum regem. Iudas Iscariotes vel a vico in quo ortus est, vel

1 nomine *K* 5 ex infirmitate C^1 6 iac. alfei (*eras.*) fi. zeb. fratre *T* 9 filius (*prius*) *om.* B^1 10 cognominatum ig. *T* ambo *ex* ab eo *T* 11 nuncupatur *K* 12 quem maria cl. *K* 14 qualicumque *K* 16 velox manum *T* 18 filius (*prius*) *om.* T^1 aquis *B* susp. si me C^1 19 non Hebr. *om.* *K* (*non A*) in] ex *K* 20 et *om.* *T* Levi] pre *ut vid.* K^1 : *del.* K^2 quo *CK* 21 op. puplico *K* 22 tr. est *B* 24 ubi *om.* B^1 29 missum *om.* K^1 30 natus est vel a tr. *K*

ex tribu Issachar vocabulum sumpsit, quodam praesagio futuri
in condemnationem sui. Issachar enim interpretatur merces,
ut significaretur pretium proditoris quo vendidit Dominum,
sicut scriptum est (Matth. 27, 9): '[Et] acceperunt mercedem
meam, triginta argenteos, pretium quod adpretiatus sum ab eis.'
Matthias, qui inter Apostolos sine cognomine solus habetur, in- **21**
terpretatur donatus, ut subaudiatur pro Iuda. Iste enim in
locum eius electus est ab Apostolis, cum pro duobus sors
mitteretur. Marcus excelsus mandato, utique propter Evange- **22**
lium Altissimi, quod praedicavit. Lucas ipse consurgens, sive **23**
ipse elevans [eo quod elevaverit praedicationem Evangelii post
alios]. Barnabas filius prophetae, vel filius consolationis. **24**

De reliqvis in Evangelio nominibvs. Maria inlumi- X
natrix, sive stella maris. Genuit enim lumen mundi. Sermone
autem Syro Maria domina nuncupatur; et pulchre; quia Domi-
num genuit. Elisabeth Dei mei saturitas, vel Dei mei iura- **2**
mentum. Magdalena turris. Martha inritans, [vel] provocans. **3**
Sermone autem Syro interpretatur dominans. Nathanael donum **4**
Dei [quia dolus, id est simulatio, dono Dei in eo non fuit].
Zebedaeus donatus, sive fluens iste. Zacchaeus iustus, sive iustifi- **5**
catus, aut iustificandus. Syrum est nomen, non Hebraeum.
Lazarus adiutus [eo quod sit a morte resuscitatus]. Herodes **6**
pellicius, gloriosus. Caiphas investigator, aut sagax, aut vomens **7**
ore. Inique enim ore suo iustum condemnavit, quamvis hoc
mysterio prophetali adnuntiasset. Pontius declinans consilium, **8**
utique Iudaeorum. Accepta enim aqua lavit manus suas dicens
(Matth. 27, 24): 'Innocens ego sum a sanguine iusti huius.'

3 quo] quod C^1 Dominum] Deum *B* 4 et *hab. BC* : *om. KT* 5 argenteis *K* 6 qui interpretatur apostolus *K* : *om. C* : qui *om.* B^1 8 duabus *T* 9 excelso *K* (*non A*) 11 ipse *om. B* levans *C* eo quod . . . alios *hab. CT* : *om. BDK* 14 enim *om. K* (*non A*) 15 Maria *om. K* (*non A*) 17 vel *hab. CK* : *om.* B^1*T* 19 quia . . . fuit *hab. CTU* : *om. BDK* dono dei *om. U* 21 aut . . . Hebraeum *om. K* 22 eo . . . resusc. *hab. CTU* : *om. BK* sit] se C^1 suscitatus *T* 23 pell. glor. clara ethimologia *C* : pellis gloria *K* investigatus *T* aut (*alt.*)] vel *K* 24 iniquo *C* 25 ministerio *K* ad adnuntiassent *T* 27 innocens *om.* K^1 iusti *om. K* (*non A*)

9 Pilatus os malleatoris [quia dum Christum ore suo et iustificabat
10 et condemnabat, more malleatoris utraque ferit]. Barabba filius
magistri eorum; absque dubio Iudaeorum magistri, qui est
diabolus, homicidiorum auctor, qui usque hodie regnat in eis.

XI De martyribus. Martyres Graeca lingua, Latine testes
dicuntur, unde et testimonia Graece martyria nuncupantur.
Testes autem ideo vocati sunt, quia propter testimonium Christi
passiones sustinuerunt, et usque ad mortem pro veritate certa-
2 verunt. Quod vero non testes (quod Latine utique possemus),
sed Graece martyres appellamus, familiarius Ecclesiae auribus
hoc Graecum verbum sonat, sicut multa Graeca nomina quae
3 pro Latinis utimur. Martyrum primus in Novo Testamento
Stephanus fuit, qui Hebraeo sermone interpretatur norma, quod
prior fuerit in martyrio ad imitationem fidelium. Idem autem
ex Graeco sermone in Latinum vertitur coronatus; et hoc
prophetice ut, quod sequeretur in re, vaticinio quodam futuri
prius in vocabulo resonaret. Passus est enim, et quod vocabatur
accepit. Stephanus enim corona dicitur; humiliter lapidatus,
4 sed sublimiter coronatus. Duo sunt autem martyrii genera,
unum in aperta passione, alterum in occulta animi virtute. Nam
multi hostis insidias tolerantes, et cunctis carnalibus desideriis
resistentes per hoc, quod se omnipotenti Deo in corde macta-
verunt, etiam pacis tempore martyres facti sunt, qui etiam si
persecutionis tempus existeret, martyres esse potuerunt.

XII De clericis. Cleros et clericos hinc appellatos, quia
Matthias sorte electus est, quem primum per Apostolos legimus
ordinatum. Κλῆρος enim Graece sors vel hereditas dicitur.

1 malleatorum *K* quia . . . ferit *hab. CTU*: *om. BDK* more *TU* et iustificat et condempnat *C* (*non U*) 2 fierit *T* (*non U*) 3 Iud. magister *K* 4 homicidii (*ex* homm-) *K* 6 et *om. C vel* Graece μαρτύρια 7 vocantur quod pr. *K* (*non A*) 9 Quod . . . app. *om. K* (*non A*) possimus *A*: possumus *B* 10 hoc Gr. ver. Eccl. aur. *K* 11 si. et mu. *BC* 12 Martir *T* 13 serm. Hebr. *K* 15 ex] et *BCT* 16 prophetico *T* quidam *B*[1] 17 in voc. . . . passus *om. T* sonaret *B* et] ut *C*[1] 19 sed] et *C* 21 multas *C*[1] (*non A*) hostis *om. K* (*non A*) carnibus *B*[1] 22 per] pro *K* 23 qui . . . potuerunt *om. T*[1] 24 per resurrectionis tempore *ut vid. T*[2] existerent *C*[1]: exteterit *A*: extetissent *K* potuissent *K* (*non A*) 26 apostolum *T*[1] *ut vid.*

Propterea ergo dicti clerici, quia de sorte sunt Domini, vel 2
quia Domini partem habent. Generaliter autem clerici nuncu-
pantur omnes qui in ecclesia Christi deserviunt, quorum gradus
et nomina haec sunt: ostiarius, psalmista, lector, exorcista, 3
acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus. Ordo 4
episcoporum quadripertitus est, id est in patriarchis, archi-
episcopis, metropolitanis atque episcopis. Patriarcha Graeca 5
lingua summus patrum interpretatur, quia primum, id est apo-
stolicum, retinet locum; et ideo, quia summo honore fungitur,
tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus et Ale-
xandrinus. Archiepiscopus Graeco vocabulo quod sit summus 6
episcoporum. Tenet enim vicem apostolicam et praesidet tam
metropolitanis quam episcopis ceteris. [Metropolitani autem 7
a mensura civitatum vocati.] Singulis enim provinciis prae-
eminent, quorum auctoritati et doctrinae ceteri sacerdotes
subiecti sunt, sine quibus nihil reliquos episcopos agere licet.
Sollicitudo enim totius provinciae ipsis commissa est. Omnes 8
autem superius designati ordines uno eodemque vocabulo epi-
scopi nominantur, sed inde privato nomine quidam utuntur,
propter distinctionem potestatum quam singulariter acceperunt.
Patriarcha pater principum. Ἄρχων enim princeps. Archiepi- 9, 10
scopus princeps episcoporum. Metropolitanus. Episcopatus 11
autem vocabulum inde dictum, quod ille, qui superefficitur,
superintendat, curam scilicet subditorum gerens. Σκοπεῖν enim
Latine intendere dicitur. Episcopi autem Graece, Latine specu- 12
latores interpretantur. Nam speculator est praepositus in Ec-

1 quia] quod *BC* 2 Deum partem *C* 6 quadripertita *C*[1] 7 metropolitis *BCT* 10 tal. nom.] talione *T* 11 Gr. voc.] Greca lingua *K* (*non AD*) sit *om. D* 12 arceepiscoporum *C*[1] 13 Metrop. . . . voc. *hab. CTU Mon.*: *om. BDGKO Rem.* 14 vocantur *C Mon.* (*non U*) singuli *C* (*non U*) enim *om. T* (*non U*) preminet (prae-) *B Voss.* 82 15 auctoritate et doctrina *K* 16 reliquis episcopis nil *K* (*non A*) 18 autem *om. K* (*non A*) 19 inde] ideo *BC* 21 *vel* ἀρχός : arcon (-ch-) *codd.* Arciepiscopi principes *K* 22 *post* episc. *add.* patriarcha et archiepiscopus et alii cr̄ (*i. e.* clerici ?) episcopi *Trin.* Metr. *AKT Rem. Trin.* : sicut metr. *BDGO* : metr. a mensura civitatum *C Mon.* (*om.* a) : metr. mensura civitatem *U* Episcopus *O* 23 autem *om. K* (*non A*) i. ductum *T ante corr.* : inductum *A* 24 en. in lat. *T* 25 autem *om. K* (*non A*)

clesia; dictus eo quod speculatur, atque praespiciat populorum
13 infra se positorum mores et vitam. Pontifex princeps sacer-
dotum est, quasi via sequentium. Ipse et summus sacerdos,
ipse pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes
atque levitas: ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit: ipse
14 quod unusquisque facere debeat ostendit. Antea autem ponti-
fices et reges erant. Nam maiorum haec erat consuetudo, ut
rex esset etiam sacerdos vel pontifex. Vnde et Romani impe-
15 ratores pontifices dicebantur. Vates a vi mentis appellatos,
cuius significatio multiplex est. Nam modo sacerdotem, modo
16 prophetam significat, modo poetam. Antistes sacerdos dictus
ab eo quod ante stat. Primus est enim in ordine Ecclesiae, et
17 supra se nullum habet. Sacerdos autem nomen habet con-
positum ex Graeco et Latino, quasi sacrum dans; sicut enim
rex a regendo, ita sacerdos a sacrificando vocatus est. Consecrat
18 enim et sanctificat. Sacerdotes autem gentilium flamines dice-
bantur. Hi in capite habebant pilleum, in quo erat brevis virga
desuper habens lanae aliquid. Quod cum per aestum ferre
19 non possent, filo tantum capita religare coeperunt. Nam nudis
penitus eos capitibus incedere nefas erat. Vnde a filo, quo
utebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festis
diebus filo deposito pilleum inponebant pro sacerdotii eminentia.
20 Presbyter Graece, Latine senior interpretatur, non pro aetate, vel
decrepita senectute; sed propter honorem et dignitatem, quam
21 acceperunt, presbyteri nominantur. Ideo autem et presbyteri
sacerdotes vocantur, quia sacrum dant, sicut episcopi, qui licet
sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent; quia
nec chrismate frontem signant, nec Paracletum Spiritum dant,
quod solis deberi episcopis lectio Actuum apostolorum demon-

1 eo *om.* *K* speculator *A*B^1*KT*: speculetur *C* perspiciat *A*: praesciat *K* 2 pos. infra se *K* (*non A*) 3 et *om.* B^1: est *T* 8 vel] et *K* 10 modo (*alt.*) *om.* *T* proph. modo po. sign. *K* (*non A*) 12 enim est *K* (*non A*) 15 sanctificando *B* est *om.* *K* 16 enim *om.* *K* 18 laneum C^1*K* 19 possent *BC*: possint *K*: possunt *T* capite relegare *BK* coeperint *B* 20 eos pen. eos *K* penitus *in ras.* T^2 *ut vid.* 22 depositum *B* 23 non modo pro *C* 24 hon. vel dignitate *K* 25 nuncupantur *B* 26 si. et epi. *K* quia lic. *T* 29 epi. deb. *K* (*non A*)

strat. Vnde et apud veteres idem episcopi et presbyteri fuerunt,
quia illud nomen dignitatis est, hoc aetatis. Levitae ex nomine 22
auctoris vocati. De Levi enim levitae exorti sunt, a quibus
in templo Dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hi
Graece diacones, Latine ministri dicuntur, quia sicut in sacerdote
consecratio, ita in diacono ministerii dispensatio habetur. Hypo- 23
diacones Graece, quos nos subdiaconos dicimus, qui ideo sic
appellantur, quia subiacent praeceptis et officiis levitarum.
Oblationes enim in templo Dei a fidelibus ipsi suscipiunt, et
levitis superponendas altaribus deferunt. Hi apud Hebraeos
Nathanei vocantur. Lectores a legendo, psalmistae a psalmis 24
canendis vocati. Illi enim praedicant populis quid sequantur,
isti canunt ut excitent ad conpunctionem animos audientium;
licet et quidam lectores ita miseranter pronuntiant, ut quosdam
ad luctum lamentationemque conpellant. Idem etiam et pro- 25
nuntiatores vocantur, quod porro adnuntiant. Tanta enim et
tam clara erit eorum vox, ut quamvis longe positorum aures
adinpleant. Cantor autem vocatus quia voce modulatur in 26
cantu. Huius duo genera dicuntur in arte musica, sicut ea
docti homines Latine dicere potuerunt, praecentor et succentor.
Praecentor scilicet, qui vocem praemittit in cantu. Succentor 27
autem, qui subsequenter canendo respondet. Concentor autem 28
dicitur, quia consonat: qui autem consonat nec concinit, nec
concentor erit. Acolythi Graece, Latine ceroferarii dicuntur, 29
a deportandis cereis, quando legendum est Evangelium, aut
sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria ab 30
eis et deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eodem
tempore rutilet, sed ad signum laetitiae demonstrandum, ut sub

1 unde . . . aet. *post* § 20 *U* 2 quia et illud *K* (*non A*) est *om. A* hoc *ABT*: non *CK* 3 de levi enim *BT*: de nomine levi CK^2: de nomine K^1 4 misteria exp. *K* 7 quos] quod *C* quia id. *T* 10 superponendis *K* 12 canendo *B* 13 canent BC^1T 14 quedam *T* ut quodam *B ante corr.* 17 aure *T* 18 quod *K* vocem *C* 21 quia *B* voce *K* 22 qui subs. . . . Conc. autem *om. B* subsequen* K^1 23 quia] qui *K* cons.] *an* concinit? au. non cons. *BCK* 24 cerofararii *T*: cerofarii C^1K 25 ad *AT* deportando *K* (*non A*) qu. Evan. legitur *K* (*non A*) 26 offertur *K* (*non A*) acceduntur *B* 27 effugendas *T*

typo luminis corporalis illa lux ostendatur de qua in Evangelio
legitur (Ioh. 1, 9): 'Erat lux vera, quae inluminat omnem homi-
31 nem venientem in hunc mundum.' Exorcistae ex Graeco in
Latino adiurantes sive increpantes vocantur. Invocant enim
super cathecumenos, vel super eos qui habent spiritum in-
mundum, nomen Domini Iesu, adiurantes per eum ut egrediatur
32 ab eis. Ostiarii idem et ianitores, qui in Veteri Testamento electi
sunt ad custodiam templi, ut non ingrederetur eum inmundus
in omni re. Dicti autem ostiarii, quod praesint ostiis templi.
33 Ipsi enim tenentes clavem omnia intus extraque custodiunt,
atque inter bonos et malos habentes iudicium fideles recipiunt,
respuunt infideles.

XIII De monachis. Monachus Graeca etymologia vocatus, eo
quod sit singularis. Μονάς enim Graece singularitas dicitur.
Ergo si solitarius interpretatur vocabulum monachi, quid facit
in turba qui solus est? Plura sunt autem genera monachorum.
2 Coenobitae, quos nos In commune viventes possumus appellare.
3 Coenobium enim plurimorum est. Anachoritae sunt qui post
coenobialem vitam deserta petunt et soli habitant per deserta;
et ab eo, quod procul ab hominibus recesserunt, tali nomine
nuncupantur; sed anachoritae Heliam et Iohannem, coenobitae
4 Apostolos imitantur. Eremitae hi sunt, qui et anachoritae, ab
hominum conspectu remoti, eremum et desertas solitudines ap-
5 petentes. Nam eremum dicitur quasi remotum. Abba autem
Syrum nomen, significat in Latino pater, quod Paulus Romanis
scribens exposuit dicens (8, 15): 'In quo clamamus: Abba pater':
in uno nomine duabus usus linguis. Dicit enim abba Syro
nomine patrem, et rursus Latine nominat itidem patrem.

XIV De ceteris fidelibus. Christianus, quantum interpretatio

3 Exorcista *K* 4 adiuratores *B* 6 eum et egrediebatur C^1 8 egrederetur *B* eum] in eo *K* 9 presunt T^1 ostii *T* 10 int. ex utraque *B* 15 si singularis vel sol. *K* (*non A*) 16 sol. est] singolaris esse debet *K* (*non A*) 17 Cynobitarum *K* 21 sed . . . imit. *om.* B^1 Heliam . . . Graecum est (XIV. 10) Liber VIII Finit *in folio interposito hab. A* 22 cynobitae *del. ante* an. *K* 24 autem *om. T* 25 quod *om. B* 27 dicit . . . patrem *om. K* (*non A*) 28 patrem *secl. Schwarz* itidem *CT* : idem *B* : id est *A*

ostendit, de unctione deducitur, sive de nomine auctoris et
creatoris. A Christo enim Christiani sunt cognominati, sicut
a Iuda Iudaei. De magistri quippe nomine cognomen sectato-
ribus datum est. Christiani autem olim a Iudaeis quasi oppro- 2
brio Nazaraei vocabantur, pro eo quod Dominus noster atque
Salvator a vico quodam Galileae Nazaraeus sit appellatus. Non 3
se autem glorietur Christianum, qui nomen habet et facta non
habet. Vbi autem nomen secutum fuerit opus, certissime ille
est Christianus, quia se factis ostendit Christianum, ambulans
sicut et ille ambulavit a quo et nomen traxit. Catholicus 4
universalis sive generalis interpretatur. Nam Graeci universale
καθολικόν vocant. Orthodoxus est recte credens, et ut credit 5
[recte] vivens. Ὀρθῶς enim Graece recte dicitur, *δόξα* gloria
est: hoc est vir rectae gloriae. Quo nomine non potest vocari,
qui aliter vivit quam credit. Neophytus Graece, Latine novellus 6
et rudis fidelis, vel nuper renatus interpretari potest. Catechu- 7
menus dictus pro eo, quod adhuc doctrinam fidei audit, necdum
tamen baptismum recepit. Nam *κατηχούμενος* Graece auditor
interpretatur. Conpetens vocatus, quia post instructionem fidei 8
conpetit gratiam Christi; inde et a petendo conpetentes vocati.
Laicus popularis. Λαός enim Graece populus dicitur. Pros- 9, 10
elytus, id est advena et circumcisus qui miscebatur populo
Dei, Graecum est.

1 ded.] dicitur *BK* 4 ol. iudei *K* qu. ob obproprio *B* 7 factum *CK* 9 est *om. K*: *post* Chr. *B* ostendet *KT* 11 gr. universalem *C*: grece universe *T* 13 recte *hab. CK*: *om. BT* ortho (-to) *codd.* doxo *codd.* gloriae (-ie) *codd.* 16 et] est *C* 17 dictus *CT*: dicitur *BK* audet *K* 18 recipit *B*: percepet C^1 Graece *om. K* (*non A*) 19 int. vel instructus *K* (*non D*) Conpetentes vocantur qui *K* 20 conpetet *T*: conpetunt *K* unde *B* conpetens *T* vocantur *K*

LIBER VIII

DE ECCLESIA ET SECTIS

1 De Ecclesia et synagoga. Ecclesia Graecum est, quod
in Latinum vertitur convocatio, propter quod omnes ad se
vocet. Catholica, universalis, ἀπὸ τοῦ καθ' ὅλον, id est secun-
dum totum. Non enim sicut conventicula haereticorum in
aliquibus regionum partibus coartatur, sed per totum terrarum
2 orbem dilatata diffunditur. Quod etiam Apostolus adprobat
ad Romanos dicens (1, 8): 'Gratias ago Deo meo pro omnibus
vobis, quia fides vestra adnuntiatur in universo mundo.' Hinc
et universitas ab uno cognominata est, propter quod in unitatem
colligitur. Vnde Dominus in Evangelio (Luc. 11, 23): 'Qui
3 mecum non colligit, spargit.' Cur autem Ecclesia cum una sit,
a Iohanne septem scribuntur, nisi ut una catholica septiformi
plena Spiritu designetur? Sicut [et] de Domino novimus dixisse
Salomonem (Proverb. 9, 1): 'Sapientia aedificavit sibi domum
et excidit columnas septem,' quae tamen septem una esse non
ambigitur, dicente Apostolo (1 Timoth. 3, 15): 'Ecclesia Dei
4 vivi, quae est columna et firmamentum veritatis.' Inchoavit
autem Ecclesia a loco ubi venit de caelo Spiritus sanctus, et
5 inplevit uno loco sedentes. Pro peregrinatione autem praesenti
Ecclesia Sion dicitur, eo quod ab huius peregrinationis longi-
tudine posita promissionem rerum caelestium speculetur; et
6 idcirco Sion, id est speculatio, nomen accepit. Pro futura vero
patriae pace Hierusalem vocatur. Nam Hierusalem pacis visio
interpretatur. Ibi enim absorpta omni adversitate pacem, quae
7 est Christus, praesenti possidebit obtutu. Synagoga Graece con-
gregatio dicitur, quod proprium nomen Iudaeorum populus

3 convocet *K*: vocat *Harl. extr.* 4 in *om.* B^1 5 coartantur *T* 6 dilatatam *C* Quo C^1 8 vobis *om. C* adn.] praedicatur *K Harl. extr.* (*non A*) 11 Cur] Quomodo *K* (*non A*) 12 ad iohannes *T* 13 et *hab. BT*: *om. CK* 18 a *om. K* 20 ecclesiae *K* di. pro eo *K* 21 speculatur *K* specularetur *C* (*non Harl. extr.*) 23 voc. Nam Hier. *om.* KC^1 (*non A Harl. extr.*) 24 aborta *T ante corr. B* 25 obtutum *CT*: obtutus *A* (*non Harl. extr.*) Gr. latine cong. *B*

tenuit. Ipsorum enim proprie synagoga dici solet, quamvis et
ecclesia dicta sit. Nostram vero Apostoli numquam synagogam 8
dixerunt, sed semper ecclesiam, sive discernendi causa, sive
quod inter congregationem, unde synagoga, et convocationem,
unde ecclesia nomen accepit, distet aliquid; quod scilicet con-
gregari et pecora solent, quorum et greges proprie dicimus;
convocari autem magis est utentum ratione, sicut sunt homines.

De religione et fide. Dogma a putando philosophi II
nominaverunt, id est, 'hoc puto esse bonum,' 'hoc puto esse
verum.' Religio appellata, quod per eam uni Deo religamus 2
animas nostras ad cultum divinum vinculo serviendi. Quod
verbum conpositum est a relegendo, id est eligendo, ut ita
Latinum videatur religio sicut eligio. Tria sunt autem quae 3
in religionis cultu ad colendum Deum in hominibus perqui-
runtur, id est fides, spes, caritas. In fide, quid credendum; in
spe, quid sperandum; in caritate, quid sit amandum. Fides 4
est qua veraciter credimus id quod nequaquam videre valemus.
Nam credere iam non possumus quod videmus. Proprie autem
nomen fidei inde est dictum, si omnino fiat quod dictum est aut
promissum. Et inde fides vocata, ab eo quod fit illud quod
inter utrosque placitum est, quasi inter Deum et hominem;
hinc et foedus. Spes vocata quod sit pes progrediendi, quasi 5
'est pes.' Vnde et e contrario desperatio. Deest enim ibi pes,
nullaque progrediendi facultas est; quia dum quisque peccatum
amat, futuram gloriam non sperat. Caritas Graece, Latine 6
dilectio interpretatur, quod duos in se liget. Nam dilectio a
duobus incipit, quod est amor Dei et proximi; de qua Apostolus

1 ipso *T* et *om. BC* 2 Nostram] Nam *CDKO* (*non A Harl. extr.*) vero *om. CK* (*non OA Harl. extr.*) 3 disc. cau. inter sin. et conga-tionem unde et sinagoga convocata aeclesia nom. acc. *O* 4 inter] in *B* unde est sin. *T*: sin. *K* (*non A*) 5 distat *K* 6 proprium *T* 7 utendum *codd.* hom. sunt *A* (*non O Harl. extr.*) 8 a put. T^1: a disput. T^2 9 hoc . . . bonum *om. KO* (*non A*) 12 religando *B* id est a ligendo *T* 14 ad colendo Deo *K*: a colendo Deum B^1 omnibus *T* 17 quia *B* id est quod *K* 18 non *om. K* 19 ductum *T* 20 fit] sit *K* 22 spes progr. *T* 23 pes (*pr.*) *om.* B^1 et *om. T* e *om. C* 24 progreendi ibi fac. *B* est *om K* 25 amat] manat C^1 26 liget] inliget T^2: inligit *B*

7 (Rom. 13, 10) 'Plenitudo', inquit, 'legis dilectio.' Maior est
autem haec omnibus, quia qui diligit et credit et sperat. Qui
autem non diligit, quamvis multa bona faciat, frustra laborat.
Omnis autem dilectio carnalis non dilectio, sed magis amor dici
solet. Dilectionis autem nomen tantum in melioribus rebus
accipi solet.

III De haeresi et schismate. Haeresis Graece ab electione
vocatur, quod scilicet unusquisque id sibi eligat quod melius
illi esse videtur, ut philosophi Peripatetici, Academici, et Epi-
curei et Stoici, vel sicut alii qui perversum dogma cogitantes
2 arbitrio suo de Ecclesia recesserunt. Inde ergo haeresis, dicta
Graeca voce, ex interpretatione electionis, qua quisque arbitrio
suo ad instituenda, sive ad suscipienda quaelibet ipse sibi elegit.
Nobis vero nihil ex nostro arbitrio inducere licet, sed nec eligere
3 quod aliqui de arbitrio suo induxerit. Apostolos Dei habemus
auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod indu-
cerent, elegerunt, sed acceptam a Christo disciplinam fideliter
nationibus adsignaverunt. Itaque etiamsi angelus de caelis
4 aliter evangelizaverit, anathema vocabitur. Secta a sequendo
et tenendo nominata. Nam sectas dicimus habitus animorum,
ac instituta circa disciplinam vel propositum, quem tenendo
sequuntur, longe alia in religionis cultu opinantes quam ceteri.
5 Schisma ab scissura animorum vocata. Eodem enim cultu,
eodem ritu credit ut ceteri; solo congregationis delectatur dis-
cidio. Fit autem schisma cum dicunt homines, 'nos iusti
6 sumus,' 'nos sanctificamus inmundos,' et cetera similia. Super-
stitio dicta eo quod sit superflua aut superinstituta observatio.
Alii dicunt a senibus, quia multis annis superstites per aetatem

1 legis caritas id est dil. *K* (*non A*) 2 haec] his *A* 3 faciat b. *K* : b. faciet *A* 9 illi] sibi *O* est vid. *K* Ac. Ep. St. *K* 10 alii per. *B* : aliqui perversa *K* 11 dic. Gr. dicta vel voce *A* 12 quas *T* : quia *BK* 13 sive susc. *C* : *om. T* qu. et ipse *B* eligit *BT* 14 el. et quod *K* 15 aliquid *T* : aliquis *CK* 16 quod induerunt *T* 18 caelo *K* 19 a sectando *CK* 21 praepositum *C* 22 sequitur *B* 23 eundem *T ante corr.* en. cul. eod. *om. C* 24 creditur cet. *K* 25 nos iussimus nos sa. *T* : nos sa. *K* : sa. *B*[1] 27 superstatuta *B*

delerant et errant superstitione quadam, nescientes quae vetera
colant aut quae veterum ignari adsciscant. Lucretius autem 7
superstitionem dicit superstantium rerum, id est caelestium et
divinorum quae super nos stant; sed male dicit. Haereti-
corum autem dogmata ut facile possint agnosci, causas eorum
vel nomina demonstrare oportuit.

De haeresibvs Ivdaeorvm. Iudaei confessores inter- IV
pretantur. Multos enim ex his sequitur confessio, quos antea
perfidia possidebat. Hebraei transitores dicuntur. Quo nomine 2
admonentur ut de peioribus ad meliora transeant, et pristinos
errores relinquant. Pharisaei [negant Christum venisse nec 3
nulla in rebus praedictis communicant] [Pharisaei et Saducaei
inter se contrarii sunt. Nam Pharisaei ex Hebraeo in Latinum
interpretantur Divisi, eo quod traditionum et observationum,
quas illi δευτερήσεις vocant, iustitiam praeferunt. Vnde et divisi
vocantur a populo, quasi per iustitiam.] Saducaei [negant resur- 4
rectionem, dicentes dictum esse in Genesi (3, 19): 'Dudum
terra es, et in terram ibis.'] [Sadducaei interpretantur iusti.
Vindicant enim sibi quod non sunt, corporis resurrectionem
negant, et animam interire cum corpore praedicant. Hi quinque
tantum libros Legis recipiunt, Prophetarum vaticinia respuunt.]
Essei dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos omnem 5
abstinentiam. [Galilaei dicunt Christum venisse et docuisse eos
ne dicerent dominum Caesarem neque eius monitis uterentur.]
Masbothei dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos in 6
omni re sabbatizare. Genistae [praesumunt quoniam de genere 7

1 vera B^1 2 colunt *K* adsciscunt *K* 3 superstantiam *C* 5 dogma *K*: docma *T* possit *BC* agnosci *om. K* §§ 1–2 *om., ceteris sic dispositis*, 5, 6, 3, 4, 7–10 *KM* (*non A*) 8 sequetur *D ante corr.* 9 quae *B* (*non ADG*) 11 negant ... communicant *hab. KM*: *om. ABCDGT* 12 et Sad. . . . per iustitiam *hab. ABCDGT*: *om. KM* 13 intra C^1 (*non D*) 14 traditionem et observationem *D* 15 deuteresis *BDT*: deuterosis *C* 16 negant . . . ibis *hab. KM*: *om. ABCDGT* 18 interp. . . . respuunt *hab. ABCDGT*: *om. KM* 19 sint *A* (*non D*) 20 quique C^1: qui *D* 21 vatitionio *D* 22 Prima efnei d. Chr. docuisse i. o. a. *K* (*non AD*) efnei *BKTU Mon.*: ephnei *Rem.*: esnei *D*: esenei *C* 23 Gal. . . . uter. *hab. KM*: *om. ABCDGTU* 25 Masbonei *AK*: Marbonei *BCDTU* 26 praes. . . . sunt *hab. KM*: *om. ABCDTU*

Abrahae sunt] [dicti eo quod de genere Abrahae esse glorientur.
Nam cum in Babyloniam venisset populus Dei, plerique relin-
quentes uxores suas Babylonicis mulieribus adhaeserunt: qui-
dam autem Israeliticis tantum coniugiis contenti, vel ex eis
geniti, dum reversi essent de Babylonia, diviserunt se ab omni
8 populo et adsumserunt sibi hoc nomen iactantiae.] Meristae
appellati eo quod separent Scripturas, non credentes omnibus
Prophetis, dicentes aliis et aliis spiritibus illos prophetasse.
9 [Meris enim Graece.] Samaritae [qui in locum, Israhel captivo
abducto in Babyloniam, translati sunt, venientes in terram
regionis Samariae, ex parte Israhelitarum consuetudinem, quam
per sacerdotem reductum didicerunt, tenent, ex parte gentilem,
quam in nativitatis suae terra habuerunt. Nam in observa-
tionibus suis a Iudaeis omnino separantur, quorum superstitio
proculdubio omnibus nota est.] [Samaritae dicti quod Legem
10 solam custodiant. Nam Prophetas non recipiunt.] [Herodiani.
Haec haeresis temporibus Salvatoris surrexit. Hi Herodem
11 magnificabant, dicentes ipsum esse Christum]. Hemeroba-
ptistae [qui cotidie corpora sua et domum et supellectile lavant]
[eo quod cotidie vestimenta sua et corpora lavent.]
V De haeresibvs Christianorvm. Quidam etiam haeretici,
qui de Ecclesia recesserunt, ex nomine suorum auctorum nun-
cupantur; quidam vero ex causis quas elegentes instituerunt.
2 Simoniani dicti a Simone magicae disciplinae perito, cui Petrus
in Actibus apostolorum maledixit, pro eo quod ab Apostolis
Spiritus sancti gratiam pecunia emere voluisset. Hi dicunt
creaturam non a Deo, sed a virtute quadam superna creatam.
3 Menandriani a Menandro mago, discipulo Simonis nuncupati;

1 dicti . . . iactantiae *hab. ABCDTU* : *om. KM* esse se gl. *CD* (*non U*) 4 coniugibus *T* contemti (-mpti) *BCDU* (*T incert.*) vel ex *om.* B^1 7 app. eo quod *om. K* (*non DU*) separant *K* (*non DU*) 9 meris enim Graece (*nihil amplius*) *hab. ABCDTU* : *om. K* : μέρος enim Gr. portio dicitur *dett.* qui in . . . nota est *hab. KM* : *om. ABCDTU* 15 dicti . . . recipiunt *hab. ABCDTU* : *om. KM* solam legem *B* : l. solem C^1 16 Herodiani . . . Christum *hab. KM* : *om. ABCDTU* 19 qui . . . lavant *KM* : eo quod . . . lavent *ABCDTU* 22 qui *om. T* 24 magie (-ae) *CT* 25 eo *om.* C^1 26 emereri *K* 27 sed a virtute . . . non a Deo (§ 3) *om.* B^1

qui mundum non a Deo, sed ab angelis factum asserunt. Basi- 4
lidiani a Basilide appellati, qui inter reliquas blasphemias passum
Iesum abnegavit. Nicolaitae dicti a Nicolao, diacono ecclesiae 5
Hierosolymorum, qui cum Stephano et ceteris constitutus est
a Petro; qui propter pulchritudinem relinquens uxorem, ut qui
vellet eam uteretur, versa est in stuprum talis consuetudo, ut
invicem coniugia commutarentur. Quos Iohannes in Apoca-
lypsi inprobat dicens (2, 6): 'Sed hoc habes, quod odisti facta
Nicolaitarum.' Gnostici propter excellentiam scientiae se ita 6
appellare voluerunt. Animam naturam Dei esse dicunt, bonum
et malum Deum suis dogmatibus fingunt. Carpocratiani a Car- 7
pocrate quodam vocantur, qui dixit Christum hominem fuisse
tantum, et de utroque sexu progenitum. Cerinthiani a Cerintho 8
quodam nuncupati. Hi inter cetera circumcisionem observant;
mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros prae-
dicant. Vnde et Graece Chiliastae, Latine Miliasti sunt appel-
lati. Nazaraei dicti, qui dum Christum, qui a vico Nazaraeus 9
est appellatus, filium Dei confiteantur, omnia tamen veteris Legis
custodiunt. Ophitae a colubro nominati sunt. Coluber enim 10
Graece ὄφις dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in
paradiso induxisse virtutis cognitionem. Valentiniani a Valen- 11
tino quodam Platonico sectatore vocati, qui αἰῶνας, id est saecula
quaedam, in originem Dei creatoris induxit; Christum quoque
de Virgine nihil corporis adsumpsisse, sed per eam quasi per
fistulam transisse adseruit. Apellitae, quorum Apelles princeps 12
fuit, qui, creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris
Dei faciens, Deum legis Israhel illum igneum adfirmans, dixit
Christum non Deum in veritate, sed hominem in phantasia

1 non deo T^1 adseruit (ass-) *BC* 3 abnegant *K* 5 ut vellet *K* 6 utere uteretur *B* 13 uteroque C^1 16 militasti *K*: militia isti C^1: Millenarii *Arev.* 17 dici *K* qui dum *BK*: quia dum *CT* 20 ὄφις] ofi (offi) *codd.* 21 virtutes *K* cognitione *B* a valentiniano C^1 22 Platonicae *Tertull. de praescr. haer.* 30 voc. que onas *T* 25 qu. auctor Ap. *C*: qu. apellenes *K* 26 nescioque ingloriosum *T* 27 legis et Isr. *Tertull. de praescr. haer.* 34 *post* adfirmans *inculcata sunt* appellitae (-te) quorum auctor appelles qui *BCDK*: auctor appelles qui *T*: qui *U* 28 sed hominem *om.* *T*

13 apparuisse. Archontiaci a principibus appellantur, qui uni-
versitatem, quam Deus condidit, opera esse archangelorum de-
14 fendunt. Adamiani vocati, quod Adae imitentur nuditatem;
unde et nudi orant, et nudi inter se mares feminaeque con-
15 veniunt. Caiani proinde sic appellati, quoniam Cain adorant.
16 Sethiani nomen acceperunt a filio Adam, qui vocatus est Seth,
17 dicentes eundem esse Christum. Melchisedechiani vocati pro
eo, quod Melchisedech sacerdotem Dei non hominem fuisse,
18 sed virtutem Dei esse arbitrantur. Angelici vocati, quia angelos
19 colunt. Apostolici hoc sibi nomen ideo praesumpserunt, quod
nihil possidentes proprium, nequaquam recipiunt eos qui ali-
20 quid in hoc mundo utuntur. Cerdoniani a Cerdone quodam
21 nominati; qui duo contraria principia adserunt. Marcionistae
a Marcione Stoico philosopho appellati, qui Cerdonis dogma
secutus, alterum bonum, alterum iustum Deum adseruit, tam-
22 quam duo principia creatoris et bonitatis. Artotyritae ab obla-
tione vocati. Panem enim et caseum offerunt, dicentes primis
hominibus oblationem a fructibus terrae et a fructibus ovium
23 fuisse celebratam. Aquarii appellati, eo quod aquam solam
24 offerunt in calice sacramenti. Severiani a Severo exorti vinum
non bibunt: Vetus Testamentum et resurrectionem non re-
25 cipiunt. Tatiani a Tatiano quodam vocati, qui et Encratitae
26 dicti, quia carnes abominantur. Alogii vocantur tamquam sine
Verbo. Λόγος enim Graece verbum dicitur. Deum enim
Verbum non credunt, respuentes Iohannis evangelium et Apo-
27 calypsin. Cataphrygiis nomen provincia Phrygia dedit, quia
ibi extiterunt. Auctores eorum Montanus, Prisca et Maximilla
fuerunt. Hi adventum Spiritus Sancti non in Apostolis, sed
28 in se traditum adserunt. Catharoe propter munditiam ita se

1 quia *CT* 2 quam] quod *K* 3 adtae C^1 4 orant] erant *B* 6 nomen] nominati K^1 8 melch. hunc sac. *K* 9 arbitrabantur B^1 qui *T*: quod *K* 11 recipientes eos *K* 13 nominato C^1 adseruit *C* 16 creatoris] creationis *Arev.* Artoteritae (-co-, -te) *codd.* ab ob.] ablatione C^1 17 primus *T* 18 omnibus C^1 et fr. ov. T^1 23 dicte C^1 quia] quod *K* abuminant *K* tamquod *K* 24 enim *om.* C^1 25 ioanne C^1 26 Catafrigis *K* (*pro* -ges ?) pr. afragia *B*: provinciae a frigia *K* quia] quod *K* 27 maxilla T^1 28 fuerunt *om.* *K*

nominaverunt. Gloriantes enim de suis meritis, negant paeni-
tentibus veniam peccatorum: viduas, si nupserint, tamquam
adulteras damnant: mundiores se ceteris praedicant. Qui nomen
suum si cognoscere vellent, mundanos se potius quam mundos
vocarent. Pauliani a Paulo Samosateno exorti sunt, qui dixit 29
non semper fuisse Christum, sed a Maria sumpsisse initium.
Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati, qui materiam 30
non natam introducens, Deo non nato eam comparavit, matrem-
que elementorum et deam adseruit; quos Apostolus inprobat,
elementis servientes. Manichei a quodam Persa extiterunt, qui 31
vocatus est Manes. Hic duas naturas et substantias introduxit,
id est bonam et malam, et animas ex Deo quasi ex aliquo fonte
manare adseruit. Testamentum Vetus respuunt: Novum ex
parte recipiunt. Anthropomorphitae dicti pro eo, quod simpli- 32
citate rustica Deum habere humana membra, quae in divinis
libris scripta sunt, arbitrantur; ἄνθρωπος enim Graece, Latine
homo interpretatur: ignorantes vocem Domini, qui ait (Ioh.
4, 24): 'Spiritus est Deus.' Incorporeus est enim, nec membris
distinguitur, nec corporis mole censetur. Heraclitae ab Hera- 33
clio auctore exorti. Monachos tantum recipiunt, coniugia
respuunt, regna caelorum parvulos habere non credunt. Nova- 34
tiani a Novato Romae urbis presbytero exorti, qui adversus
Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere, haeresim
instituit, nolens apostatas suscipere, et rebaptizans baptizatos.
Montani haeretici dicti, quod tempore persecutionis in montibus 35
latuerunt; qua occasione se a catholicae Ecclesiae corpore
diviserunt. Ebionitae ab Ebione dicti. Hi semiiudaei sunt, 36

2 viduas] in duas *K* 3 nomen] in omnem *T*: non *K* 4 sic co. *T* 6 Chr. non sem. fu. *B* 7 quadam *B* 8 non natatam *K* natu de eum corporavit *T* 10 extiterant *B*[1] 13 adserunt et test. *AK* 14 *post* recipiunt *add.* Canomiani (*leg.* An-) id est qui (quia *B*) latine sine lege dicuntur *BD* (*non AU*) 18 spir. sanctus est incorp. nec mem. *K* 19 distinguntur *K* ab *om. T* Hieracitae ab Hieraca *Arev.* (*ex Aug. de haeres.* 47), *recte, nisi Isidori error subest* 22 urbis romae *K* exorti *om. K* 23 conatur *BT ut vid.* 25 quod in temp. *K* 26 quo *K* 27 *post* dicti *add.* sive a paupertate. Christum enim per profectum solum virum iustum putant effectum. Vnde conpetenter ebionei pro paupertate intellegentiae appellati (conp- *C*) sunt *CUT*[2] (*non AD*)

et ita tenent Evangelium ut Legem carnaliter servent: adversus
37 quos ad Galatas Apostolus scribens invenitur. Photiniani a
Photino Gallograeciae Sirmiae episcopo nuncupati, qui Ebioni-
tarum haeresim suscitans adseruit Christum a Maria per Ioseph
38 nuptiali coitu fuisse conceptum. Aeriani ab Aerio quodam
nuncupati sunt. Hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.
39 Aetiani ab Aetio sunt vocati. Idemque Eunomiani, ab Eunomio
quodam dialectico, Aetii discipulo, ex cuius nomine magis in-
notuerunt: dissimilem Patri asserentes Filium et Filio Spiritum
sanctum. Dicunt etiam nullum inputari peccatum in fide
40 manentium. Origeniani Origene auctore exorti sunt, dicentes
quod non possit Filius videre Patrem, nec Spiritus sanctus
Filium. Animas quoque in mundi principio dicunt peccasse,
et pro diversitate peccatorum de caelis usque ad terras diversa
corpora quasi vincula meruisse, eaque causa factum fuisse
41 mundum. Noetiani a quodam Noeto vocati, qui dicebat
Christum eundem esse et Patrem et Spiritum sanctum, ipsam-
que Trinitatem in officiorum nominibus, non in personis ac-
cipiunt. Vnde et Patripassiani vocantur, quia Patrem passum
42 dicunt. Sabelliani ab eodem Noeto pullulasse dicuntur, cuius
discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime
innotuerunt; unde et Sabelliani vocati sunt. Hi unam per-
43 sonam Patris et Filii et Spiritus sancti astruunt. Ariani ab
Ario Alexandrino presbytero orti sunt, qui coaeternum Patri
Filium non agnoscens, diversas in Trinitate substantias adseruit,
contra illud quod ait Dominus (Ioh. 10, 30): 'Ego et Pater
44 unum sumus.' Macedoniani a Macedonio Constantinopolitano
episcopo dicti sunt, negantes Deum esse Spiritum sanctum.

1 ut] et *T*[1]   2 invehitur *Tertull. de praescr. haer.* 33   4 adseruit *BCT*: addidit (-ded-) *AK*   Chr. maria *C*[1]: Chr. amari *T*[1]   5 Arriani ab arrio *K*   6 sacri sacrificium *T*   7 ab eunominio *K*: ab unomio *T*   8 etio *K*   9 patrias *B*   filios sp. *B*: filius sp. *K*: filium (*corr.* -io) spiritu *T*   10 inputare *BK*   fidei *B*   11 Orig. ab Orig. *B*   12 filium *C*[1]   pat. vid. *K*   san. Spir. *CT*   14 de *K*: a *T*: ae *C*[1]: e *B*   divisa *T*   16 Noetani *B*   a *om.* *C*[1]   17 in ipsamque *T*   18 non pers. *CT*   19 quia] quod *K*   21 discipulus *K*   23 astr.] adserunt *K* (*non A*)   Arriani *codd.*   25 adserunt *KT*   26 contra] non *T*   27 Pacedoniani *T*

Apollinaristae ab Apollinare vocati sunt, dicentes Christum 45
corpus tantummodo sine anima suscepisse. Antidicomaritae 46
appellati sunt pro eo, quod Mariae virginitati contradicunt, ad-
serentes eam post Christum natum viro suo fuisse conmixtam.
Metangismonitae ideo tale nomen acceperunt, quia ἄγγος Graece 47
vas dicitur. Adserunt enim sic esse in Patre Filium, tamquam
vas minus intra vas maius. Patriciani a quodam Patricio nun- 48
cupati sunt, qui substantiam humanae carnis a diabolo conditam
dicunt. Coluthiani a quodam Colutho nominati, qui dicunt 49
Deum non facere mala, contra illud quod scriptum est (Isai.
45, 7): 'Ego Deus, creans mala.' Floriani a Florino, qui e 50
contrario dicunt Deum creasse male, contra id quod scriptum
est (Genes. 1, 31): 'Fecit Deus omnia bona.' Donatistae a 51
Donato quodam Afro nuncupati, qui de Numidia veniens totam
pene Africam sua persuasione decepit, adserens minorem
Patre Filium, et minorem Filio Spiritum sanctum, et re-
baptizans catholicos. Bonosiaci a Bonoso quodam episcopo 52
exorti produntur, qui Christum filium Dei adoptivum, non pro-
prium adserunt. Circumcelliones dicti eo, quod agrestes sint, 53
quos Cotopitas vocant, supradictae haeresis habentes doctrinam.
Hi amore martyrii semetipsos perimunt, ut violenter de hac
vita discedentes martyres nominentur. Priscillianistae a Priscil- 54
liano vocati, qui in Hispania ex errore Gnosticorum et Mani-
chaeorum permixtum dogma conposuit. Luciferiani a Lucifero 55
Sirmiae episcopo orti, qui episcopos catholicos, qui Constantii
persecutione perfidiae Arianorum consentientes erant, et postea
correcti redire in catholicam delegerunt, damnantes, sive quod

2 Ante- *codd.* 3 contradicti sunt *T* ads. . . . conm. *del. in T* 5 Metangisnominate *C*[1]*T* (*B*[1] *n. l.*): Metangeosmonitae *K* angeos (-gios) *codd.* : ἀγγεῖον *Aug. de haeres.* 58 7 magis *B* 8 condida *K* 9 Colitiani . . . colito *codd.* 10 male *T* 11 Deus] Dominus *BCT* Floriniani *dett.* 12 creans *T* male *K* : mala *BCT* id *om. B* 14 quodam *om. B* totam] tam *B*[1] 15 africa suam *K* 17 Bonosiati *K* 19 Circumciliones *CT* : Circoncilianes *B* sunt *BT* 20 quotopitas *K* supradicti *BK* 23 agnosticorum *T* 24 permixto *BK* 25 sirm. ab episc. *AK* Sirmiae] Sardiniae *Arev.* episcopos] episcopus *ut vid. C* qui (*alt.*) *om. ABKT* constantino *AK* 26 perfidiem *K* consitientes *T* 27 damnatis *K*

crediderunt, sive quod se credidisse simulaverant; quos Ecclesia catholica materno recepit sinu, tamquam Petrum post fletum negationis. Hanc illi matris caritatem superbe accipientes eosque recipere nolentes ab Ecclesiae communione recesserunt et cum ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebatur, cadere
56 meruerunt. Iovinianistae a Ioviniano quodam monacho dicti, adserentes nullam nuptarum et virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes et simpliciter epulantes esse discrimen.
57 Elvidiani ab Elvidio nominati, qui dicunt post natum Christum
58 alios Mariam filios de viro Ioseph peperisse. Paterniani a Paterno quodam exorti [qui] inferiores corporis partes a diabolo
59 factas opinantur. Arabici nuncupati, eo quod in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in novissimum
60 utrumque resurgi. Tertullianistae dicti a Tertulliano presbytero Africanae provinciae, civitatis Carthaginensis, animam inmortalem esse, sed corpoream praedicantes, et animas hominum
61 peccatorum post mortem in daemones verti putantes. Tessarescaedecatitae dicti, quia XIV luna pascha cum Iudaeis observandum contendunt. Nam τέσσαρες quattuor significat, et δέκα
62 decem. Nyctages a somno nuncupati, quod vigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes iura temerari divina,
63 qui noctem ad requiem tribuit. Pelagiani a Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium divinae gratiae anteponunt, di-
64 centes sufficere voluntatem ad inplenda iussa divina. Nestoriani a Nestorio Constantinopolitano episcopo nuncupati, qui beatam Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo adseruit genetricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis: nec unum Christum in verbo Dei et carne credidit, sed separatim

1 cred. sive quod *om.* *AK* se *om.* *B* (*non A*) simulaverunt *ABK* 2 cath. in mat. *K* (*non A*) recipit *B* 3 ancille ma. C^1 superbi *K* (*B ex corr.*) 4 eos *B* 6 Iovianiste a ioviano *T* docti C^1 7 nuptiarum *codd.* 9 ab elvidiano *K* (*non A*) 11 ex. qui inf. *om.* *AK*: qui *om.* *T* inferis *T* a *om.* *T* 16 sed est cor. *K* 17 vervi *ut vid.* *T* Tesseres quae decaditae *K*: Tesseresdecatitae (-te, *T* -tiae *C*) *BCT* 21 respuunt *K* iure *B* temerare BC^1 (*T ante corr.* ?) 23 etorti C^1 24 sufficit C^1 25 be. semper virg. *K* (*non A*) 26 adserunt B^1 27 facere *T* 28 tradidit *B*

atque seiunctim alterum filium Dei, alterum hominis praedi-
cavit. Eutychiani dicti ab Eutyche Constantinopolitano abbate, 65
qui Christum post humanam adsumptionem negavit adsistere de
duabus naturis, sed solam in eo divinam adseruit esse naturam.
Acephali dicti, id est sine capite quem sequuntur haeretici. 66
Nullus enim eorum reperitur auctor, a quo exorti sunt. Hi
trium Chalcedonensium capitulorum inpugnatores duarum in
Christo substantiarum proprietatem negant, et unam in eius
persona naturam praedicant. Theodosiani et Gaianitae appel- 67
lati a Theodosio et Gaiano, qui temporibus Iustiniani principis
in Alexandria populi perversi electione uno die sunt ordinati
episcopi. Hi errores Eutychis et Dioscori sequentes Chalcedo-
nense concilium respuunt: ex duabus unam in Christo naturam
adserunt, quam Theodosiani corruptam, Gaianitae incorruptam
contendunt. Agnoitae et Tritheitae a Theodosianis exorti sunt; 68
ex quibus Agnoitae ab ignorantia dicti, quia perversitati, a qua
exorti sunt, id adiciunt, quod Christi divinitas ignoret futura,
quae sunt scripta de die et hora novissima, non recordantes
Christi personam in Esaia loquentis (63, 4): 'Dies iudicii in
corde meo.' Tritheitae vero vocati, quod sicut tres personas
in Trinitate, ita quoque tres adstruunt Deos esse, contra illud
quod scriptum est (Deuteron. 6, 4): 'Audi, Israel; Dominus
Deus tuus Deus unus est.' Sunt et aliae haereses sine auctore et 69
sine nominibus: ex quibus aliae triformem putant esse Deum:
aliae Christi divinitatem passibilem dicunt: aliae Christi de
Patre nativitati initium temporis dant: aliae liberationem homi-
num apud inferos factam Christi descensione [non] credunt:

1 se. in alt. *AK* fil. Dei alt. *om.* AB^1K 2 ab auctice C^1 3 post] pro *K* (*non A*) existere *B* (*non A*) 5 cap. dicti *B* quem seq. haer. *secl. Arev.* 9 personam *BKT* 10 gaiani *K* 11 sunt *om. K* 12 euticesis *T*: euticetis *BC* 14 adseruit *T* quem B^1: quae *K* 15 Gnoitae (-te) BC^2T: Genoitae C^1: Cognoitae *K* tritoitae (-te) *codd.* 16 gnoitae (-te) *codd.* ignobantia *T* quia *om. K* perversitate *CK* dicti (*delet.*) a *K* 17 id *om. K* divinas *K* 20 tritoitae *BCK* 21 adinstruunt *K*: adtrahunt C^1 22 au. Isr. *om.* B^1 25 Chr. de patris de patris nativitati (*corr.* -tem) *K*: Chr. de patri nativitate *T* 26 hom.] omnium *Arev.* 27 descensionem (disci-) *BK* non *hab. BCK*: *om. T*

aliae animam imaginem Dei negant: aliae animas converti in
daemones et in quacumque animalia existimant: aliae de mundi
statu dissentiunt: aliae innumerabiles mundos opinantur: aliae
aquam Deo coaeternam faciunt: aliae nudis pedibus ambulant:
70 aliae cum hominibus non manducant. Haec sunt haereses
adversus catholicam fidem exortae, et ab Apostolis et a sanctis
Patribus vel Conciliis praedamnatae: quae dum in se multis
erroribus divisae invicem sibi dissentiant, communi tamen
nomine adversus Ecclesiam Dei conspirant. Sed et quicum-
que aliter Scripturam sanctam intellegit quam sensus Spiritus
sancti flagitat, a quo conscripta est, licet de Ecclesia non reces-
serit, tamen haereticus appellari potest.

VI De Philosophis gentivm. Philosophi Graeca appella-
tione vocantur, qui Latine amatores sapientiae interpretantur.
Est enim Philosophus qui divinarum et humanarum [rerum]
scientiam habet, et omnem bene vivendi tramitem tenet.
2 Nomen Philosophorum primum a Pythagora fertur exortum.
Nam dum antea Graeci veteres sophistas, id est sapientes, aut
doctores sapientiae semetipsos iactantius nominarent, iste
interrogatus quid profiteretur, verecundo nomine philosophum,
id est amatorem sapientiae se esse respondit, quoniam sapien-
3 tem profiteri arrogantissimum videbatur. Ita deinceps posteris
placuit ut, quantalibet de rebus ad sapientiam pertinentibus
doctrina quisque vel sibi vel aliis videretur excellere, non nisi
philosophus vocaretur. Idem autem philosophi triplici genere
dividuntur: nam aut Physici sunt, aut Ethici, aut Logici.
4 Physici dicti, quia de naturis tractant. Natura quippe Graece
5 φύσις vocatur. Ethici, quia de moribus disputant. Mores

1 imaginem] in ignem *K* Dei n.] denegant *B* 2 existunt C^1 3 innum.] in mirabilibus *K* 5 Haec erunt C^1 6 ab *om.* *B* apos. vel a *K* 7 praedamnante C^1: perdamnate *T* 8 dissentiunt *B* 14 *post* interpetatur (*sic*) *iterum hab.* greca appellatione philosophi vocantur *K* (*non A*) 15 rerum *hab.* (*post* et) *A*: (*post* hum.) *BCK*: *om.* *T* 18 ante *K* 19 iantantius T^1 20 profeceretur *K*: profitetur T^1 21 qu. sapientiem *K* 22 adrogantis simul C^1 23 ad *om.* C^1 24 vel sibi aliis videtur *C* 26 aut (*prim.*)] ad C^1 27 quippe *om.* *K* (*non A*) 28 ethis *codd.* (*etiam A*)

enim apud Graecos ἤθη appellantur. Logici autem, quia in 6
natura et in moribus rationem adiungunt. Ratio enim Graece
λόγος dicitur. Divisi sunt autem et hi in haeresibus suis,
habentes quidam nomina ex auctoribus, ut Platonici, Epicurei,
Pythagorici: alii a locis conventiculorum et stationum suarum,
ut Peripatetici, Stoici, Academici. Platonici a Platone philo- 7
sopho dicti. Hi animarum creatorem esse Deum, corporum
angelos asserunt; per multos annorum circulos in diversa cor-
pora redire animas dicunt. Stoici a loco dicti. Porticus enim 8
fuit Athenis, quam ποικίλην στοὰν appellabant, in qua picta
erant gesta sapientium atque virorum fortium historiae. In
hac porticu sapientes philosophabantur, ex quo et Stoici dicti
sunt. Graece enim porticus στοὰ dicitur. Hanc sectam primus
Zenon instituit. Hi negant sine virtute effici quemquam beatum. 9
Omne peccatum uniforme esse asserunt, dicentes: 'Sic ille
nocens erit qui paleas furaverit quam qui aurum; qui mergum
occiderit quam qui equum. Non enim animal crimen, sed
animus facit.' Hi etiam animam cum corpore perire dicunt, 10
animam quoque. Virtutem continentiae esse negant. Affectant
gloriam aeternam, cum se fateantur non esse aeternos. Acade- 11
mici appellati a villa Platonis Academia Athenarum, ubi idem
Plato docebat. Hi omnia incerta opinantur; sed, sicut faten-
dum est multa incerta et occulta esse, quae voluit Deus intelli-
gentiam hominis excedere, sic tamen plurima esse quae pos-
sint et sensibus capi et ratione conprehendi. Hanc sectam 12
Arcesilaus Cyrenaicus philosophus repperit; cuius sectator

1 appellatur *T* Loica *K* 2 naturis *BCT* 3 autem *om. K* (*non A*) et hi] ethici *CK*: et ethnici *Klussmann, excerpt. Tertull. p.* 19 4 habent *K* (*non A*) auct. suis ut *K ante corr.* (*cum Tertull. apol.* 3) 7 corporeum *T* 8 a. et per *C*: a. post *dett.* 10 f. in Ath. C^1 quem *T*: *om. BK* 12 philosabantur *B*: filosophantur *K*: philophabantur *C* ex qua *K* 13 sextam C^1: sentam *ut vid. T* 15 esse *om. K* 16 quia pal. *T* furatur *K* 18 fecit *T* animum BC^1 18 an. quoque per. cum corp. *K* (*non A*) corp. *om. D* 19 animam] amant *Arev., fort. recte* quoque *om. K* (*non A*) virtute *K* esse negant (nec-) *hab. ABCDK*: *om. T* (*Arev.*) 20 fatentur *T* 21 appellantur *K* 22 dicebat *B* 23 Deus] Dominus *B* 24 si tamen *K* possunt *B*: possent *K* 25 sensus *BK* (*non D*) capi et ratio *D*: et ratione *CK*: pie traditione *T*: penetratione *B* 26 cui *B*: *om. T*

fuit Democritus, qui dixit tamquam in puteo alto, ita ut
13 fundus nullus sit, ita in occulto iacere veritatem. Peripatetici
a deambulatione dicti, eo quod Aristoteles auctor eorum deam-
bulans disputare solitus esset. Hi dicunt quandam particulam
animae esse aeternam: de reliquo magna ex parte mortalem.
14 Cynici ab inmunditia inpudentiae nuncupati. Contra humanam
enim verecundiam in propatulo coire cum coniugibus eis mos
erat, censentes licitum honestumque esse palam cum uxore
concumbere, quia coniugium iustum est, publice id praedi-
cantes agendum, ut canes in vicis vel plateis. Vnde et a cani-
bus, quorum vitam imitabantur, etiam vocabulum nomenque
15 traxerunt. Epicurei dicti ab Epicuro quodam philosopho ama-
tore vanitatis, non sapientiae, quem etiam ipsi philosophi porcum
nominaverunt, quasi volutans in caeno carnali, voluptatem cor-
poris summum bonum adserens; qui etiam dixit nulla divina
16 providentia instructum esse aut regi mundum. Sed originem
rerum atomis, id est insecabilibus ac solidis corporibus adsigna-
vit, quorum fortuitis concursionibus universa nascantur et nata
sint. Adserunt autem Deum nihil agere: omnia constare cor-
poribus: animam nihil aliud esse quam corpus. Vnde et
17 dixit: 'Non ero, posteaquam mortuus fuero.' Gymnosophistae
nudi per opacas Indiae solitudines perhibentur philosophari,
adhibentes tantum genitalibus tegmina. Gymnasium enim ex
eo dictum est, quod iuvenes nudi exercerentur in campo, ubi
pudenda sola tantum operiunt. Hi et a generando se cohibent.
18 Theologi autem idem sunt qui et Physici. Dicti autem Theo-
logi, quoniam in scriptis suis de Deo dixerunt. Quorum varia
constat opinio, quid Deus esset dum quaererent. Quidam

1 fuit *om.* K^1 ut] et C^1 2 icculto *K* 4 particulae *K* 5 mortali *K* 6 nominati *B* 7 prop. ire coniug. *K* (*non A*) 9 iustum *om.* *K* (*non A*) 10 vel] aut *K* (*non A*): et in *T* et *om.* *K* (*non A*) 11 nomenque *om.* *K* (*non A*) 13 percum C^1 14 cenu (-na?) *T* corporum *BC* 16 origine *BK* 17 verum C^1 18 nota *T* 19 autem *om.* *B* 21 postquam *K* 23 gymnasium *Arev.* (*ex* XVIII. XVII. 2): gymno (gi-, ge-, -ne) *codd.* 24 dictum *om.* *K* (*non A*) iubentus *K* (*non A*) exercentur *BC* (*cum* XVIII. XVII. 2) 25 sula *K* (*non A*) 26 dic. au. theol. *om.* *CK* (*non A*) 27 scripturis *CK* 28 esset quidam K^1: esset et dum quaererent quidam K^2 queret *ut vid.* *T*

enim corporeo sensu hunc mundum visibilem ex quattuor ele-
mentis Deum esse dixerunt, ut Dionysius Stoicus. Alii vero
spiritaliter intellexerunt mentem esse Deum, ut Thales Mile-
sius. Quidam animum in omnibus commanentem et lucidum, 19
ut Pythagoras. Quidam Deum sine tempore incommutabilem,
ut Plato. Quidam mentem solutam, ut Cicero. Quidam et
spiritum et mentem, ut Maro. Inventum enim solummodo
Deum, non ut invenerunt, exposuerunt, quia evanuerunt in
cogitationibus suis. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti
sunt. [Item] Platonici quidem Deum curatorem et arbitrum et 20
iudicem asserunt. Epicurei otiosum et inexercitatum. De
mundo autem Platonici adfirmant incorporalem; Stoici corpo-
ralem; Epicurus atomis; Pythagoras ex numeris; Heraclitus
ex igni. Vnde et Varro ignem mundi animum dicit, proinde 21
quod in mundo ignis omnia gubernet, sicut animus in nobis.
Quam vanissime: 'Qui cum est,' inquit, 'in nobis, ipsi sumus:
cum exit, emorimur.' Ergo et ignis cum de mundo per fulgura
proficiscitur, mundus emoritur. Hi philosophorum errores 22
etiam et apud Ecclesiam induxerunt haereses. Inde αἰῶνες et
formae nescio quae, inde apud Arium Trinitas nominis, et apud
Valentinum Platonicus furor. Inde Marcionis Deus melior de 23
tranquillitate: ab Stoicis enim venerat; et ut anima interire
dicatur, Epicurus observatur; et ut carnis restitutio negetur, de vana omnium philosophorum schola sumitur; et ubi materia cum Deo aequatur, Zenonis disciplina est; et ubi quid de igneo Deo legitur, Heraclitus intervenit. Eadem materia apud haereticos et philosophos volutatur, idem retractatus inplicantur.

1 enim *om.* *K* (*non A*) corporeum sensum *AK* 2 ut Dion. Sto. *om.* *T* 4 animam *K* commeantem *Arev.* (*cf. Lact. inst.* 1, 5, 17) 5 incomm. *om.* *K* (*non A*) 6 qu. spir. *T* 7 varo B^1 : varro B^2 9 se *om.* *B* (*non A*) 10 Item *hab.* *CK* : *om.* B^1T De. cur. qui. *K* : quidam cur. *A* et iud. ass. *om.* *K* (*non A*) 11 ass.] dixerunt *T* 13 Epic. ex at. *dett.* 15 gubernat *B* 16 quam . . . nobis *add. in marg.* *T* 17 exiit *C* (*cum codd. Tertull. ad nat.* 2, 2) per] pre *T* 18 emor.] et mor. *T* 20 inde] deinde *B* trinis nomini *T* 22 ab histiciis C^1 et ut an.] ut an. *K* 23 et ut car.] ut car. *K* 24 vana] una *Tert. praescr. haer.* 7 et ubi] ut ubi C^1 27 idem et retr. *CK* : id est retractus *B* inplicatur *BT* : repplicantur *K* : *om.* *A*

VII De Poetis. Poetae unde sint dicti, sic ait Tranquillus (de
poet. 2): 'Cum primum homines exuta feritate rationem vitae
habere coepissent, seque ac deos suos nosse, cultum modicum ac
sermonem necessarium commenti sibi, utriusque magnificentiam
2 ad religionem deorum suorum excogitaverunt. Igitur ut tem-
pla illis domibus pulchriora, et simulacra corporibus ampliora
faciebant, ita eloquio etiam quasi augustiore honorandos puta-
verunt, laudesque eorum et verbis inlustrioribus et iucundioribus
numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur,
quae ποιότης dicitur, poema vocitatum est, eiusque fictores
3 poetae.' Vates a vi mentis appellatos Varro auctor est; vel a
viendis carminibus, id est flectendis, hoc est modulandis: et
proinde poetae Latine vates olim, scripta eorum vaticinia dice-
bantur, quod vi quadam et quasi vesania in scribendo commo-
verentur; vel quod modis verba conecterent, viere antiquis
pro vincire ponentibus. Etiam per furorem divini eodem erant
4 nomine, quia et ipsi quoque pleraque versibus efferebant. Lyrici
poetae ἀπὸ τοῦ ληρεῖν, id est a varietate carminum. Vnde et lyra
5 dicta. Tragoedi dicti, quod initio canentibus praemium erat
hircus, quem Graeci τράγος vocant. Vnde et Horatius (A. P. 220):

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.

Iam dehinc sequentes tragici multum honorem adepti sunt,
excellentes in argumentis fabularum ad veritatis imaginem
6 fictis. Comoedi appellati sive a loco, quia circum pagos age-
bant, quos Graeci κώμας vocant, sive a comisatione. Solebant
enim post cibum homines ad eos audiendos venire. Sed comici

1 sunt *K* (*non A*) sicut ait *K* (*non A*) 2 exutam *K* veritate *T*: feritatem C^1K 3 nosse] non se *T*: se B^1 4 sermone *K* utrique *K*: utrisque *BC* 5 regionem B^1 7 elo. quietam (*pro* eloquioque etiam ?) quasi *T*: eloquium quasi *K* (*non A*) angustiore BC^1: -rem *K* 8 inlustribus *K* 10 ποιότης] poetes *ABCT*: -tis *K* vocatum B^1 (*non A*) ei. victores *T*: eius quae fictoris *B* 11 appellatus *A*: appellantur *K* 12 videndis *T*: vientis B^1 carnibus *B* plectendis *Goetz. et Schoell. ad Varr. L. L.* 7, 36 13 latini *K* ol. est (*pro* et?) scr. *T* 14 vesania dicebantur in scrib. conmov. *B* vesaniam *K* 15 conecterentur (conn-) *BC* antiqui *K* 16 vincere *CK* per] super *K*: pro B^1 18 po. dicti apo *T* ληρεῖν] lirin *codd.* (*cf.* III. xxii. 8) a *om. K* 21 vile certant ab hyrco *K* 22 sunt et exc. *B* 23 ad] aut *K*: a T^1 imagine *K* 24 Comici *C*: Comihi *T marg.* 26 cibos *K* (*non A*) aud- *ex* stud- *K*

privatorum hominum praedicant acta; tragici vero res publicas
et regum historias. Item tragicorum argumenta ex rebus
luctuosis sunt: comicorum ex rebus laetis. Duo sunt autem 7
genera comicorum, id est, veteres et novi. Veteres, qui et ioco
ridiculares extiterunt, ut Plautus, Accius, Terentius. Novi, qui
et Satirici, a quibus generaliter vitia carpuntur, ut Flaccus,
Persius, Iuvenalis vel alii. Hi enim universorum delicta cor-
ripiunt, nec vitabatur eis pessimum quemque describere, nec
cuilibet peccata moresque reprehendere. Vnde et nudi pin-
guntur, eo quod per eos vitia singula denudentur. Saturici 8
autem dicti, sive quod pleni sint omni facundia, sive a saturi-
tate et copia: de pluribus enim simul rebus loquuntur; seu ab
illa lance quae diversis frugum vel pomorum generibus ad tem-
pla gentilium solebat deferri; aut a satyris nomen tractum, qui
inulta habent ea quae per vinolentiam dicuntur. Quidam 9
autem poetae Theologici dicti sunt, quoniam de diis carmina
faciebant. Officium autem poetae in eo est ut ea, quae vere 10
gesta sunt, in alias species obliquis figurationibus cum decore
aliquo conversa transducant. Vnde et Lucanus ideo in nume-
ro poetarum non ponitur, quia videtur historias conposuisse,
non poema. Apud poetas autem tres characteres esse dicendi: 11
unum, in quo tantum poeta loquitur, ut est in libris Vergilii
Georgicorum: alium dramaticum, in quo nusquam poeta lo-
quitur, ut est in comoediis et tragoediis: tertium mixtum, ut est
in Aeneide. Nam poeta illic et introductae personae loquuntur.

1 pu. reg. K^1 : pu. et regnum *T ante corr.* 2 ex rebus . . . genera (§ 7) *om. T* 4 id est *om. K* (*non A*) veteris *K* veteres *om. K* (*non A*) iocu (-ca ?) rid. *T*: ioca redicultores B^1 5 ut] et B^1 Acc. et Ter. *C* 6 a] ex *K*: e *BC* 7 enim *om. K* (*non A*) 8 vetabatur B^1K pessime *B* 9 colibet (*i. e.* quolibet) *T*: cuiuslibet *C* prehendere *C* 10 vita *T* denundentur B^1 11 dicuntur *B* sunt *BT* 12 sef ab T^1 *ut vid.*: sed ab *BK ex corr.* 14 gentium *K* solebant *BKT* 15 multa *B* habente *K* violenti**a *T* Quaedam B^1 16 theologici *CK*: theologi *BT* 17 autem *om. K* 18 aliis *B* oblicis quis fig. C^1 19 transducunt *B*: traducat *Lactantii inst.* 1, 11, 25 *codd. aliquot* inun vero C^1 21 cataractes B^1 22 vergiliis *T* 23 numquam *K* 24 ut in Aen. *B*: est in Aen. *T*: ut est Aen. *C* 25 aedem B^1 : aeneidos (en-) *CK* ill. intr. B^1 loquitur C^1

nocturnosque ciet manes; mugire videbis
sub pedibus terram, et descendere montibus ornos.'

7 Quid plura, si credere fas est, de Pythonissa, ut prophetae Samuelis animam de inferni abditis evocaret, et vivorum praesentaret conspectibus; si tamen animam prophetae fuisse credamus, et non aliquam phantasmaticam inlusionem Satanae
8 fallacia factam? Prudentius quoque de Mercurio sic ait (1 con. Symmach. 90):

Traditur extinctas sumpto moderamine virgae
in lucem revocasse animas,
ast alios damnasse neci.

Et post paululum adiecit:

Murmure nam magico tenues excire figuras,
atque sepulchrales scite incantare favillas.
Vita itidem spoliare alios ars noxia novit.

9 Magi sunt, qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi et elementa concutiunt, turbant mentes hominum, ac sine ullo veneni haustu violentia tantum carminis
10 interimunt. Vnde et Lucanus (6, 457):

Mens hausti nulla sanie polluta veneni
incantata perit.

Daemonibus enim adcitis audent ventilare, ut quisque suos perimat malis artibus inimicos. Hi etiam sanguine utuntur
11 et victimis, et saepe contingunt corpora mortuorum. Necromantii sunt, quorum praecantationibus videntur resuscitati mortui divinare, et ad interrogata respondere. Νεκρὸς enim Graece mortuus, μαντεία divinatio nuncupatur: ad quos sciscitandos cadaveri sanguis adicitur. Nam amare daemones sanguinem dicitur. Ideoque quotiens necromantia fit, cruor aqua

2 subpendibus *K* discindere *T* 3 ut] aut *B* propheta C^1 *T*: profetis *A* 4 presentare *T* 6 phantasmaticam (fa-) *BCT*: -cum *K* inlusionem *CK*: -ne *BT* 7 fallacia (-tia) *BCKT* facta *K* 9 tr. hic ex. KT^1: tr. hinc ex. *B* 11 at C^1 alias *K* damnassam T^1 12 adiecit] sic ait *C* 14 scite] istice *T* fabellas C^1 15 vitam *K* 18 s. nullo veni C^1 19 luca *A* 20 austa *ABCK* 22 adscitis T^2 23 perimit B^1 24 invictimis *B* 26 enim *om.* *K* 27 scissitando his cad. sanguinis *T* 28 cadaveris *dett.* dicitur *T* *ex corr.*: dicunt *BK*: dicuntur *C* 29 et ideo *K*

miscitur, ut cruore sanguinis facilius provocentur. Hydro- 12
mantii ab aqua dicti. Est enim hydromantia in aquae in-
spectione umbras daemonum evocare, et imagines vel ludifica-
tiones eorum videre, ibique ab eis aliqua audire, ubi adhibito
sanguine etiam inferos perhibentur sciscitari. Quod genus 13
divinationis a Persis fertur adlatum. Varro dicit divinationis
quattuor esse genera, terram, aquam, aerem et ignem. Hinc
geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam dictam.
Divini dicti, quasi deo pleni: divinitate enim se plenos adsi- 14
mulant et astutia quadam fraudulenta hominibus futura con-
iectant. Duo sunt [autem] genera divinationis: ars et furor.
Incantatores dicti sunt, qui artem verbis peragunt. Arioli vocati, 15, 16
propter quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt, et
funesta sacrificia offerunt, iisque celebritatibus daemonum re-
sponsa accipiunt. Haruspices nuncupati, quasi horarum in- 17
spectores: dies enim et horas in agendis negotiis operibusque
custodiunt, et quid per singula tempora observare debeat homo,
intendunt. Hi etiam exta pecudum inspiciunt, et ex eis futura
praedicunt. Augures sunt, qui volatus avium et voces inten- 18
dunt, aliaque signa rerum vel observationes inprovisas homini-
bus occurrentes. Idem et auspices. Nam auspicia sunt quae
iter facientes observant. Dicta sunt autem auspicia, quasi 19
avium aspicia, et auguria, quasi avium garria, hoc est avium
voces et linguae. Item augurium, quasi avigerium, quod aves
gerunt. Duo sunt autem genera auspiciorum: unum ad oculos, 20
alterum ad aures pertinens. Ad oculos scilicet volatus; ad
aures vox avium. Pythonissae a Pythio Apolline dictae, quod 21
is auctor fuerit divinandi. Astrologi dicti, eo quod in astris 22

1 colore *CT* revocarentur *K* Ydromantia *K* 2 aqua insp. *T* 3 umbris *B* et vocare *T* 4 ibique . . . audire *om. T* 5 suscitari C^1 6 varra div. qu. dicit *B* 8 dictam *om.* B^1 11 autem *hab. CT*: *om. BK* 12 qui rem *K*: *an* quia rem? 14 celebrantibus *B* 15 Auruspices *T*: Ar- *BCK* 17 quid] que *B* 18 Hi . . . praedicunt *om.* K^1 19 praedicant B^1C^1 ex *B* 20 alique *T* homines *BT* (*et fort. Isid.*) 21 quae] qui *B* 22 au. sunt *B*: sunt *C* qu. av. a. *om. K* 23 auspicia *BCTUV* (*non Trin.*) 24 linguas *codd.* idem *K* 25 au. sunt *B*: sunt *K* auspicorum C^1: auis picorum *T* 27 aure (*i. e.* -em?) vox *T* Pitones C^1T a pito *T* dicti *B* 28 his *codd.* dicti *om. K*

23 augurantur. Genethliaci appellati propter natalium considera-
tiones dierum. Geneses enim hominum per duodecim caeli
signa describunt, siderumque cursu nascentium mores, actus,
eventa praedicare conantur, id est, quis quale signo fuerit
24 natus, aut quem effectum habeat vitae qui nascitur. Hi sunt
qui vulgo Mathematici vocantur; cuius superstitionis genus
Constellationes Latini vocant, id est notationes siderum, quo-
25 modo se habeant cum quisque nascitur. Primum autem idem
stellarum interpretes magi nuncupabantur, sicut de his legitur
qui in Evangelio natum Christum adnuntiaverunt; postea hoc
26 nomine soli Mathematici. Cuius artis scientia usque ad
Evangelium fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde nativi-
27 tatem alicuius de caelo interpretaretur. Horoscopi dicti, quod
horas nativitatis hominum speculantur dissimili et diverso fato.
28 Sortilegi sunt qui sub nomine fictae religionis per quasdam,
quas sanctorum sortes vocant, divinationis scientiam profitentur,
aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt.
29 Salisatores vocati sunt, quia dum eis membrorum quaecumque
partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste signifi-
30 care praedicunt. Ad haec omnia pertinent et ligaturae execra-
bilium remediorum, quae ars medicorum condemnat, sive in
praecantationibus, sive in characteribus, vel in quibuscumque
31 rebus suspendendis atque ligandis. In quibus omnibus ars
daemonum est ex quadam pestifera societate hominum et ange-
lorum malorum exorta. Vnde cuncta vitanda sunt a Christiano,
et omni penitus execratione repudianda atque damnanda.
32,33 Auguria autem avium Phryges primi invenerunt. Praestigium

1 Genetliatici *B*: Genethiatici *T*: Genetiati *K* app.] dicti B^1 considerationem di. *B* : consideratione siderum *K* 2 genus *K* (*non A*) hominum *om. T* signa caeli *B* : signa *K* (*non A*) 4 praedicere *dett.* 8 habeat *BKT* cumque na. B^1 9 nuncupantur sed sicut *K* 10 qui *om. K* nato Christo abnuntiaverunt *K* 12 edita C^1T 14 orans *T ante corr.* diversu *T* fato *dett.* : fatu BC^1T : factu *K* 16 quas] quam C^1 : *om. T* vocantur *B* prof.] proferunt *K* (*non A*) 17 ut qu. scribturam *T* 18 qu. m. *K* (*non A*) : m. quecum B^1 19 salierent C^1K 20 praedicant C^1 Ad *om. T* 22 vel *om. T* 23 atque] aut *K* alligandis *C* 25 ex. mal. *K* (*non A*) evitanda *T* 26 pen. et ex. C^1 rep.] vitanda *K* (*non A*)

vero Mercurius primus dicitur invenisse. Dictum autem
praestigium, quod praestringat aciem oculorum. Aruspicinae 34
artem primus Etruscis tradidisse dicitur quidam Tages. Hic
ex †oris† aruspicinam dictavit, et postea non apparuit. Nam 35
dicitur fabulose, arante quodam rustico, subito hunc ex glebis
exiluisse et aruspicinam dictasse, qua die et mortuus est. Quos
libros Romani ex Tusca lingua in propriam mutaverunt.

De paganis. Pagani ex pagis Atheniensium dicti, ubi X
exorti sunt. Ibi enim in locis agrestibus et pagis gentiles lucos
idolaque statuerunt, et a tali initio vocabulum pagani sortiti
sunt. Gentiles sunt qui sine lege sunt, et nondum crediderunt. 2
Dicti autem gentiles, quia ita sunt ut fuerunt geniti, id est, sicut
in carne descenderunt sub peccato, scilicet idolis servientes et
necdum regenerati. Proinde gentiles primitus nuncupantur: 3
ipsi dicuntur Graece Ethnici. Ethnici ex Graeco in Latinum
interpretantur gentiles. Ἔθνος enim Graece gens dicitur. Post 4
fidem autem non debere vocari gentes sive gentiles eos qui ex
gentibus credunt; sicut post fidem dici iam non potest Iudaeus,
testante Paulo Apostolo et dicente iam Christianis (1 Cor. 12, 2):
'Quoniam cum gentes essetis,' hoc est, infideles. Apostatae 5
dicuntur, qui post baptismum Christi susceptum ad idolorum
cultum et sacrificiorum contaminationem revertuntur. Est
autem nomen Graecum.

De diis gentivm. Quos pagani deos asserunt, homines XI
olim fuisse produntur, et pro uniuscuiusque vita vel meritis coli
apud suos post mortem coeperunt, ut apud Aegyptum Isis,

2 prestingit *T* acies *CT* Aruspiciae *K* 3 ar. autem pr. C^{1} tragis *K*: stages *BT*: targes C^{1} 4 ex horis *C*: exoriens *Arev.*: ex ore *alii*: exortus *alii* 5 arantem *K*: rante C^{1} · ex gl.] exilebi *T* 8 Ath.] ethenien *T* dic. ubi orti *B*: dic. orti *K* (*non A*) 9 ibi *om. K* (*non A*) enim *om. B* et opacis ubi gent. *K* (*non A*) 10 a *om. K* (*non A*) voc. *om. K* (*non A*) 11 nondum] non *K* 12 quia] qui *T* 13 desc.] fuerunt *K* (*non A*) 14 gentilis *K* primus C^{1} nuncupatur $B^{1}T$: nuncupababantur *C* 15 Ethnici ex . . . dicitur *om. K* (*non A*) 17 vocare *B* 18 crediderunt *B* iam *om. T* 19 ap. Pau. *T* 20 cum *om.* $K^{1}T^{1}$ 22 cultu *K* contaminatione revertuntur *T* contaminatione *KT*: -nes *C* vertuntur *K* 24 Quos autem pa. *A* homines . . . unius *om. A* 25 vitae *K* vel *om.* $A^{1}K$ 26 ut ap. *om. A*: quia ap. *K* isisis *T*: misis *ex* missis *K*

apud Cretam Iovis, apud Mauros Iuba, apud Latinos Faunus,
2 apud Romanos Quirinus. Eodem quoque modo apud Athenas
Minerva, apud Samum Iuno, apud Paphos Venus, apud Lemnos
Vulcanus, apud Naxos Liber, apud Delos Apollo. In quorum
etiam laudibus accesserunt et poetae, et conpositis carminibus
3 in caelum eos sustulerunt. Nam quorundam et inventiones
artium cultu peperisse dicuntur, ut Aesculapio medicina, Vulcano
fabrica. Ab actibus autem vocantur, ut Mercurius, quod merci-
4 bus praeest; Liber a libertate. Fuerunt etiam et quidam viri
fortes aut urbium conditores, quibus mortuis homines, qui eos
dilexerunt, simulacra finxerunt, ut haberent aliquod ex imagi-
num contemplatione solacium; sed paulatim hunc errorem
persuadentibus daemonibus ita in posteris inrepsisse, ut quos
illi pro sola nominis memoria honoraverunt, successores deos
5 existimarent atque colerent. Simulacrorum usus exortus est,
cum ex desiderio mortuorum constituerentur imagines vel effi-
gies, tamquam in caelum receptis, pro quibus se in terris dae-
mones colendi supposuerunt, et sibi sacrificari a deceptis et
6 perditis persuaserunt. Simulacra autem a similitudine nuncu-
pata, eo quod manu artificis ex lapide aliave materia eorum
vultus imitantur in quorum honore finguntur. Ergo simulacra
vel pro eo quod sunt similia, vel pro eo quod simulata atque
7 conficta; unde et falsa sunt. Et notandum quod Latinus ser-
mo sit in Hebraeis. Apud eos enim idolum sive simulacrum
Semel dicitur. Iudaei dicunt quod Ismael primus simulacrum
8 luto fecerit. Gentiles autem primum Prometheum simulacrum
hominum de luto finxisse perhibent, ab eoque natam esse
artem simulacra et statuas fingendi. Vnde et poetae ab eo

1 Fau. appellatur ap. *K* 3 pavos *BT*: paphum (-f-) *CK* 6 et] ad *K* 7 cultum *C* perisse *B*: reperisse *K* 8 actu *K* 9 et *om. T* 10 orbium C^1 mortales *K* 11 fixerunt *T* 12 sed] d** C^1 13 persuadentes *T* in] ut *B* 15 exorsus *B* 16 constituerunt B^1: constituetur C^1 18 col. . . . sacrif. *om.* B^1 et sibi ficari *T* 19 perfiditatis *T* sim. sunt nunc. *B* 20 alia vero mat. C^1 22 pro *om. K* sunt sim. *om. T*: sunt *om.* B^1 24 enim *om. K* dolum B^1 25 simulacro *K* 26 lutum K^1 simulacra hom. *BC*: simulacrum hominis *Lactant. inst.* 2, 10, 12 27 natum *B* 28 simula B^1

homines primum factos esse confingunt figurate propter effigies.
Apud Graecos autem Cecrops, sub quo primum in arce oliva 9
orta est, et Atheniensium urbs ex Minervae appellatione nomen
sortita est. Hic primus omnium Iovem appellavit, simulacra 10
repperit, aras statuit, victimas inmolavit, nequaquam istiusmodi
rebus in Graecia umquam visis. Idolatria idolorum servitus 11
sive cultura interpretatur. Nam λατρεία Graece, Latine servitus
dicitur, quae quantum ad veram religionem adtinet, nonnisi uni
et soli Deo debetur. Hanc sicut inpia superbia sive hominum 12
sive daemonum sibi exhiberi vel iubet vel cupit, ita pia humili-
tas vel hominum vel angelorum sanctorum sibi oblatam recusat,
et cui debetur ostendit. Idolum autem est simulacrum quod 13
humana effigie factum et consecratum est, iuxta vocabuli inter-
pretationem. Εἶδος enim Graece formam sonat, et ab eo per
diminutionem idolum deductum aeque apud nos formulam facit.
Igitur omnis forma vel formula idolum se dici exposcit. Inde 14
idolatria omnis circa omnem idolum famulatus et servitus.
Quidam vero Latini ignorantes Graece inperite dicunt idolum
ex dolo sumpsisse nomen, quod diabolus creaturae cultum
divini nominis invexit. Daemonas a Graecis dictos aiunt, quasi 15
δαήμονας, id est peritos ac rerum scios. Praesciunt enim futura
multa, unde et solent responsa aliqua dare. Inest enim illis 16
cognitio rerum plus quam infirmitati humanae, partim subtilio-
ris sensus acumine, partim experientia longissimae vitae, partim
per Dei iussum angelica revelatione. Hi corporum aeriorum
natura vigent. Ante transgressionem quidem caelestia corpora 17
gerebant. Lapsi vero in aeriam qualitatem conversi sunt, nec
aeris illius puriora spatia, sed ista caliginosa tenere permissi

1 figurae *C* 2 are ol. *T*: arte in oliba C^1 3 o. est et haniensium urbis *T* 4 sort. est *om.* *T* 5 istimodi *K* 7 sive *om.* *T* nam idolatria Gr. C^1 8 quantum] quam K^1 10 sibi] sive C^1 11 sanct. ang. *K* (*non A*) 12 autem *om.* T^1 15 diminationem C^1: divinationem *KM* idolorum *M*: idodum (*ex* -lum *ut vid.*) T^2 dictum *KM* atque (ad-) *CKM* (*non A*) faciunt *KM* 16 Ideo *K* (*non A*) 19 quo diab. *B* 21 δαήμονας] demna*s *B*: demnas C^1K: demonas *T* praesciunt] sciunt *Lactant. inst.* 2, 14, 6 23 infirmitate *B* subtiliores (*pro* -ris ?) *K*: -ri *BCT* 26 vigente *K* quidam *T* 28 priora *T* permissi *CDT*: perpessi *BK*

sunt, qui eis quasi carcer est usque ad tempus iudicii. Hi sunt
18 praevaricatores angeli, quorum Diabolus princeps est. Diabolus
Hebraice dicitur deorsum fluens, quia quietus in caeli culmine
stare contempsit, sed superbiae pondere deorsum corruens ceci-
dit. Graece vero diabolus criminator vocatur, quod vel crimi-
na, in qua ipse inlicit, ad Deum referat, vel quia electorum
innocentiam criminibus fictis accusat; unde et in Apocalypsi
voce angelica dicitur (12, 10): 'Proiectus est accusator fratrum
nostrorum, qui accusabat illos in conspectu Dei nostri die ac
19 nocte.' Satanas in Latino sonat adversarius, sive transgressor.
Ipse est enim adversarius, qui est veritatis inimicus, et semper
sanctorum virtutibus contraire nititur. Ipse et transgressor,
quia praevaricator effectus in veritate, qua conditus est, non
stetit. Idem et temptator, quia temptandam iustorum inno-
20 centiam postulat, sicut in Iob scribitur. Antichristus appella-
tur, quia contra Christum venturus est. Non, quomodo quidam
simplices intellegunt, Antichristum ideo dictum quod ante
Christum venturus sit, id est post eum veniat Christus. Non
sic, sed Antichristus Graece dicitur, quod est Latine contrarius
21 Christo. Ἀντὶ enim Graece in Latino contra significat. Christum
enim se mentietur, dum venerit; et contra eum dimicabitur;
et adversabitur sacramentis Christi, ut veritatis eius evangelium
22 solvat. Nam et templum Hierosolymis reparare, et omnes
veteris legis caerimonias restaurare temptabit. Sed et ille
Antichristus est qui negat esse Deum Christum. Contrarius
enim Christo est. Omnes enim, qui exeunt de Ecclesia et ab
23 unitate fidei praeciduntur, et ipsi Antichristi sunt. Bel idolum

1 ad] in *K* hi sunt . . . pr. est *om.* T^1 5 diabolus *om.* *K* (*non A*) 6 inlicita C^1K ad Dominum *B* vel] ut *B* 7 unde in *B* 9 nostri *om. A* 10 sive . . . advers. *om. K* (*non A*) 11 ipse enim *A* 12 nitititur *B* 14 inn. iust. *B* 15 appellatus *K* 16 vent. non *T* vent.] futurus K^2 (*non A*) 18 veniet *T* 19 sed *om.* B^1 Antichr. . . . Chr. *om. K* (*non A*) 20 enim *om. K* (*non A*) Graece *om. B* in Lat.] latine *K* (*non A*) 21 enim se *BK*: se enim *CT* mentitur *K* dum *BCT*: cum *K* et contra verum dimicabit *Lactant. inst.* 7, 19, 6 22 veritas B^1 23 sonat C^1 24 sed ille *T* 25 Dominum *A* 26 enim *om. K* (*non A*) est Chr. *K*: Christi est *BT* 27 et ipsi *om. K* (*non A*)

Babylonium est, quod interpretatur vetus. Fuit enim hic Belus
pater Nini, primus rex Assyriorum, quem quidam Saturnum
appellant; quod nomen et apud Assyrios et apud Afros postea
cultum est, unde et lingua Punica Bal deus dicitur. Apud
Assyrios autem Bel vocatur quadam sacrorum suorum ratione
et Saturnus et Sol. Belphegor interpretatur simulacrum igno- 24
miniae. Idolum enim fuit Moab, cognomento Baal, super
montem Phegor, quem Latini Priapum vocant, deum hortorum.
Fuit autem de Lampsaco civitate Hellesponti, de qua pulsus 25
est; et propter virilis membri magnitudinem in numero deorum
suorum eum Graeci transtulerunt, et in numen sacraverunt
hortorum; unde et dicitur praeesse hortis propter eorum
fecunditatem. Belzebub idolum fuit Accaron, quod interpre- 26
tatur vir muscarum. Zebub enim musca vocatur. Spurcissi-
mum igitur idolum ideo virum muscarum vocatum propter
sordes idolatriae, sive pro inmunditia. Belial * * . Behemoth 27
ex Hebraea voce in Latina lingua animal sonat, propter quod
de excelsis ad terrena cecidit, et pro merito suo ut animal bru-
tum effectus sit. Ipse est et Leviathan, id est serpens de
aquis, quia in huius saeculi mare volubili versatur astutia.
Leviathan autem interpretatur additamentum eorum. Quorum 28
scilicet, nisi hominum quibus in paradiso semel culpam prae-
varicationis intulit, et hanc usque ad aeternam mortem cottidie
persuadendo adicit vel extendit? Quaedam autem nomina 29
deorum suorum gentiles per vanas fabulas ad rationes physicas
conantur traducere, eaque in causis elementorum conposita
esse interpretantur. Sed hoc a poetis totum fictum est, ut deos
suos ornarent aliquibus figuris, quos perditos ac dedecoris infa-
mia plenos fuisse historiae confitentur. Omnino enim fingendi
locus vacat, ubi veritas cessat. Saturnus origo deorum et totius 30

1 hic *om.* T^1 Belus] verus C^1 2 primus *om.* *T* 3 numen *Schwarz* 5 autem *om.* B^1 quidam B^1 8 mont. fogor *CKT* 9 autem] enim *B* pul. est propt. *K* 11 numen *Arev.*: nomine *codd.* 13 Belzebu C^1KT accaror *K* 14 zebul *BKT* 15 vir *K* 17 lingua *om.* *AK* 19 sit ipse *om.* *K* (*non A*) 23 et hanc] ac *K* 24 persuadendum *K* 25 vanas *ex* unas *T* 27 interpretatur *K* 28 suos *om.* *B* dedecoros *K* in fama *T* 29 figendi C^1 30 ut ver. cesset *K*

posteritatis a paganis designatur. Hunc Latini a satu appella-
tum ferunt, quasi ad ipsum satio omnium pertineat rerum, vel
31 a temporis longitudine, quod saturetur annis. Vnde et eum
Graeci Cronos nomen habere dicunt, id est tempus, quod filios
suos fertur devorasse, hoc est annos, quos tempus produxerit,
in se revolvit, vel quod eo semina, unde oriuntur, iterum re-
32 deunt. Hunc Caeli patris abscidisse genitalia dicunt, quia
nihil in caelo de seminibus nascitur. Falcem tenet, inquiunt,
propter agriculturam significandam, vel propter annos et tem-
pora, quod in se redeant, vel propter sapientiam, quod intus
33 acuta sit. In aliquibus autem civitatibus Saturno liberos suos
apud gentiles inmolabant, quod Saturnum poetae liberos suos
34 devorasse solitum tradiderunt. Iovis fertur a iuvando dictus,
et Iuppiter quasi iuvans pater, hoc est, omnibus praestans.
Hunc et privato titulo Iovem Optimum dixerunt, dum fuisset
35 incestus in suis, inpudicus in extraneis. Quem modo taurum
fingunt propter Europae raptum; fuit enim in navi cuius in-
signe erat taurus: modo Danaes per imbrem aureum appetisse
concubitum; ubi intellegitur pudicitiam mulieris ab auro fuisse
corruptam: modo in similitudine aquilae, propter quod puerum
ad stuprum rapuerit: modo serpentem, quia reptaverit, et
36 cygnum, quia cantaverit. Et ideo non figurae istae sunt, sed
plane de veritate scelera. Vnde turpe erat tales deos credi,
37 quales homines esse non debeant. Ianum dicunt quasi mundi
vel caeli vel mensuum ianuam: duas Iani facies faciunt, propter
orientem et occidentem. Cum vero faciunt eum quadrifrontem
et Ianum geminum appellant, ad quattuor mundi partes hoc
referunt, vel ad quattuor elementa sive tempora. Sed dum hoc

1 designantur C^1 appellati fuerunt *K* (*non A*) 2 statio T^2 rer. pert. *K* (*non A*) vel temporum long. *K* 4 Κρόνος . . . qui est idem χρόνος id est *Lactant. inst.* 1, 12, 9 nom. hab. di.] vocant *K* (*non A*) 5 deforasse *T* proxerit C^1 6 revolvit *CK* : resolvit *BT* oritur B^1T 10 redeant] credunt *K* 11 In aliquod (*i. e.* -quot) *T* 12 imm. aput gent. *K* (*non A*) quod] quo B^1 13 dictus] dici C^1 16 incertus C^1 18 fuerat *C* (*non A*) Danaes] dans T^1 20 modo in . . . rap. *om.* B^1 sim. fuisse aq. *K* (*non A*) 21 ad stuprum *om. AK* 22 signum *T* 23 scelere T^1 unde et tur. *K* 24 debent *K* Ia. dictum *T* 25 vel (*alt.*) *om. BT* 26 quadriformem K^1

fingunt, monstrum, non deum faciunt. Neptunum aquas mundi 38
praedicant; et dictus ab eis Neptunus, quasi nube tonans.
Vulcanum volunt ignem; et dictus Vulcanus quasi volans can- 39
dor, vel quasi volicanus, quod per aerem volat. Ignis enim e
nubibus nascitur. Vnde etiam Homerus dicit eum praecipi- 40
tatum de aere in terras, quod omne fulmen de aere cadit. Id-
circo autem Vulcanus de femore Iunonis fingitur natus, quod
fulmina de imo aere nascantur. Claudus autem dicitur Vulca- 41
nus, quia per naturam numquam rectus [est] ignis, sed quasi
claudus eiusmodi speciem motumque habet. Ideo autem in
fabrorum fornace eundem Vulcanum auctorem dicunt, quia
sine igne nullum metalli genus fundi extendique potest. Pluton 42
Graece, Latine Diespiter vel Ditis pater; quem alii Orcum
vocant, quasi receptorem mortium. Vnde et orca nuncupatur
vas quod recipit aquas. Ipse et Graece Charon. Liberum a 43
liberamento appellatum volunt, quod quasi mares in coeundo
per eius beneficium emissis seminibus liberentur; quod idem
Liber muliebri et delicato corpore pingitur. Dicunt enim mu-
lieres ei adtributas et vinum propter excitandam libidinem.
Vnde et frons eius pampino cingitur. Sed ideo coronam viteam 44
et cornu habet, quia cum grate et moderate vinum bibitur,
laetitiam praestat; cum ultra modum, excitat lites, id est quasi
cornua dat. Idem autem et Lyaeus ἀπὸ τοῦ λύειν, quod multo
vino membra solvantur. Iste et Graece Διόνυσος a monte
Indiae Nysa, ubi dicitur esse nutritus. Ceterum est et Nysa
civitas, in qua colitur idem Liber, unde Nysaeus dictus est.

2 qu. subtonans *K* 4 qu. volucanus C^1 volet *CK* 5 praecitatam C^1: praecipatum *K* 6 are T^1 terris *B* flamen *T* are T^1 candit C^1 8 flumina *T* nascuntur *BT* autem *om. T* 9 est *hab. BK*: *om.* C^1T 10 specie notumque *T*: species vel motus *K* (*non A*) 11 eundem *om. K* (*non A*) augurem *A* 13 Dis pater *cdd. Lactantii inst.* 1, 14, 6 al. Orc.] melior *K* (*non A*) 14 vocant *om.* K^1 (*non A*) preceptorem *T* (*non U*): reptorem *A* orca] ossa *K* 15 recepit CK^1 a lib. dicunt quasi *K* (*non A*) 16 in quo eunde C^1 17 sem. libenter *T* id. libri *B* 19 adtributa sed vinum excit. C^1 21 qu. congrate *K* 22 id qu. *K* 23 cor invadat C^1K λύειν] ilieim (-cin) *codd.* 24 solvuntur *C* 25 nisa C^1: nisae (-se) *KT*: niso *B* cet. est nisa *B* 26 dicitur *K* (*non A*)

45 Mercurium sermonem interpretantur. Nam ideo Mercurius
quasi medius currens dicitur appellatus, quod sermo currat
inter homines medius. Ideo et Ἑρμῆς Graece, quod sermo, vel
interpretatio, quae ad sermonem utique pertinet, ἑρμηνεία dici-
46 tur. Ideo et mercibus praeesse, quia inter vendentes et ementes
sermo fit medius. Qui ideo fingitur habere pinnas, quia citius
verba discurrunt. Vnde et velox et errans inducitur: alas eius
in capite et in pedibus significare volucrem fieri per aera ser-
47 monem. Nuntium dictum, quoniam per sermonem omnia
cogitata enuntiantur. Ideo autem furti magistrum dicunt, quia
sermo animos audientium fallit. Virgam tenet, qua serpentes
48 dividit, id est venena. Nam bellantes ac dissidentes interpre-
tum oratione sedantur; unde secundum Livium legati pacis
caduceatores dicuntur. Sicut enim per fetiales bella indice-
49 bantur, ita pax per caduceatores fiebat. Hermes autem Graece
dicitur ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, Latine interpres; qui ob virtutem
multarumque artium scientiam Trimegistus, id est ter maximus
nominatus est. Cur autem eum capite canino fingunt, haec
ratio dicitur, quod inter omnia animalia canis sagacissimum
50 genus et perspicax habeatur. Martem deum belli esse dicunt,
et Martem appellatum quia per viros pugnatur, ut sit Mars
mas; licet et tria sint genera consuetudinum, sicut Scytharum,
ubi et feminae et viri in pugna eunt: Amazonum, ubi solae
feminae: Romanorum aliarumque gentium, ubi soli mares.
51 Item Martem quasi effectorem mortium. Nam a Marte mors
nuncupatur. Hunc et adulterum dicunt, quia belligerantibus
52 incertus est. Quod vero nudo pectore stat, ut bello se quisque

1 Mercurius sermo int. *K* (*non A*) interpretatur A^1C^1K 2 quasi] quia *B* qu. medicurrens quod *K*: dicitur appellatus quod *A* currant C^1 3 medios K^1 qu. in sermone et interpretatione *K* 5 praeest *K* 7 discurrent *K* eius] enim *B* 8 aeras G^1: aerem *B*: aera enim *K* 10 nuntiantur *T* magistri *B* 11 animas C^1 13 sedeantur *K* 14 praefecti ales *B* abella *T* (*pro* ad b. ?) indicebantur *dett.*: inducebantur (-cib- *K*) *codd.* 15 per *om.* *K* fiebant *K* dic. Gr. *B* 17 scientia *add.* K^2 ter *om.* *K* 18 est *om.* K^1 cur] quare *C* 20 essent *C* 21 sit mas martis *K* (*non A*) 22 lic. tr. *T*: et lic. tr. *K* (*non A*) sunt B^1 23 ubi fem. *A* 24 soli *om.* *K* (*non A*) 26 et de ad. *T* 27 incertum *T*

sine formidine cordis obiciat. Mars autem apud Thracos
Gradivus dicitur, eo quod in bello gradum inferant qui pu-
gnant, aut quod inpigre gradiantur. Apollinem quamvis divina- 53
torem et medicum vellent, ipsum tamen etiam Solem dixerunt,
quasi solum. Ipsum Titan, quasi unum ex Titanis, qui adver-
sus Iovem non fecit. Ipsum Phoebum, quasi ephebum, hoc 54
est adolescentem. Vnde et sol puer pingitur, eo quod cottidie
oriatur et nova luce nascatur. Pythium quoque eundem
Apollinem vocari aiunt a Pythone inmensae molis serpente,
cuius non magis venena quam magnitudo terrebat. Hunc 55
Apollo sagittarum ictibus sternens nominis quoque spolia re-
portavit, ut Pythius vocaretur. Vnde et ob insigne victoriae
Pythia sacra celebranda constituit. Dianam quoque germanam 56
eius similiter lunam et viarum praesidem aiunt. Vnde et vir-
ginem volunt, quod via nihil pariat. Et ideo ambo sagittas
habere finguntur, quod ipsa duo sidera de caelo radios usque
ad terras emittant. Dianam autem vocatam quasi Duanam,
quod luna et die et nocte appareat. Ipsam et Lucinam adse- 57
verant, eo quod luceat. Eandem et Triviam, eo quod tribus
fungatur figuris. De qua Vergilius (Aen. 4, 511):

> Tria virginis ora Dianae,

quia eadem Luna, eadem Diana, eadem Proserpina vocatur.
Sed cum Luna fingitur (Prudent. 1 con. Symm. 363): 58

> Sublustri splendet amictu.
> cum subcincta iacit calamos, Latonia virgo est:
> cum subnixa sedet solio, Plutonia coniux.

Latonia autem Diana, eo quod Latonae fuerit filia. Cererem, 59

1 mors *B* tracos *T*: gracos C^1: grecos *BK* 2 gradivus *an* grand- *incert.* *T*: gradibus C^1 inferunt BT^1 *ut vid.* 3 dominatorem *K* (*non A*) 4 velint *K* 5 quasi] qua *T* adversum *BC* 7 adulescentum *T*: quasi ad. *K* 9 Apoll. *om.* *K* (*non A*) voc. ai.] vocant *K* (*non A*) 10 veneria C^1 terrebatur *K* (*non A*) 11 iactibus *K*: histibus *A* huius nom. quo. *C*: his quo. nomen et *K* (*non A*) 13 Pythia *om.* *K* (*non A*) 14 similiter *om.* *K* (*non A*) varum *T* aiunt *om.* *K* (*non A*) virg. eam vol. quia *K* (*non A*) 15 volunt *om.* B^1 ambas C^1T 16 fingunt *CT* duo *om.* B^1 18 lu. die *K* 20 fingatur *CK* 22 quia] qui *CT* 24 sublustris sp. C^1: cum lustri sp. *B*: sublustris pendet *T* amictu] am B^1 26 sc. et so. *C* 27 latona *T* qu. latonis *K* fil. fu. *B*

id est terram, a creandis frugibus adserunt dictam, appellantes eam nominibus plurimis. Dicunt etiam eam et Opem, quod
60 opere melior fiat terra: Proserpinam, quod ex ea proserpiant
61 fruges: Vestam, quod herbis vel variis vestita sit rebus, vel a vi sua stando. Eandem et Tellurem et Matrem magnam fingunt, turritam cum tympano et gallo et strepitu cymbalorum. Matrem vocatam, quod plurima pariat; magnam, quod cibum gignat; almam, quia universa animalia fructibus suis alit. Est
62 enim alimentorum nutrix terra. Quod simulacrum eius cum clavi fingitur, quia tellus hieme clauditur, vere aperitur ut fruges nascantur. Quod tympanum habet, significare volunt
63 orbem terrae. Quod curru vehi dicitur, quia ipsa est terra quae pendet in aere. Quod sustinetur rotis, quia mundus rotatur et volubilis est. Quod leones illi subiciunt mansuetos, ut ostendant nullum genus esse tam ferum quod non subigi
64 possit aut superari ab ea. Quod in capite turritam gestat coronam, ostendit superpositas terrae civitates quasi insignitas turribus constare. Quod sedes finguntur circa eam, quia cum om-
65 nia moveantur, ipsam non moveri. Quod Corybantes eius ministri cum strictis gladiis esse finguntur, ut significetur omnes pro terra sua debere pugnare. Quod gallos huic deae ut servirent fecerunt, significant qui semine indigeant, terram sequi
66 oportere; in ea quippe omnia reperire. Quod se apud eam iactant, praecipitur, inquiunt, ut qui terram colunt ne sedeant; semper enim esse quod agant. Cymbalorum autem aereorum sonitus, ferramentorum crepitus in colendo agro: sed ideo aere, quod terram antiqui aere colebant, priusquam ferrum esset in-

2 Opem] operem *T* 3 oper T^1 4 Vestitam *B* qu. in erbis *T* vestia sit T^1: vesta sit T^2 a via *K* 6 gallis *Arev.* et strep. . . . voc. *om. B* 7 et matrem voc. *T* 8 alat *K* est . . . nutrix *om. K* (*non A*) 9 simulacri eius cla. *K* 10 figitur *BK*: perfingitur C^1 ver *B* 12 ve. di.] vehitur *K* (*non A*) 14 quo leon. *B*: quia leon. *K* 15 es. terrae tam *BC* 17 potestates *del. ante* civitates *K* quas ins. turr. constat *Serv. ad Aen.* 3, 113 18 constat *T* sedens *T* fingitur *B* cum] ea *K* 19 Quod . . . min. *om.* T^1 21 quod *om. K* 22 feminae *del. ante* semine *K* 23 reperiri *dett.* 24 qui *om.* C^1 ne deant T^1 25 aereorum *om.* B^1 26 co. argo *T*: colendos agros *B*: colendos est agros *C* et ideo *B* 27 quod . . . aere *om. K* (*non A*) ant. quia ae. *B*

ventum. Eandem Vestam et ignem esse perhibent, quia terram 67
ignem habere non dubium est, ut ex Aetna Vulcanoque datur
intellegi. Et ideo virginem putant, quia ignis inviolabile sit
elementum, nihilque nasci possit ex eo, quippe qui omnia quae
arripuerit absumat. Ovidius in Fastis (6, 291): 68

Nec tu aliud Vestam quam vivam intellege flammam;
nataque de flamma corpora nulla vides.

Propterea et virgines ei servire dicuntur, eo quod sicut ex vir-
gine, ita nihil ex igne nascatur. Iunonem dicunt quasi ianonem, 69
id est ianuam, pro purgationibus feminarum, eo quod quasi
portas matrum natorum pandat, et nubentum maritis. Sed
hoc philosophi. Poetae autem Iunonem Iovis adserunt soro-
rem et coniugem: ignem enim et aerem Iovem, aquam et ter-
ram Iunonem interpretantur; quorum duorum permixtione
universa gignuntur. Et sororem dicunt quod mundi pars est; 70
coniugem, quod commixta concordat. Vnde et Vergilius
(Georg. 2, 325):

Tum pater omnipotens fecundis imbribus aether
coniugis in gremium descendit.

Minerva apud Graecos Ἀθήνη dicitur, id est, femina. Apud 71
Latinos autem Minervam vocatam quasi deam et munus
artium variarum. Hanc enim inventricem multorum ingenio-
rum perhibent, et inde eam artem et rationem interpretantur,
quia sine ratione nihil potest contineri. Quae ratio, quia ex 72
solo animo nascitur, animumque putant esse in capite et cere-
bro, ideo eam dicunt de capite Iovis esse natam, quia sensus
sapientis, qui invenit omnia, in capite est. In cuius pectore 73

1 Vestam] vero tam *K* (*non A*) quia] quam *K* 4 poscit *T* 5 adsumat *codd.*: *corr. dett.* 6 aliud] liat *T* intellegi *K*: in intellige *B* 7 nata de *T* videns *C*[1] 8 eis *T* dicunt *BT* 9 nascitur *K*: nascuntur *T* Dicunt iononem *KM* (*non A*) iaionem *T* 10 propug**ibus *B*[1] fem. et quod *dett.* 11 natorum *KMU*: naturam *T*: notorum *B*: natura *C*[1]: *an* natis? maritus *TM* 12 autem *om. B* 13 enim *om. K* 14 interpretatur *K* 15 pars sit *K* 16 concordat *C*: cordat *T*: cordatum dat *B ex corr.*: corda tundit *K*: condat *D* 18 ait tum *C*: at tum *K* facundis imb. a terra *T* 20 athenas *codd.* 21 autem *om. K* manus *B ex corr. KT* 22 artiarum var. *T* 23 interpretatur *K* 25 animum put. *K* cap. in cer. *K*

ideo caput Gorgonis fingitur, quod illic est omnis prudentia,
quae confundit alios, et inperitos ac saxeos conprobat: quod
et in antiquis Imperatorum statuis cernimus in medio pectore
74 loricae, propter insinuandam sapientiam et virtutem. Haec
Minerva et Tritonia dicitur. Triton enim Africae palus est,
circa quam fertur virginali apparuisse aetate, propter quod
Tritonia nuncupata est. Vnde et tanto proclivius dea credita,
75 quanto minus origo eius innotuit. Pallas autem dicta vel ab
insula Pallene in Thracia, in qua nutrita est; vel *ἀπὸ τοῦ
πάλλειν τὸ δόρυ*, id est ab hastae concussione; vel quod Pallan-
76 tem gigantem occiderit. Venerem exinde dicunt nuncupatam,
quod sine vi femina virgo esse non desinat. Hanc Graeci
Ἀφροδίτην vocant propter spumam sanguinis generantem.
77 *Ἀφρὸς* enim Graece spuma vocatur. Quod autem fingunt
Saturnum Caelo patri genitalia abscidisse, et sanguinem fluxisse
in mare, atque eo spuma maris concreta Venus nata est, illud
aiunt quod per coitum salsi humoris substantia est; et inde
Ἀφροδίτην Venerem dici, quod coitus spuma est sanguinis, quae
78 ex suco viscerum liquido salsoque constat. Ideo autem Vene-
rem Vulcani dicunt uxorem, quia Venerium officium nonnisi
calore consistit, unde est (Virg. Georg. 3, 97):

Frigidus in Venerem senior.

79 Nam quod Saturnus dicitur patri Caelo virilia amputasse, quae
in mare cadentia Venerem creaverunt, quod ideo fingitur quia
80 nisi humor de caelo in terram descenderit, nihil creatur. Cupi-
dinem vocatum ferunt propter amorem. Est enim daemon
fornicationis. Qui ideo alatus pingitur, quia nihil amantibus
levius, nihil mutabilius invenitur. Puer pingitur, quia stultus
est et inrationabilis amor. Sagittam et facem tenere fingitur.

2 quod in *K* 3 statuisse *C* 4 loricam *C* 5 palus] pulsus *C*[1] 6 quem *T* 7 procl.] cupidius *K* 8 vel ob *T* 12 vi] viro *K* esse virgo *AB* 13 *Ἀφρ.*] afrodin *BCK*: anfrondin *T* 14 *Ἀφρὸς*] afrodin *BCK*: anfrondin *T* 16 mari *codd.* eo *om.* *K* (*non A*): ex *Arev.* ill. autem ai. *K* (*non A*): ill. agunt *C* 17 coitus *B*: coitu* (-s ?) *T*: coitos *K* (*non A*) humeris *A*: maris *K* 18 *Ἀφρ.*] afrodin *codd.* 19 liquodo *B*[1]: aliquo modo *K* (*non A*) 20 non sine *B* 22 in venere frig. *K* (*non A*) 23 quem in ma. candentia *T* 28 notabilius *T* 29 falcem . . . falcem *C*[1]

Sagittam, quia amor cor vulnerat; facem, quia inflammat. Pan **81**
dicunt Graeci, Latini Silvanum, deum rusticorum, quem in naturae similitudinem formaverunt; unde et Pan dictus est, id est omne. Fingunt enim eum ex universali elementorum specie. Habet enim cornua in similitudinem radiorum solis et lunae. **82**
Distinctam maculis habet pellem, propter caeli sidera. Rubet eius facies ad similitudinem aetheris. Fistulam septem calamorum gestat, propter harmoniam caeli, in qua septem sunt soni et septem discrimina vocum. Villosus est, quia tellus con- **83**
vestita est †agitventibus†. Pars eius inferior foeda est, propter arbores et feras ut pecudes. Caprinas ungulas habet, ut soliditatem terrae ostendat, quem volunt rerum et totius naturae deum; unde Pan quasi omnia dicunt. Isis lingua Aegyptiorum **84**
terra appellatur, quam Isin volunt esse. Fuit autem Isis regina Aegyptiorum, Inachis regis filia, quae de Graecia veniens Aegyptios litteras docuit, et terras colere instituit; propter quod et terram eius nomine appellaverunt. Serapis omnium maximus Aegypti- **85**
orum deus. Ipse est Apis rex Argivorum, qui navibus transvectus in Aegyptum, cum ibidem mortuus fuisset, Serapis appellatus est; propterea quia arca, in qua mortuus ponitur, quam sarcophagum vocant, σορὸς dicitur Graece, et ibi eum venerari sepultum coeperunt, priusquam templum eius esset instructum. Velut σορὸς et Apis, Sorapis primo, deinde una littera commutata Serapis dictus est. Apis fuit apud Aegyptios taurus Serapi **86**
consecratus, et ab eo ita cognominatus, quem Aegyptus instar numinis colebat, eo quod de futuris daret quaedam manifesta signa. Apparebat enim in Menphis. Quem centum antistites

2 grece latine *K* 3 dictum *K* 5 cornu *K* (*non A*) 8 sept. sint C^1 10 agita v. *A* : agitata v. *C* (*non D*) *an* a viventibus? feta B^1 11 ungules *T* ut] et C^1 12 ostenderet *T* 14 quam ... esse *om. K* (*non A*) 15 egiptorum *T* inachi *dett.* (*sed cf.* I. III. 5) 16 in litt. C^1 §§ 85–9 *om. KM. Contuli ABCT* 17 maximum *T* (*non U*) 18 transsecutus *A* in aepto *B* 20 propter quia *T* qua] co (*i. e.* quo) *T* quam *om. A* 21 foros (*ex* so-?) *A* : sacros *B* ibi eum *CU* : ibidem *A* (B^1 *n. l.*) : ibi cum *T* 23 soros *A* : soror BC^1T et apiscor aphis *T* : sed apis sorapis (-aph-) ABC^1 prima *A* 24 dic. est] dicitur *A* 25 star numnis *A* : inly tar nominis C^1 27 in mensis *A*

prosequebantur et repente velut lymphatici praecanebant.
87 Huius capitis imaginem sibi in eremo Iudaei fecerunt. Fauni a fando, vel ἀπὸ τῆς φωνῆς dicti, quod voce, non signis ostendere viderentur futura. In lucis enim consulebantur a paganis,
88 et responsa illis non signis, sed vocibus dabant. Genium autem dicunt, quod quasi vim habeat omnium rerum gignendarum, seu a gignendis liberis; unde et geniales lecti dicebantur a
89 gentibus, qui novo marito sternebantur. Haec et alia sunt gentilium fabulosa figmenta, quae interpretata sic habentur, ut
90 ea non intellecta damnabiliter tamen adorent. Fatum autem dicunt esse quidquid dii fantur, quidquid Iuppiter fatur. A fando igitur fatum dicunt, id est a loquendo. Quod nisi hoc nomen iam in alia re soleret intellegi, quo corda hominum nolumus inclinare, rationabiliter possumus a fando fatum appel-
91 lare. Non enim abnuere possumus esse scriptum in litteris sanctis (Psalm. 61, 12): 'Semel locutus est Deus: duo haec audivi,' et cetera. Quod enim dictum est, 'semel locutus est,' intellegitur inmobiliter, hoc est incommutabiliter est locutus; sicut novit incommutabiliter omnia quae futura sunt, et quae
92 ipse facturus est. Tria autem fata fingunt in colo et fuso digitisque filum ex lana torquentibus, propter tria tempora: praeteritum, quod in fuso iam netum atque involutum est: praesens, quod inter digitos neentis traicitur: futurum, in lana quae colo inplicata est, et quod adhuc per digitos neentis ad
93 fusum tamquam praesens ad praeteritum traiciendum est. Parcas κατ' ἀντίφρασιν appellatas, quod minime parcant. Quas tres esse voluerunt: unam, quae vitam hominis ordiatur; alteram,

1 persequebantur *A* percanebant *T* 4 videretur *C* enim *om. A* consulabantur *B* 5 vocis *T* 6 quod] qui *B* quasi] si *T* 7 genitales *A* 8 qui] quo *C*[1] 9 fig. fab. *C* sic . . . ⌈intellecta *om. T* 10 ea] eis *C*[1]: *om. A* intellectis *C*[1] 11 effantur *K* 12 fando] fan *K* est loq. *K* 13 solere *T*: solveret *CK* 14 possimus *B*: possemus *CK* 15 annuere *T* 17 quod est dic. sem. *K* (*non A*) 18 inmob. hoc est *om. K* (*non A*) est loc. . . . incomm. *om. B*[1]*C*[1] loc. est *K* (*non A*) 19 sicut] sive *K* (*non A*) 20 colore fu. *B* 21 filo *CKT*: fila *B* 23 netentis *K*: venientis *C*[1] trahitur *B* 24 netentis *K* 25 praesens *om. K* (*non A*) ad] et *A* 26 quia min. *K* (*non A*) 27 hominibus *CK* ordinatur *K*

quae contexat; tertiam, quae rumpat. Incipimus enim cum
nascimur, sumus cum vivimus, desiimus cum interimus. For- 94
tunam a fortuitis nomen habere dicunt, quasi deam quandam
res humanas variis casibus et fortuitis inludentem; unde et
caecam appellant, eo quod passim in quoslibet incurrens sine
ullo examine meritorum, et ad bonos et ad malos venit. Fatum
autem a fortuna separant: et fortuna quasi sit in his quae for-
tuitu veniunt, nulla palam causa; fatum vero adpositum sin-
gulis et statutum aiunt. Aiunt et tres Furias feminas crinitas 95
serpentibus, propter tres affectus, quae in animis hominum
multas perturbationes gignunt, et interdum cogunt ita delin-
quere, ut nec famae nec periculi sui respectum habere permit-
tant. Ira, quae vindictam cupit: cupiditas, quae desiderat
opes: libido, quae appetit voluptates. Quae ideo Furiae
appellantur, quod stimulis suis mentem feriant et quietam esse
non sinant. Nymphas deas aquarum putant, dictas a nubibus. 96
Nam ex nubibus aquae, unde derivatum est. Nymphas deas
aquarum, quasi numina lympharum. Ipsas autem dicunt et
Musas quas et nymphas, nec inmerito. Nam aquae motus
musicen efficit. Nympharum apud gentiles varia sunt vocabula. 97
Nymphas quippe montium Oreades dicunt, silvarum Dryades,
fontium Hamadryades, camporum Naides, maris Nereides.
Heroas dicunt a Iunone traxisse nomen. Graece enim Iuno 98
Ἥρα appellatur. Et ideo nescio quis filius eius secundum
Graecorum fabulam ἥρως fuit nuncupatus; hoc videlicet velut
mysticum significante fabula, quod aer Iunoni deputetur, ubi
volunt heroas habitare. Quo nomine appellant alicuius meriti
animas defunctorum, quasi ἀήρωας, id est viros aerios et caelo

2 desimus *KT*: desumus *BC*: desinimus *dett.* (*cum codd. Lactantii inst.* 2, 10, 20) 4 casibus *om. K* (*non A*) inducentem *K* (*non A*) 6 et ad ma. et ad bo. *B* 8 veniant *C* ven. ut nul. *T* factum *T* 9 statum *C*¹*T* aiunt *om. K* 10 effectus *BCT* aff. qui *dett.* 13 ira] ita *K* 15 fer. men. *K* (*non A*) 17 nam ex nub. *om. B*¹ (*non A*) 18 nomina *BC*¹ 19 quas et *BC*: quas *K*: quasi *T* namque mo. *C*¹ 20 effecit *B* 22 camp. Ham. font. Nai. *Arev.* (*non A*) Ner.] naraides *K*: naides *BCT* 24 Ἥρα *om. K* 25 fabolas *K* (*non A*) velut] vel *C* 27 aeroas *Isid.* quo mine *C*¹ 28 quasi] quos *T* ἀηρ.] eroas *codd.*

99 dignos propter sapientiam et fortitudinem. Penates gentiles
dicebant omnes deos quos domi colebant. Et penates dicti,
quod essent in penetralibus, id est in secretis. Hi dii quomodo
100 vocabantur, vel quae nomina habuerint, ignoratur. Manes
deos mortuorum dicunt, quorum potestatem inter lunam et
terram asserunt; a quibus et mane dictum existimant; quos
putant ab aere, qui *μανός*, id est rarus est, manes dictos, sive
quia late manant per auras, sive quia mites sunt, inmanibus
contrarii, nomine hoc appellantur. Apuleius autem ait eos
κατ' ἀντίφρασιν dici manes, hoc est mites ac modestos, cum sint
101 terribiles et inmanes, ut Parcas, ut Eumenides. Larvas ex
hominibus factos daemones aiunt, qui meriti mali fuerint.
Quarum natura esse dicitur terrere parvulos et in angulis garrire
102 tenebrosis. Lamias, quas fabulae tradunt infantes corripere ac
103 laniare solitas, a laniando specialiter dictas. Pilosi, qui Graece
Panitae, Latine Incubi appellantur, sive Inui ab ineundo passim
cum animalibus. Vnde et Incubi dicuntur ab incumbendo,
hoc est stuprando. Saepe enim inprobi existunt etiam mulieri-
bus, et earum peragunt concubitum: quos daemones Galli
Dusios vocant, quia adsidue hanc peragunt inmunditiam.
104 Quem autem vulgo Incubonem vocant, hunc Romani Faunum
ficarium dicunt. Ad quem Horatius dicit (C. 3, 18, 1):

> Faune, Nympharum fugientium amator,
> per meos fines et aprica rura
> lenis incedas.

1 dig. quasi prop. *K* (*non A*) fort. dicunt C^{1} (*cf. ad* 4) dic. gent. *K* (*non A*) 2 doli C^{1} 3 penetrabilibus *codd.* qui voc. vel quo nom. *T* 4 ign. dicunt *A* (*cf. ad* 1, 5): ignorantur *BT* 5 dicunt *om. A* di. mort. *B* 7 ab aere] habere *codd.* est qui ra. *T* 9 contrario *BCK* 11 Par. autem enidas *T* 12 daem.] deos *K* (*non A*) fuerunt *AK* 13 in *om. T* gulos B^{1} 14 Limias *K* 16 invii *BCK*: invia *T* ad in. *K* 17 ad inc. *K* 18 enim *om. K* 19 pergunt T^{1} 20 disios C^{1} vocant *KT*: nuncupant *ABC* qui ads. *B* inm. per. *K* 22 vicarium *K* 23 fugientum *Horat.* 24 africa *T* rora C^{1}

LIBER IX

DE LINGVIS, GENTIBVS, REGNIS, MILITIA, CIVIBVS, AFFINITATIBVS

De lingvis gentivm. Linguarum diversitas exorta est in 1
aedificatione turris post diluvium. Nam priusquam superbia turris illius in diversos signorum sonos humanam divideret societatem, una omnium nationum lingua fuit, quae Hebraea vocatur; quam Patriarchae et Prophetae usi sunt non solum in sermonibus suis, verum etiam in litteris sacris. Initio autem quot gentes, tot linguae fuerunt, deinde plures gentes quam
linguae; quia ex una lingua multae sunt gentes exortae. Lin- 2
guae autem dictae in hoc loco pro verbis quae per linguam fiunt, genere locutionis illo quo is qui efficit per id quod efficitur nominatur; sicut os dici solet pro verbis, sicut manus pro
litteris. Tres sunt autem linguae sacrae: Hebraea, Graeca, 3
Latina, quae toto orbe maxime excellunt. His enim tribus linguis super crucem Domini a Pilato fuit causa eius scripta. Vnde et propter obscuritatem sanctarum Scripturarum harum trium linguarum cognitio necessaria est, ut ad alteram recurratur dum siquam dubitationem nominis vel interpretationis
sermo unius linguae adtulerit. Graeca autem lingua inter 4
ceteras gentium clarior habetur. Est enim et Latinis et omnibus linguis sonantior: cuius varietas in quinque partibus discernitur. Quarum prima dicitur *κοινὴ*, id est mixta, sive
communis quam omnes utuntur. Secunda Attica, videlicet 5
Atheniensis, qua usi sunt omnes Graeciae auctores. Tertia Dorica, quam habent Aegyptii et Syri. Quarta Ionica, quinta Aeolica, †quas Αἰολιστὶ locutos dixerunt.† Et sunt in obser-

3 dividerat *T* (*et Isid.* ?) 4 natione *K* 6 initio] itio C^1 7 fu. tot. lin. *K* (*non A*) 9 quae] quia *C* 10 illo quo . . . pro litteris *om.* *K* (*non A*) per illud *B* : pro eo *Schwarz* 16 ut alt. C^1T 17 dum] tum *dett.* siqua *B* 18 inter] in *K* (*non A*) 19 en. lat. *T* 20 decernitur *T* 21 *κοινή*] coenedo (ceonedo *C*) *codd.* 24 quem hab. *BT* Syri] phiri C^1 : Siculi *Arev.* 25 quas eolisti locutos dixerunt BC^1T : qua se eolistas locuti (*corr.* o) s d. *K* (? locuti K^1, -tos K^2) *fort.* Ἰαστί et Αἰολιστί

vatione Graecae linguae eiusmodi certa discrimina ; sermo enim
6 eorum ita est dispertitus. Latinas autem linguas quattuor esse
quidam dixerunt, id est Priscam, Latinam, Romanam, Mixtam.
Prisca est, quam vetustissimi Italiae sub Iano et Saturno sunt
usi, incondita, ut se habent carmina Saliorum. Latina, quam
sub Latino et regibus Tusci et ceteri in Latio sunt locuti, ex
7 qua fuerunt duodecim tabulae scriptae. Romana, quae post
reges exactos a populo Romano coepta est, qua Naevius, Plautus, Ennius, Vergilius poetae, et ex oratoribus Gracchus et
Cato et Cicero vel ceteri effuderunt. Mixta, quae post imperium latius promotum simul cum moribus et hominibus in
Romanam civitatem inrupit, integritatem verbi per soloecismos
8 et barbarismos corrumpens. Omnes autem Orientis gentes in
gutture linguam et verba conlidunt, sicut Hebraei et Syri.
Omnes mediterraneae gentes in palato sermones feriunt, sicut
Graeci et Asiani. Omnes Occidentis gentes verba in dentibus
9 frangunt, sicut Itali et Hispani. Syrus et Chaldaeus vicinus
Hebraeo est in sermone, consonans in plerisque et litterarum
sono. Quidam autem arbitrantur linguam ipsam esse Chaldaeam, quia Abraham de Chaldaeis fuit. Quod si hoc recipitur,
quomodo in Danielo Hebraei pueri linguam, quam non noverant,
10 doceri iubentur ? Omnem autem linguam unusquisque hominum sive Graecam, sive Latinam, sive ceterarum gentium aut
audiendo potest tenere, aut legendo ex praeceptore accipere.
Cum autem omnium linguarum scientia difficilis sit cuiquam,
nemo tamen tam desidiosus est ut in sua gente positus suae
gentis linguam nesciat. Nam quid aliud putandus est nisi
animalium brutorum deterior ? Illa enim propriae vocis clamorem exprimunt, iste deterior qui propriae linguae caret
11 notitiam. Cuiusmodi autem lingua locutus est Deus in prin-

5 habet K^1 : habeant *T* 6 tusciae ceteri C^1 : tusciae ceteris *K* in latino *T* 8 cepta *K* : gesta *BCT* 9 po. ex *B* 11 latius] latinus *T* 13 *vel* Orientes et gutt. in ling. *T* 14 lingua *K* 15 mediterrenei C^1 16 Asiani] anani *T* *vel* Occidentes 18 serm. et cons. *K* 21 Hebraei *om.* *K* 22 docere C^1 iubebantur *K* 24 audiendum po. teneri a. legendum *K* 25 difficile sit c. nosse ne. *K* (*non A*) 26 nemo] nomen B^1 27 putandum *K* 28 illa] ille (*i. e.* illac ?) *B* 30 autem *om.* *K*

cipio mundi, dum diceret: 'Fiat lux,' inveniri difficile est.
Nondum enim erant linguae. Item qua lingua insonuit postea
exterioribus hominum auribus, maxime ad primum hominem
loquens, vel ad prophetas, vel dum corporaliter sonuit vox
dicentis Dei: 'Tu es Filius meus dilectus'; ubi a quibusdam
creditur illa lingua una et sola, quae fuit antequam esset lin-
guarum diversitas. In diversis quippe gentibus creditur quod
eadem lingua illis Deus loquatur quam ipsi homines utuntur,
ut ab eis intellegatur. Loquitur autem Deus hominibus non 12
per substantiam invisibilem, sed per creaturam corporalem, per
quam etiam et hominibus apparere voluit, quando locutus est.
Dicit etiam Apostolus (1 Cor. 13, 1): 'Si linguis hominum
loquar et angelorum.' Vbi quaeritur qua lingua angeli loquan-
tur; non quod angelorum aliquae linguae sint, sed hoc per
exaggerationem dicitur. Item quaeritur qua lingua in futurum 13
homines loquantur: nusquam reperitur. Nam dicit Apostolus
(1 Cor. 13, 8): 'Sive linguae, cessabunt.' Ideo autem prius de 14
linguis, ac deinde de gentibus posuimus, quia ex linguis gentes,
non ex gentibus linguae exortae sunt.

De gentivm vocabvlis. Gens est multitudo ab uno prin- II
cipio orta, sive ab alia natione secundum propriam collectionem
distincta, ut Graeciae, Asiae. Hinc et gentilitas dicitur. Gens
autem appellata propter generationes familiarum, id est a
gignendo, sicut natio a nascendo. Gentes autem a quibus 2
divisa est terra, quindecim sunt de Iaphet, triginta et una de
Cham, viginti et septem de Sem, quae fiunt septuaginta tres,
vel potius, ut ratio declarat, septuaginta duae; totidemque
linguae, quae per terras esse coeperunt, quaeque crescendo
provincias et insulas inpleverunt. Filii Sem quinque singulari- 3

1 venire C^1 diff. esset *T ante corr.* 2 enim *om. BK* 6 illam linguam unam et solam *K* 7 quippe] autem *T* 8 quam . . . ut. *om. T* 9 non *om. K* 12 di. enim apostolis C^1 13 loquerer *T* 15 futuro *K* 17 autem *om. K*: au. et *T* 18 dei. gen. *CT* *cap.* II (*Nominum Semiticorum formae secundum Arev. plerumque sunt redditae codicum discrepantia neglecta*) 21 natio T^1 22 distinctam *K* hic C^1 23 generationem *K* 24 sicut . . . nasc. *om.* B^1 a quibusdam K^1

ter gentes singulas procreaverunt. Quorum primus Elam, a
quo Elamitae principes Persidis: secundus Assur, a quo Assy-
riorum pullulavit imperium: tertius Arphaxat, a quo gens
Chaldaeorum exorta est: quartus Ludi, a quo Lydii: quintus
4 Aram, a quo Syri, quorum metropolis fuit Damascus. Filii
Aram, nepotes Sem, quattuor: Hus et Vl et Gether et Mes.
Hus Traconitidis conditor, qui inter Palaestinam et Coelesyriam
tenuit principatum, unde fuit Iob, secundum quod scriptum est
(Iob 1, 1): 'Vir erat in terra Hus': secundus Vl, a quo
Armenii: tertius Gether, a quo Acarnanii sive Curiae: quartus
5 Mes, a quo sunt hi qui vocantur Maeones. Posteritas Arphaxat
filii Sem; Heber nepos Arphaxat, a quo Hebraei; Iectam filius
Heber, a quo Indorum orta est gens; Sale filius Iectam, a quo
6 Bactriani, licet eos alii Scytharum exules suspicantur. Ismael
filius Abraham, a quo Ismaelitae, qui nunc corrupto nomine
7 Saraceni, quasi a Sarra, et Agareni ab Agar. Nabaioth filius
Ismael, a quo Nabathei, qui ab Euphrata in mare Rubrum
8 inhabitant. Moab et Ammon filii Loth, a quo Moabitae et
9 Ammonitae. Edom filius Esau, a quo Idumaei. Haec sunt
gentes quae de Sem stirpe descendunt, possidentes terram
10 meridianam ab ortu solis usque ad Phoenices. Filii Cham
quattuor, ex quibus ortae sunt gentes haec: Chus, a quo
Aethiopes progeniti; Mesraim, a quo Aegyptii perhibentur
11 exorti. Phut, a quo Libyi. Vnde et Mauretaniae fluvius
usque in praesens Phut dicitur, omnisque circa eum regio
12 Phuthensis. Chanaam, a quo Afri et Phoenices et Chananaeo-
13 rum decem gentes. Item ex nepotibus Cham filii Chus,
nepotes Cham sex. Filii Chus: Saba et Hevila, Sabatha,

4 lidi T^1 (lidius *ut vid.* T^2): ludia *K*: lud *BC* 5 quorum] quo C^1 6 ul gether *C* 7 inter] in *T* coelem (quo-) siriam *codd.* (siriae *B*: syriamque *K*) 8 us nomine iob sec. *Bern. extr.* 10 carmeni *codd.* (-mini *Bern. extr.*) cariae (-ie) *codd.* (*etiam Bern. extr.*) 12 nepos] filius T^2 14 suscipientur *C* 17 in mari rubro *C* 18 a quibus *C* 20 possident *K* 22 hac gentes *Bern. extr.*: haec *om. T* 23 primogeniti *B* 25 omnis autem ci. *K* 28 nepotes . . . Chus *om. T*: fil. Chus *om. K*

Rhegma, Seba, Cuza. Saba, a quo progeniti et appellati 14
Sabaei, de quibus Vergilius (Georg. 2, 117):

Solis est thurea virga Sabaeis.

Hi sunt et Arabes. Hevila, a quo Getuli in parte remotioris 15
Africae heremo cohaerentes. Sabatha, a quo Sabatheni, qui 16
nunc Astabari nominantur. Rhegma vero et Seba et Cuza 17
paulatim antiqua vocabula perdiderunt, et quae nunc a veteribus
habeant ignorantur. Filii Rhegma, Saba et Dadan. Hic Saba 18
per Sin litteram scribitur in Hebraeo; ille autem superior Saba
per Samech, a quo appellatos Sabaeos: interpretatur autem
nunc Saba Arabia. Dadan, a quo gens est Aethiopiae in 19
occidentali plaga. Filii Mesraim Labaim, a quo Libyi, qui
quondam Phuthaei vocabantur. Casloim, a quo Philistiim, 20
quos veteres Ἀλλοφύλους, nos modo corrupte Palaestinos
vocamus. Ceterae sex gentes ignotae sunt, quia bello Aethio- 21
pico subversae usque ad oblivionem praeteritorum nominum
pervenerunt. Filii Chanaam undecim, ex quo Chananaeorum 2
decem gentes, quorum terram his expulsis Iudaei possiderunt.
Quorum primogenitus Sidon, a quo Sidones. Vnde et urbs
eorum in Phoenice Sidon vocatur. Secundus Cheth, a quo 23
Chetaei. Tertius Iebus, a quo Iebusaei, quorum fuit Hieru-
salem. Quartus Amorrhaeus, a quo Amorrhaei. Quintus
Gergesaeus, a quo Gergesaei. Sextus Hevaeus, a quo Hevaei.
Ipsi sunt Gabaonitae, a civitate Gabaon, qui supplices venerunt
ad Iesum. Septimus Aracaeus, qui Arcas condidit oppidum 24
contra Tripolim in radicibus Libani situm. Octavus Sinaeus,
a quo Sinaei. Nonus Aradius, a quo Aradii sunt, qui Aradum
insulam possiderunt angusto fretu a Phoenicis litore separatam.
Decimus Samareus, a quo Syriae nobilis civitas, quae vocatur 25
Coeles. Vndecimus Amathaeus. Haec sunt gentes de stirpe

1 seba cuza *T*: raba cuza *C*: caba caza *K*: sabacuta *B*: saba cuza *Rem. Mon.*: Sabathaca *Arev.* (*cum Hieronymi edd.*) 4 partem *codd.* 5 her. coh.] herimoque sedentes *K* 6 saba et c. *codd.*: Sabathaca *Arev.* (*cum Hieronymi edd.*) 7 et] haec *C*[1] a] pro *dett.* 8 ignoratur *T* et saba *T* 11 nunc *om. B* est *om. K* 12 a quibus *B* 15 quinque g. ignoratae *K* quia *CT*: quae a *BK Bern. extr.* 18 decem *T*: XII. *K* qu. ter] quibus *K* pulsis *T* 29 aque voc. *T*

Cham, quae a Sidone usque ad Gaditanum fretum omnem
26 meridianam partem tenent. Item tribus filiorum Iafeth. Filii
igitur Iaphet septem nominantur: Gomer, ex quo Galatae, id
27 est Galli. Magog, a quo arbitrantur Scythas et Gothos traxisse
28 originem. Madai, a quo Medos existere putant. Iavan, a quo
29 Iones, qui et Graeci. Vnde et mare Ionium. Thubal, a quo
Iberi, qui et Hispani; licet quidam ex eo et Italos suspicentur.
30 Mosoch, ex quo Cappadoces. Vnde et urbs apud eos usque
31 hodie Mazaca dicitur. Thiras, ex quo Thraces; quorum non
32 satis inmutatum vocabulum est, quasi Tiraces. Filii Gomer,
nepotes Iaphet. Aschanaz, a quo Sarmatae, quos Graeci
33 Rheginos vocant. Riphath, a quo Paphlagones. Gotorna, a
34 quo sunt Phryges. Filii Iavan Elisa, a quibus Graeci Elisaei,
qui vocantur Aeolides. Vnde et lingua quinta Graece Αἰολίς
35 appellatur. Tharsis, a quo Cilices, ut Iosephus arbitratur.
36 Vnde et metropolis civitas eorum Tharsus dicitur. Cethim, a
quo Citii, id est Cyprii, a quibus hodieque urbs Citium nomina-
37 tur. Dodanim, a quo Rhodii. Haec sunt gentes de stirpe
Iaphet, quae a Tauro monte ad aquilonem mediam partem
Asiae et omnem Europam usque ad Oceanum Brittanicum
possident, nomina et locis et gentibus relinquentes; de quibus
postea inmutata sunt plurima, cetera permanent ut fuerunt.
38 Nam multarum gentium vocabula partim manserunt, ita ut
hodieque appareat unde fuerant derivata, sicut ex Assur Assyrii,
ex Heber Hebraei: partim vero temporis vetustate ita mutata
sunt, ut vix homines doctissimi antiquissimas historias per-
scrutantes, nec omnium, sed aliquarum ex istis origines gentium
39 potuerunt reperire. Nam quod ex filio Cham, qui vocatur Mes-
raim, Aegyptii sunt exorti, nulla hic resonat origo vocabuli, sicut

2 tenit C^1 Item] Igitur *K* 3 igitur *om. K* (*non Ovet. extr.*) 5 existere] extiire *ut vid.* (*vix* extare) *T* (*non Ovet. extr.*) putabant *T* 6 qui] quid *K* 7 et ex eo Ital. *K* 8 ex] a *K* 9 ex] a *K* 12 Coturna *K* 14 grece eolis (greceoles *K*) *codd.* 16 cor. civ. *T* 17 hodie urbs C^1 19 quae a] quia *BT* 21 loc. a gent. *Bern. extr.* 22 inmuta *T* 24 odie app. *T* fuerunt *BC* 25 muta *T* 27 omnium] hominum *T* 28 Nam quo *K*: Namque *Bern. extr.* vocabatur *B*: vacabatur *Bern. extr.* 29 nullis . . . vocabolis *K*

nec Aethiopum, qui dicuntur ad eum filium Cham pertinere
qui Chus appellatus est. Et si omnia considerentur, plura
tamen gentium mutata quam manentia vocabula apparent;
quibus postea nomina diversa dedit ratio. Namque Indi ab
Indo flumine dicti sunt, qui ab occidentali parte eos includit.
Seres a proprio oppido nomen sortiti sunt, gens ad Orientem 40
sita, apud quos de arboribus lana contexitur. De quibus est
illud:

Ignoti facie, sed noti vellere Seres.

Gangaridae populi sunt inter Assyrios Indosque, habitantes 41
circa Gangen fluvium. Vnde etiam Gangaridae nuncupati sunt.
Hircani dicti a silva Hircania, ubi sunt plurimae tigres. Ba- 42,43
ctriani Scythae fuerunt, qui suorum factione a sedibus suis pulsi
iuxta Bactron Orientis fluvium consederunt, ex cuius vocabulo
et nomen sortiti. Huius gentis rex fuit Zoroastres, inventor
magicae artis. Parthi quoque et ipsi ab Scythis originem tra- 44
hunt. Fuerunt enim eorum exules, quod etiam eorum vocabulo
manifestatur. Nam Scythico sermone exules 'parthi' dicun-
tur. Hi, similiter ut Bactriani, domesticis seditionibus Scythia
pulsi solitudines iuxta Hircaniam primum furtim occupaverunt,
deinde pleraque finium etiam virtute obtinuerunt. Assyrii ab 45
Assur filio Sem vocati, gens potentissima, quae ab Euphrate
usque ad Indorum fines omnem in medio tenuit regionem. Medi 46
a rege suo cognominati putantur. Namque Iason, Peliaci regis
frater, a Peliae filiis Thessalia pulsus est cum Medea uxore sua;
cuius fuit privignus Medus rex Atheniensium, qui post mortem
Iasonis Orientis plagam perdomuit, ibique Mediam urbem con-
didit, gentemque Medorum nomine suo appellavit. Sed inveni-
mus in Genesi quod Madai auctor gentis Medorum fuit, a quo
et cognominati, ut superius dictum est. Persae a Perseo rege 47
sunt vocati, qui e Graecia Asiam transiens, ibi barbaras gentes

1 dicitur *K* pertineri *K* 2 plurima *BCT* 6 nomine *K* 12 dicti sunt a *K* plurimi BC^1 15 sort. sunt hu. *K* 16 ab] ex *B* 17 horum voc. *T* 18 sciticorum serm. *T* partici *T*: parti* B^1 19 ut] a *T* 24 namque] nam *K* 25 filius *K* 26 predignus C^1 27 ubique *T* 28 inveniemus *BT* 31 qui et *T*: que C^1

gravi diuturnoque bello perdomuit, novissime victor nomen
subiectae genti dedit. Persae autem ante Cyrum ignobiles
fuerunt, et nullius inter gentes loci habebantur. Medi semper
48 potentissimi fuerunt. Chasdei, qui nunc Chaldaei vocantur, a
49 Chased filio Nachor fratris Abrahae cognominati sunt. Sabaei
dicti ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, quod est supplicari et venerari, quia
divinitatem per ipsorum tura veneramus. Ipsi sunt et Arabes,
quia in montibus Arabiae sunt, qui vocantur Libanus et Antili-
50 banus, ubi tura colliguntur. Syri a Surim vocati perhibentur,
qui fuit nepos Abraham ex Cethura. Quos autem veteres
Assyrios, nunc nos vocamus Syros, a parte totum appellantes.
51,52 Hebraei vocati sunt ab Heber, qui pronepos fuit Sem. Israelitae
vero ab Israel filio Isaac. Nam patriarcham Hebraeorum
fuisse Israel, a quo duodecim Iudaeorum tribus Israelis voca-
bulum sortitae sunt. Iudaeis autem scissura decem tribuum
nomen inposuit. Nam antea Hebraei sive Israelitae nuncupa-
53 bantur. Ex quo autem in duo regna Dei populus est divisus,
tunc duae tribus, quae de stirpe Iuda reges habebant, Iudaeo-
rum nomen sortitae sunt. Reliqua pars decem tribuum, quae
in Samaria regem sibi constituit, ob populi magnitudinem
54 pristinum nomen retinuit Israel. Samaritanorum gens sumpsit
exordium ab Assyriis, qui transmigrati habitaverunt in Samaria,
qui Latine interpretantur custodes, eo quod captivato Israel isti
55 in terram regionis eorum ad custodiam conlocati sunt. Phoenix,
Cadmi frater, de Thebis Aegyptiorum in Syriam profectus, apud
Sidonem regnavit, eosque populos ex suo nomine Phoenices,
56 eamque provinciam Phoeniciam nuncupavit. Sidones autem a

1 victor] doctor *T* 2 subiecto *B* 3 habeantur *T* 4 voc. fuerunt a *K* 5 sunt *om. K* 6 supplicare *dett.* 7 ipsorum] suam *K* (*non A Bern. extr.*) 8 quia] qui *T* montes *BCT* vocatur *BT* 9 colligitur *T* 12 voc. sunt *om. K* (*non A Bern. extr.*) 13 vero *om. K* (*non A*) filio . . . Israel *om. K* (*non A Bern. extr.*) 15 tribus *codd.* 16 no. inp. *B Bern. extr.* : inp. no. *K* : nomina inp. *AC* : nominati inp. *T* israel (srael) *BT* nuncupantur *K* 17 Dei *om. K* pop. div. *T* 18 de] ex *K* 19 sortiti *BKT* tribus *K* quae Sam. B^1 23 latine *om. K* (*non A Bern. extr.*) isti *om. K* (*non A Bern. extr.*) 24 regionis *om. K* (*non A Bern. extr.*) 27 autem *om. K*

civitate quae vocatur Sidon traxisse vocabulum perhibentur.
Saraceni dicti, vel quia ex Sarra genitos se praedicent, vel sicut 57
gentiles aiunt, quod ex origine Syrorum sint, quasi Syriginae.
Hi peramplam habitant solitudinem. Ipsi sunt et Ismaelitae,
ut liber Geneseos docet, quod sint ex Ismaele. Ipsi Cedar a
filio Ismaelis. Ipsi Agareni ab Agar; qui, ut diximus, per-
verso nomine Saraceni vocantur, quia ex Sarra se genitos glo-
riantur. Philistaei ipsi sunt Palaestini, quia P litteram sermo 58
Hebraeus non habet, sed pro eo Phi Graeco utitur. Inde
Philistaei pro Palaestinis dicuntur, a civitate utique sua. Idem
et Allophyli, id est alienigenae, ob hoc, quia semper fuerunt
inimici Israel, et longe ab eorum genere ac societate separati.
Chananei appellati de Chanaam filio Cham, quorum terram 59
Iudaei possiderunt. Ex cuius origine fuit Emor, pater Sichem,
a quo Amorrhaei sunt nuncupati. Aegyptii ab Aegypto quo- 60
dam rege vocati sunt. Nam antea Aerii dicebantur. Inter-
pretantur autem lingua Hebraica Aegyptii adfligentes, eo quod
adflixerint Dei populum, priusquam divino auxilio liberarentur.
Armenius ex Thessalia unus de numero ducum Iasonis, qui ad 61
Colchos profecti sunt, recollecta multitudine, quae amisso rege
Iasone passim vagabantur, Armeniam condidit, gentique ex
suo vocabulo nomen dedit. Limes est Persicus, qui Scythas ab 62
eis dividit, Scytha cognominatus, a quo limite Scythae a quibus-
dam perhibentur vocati, gens antiquissima semper habita. Hi
Parthos Bactrianosque; feminae autem eorum Amazonum regna

2 dicti . . . praed. vel *om.* *K* (*non A Bern. extr.*) quia] quod *A* (*non Bern. extr.*) geniti C^1 sicut] ut *K* (*non A Bern. extr.*) 3 quod *om.* *K* (*non A Bern. extr.*) sunt *K* (*non A Bern. extr.*) 4 hi per. sol. hab. *K* (*non A*): hii perambulant sol. *Bern. extr.* Ipsi sunt . . . gloriantur *om.* *K* (*non A Bern. extr.*) 8 ipsi sunt] quasi *K* (*non A*) 9 ut utitur ut de Phil. *B* 10 item *B* 11 ad hoc B^1: *om.* *K* 12 a soc. C^1: et soc. *K* 13 horum *K* 14 pater] filius *K* (*non A*) 15 quadam *B*: quondam *K* (*non A*) 16 reges voc. C^1: rege suo voc. *A* sunt *om.* *K* (*non A*) interpretabantur *T* 17 autem *om.* *K* (*non A*) hebrea *K* Aeg. *ante* interp. *K* (*non A*) eo quod] quia *K* (*non A*) 18 adflixerunt *B*: adfligebant *K* pop. Dei *K* liberaretur *dett.* 20 quia am. *B* 21 vagabatur *C*: vaga (*sic*) *T* gentisque *T* ex *om.* *K* 23 cognominantur C^1 25 autem *om.* *B*

63 condiderunt. Massagetae ex Scytharum origine sunt. Et dicti
Massagetae quasi graves, id est fortes Getae. Nam sic Livius
argentum grave dicit, id est massas. Hi sunt, qui inter Scythas
64 atque Albanos septentrionalibus locis inhabitant. Amazones
dictae sunt, seu quod simul viverent sine viris, quasi ἅμα ζῶν,
sive quod adustis dexterioribus mammis essent, ne sagittarum
iactus inpediretur, quasi ἄνευ μαζῶν. Nudabant enim quam
adusserant mammam. Has Titianus Vnimammas dicit. Nam
hoc est Amazon, quasi ἄνευ μαζοῦ, id est sine mamma. Has
iam non esse, quod earum partim ab Hercule, partim
ab Achille vel Alexandro usque ad internicionem deletae
65 sunt. In partes Asiaticae Scythiae gentes, quae posteros
se Iasonis credunt, albo crine nascuntur ab adsiduis nivibus; et ipsius capilli color genti nomen dedit. Et inde
dicuntur Albani. Horum glauca oculis, id est picta, inest
pupilla, adeo ut nocte plus quam die cernant. Albani autem
66 vicini Amazonum fuerunt. Hugnos antea Hunnos vocatos,
postremo a rege suo Avares appellatos, qui prius in ultima
Maeotide inter glacialem Tanaim et Massagetarum inmanes
populos habitaverunt. Deinde pernicibus equis Caucasi rupibus, feras gentes Alexandri claustra cohibente, eruperunt, et
orientem viginti annis tenuerunt captivum, et ab Aegyptiis atque
67 Aethiopibus annuum vectigal exegerunt. Troianorum gens
antea Dardana a Dardano nominata. Nam Dardanus et Iasius
fratres e Graecia profecti; ex his Iasius ad Thraciam, Dardanus
ad Phrygiam pervenit, ibique primus regnavit. Post quem

2 libidus a. g. d. *T*: livies (*i. e.* Libyes) a. g. dicunt *K* (*sed cf. Serv. ad Aen.* 6, 862, *nisi revera haec a Servio aliena et ex Isidori codice sumpta*) 3 massam *K*[1] 4 locis *K*: iugis *BCTU* 5 dic. sunt *om. K* (*non A*) ζῶν] zoin *codd.* 7 ictus inpedirentur *K* μαζου *C*: μαζο *K*: mazoi *T* quam] quod *B* 8 has . . . mamma *om. B*[1] titanus animam dic. *C*[1] 9 anes mazos *codd.* 10 ab Herc. part. *om. K* (*non A*) 11 delectae *C*[1] 12 posteris *K* 13 crediderunt *K* ob *ABT*[1]: *om. K* adsimiles *K* 17 amazonis *BT* Vgnos *ACT*: ut nos *B*: hunos *K* hunnos *K*: unnos *BT*: unos *AC* 18 avares *K*: abares *CT*: albares *B*: aberes *A* app.] nuncupatos *K* (*non A*) 21 ubi fer. gen. Al. cl. cohibent *Arev.* (*ex Hieronym. Epist.* 30, 8) ruperunt T 22 vigintimannis *T*: ·xxi· annum *K* capt. *om. T* 23 annum vectigales egerunt *T* 24 nominata *om. K* (*non A*) nam] tam *T* 26 postquam *B*

filius eius Ericthonius, deinde nepos eius Tros, a quo Troiani
nuncupati sunt. Galatae Galli esse noscuntur, qui in auxilium 68
a rege Bithyniae evocati, regnum cum eo parta victoria divi-
serunt; sicque deinde Graecis admixti primum Gallograeci,
nunc ex antiquo Gallorum nomine Galatae nuncupantur. Graeci 69
ante Thessali a Thessalo, postea a Graeco rege Graeci sunt
nuncupati. Nam Graeci proprie Thessali sunt. Lapithas 70
autem gentem Thessaliae fuisse aiunt, circa Penion amnem
olim inhabitantem, a Lapitha Apollinis filia nuncupatos. Sicyonii 71
Graeci sunt nuncupati, a Sicyone rege. Hi primum Agialei
vocabantur, a rege Agealeo, qui primus Sicyonis imperavit; a
quo et Agealea civitas nuncupata est, quae nunc Peloponensis
vocatur a Pelope rege suo. Ipsi sunt et Arcades, ab Arcade
rege Iovis et Callistae filio dicti. Danai a Danao rege vocati. 72
Idem et Argivi, ab Argo conditore cognominati. Postquam
autem rex Graecorum Apis mortuus est, huic filius Argus suc-
cessit in regnum, et ex eo Argivi appellati sunt; qui etiam ab
eis post obitum [ut] deus haberi coepit, templo et sacrificio
honoratus. Achaei, qui et Achivi, ab Achaeo Iovis filio dicti. 73
Pelasgi nominati, quia cum velis passis verno tempore ad- 74
venisse Italiam visi sunt, ut aves. Primo enim eos Varro
Italiam adpulisse commemorat. Graeci vero Pelasgos a Iovis
et Larissae filio perhibent dictos. Myrmidones fuerunt Achilli 75
socii: Dolopes Pyrrhi. Dicti autem sunt Myrmidones propter
astutiam, quasi μύρμηκες, id est formicae. Eratosthenes autem
dicit dictos Myrmidonas a Myrmidone duce, Iovis et Eury-
medusae filio. Cecropi Atheniensium regi successit Cranaus, 76

2 nunc. sunt *om.* *K* (*non A*) qui] quibus *K* 3 parta *T*: peracta *BCK* 4 inde *B* 5 Gall.] grecorum *K* 6 tesalia (*corr.* tess-) a *T* 7 sunt The. *K* (*non A*) 8 autem] am *K*: hoc est *B* pelion *CK* 10 nuncupati *K*: -tus *B*[1] a sicionio r. *BCT*: a sicioni origine *A* *i.e.* Aeg-: agalilei *T*[1] hi prim. . . . a rege *om.* *B*[1] 11 vocabuntur *C*: *om.* *K* (*non A*) agialeo *BK* primum *K* 12 agilea nun. civ. quae *K* (*non A*) 13 voc. *post* suo *K* (*non A Bern. extr.*) suo . . . rege *om.* *A* 16 autem *om.* *B* 17 ab ei *K* 18 ut *hab.* *CK*: *om.* *BT* 21 primos *T* 22 *an* vero a Pelasgo? 23 filios *BT* perhibentur *B*[1] 26 dicit dictos] dicit *ex* dicti *K* eorimose *B*: eurimo *K* 27 Cecropis *B*[1]*T* granus *codd.* (-nis *B*)

cuius filia Atthis nomen et regionis et gentis dedit. Et ex ea
77 Attici cognominati, qui sunt Athenienses. Ion, vir fortis, ex
78 suo nomine eosdem Athenienses vocavit Iones. Macedones a
nomine Emathionis regis antea Emathii nuncupati sunt: postea
79 Macedones dicti. Epirotae a Pyrrho Achilli filio prius Pyr-
rhidae, postea vero Epiro rege . . . ad Italiam transire prae-
80 sumpserunt. Dorus Neptuni et Ellepis filius fuit, unde Dori
et originem et nomen ducunt. Sunt autem pars Graeciae
gentis; ex quibus etiam cognominata est tertia lingua Grae-
81 corum, quae Dorica appellatur. Lacedaemones a Lacedae-
mone Semelae filio dicti. Hi diu perseverantes in bellum
contra Messenios, veriti ne diuturnitate proelii spem prolis
amitterent, praeceperunt ut virgines eorum cum iuvenibus domi
relictis concumberent; sicque ex promiscuo virginum concu-
bitu iuvenes de incertis parentibus nati ex nota materni pudoris
Spartani vocati sunt. Nam ipsos esse Spartanos, quos et
82 Lacedaemonios. Thraces ex filio Iaphet, qui vocatus est
Thiras, et orti et cognominati, ut superius dictum est, perhi-
bentur; licet gentiles eos ex moribus ita dictos existimant, quod
sint truces. Saevissimi enim omnium gentium fuerunt, unde
et multa de eis fabulosa memorantur: quod captivos diis suis
litarent, et humanum sanguinem in ossibus capitum potare
soliti essent. De quibus Vergilius (Aen. 3, 44):

Heu fuge crudeles terras, fuge litus avarum;

83 quasi crudelium et avarorum. Istrorum gens originem a Col-

1 atetis *T* 2 actici *T* 3 Ath.] macedones *K* 4 emationis *C*: macionis *BKT* emaci *BC*: amati *T*: macci *K* nun. sunt *om. K* 5 Mac. dic. a Macedone rege Deucalionis materno (-ni C^1U) nepote *CU* prius *om. K* (*non A*) 6 epirro re. *A*: pyrro re. *K* *lacunam signavi* tr. pr.] transierunt *K* (*non A*) 7 Do. orig. *K* 8 autem *om. B* 11 diu] duo *B* 13 admitterent *B* d. relictos *codd.* (dormire lectos *B*) 14 virginu *K*: virginarum B^1T: virginum et maritarum *C* 16 Spartani] Parthenii *Arev.* 17 Laced. affirmant (*om. C Mon.*) Spartanos vero propter repentinos adversus Cadmum, quasi de terra contractos et ex (et ex *om. U*) omni parte conflictos (-fluitos C^1 *Mon.*), ita vocatos *CU Mon.*: lacedemones nulli dubium est *Bern. extr.* (*non Rem. Trin.*) ex tira fil. *K* (*non A*) qui . . . Th.] vocati *K* (*non A*) 18 et cogn. . . . perhib.] sunt *K* (*non A Bern. extr.*) 21 multas d. e. fabulas *K* captivorum *K* 22 portare *BT* 24 fugere *B* 25 quasi . . . avar. *om. K* (*non A*) Col.] locis *T*

chis ducit, qui missi ad Argonautas persequendos, ut a Ponto
intraverunt Istrum fluvium, a vocabulo amnis, quo a mari reces-
serunt, appellati sunt. Romani a Romuli nomine nuncupati, 84
qui urbem Romam condidit gentique et civitati nomen dedit.
Hi antea a Saturno Saturnii, a Latino Latini vocati sunt. Nam
Latinus Italiae rex fuit, qui ex suo nomine Latinos appellavit,
qui postea Romani nuncupati sunt. Hi et Quirites dicti, quia
Quirinus dictus est Romulus, quod semper hasta utebatur, quae
Sabinorum lingua curis dicitur. Italus quoque et Sabinus et 85
Sicanus fratres fuerunt, ex quibus nomina populis inposita et
regionibus sunt. Nam ab Italo Itali, a Sabino Sabini, a Sicano
Sicani cognominati sunt, qui et Siculi, id est Sicilienses. Tusci 86
Italiae gens est a frequentia sacrorum et turis vocata, id est ἀπὸ
τοῦ θυσιάζειν. Vmbri Italiae gens, sed Gallorum veterum pro- 87
pago, qui Appenninum montem incolunt; de quibus historiae
perhibent eo quod tempore aquosae cladis imbribus super-
fuerint, [et ob hoc] Ὀμβρίους Graece nominatos. Marsi gens 88
Italiae dicta a comite Liberi Marsya, qui usum illis vitium
ostendit; et ob hoc illi statuam fecerunt, quam postea Romani
victis Marsis tulerunt. Marsos autem Graeci Oscos vocant,
quasi ὄφσκους, quod multas serpentes habeant, et ὄφις serpens
dicatur. Inlaesos autem esse carminum maleficiis. Inhabitant
autem plagam Appennini montis simul cum Vmbris. [Alex-
ander historiographus ait: 'Vulscos quidam appellatos aiunt a

2 Ist.] strum deum *ut vid.* T^1 am. qua mari concesserant *T* 3 a romolo nuncupantur *K* (*non A*) 4 quia *C* ded. nom. *K* (*non A*) 5 ante *BCK* saturnii *K*: -ni *ACT*: nomine saturnii *B* nam *om. K* (*non A*) 7 post *ut vid. T* nun. s. Rom. *K* dic. sunt qu. T^2 8 quod semper] qu******em T^1 9 cyris *K* Italius *T* quoque *om. K* (*non A*) 10 pop. et reg. inp. sunt *K* 11 nam *om. K* (T^1 *n. l.*: nam T^2 *in ras.*) ab ab It. *T* 12 cogn. *om. K non A*) qui et Sic. id est (idem et *B*) Sicil. *BK*: idem (idē *D*) et Sicil. *CDT* 13 gen *corr.* gens *T* 14 *θυσ.*] tissiazin (-im, ticci-) *codd.* genus *T* 15 qua App. *T* 16 eo quo C^1 17 et ob hoc *hab. BDK* (*cf.* XIV. IV. 21): *om. CT* 18 dicti *K* (*non A*) quia usum *ex* quia sum *K* (*non A*) 19 quem propterea Rom. *K* (*non A*) 20 Oscos] uscos *T*: tuscos *BK*: *om. C* 21 Ὀφ.] *οφεκοις BK*: *οθσκυς* C^1: *οφικυς* (*vix οφσκυς*) *T*: *vix* Ὀπικούς quasi Ὀφικούς (*sed cf. codd. Servii ad Aen.* 7, 730) 23 Alex. . . . dictos *post* IV. VII. 34 *hab. TUV*: *om. BCKM.* Huc *dubitanter transtuli*

Vulsco Antiphatae Laestrygonis filio. Fabius quoque Sicolicis
89 profectos corrupto nomine Vulscos ait dictos.'] Gothi a Magog
filio Iaphet nominati putantur, de similitudine ultimae syllabae,
quos veteres magis Getas quam Gothos vocaverunt; gens fortis
et potentissima, corporum mole ardua, armorum genere terri-
bilis. De quibus Lucanus (2, 54):

Hinc Dacus premat inde Getes occurrat Iberis.

90 Daci autem Gothorum soboles fuerunt, et dictos putant Dacos,
quasi Dagos, quia de Gothorum stirpe creati sunt. De quibus
ille (Paulinus ad Nicetam 17):

Ibis arctoos procul usque Dacos.

91 Bessi barbari fuerunt, qui a multitudine bovum sic vocati cre-
duntur. De quibus quidam (Paulin. ad Nic. 243):

Qui colit terrae medio vel ille
divitis multo bove pilleatus
accola ripae.

92 Gipedes pedestri proelio magis quam equestre sunt usi, ex hac
93 causa vocati. Sarmatae patentibus campis armati inequitabant
prius quam eos Lentulus Danubio prohiberet; atque inde ob
94 studio armorum Sarmatae nuncupati existimantur. Lanus flu-
vius fertur ultra Danubium, a quo Alani dicti sunt, sicut et
populi inhabitantes iuxta Lemannum fluvium Alemanni vocan-
tur. De quibus Lucanus (1, 396):

Deseruere cavo tentoria fixa Lemanno.

95 Langobardos vulgo fertur nominatos prolixa barba et numquam
96 tonsa. Vindilicus amnis ab extremis Galliae erumpens, iuxta

1 siccolcis (*pro* sic, Colcis?) *U* 2 vulsco *TUV* §§ 89–114 *Contuli etiam A* a gog T^1 3 put. dissimilitudine *A* 7 decus *BCT*: deus *A* inde geote succurrat (su *ex corr.*) *T*: intis occ. *A*: inde gentes occ. *K*: indigentes occ. *C* 9 dagos] dacios *K* (*non Bern. extr.*) quod et (*expunct.*) e Goth. *A* 11 arctos *codd.* (-us *K*) 12 a *om. K* 15 divitiis *C*: divilitis *T* multi *A* 17 Gipides *codd.* s. usu *T*: usi s. *K*: usi *B* et a cau. voc. sunt *A*: et ex hac cau. ita voc. *B*: et ex ac cau. voc. *K*: ex hac (ac) causa ita voc. *CT* 18 petentibus C^1 19 proiberent *CT* ob] ab *A* 20 existimant *T* 24 deseruere] servire *K*: *om. A* cavo] coacto *K* 25 Languebardos *ABT*: Langobardos *CK* nusquam A^2 26 Vindilicus *ABT*: Vandilicus *K*: uuandalicus *C* galliis *T*

quem fluvium inhabitasse, et ex eo traxisse nomen Vandali
perhibentur. Germanicae gentes dictae, quod sint inmania 97
corpora inmanesque nationes saevissimis duratae frigoribus;
qui mores ex ipso caeli rigore traxerunt, ferocis animi et semper
indomiti, raptu venatuque viventes. Horum plurimae gentes
variae armis, discolores habitu, linguis dissonae, et origine
vocabulorum incertae; ut Tolosates, Amsivari, Quadi, Tuungri,
Marcomanni, Bruteri, Chamavi, Blangiani, Tubantes; quorum
inmanitas barbariae etiam in ipsis vocabulis horrorem quendam
significat. Suevi pars Germanorum fuerunt in fine Septentrionis. 98
De quibus Lucanus (2, 51):

> Fundit ab extremo flavos aquilone Suevos.

Quorum fuisse centum pagos et populos multi prodiderunt.
Dicti autem Suevi putantur a monte Suevo, qui ab ortu initium
Germaniae facit, cuius loca incoluerunt. Burgundiones quon- 99
dam, a Romanis subacta interiori Germania, per castrorum
limites positi a Tiberio Caesare in magnam coaluerunt gentem,
atque ita nomen ex locis sumpserunt; quia crebra per limites
habitacula constituta burgos vulgo vocant. Hi postea rebelles
Romanis effecti plus quam octoginta milia armatorum ripae
Rheni fluminis insederunt, et nomen gentis obtinuerunt. Sa- 100
xonum gens in Oceani litoribus et paludibus inviis sita, virtute
atque agilitate habilis. Vnde et appellata, quod sit durum et
validissimum genus hominum et praestans ceteris piraticis.
Franci a quodam proprio duce vocari putantur. Alii eos a 101
feritate morum nuncupatos existimant. Sunt enim in illis
mores inconditi, naturalis ferocitas animorum. Brittones quidam 102

1 et *om. A* uuandali *BC*: uuandili *T* 2 Germaniae *ABCT* quia s. minia co. *K* 3 sevissimi *K* 4 feroces *ABK* 5 ho. pl. gen. *om.* T^1 7 tolerates *CT*: collorates *B* amisi (*ex* -ci) vari *A* tungi *A*: turungri CT^1 8 Arcomanni *T* bructeri *B* camaso T^2 blangiannii *B*: blanciani *K* 9 in *om. K* errorem *T*: terrorem *C* 12 aquilene *T* 14 or. solis in. *K* 15 fecit *K* quodam *K* 16 romanas C^1 germanie *T* 17 coalere *K*: caluerunt *A*: col- *BT* 19 vul. bur. *K* postea] praeterea KC^1 20 romani *K* 21 et *om. A* Saxorum *A* 22 genus *BCT* oceanum *K* pal. invicta vir. *A* 24 val.] agilissimum *K* pir. *om. A* (*non U*) 25 duce propriae (*i. e.* -rie) *K* 26 nuncupari *K* enim *om. K* 27 Britones *A* (*non Bern. extr.*)

Latine nominatos suspicantur, eo quod bruti sint, gens intra Oceanum interfuso mari quasi extra orbem posita. De quibus Vergilius (Ecl. 1, 67):

Toto divisos orbe Britannos.

103 Scotti propria lingua nomen habent a picto corpore, eo quod aculeis ferreis cum atramento variarum figurarum stigmate
104 adnotentur. Galli a candore corporis nuncupati sunt. Γάλα enim Graece lac dicitur. Vnde et Sibylla sic eos appellat, cum ait de his (Virg. Aen. 8, 660):

Tunc lactea colla
auro innectuntur.

105 Secundum diversitatem enim caeli et facies hominum et colores et corporum quantitates et animorum diversitates existunt. Inde Romanos graves, Graecos leves, Afros versipelles, Gallos natura feroces atque acriores ingenio pervidemus, quod natura
106 climatum facit. Galli autem Senones antiquitus Xenones dicebantur, quod Liberum hospitio recepissent; postea X in S
107 litteram commutata est. Vacca oppidum fuit iuxta Pyrenaeum, a quo sunt cognominati Vaccei, de quibus creditur dixisse poeta (cf. Virg. Aen. 4, 42):

Lateque vagantes Vaccei.

Hi Pyrenaei iugis peramplam montis habitant solitudinem. Idem et Vascones, quasi Vaccones, C in S litteram demutata.
108 Quos Gnaeus Pompeius edomita Hispania et ad triumphum venire festinans de Pyrenaei iugis deposuit et in unum oppidum congregavit. Vnde et Convenarum urbs nomen accepit.
109 Hispani ab Ibero amne primum Iberi, postea ab Hispalo

1 gens sint *A* : sunt g. *BC* (*non Bern. extr.*) 4 totos C^1T brittanos *codd.* 5 Scoti *K Bern. extr.* (*non M*) a prop. *KM* (*non Bern. extr.*) habet C^1 a] e *T* 6 vario *K* (*non Bern. extr.*) 7 adnotantur *T* sunt *om. K* (*non Bern. extr.*) 8 Sib.] Virgilius *Arev.* appella *A* 11 innecto *K* 12 enim] autem *B* fac. omninum *T* 15 feroces *in ras.* T^2 pervidimus *AK* quod] quia *K* 16 Xen.] zenones (zo-) *codd.* 17 quod] quia *A* hospitium (osp-) *KT* posteaque *C* X] z *codd.* 21 lataque *A* vacantes *AK* 22 *post* solit. *add.* Baceos invictos a nulla gente victos T^2 24 Quos geneus C^1 : quod (*ex* quos *A*) genus *AT* 26 urbis *C* accipit *A* 27 Spania ab T^1 a libero *K* ab ispalno ispana cog. *A*

Hispani cognominati sunt. Galleci a candore dicti, unde et 110
Galli. Reliquis enim Hispaniae populis candidiores existunt.
Hi Graecam sibi originem adserunt. Vnde et naturali ingenio
callent. Siquidem post finem Troiani belli Teucrum morte 111
Aiacis fratris invisum patri Telamoni, dum non reciperetur in
regnum, Cyprum concessisse, ibique urbem nomine antiquae
patriae Salamina condidisse, inde ad Galleciam profectus et
positis sedibus ex loco genti nomen dedisse. Astures gens His- 112
paniae, vocati eo, quod circa Asturam flumen septi montibus
silvisque crebris inhabitent. Cantabri gens Hispaniae a voca- 113
bulo urbis et Iberi amnis, cui insidunt, appellati. Horum ani-
mus pertinax et magis ad latrocinandum et ad bellandum, vel
ad perpetiendum verbera semper parati. Celtiberi ex Gallis 114
Celticis fuerunt, quorum ex nomine appellata est regio Celti-
beria. Nam ex flumine Hispaniae Ibero, ubi considerunt, et
ex Gallis, qui Celtici dicebantur, mixto utroque vocabulo Celti-
beri nuncupati sunt. Afri appellati ab uno ex posteris Abrahae, 115
qui vocabatur Afer, qui dicitur duxisse adversus Libyam exerci-
tum, et ibi victis hostibus considisse, eiusque posteros ex no-
mine atavi et Afros et Africam nuncupasse. Poeni autem 116
Carthaginenses sunt a Phoenicibus nuncupati, qui cum Didone
profecti sunt. Tyrios vero a Tyria urbe Phoenicum nominatos, 117
de qua profecti sunt et in Africae litus venerunt. Getuli Getae 118
dicuntur fuisse, qui ingenti agmine a locis suis navibus conscen-
dentes, loca Syrtium in Libya occupaverunt, et quia ex Getis
venerant, derivato nomine Getuli cognominati sunt. Vnde

1 Galleti *A* : Calleti *K*: Gallecti *B* 3 et a natali (*corr.* -turali) *T* 4 gallum *corr.* vallent *A* Siquidem *om. A* belle *A* mortem *codd.* 5 invisum] invidiosum T^2 *marg.* patre *ABT* et elamon *T* tum non receperit *K* 6 orbem C^1 7 salamina incond. *A* (*pro* -nam cond-) galatiam *K*: gallentiam *A* et p.] expositis *ABT*: expositus *C* 9 voc. ab eo *K* sturam *CT*: isturiam *A* : histura *K* secti C^1 : serti *T*: septem *K* 10 inhabitant *AK* 11 insident *Schwarz* appellatur *AK* 12 pellandum *A* 13 perpediendum *BK* Celt. et Gall. *A* 14 Celt. nam et C^1T: celtiberiana ex *K* 16 qui] qua C^1 23 *post* qua *del.* dictum est *K* 25 gentis (*corr.* -ti *ut vid.*) ven. *T* : genti suae *K* (*non A*) 26 venerunt *C* dirivativo *K* (*non A*) cognominata K^1

et opinio est apud Gothos ab antiqua cognatione Mauros con-
119 sanguinitate propinquos sibi vocare. Africam autem initio ha-
buere Libyes, deinde Afri, post haec Getuli, postremum Mauri
120 et Numides. Mauri et Numidae, ut Afri putant, sic sumpserunt
exordium et vocabulum. Nam postquam in Hispania Hercules
interiit, et exercitus eius conpositus ex variis gentibus, amisso
duce, passim sibi sedes quaerebant, ex eo numero Medi et
Persae et Armenii navibus in Africam transvecti proxima mari
121 loca occupavere. Sed Persae, dum materiam in agris pro con-
struendis domiciliis non invenirent, et ignara lingua commer-
cium prohiberet, per patentes agros et diversas solitudines vaga-
bantur, et a pabulationibus vagabundis semetipsos propria
lingua Numides appellaverunt, id est sine oppido vagos et
122 errantes. Medi autem cum Libyis se miscuerunt, qui proxima
Hispania inhabitabant; quorum nomen paulatim Libyes corru-
pere, barbara lingua Mauros propter Medos appellantes, licet
Mauri ob colorem a Graecis vocentur. Graeci enim nigrum
μαῦρον vocant. Aestifero quippe calore afflati speciem atri
123 coloris ducunt. Massylia civitas Africae est, non longe ab
Atlante et hortis Hesperidum; a qua civitate Massyli vocati
sunt, quos nos corrupte Massulos vocamus, de quibus Vergilius
(Aen. 4, 483):

Hic mihi Massylae gentis monstrata sacerdos.

124 Gaulalum gentes sunt a meridie usque Oceanum Hesperium
pervagantes. His nomen Gauloe insula dedit, quae est iuxta
125 Aethiopiam, ubi nec serpens nascitur neque vivit. Garamantes
populi Africae prope Cyrenas inhabitantes, a Garamante rege
Apollinis filio nominati, qui ibi ex suo nomine Garama oppidum

1 ab ant. *om.* *K* (*non A*) 2 vocari K^1 initium habere *K* 4 su. et exord. et voc. *T* 6 int. ex. *C* 7 qu. sed ex B^1 : qu. et ex *K* et persi *codd.* (et *om.* *C*) 8 et Ar.] meni T^1 : armeni *C* 10 invenissent *K* : invenerunt *T* 11 vacabantur *BK* vag. a pab. *C* 13 numidas *K* 14 qui] quia *KT* proximi *T* 15 corrubte *T* 17 vocantur *C* (*fort. recte*) 18 quippe] quia propter *K* (*non A*) 19 dicunt B^1T Massilia *CK* : Massila *B* : Masila *K* 24 hisperiam pervacantes *K* 25 gauloen *BC* : gaulonem *T* : gaula *K* 28 garamina opp. *K*

condidit. Sunt autem proximi gentibus Aethiopum. De quibus
Vergilius (Ecl. 8, 44):

Extremi Garamantes.

Extremi autem, quia saevi et a consortio humanitatis remoti.
Hesperii vero sunt, qui circa Hispaniam conmorantur. Nam **126**
Hispania Hesperia. Aethiopes dicti a filio Cham, qui vocatus **127**
est Chus, ex quo originem trahunt. Chus enim Hebraica lin-
gua Aethiops interpretatur. Hi quondam ab Indo flumine con- **128**
surgentes, iuxta Aegyptum inter Nilum et Oceanum, in meridie
sub ipsa solis vicinitate insiderunt, quorum tres sunt populi:
Hesperi, Garamantes et Indi. Hesperi sunt occidentis, Gara-
mantes Tripolis, Indi orientis. Trochoditae gens Aethiopum, **129**
ideo nuncupati, quod tanta celeritate pollent ut feras cursu pe-
dum adsequantur. Pamphagi, et hi in Aethiopia sunt: quibus **130**
esca est quidquid mandi potest et omnia fortuitu gignentia;
unde et appellati. Icthyophagi, quod venando in mari valeant, **131**
et piscibus tantum alantur. Hi post Indos montanas regiones
tenent, quos subactos Alexander Magnus piscibus vesci pro-
hibuit. Anthropophagi gens asperrima sub regione Siricum sita, **132**
qui quia humanis carnibus vescuntur, ideo anthropophagi
nominantur.

Itaque sicut his, ita et ceteris gentibus per saecula aut a
regibus, aut a locis, aut a moribus, aut ex quibuslibet aliis causis
inmutata vocabula sunt, ita ut prima origo nominis eorum tem-
porum vetustate non pateat. Iam vero hi qui Antipodae dicun- **133**
tur, eo quod contrarii esse vestigiis nostris putantur, ut quasi
sub terris positi adversa pedibus nostris calcent vestigia, nulla
ratione credendum est, quia nec soliditas patitur, nec centrum

1 proxime *T* 4 autem *om. K* et *om.* C^1 a *om. K* 6 Hisp. Hesp. dicitur *AB*: Hispani (ispania *C*) ab Hesp. dicti C^1K 10 solis civitate *T* (*Heliopolim dicit!*) 11 Hesp. *om.* C^1 et indiae *B* 12 Trogodie B^1: Trogoditae *C*: Trocoditae (-te) *KT* 16 u. et appellantur *K*: et u. appellantur C^1 quod] quia *K* 18 tenent] traent C^1 quos] quod *T*: quo *C* vesceri C^1 19 Serum *Arev.* (*ex Solin.* 15, 4) 20 quia qui C^1 21 nominantur *BCDT*: dicuntur *K*: vocantur *A* 22 vel a reg. *K* 23 aliis] talibus *K* 27 sub terris] subterius *K* adversus *T* 28 centrum] gentium *ut vid.* T^1

terrae; sed neque hoc ulla historiae cognitione firmatur, sed
134 hoc poetae quasi ratiocinando coniectant. Titanas autem quos-
dam in Graecia ferunt fuisse robustos et excellentes viribus
populos, quos ferunt fabulae ab irata contra deos terra ad eius
135 ultionem creatos. Vnde et Titanes dicti sunt ἀπὸ τῆς τίσεως,
id est ab ultione, quod quasi ulciscendae matris Terrae causa in
deos armati existerent, quos fabulae a Iove bello fuisse supera-
tos atque extinctos fingunt, propter quod e caelo iactis fulminibus
interierunt.

III De regnis militiaeque vocabulis. Regnum a regibus
dictum. Nam sicut reges a regendo vocati, ita regnum a regi-
2 bus. Regnum universae nationes suis quaeque temporibus
habuerunt, ut Assyrii, Medi, Persae, Aegyptii, Graeci, quorum
vices sors temporum ita volutavit ut alterum ab altero solveretur.
Inter omnia autem regna terrarum duo regna ceteris gloriosa
traduntur: Assyriorum primum, deinde Romanorum, ut tem-
3 poribus, et locis inter se ordinata atque distincta. Nam sicut
illud prius et hoc posterius, ita illud in oriente, hoc in occidente
exortum est: denique in illius fine huius initium confestim fuit.
Regna cetera ceterique reges velut adpendices istorum habentur.
4 Reges a regendo vocati. Sicut enim sacerdos a sacrificando,
ita et rex a regendo. Non autem regit, qui non corrigit. Recte
igitur faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Vnde
et apud veteres tale erat proverbium: 'Rex eris, si recte facias:
5 si non facias, non eris.' Regiae virtutes praecipuae duae:
iustitia et pietas. Plus autem in regibus laudatur pietas; nam
6 iustitia per se severa est. Consules appellati a consulendo,
sicut reges a regendo, sicut leges a legendo. Nam cum Romani

1 nulla h. c. firmantur C^1 3 robustas B^1 4 ab] ob *K* (*fort. recte*) ad *om.* C^1 6 ulciscendo *T* 7 extiterent T^1 (*pro* -runt?) 8 e *BC* : de *K* : *om. T* 9 interierint K^1 12 quisque KC^1 13 persi *codd.* 14 temp. volitavit *T* 15 autem *om. K* duo *om. K* 16 *vel* primo ut] aut *T* (*corr.* T^2?) 17 et] ita *Schwarz* dist. sunt *C* sicut et ill. *K* 18 or. et hoc T^2 19 den. ill. *C* confestim *om.* T^1 fuit ut reg. C^1 21 sanctificando *BCT* 24 si recta *T* ficias *B* : facies *A* (*non D*) 25 facies *ABC* (*non D*) 26 plus . . . pietas *om. B* 27 per se vera C^1T 28 sicut . . . regendo *om. K* (*non A*) sicut . . . legendo *om.* T^1

regum superbam dominationem non ferrent, annua imperia
binosque consules sibi fecerunt. Nam fastum regium non
benivolentia consulentis, sed superbia dominantis erat. Hinc
igitur consules appellati, vel a consulendo civibus, vel a regendo
cuncta consilio. Quos tamen ideo mutandos per annos singulos 7
elegerunt, ut nec insolens diu maneret, et moderatior cito succur-
reret. Inde autem duo pares, quia unus rem civilem, alter rem
militarem administrabant. Regnaverunt autem annis quadrin-
gentis sexaginta septem. Proconsules suffecti erant consulibus, 8
et dicti proconsules eo quod vicem consulis fungerentur, sicut
procurator curatori, id est actori. Exconsules autem dicti, quod 9
iam a consulatu exierint, sive discesserint peracto vicis suae
anno. Dictatores quinto anno post reges expulsos Romani sibi 10
creaverunt, dum gener Tarquinii ad iniuriam soceri vindicandam
ingentem adversus Romam collegisset exercitum. Hi quin- 11
quennii temporis imperio utebantur. Plus enim erant honore
quam consules, qui annuas potestates tenebant. Et dicti dicta-
tores, quasi principes et praeceptores. Vnde et magistri populi
nominabantur. Vnde et edicta dicuntur. Caesarum nomen a 12
Iulio coepit, qui bello civili commoto primus Romanorum sin-
gularem optinuit principatum. Caesar autem dictus, quod caeso
mortuae matris utero prolatus eductusque fuerit, vel quia cum
caesarie natus sit. A quo et imperatores sequentes Caesares
dicti, eo quod comati essent. Qui enim execto utero exime-
bantur, Caesones et Caesares appellabantur. Iulius autem dic- 13
tus, quia ab Iulo Aeneae filio originem duxit, ut confirmat
Vergilius (Aen. 1, 288):

Iulius, a magno demissum nomen Iulo.

1 regem *T*: regnum C^1 superbiam *C* ferent C^1 2 sibi *om. K* fastu regio *K*: festum regium *T* 3 boni volentia B^1T consules sed sup. dampnantis C^1 4 a rendo B^1 7 inde] in deo C^1 alte rem T^1: alteram C^1 8 administrabat *BCT* 10 fingerentur *T*: fugerentur C^1 11 curatoris id est actoris *K* 12 exierent C^1: exierunt *K* discesserent C^1: discesserunt *K* 14 ad iuriam C^1 15 Hi *om.* C^1 19 ed.] dicta *T* 20 commotus *K* romanum *TC* 22 vel quod *BT* 24 exacto *codd.* 26 qui BC^1 ab iulio *BKT* dixit C^1 ut] et *T* 28 dimisso B^1 nomine *K* iulio *T*

14 Imperatorum autem nomen apud Romanos eorum tantum prius
fuit apud quos summa rei militaris consisteret, et ideo impera-
tores dicti ab imperando exercitui: sed dum diu duces titulis
imperatoriis fungerentur, senatus censuit ut Augusti Caesaris
hoc tantum nomen esset, eoque is distingueretur a ceteris gen-
tium regibus; quod et sequentes Caesares hactenus usurpaverunt.
15 Solet enim fieri ut primi regis nomen etiam reliqui possideant,
sicut apud Albanos ex Silvii nomine omnes reges Albanorum
Silviii appellati sunt; sicut apud Persas Arsacidae: apud
16 Aegyptios Ptolomei; apud Athenienses Cecropidae. Augustus
ideo apud Romanos nomen imperii est, eo quod olim augerent
rempublicam amplificando. Quod nomen primitus senatus
Octavio Caesari tradidit, ut quia auxerat terras, ipso nomine et
17 titulo consecraretur. Dum autem idem Octavianus iam Caesar
et imperator appellaretur, vel Augustus, postea vero dum ludos
spectaret, et pronuntiatum esset illi a populo ut vocaretur et
Dominus, statim manu vultuque averso indecoras adulationes
repressit et Domini appellationem ut homo declinavit, atque in-
sequenti die omnem populum gravissimo edicto corripuit, Domi-
numque se post haec appellari ne a liberis quidem suis permisit.
Fuit autem filius A[c]tiae, quae nata est de sorore Iulii Caesaris.
18 Reges autem ob hanc causam apud Graecos *βασιλεῖς* vocantur,
quod tamquam bases populum sustinent. Vnde et bases co-
ronas habent. Quanto enim quisque magis praeponitur, tanto
19 amplius pondere laborum gravatur. Tyranni Graece dicun-
tur. Idem Latine et reges. Nam apud veteres inter regem et
tyrannum nulla discretio erat, ut (Virg. Aen. 7, 266):

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

1 Imperatorem *C*[1] autem *om. K* 2 ap. quod *C*[1] res *A* 3 exerc. summa rei militaris sed *K* (*non A*) diu duces] iudices *K* 5 eo quod *KB* 6 quia et *K* 8 luanos (*corr.* al-) exiluii *T*: Alb. exilbi *C*[1] 9 si. et ap. Pers. *K* 12 primus *BT* 13 octaviano (*ex* hoct-) *C* auserat *KT*: auserant *B* 16 expectaret *codd.* (*etiam A*) illi esset *K* (*non A*) praenuntiatum *B* 18 app.] vocationem *K* (*non A*) 19 edicto] dictu *B*: dicto *C* 20 appellari (*ex* -ti) *post* suis *K* (*non A*) praemisit *B*[1] 21 actiae (-ie) *codd.* 23 cor. habent *BCK*: coronabant *T* 24 quisquis *K* 25 prodere *C*[1] 26 inter] enim *K* 28 pacis *om. B*[1] erat *B*

Fortes enim reges tyranni vocabantur. Nam tiro fortis. De
qualibus Dominus loquitur dicens (Proverb. 8, 15): 'Per me
reges regnant et tyranni per me tenent terram.' Iam postea in 20
usum accidit tyrannos vocari pessimos atque inprobos reges,
luxuriosae dominationis cupiditatem et crudelissimam domina-
tionem in populis exercentes. Princeps et dignitatis modo 21
significatur et ordinis, sicut est illud Vergilianum (Aen. 9, 535):

Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,

pro primus. Dictus autem princeps a capiendi significatione,
quod primus capiat, sicut municeps ab eo quod munia capiat.
Dux dictus eo quod sit ductor exercitus. Sed non statim, qui- 22
cumque principes vel duces sunt, etiam reges dici possunt. In
bello autem melius ducem nominari quam regem. Nam hoc
nomen exprimit in proelio ducentem. Vnde et Vergilius (Aen.
10, 370):

Ducis Evandri.

Sallustius (Hist. 4, frag. 7 M.): 'Quo cupidius in ore ducis se
quisque bonum.' Non dixit 'in ore consulis.' Monarchae 23
sunt, qui singularem possident principatum, qualis fuit Alexander
apud Graecos, et Iulius apud Romanos. Hinc et monarchia
dicitur. Μονὰς quippe singularitas Graeco nomine, ἀρχὴ prin-
cipatus est. Tetrarchae sunt quartam partem regni tenentes: 24
nam τέτταρα quattuor sunt; qualis fuit apud Iudaeam Philippus.
Patricii inde vocati sunt, pro eo quod sicut patres filiis, ita pro- 25
videant reipublicae. Praefecti dicti, quod praetoria potestate 26
praesint. Praetores, idem qui et praefecti, quasi praepositores. 27
Praesides vero dicti, qui alicuius loci tutelam praesidialiter 28
tenent. Tribuni vocati, quod militibus sive plebibus iura tri- 29
buunt. Chiliarchae sunt qui mille praesunt, quos nos millenarios 30

2 per me regnant et B^1 3 per metent terr. *C* 5 damnationem B^1 6 exercendis B^1 7 illud *om.* *K* 8 contegit lampadam turnos *K* 9 primos *K* autem *om.* *K* capiendis C^1: capiendo *K* 10 pr. accipiat *C* m. capiunt C^1: muni accipiat *K* 11 non *om.* *K* 12 princeps *KT* 17 sese *BCK* 20 Gr. Iul. *K* 21 monos *codd.* arcia (-ch-) *codd.* 22 est *om.* *K* tenens B^1 23 tetra *codd.* (terra C^1) 24 filios *K* providente *T* 25 Perfecti K^1 26 perfecti *K* 27 quia C^1 28 quot *T* tribuant *C*

31 nuncupamus; et est Graecum nomen. Centuriones dicti, eo
quod centum praesint militibus; sicut quinquagenarii, quia in
capite sunt quinquaginta militum; sicut decani, ab eo quod
32 decem militibus praeferuntur. Miles dictus, quia mille erant
ante in numero uno, vel quia unus est ex mille electus. Romu-
lus autem primus ex populo milites sumpsit et appellavit. Liber
33 vero primus militiae ordinem docuit. Miles aut ordinarius
dicitur, aut extraordinarius. Ordinarius est, qui per ordinem
militat, nec adhuc aliquem consecutus est gradum honoris. Est
enim gregarius, id est humilis militiae. Extraordinarius vero,
34 qui ob virtutem promovetur ex ordine. Emeriti dicuntur veterani
solutique militia, qui iam in usu proelii non sunt, et quia mereri
militare dicitur, ab stipendiis scilicet quae merentur. Idem et
veterani dicuntur, quia iam in usu proelii non sunt, sed post
35 multos militiae labores quietis suffragium consequuntur. Eque-
stres milites dicti quod equo sedeant. Item militat ille in
36 equestri ordine. Tirones dicuntur fortes pueri, qui ad militiam
delegantur atque armis gerendis habiles existunt. Hi enim non
ex sola professione nativitatis, sed aspectu et valitudine corpo-
ris existimantur. Vnde et tirones dicti, quique antequam sacra-
37 mento probati sint, milites non sunt. Romanae autem militiae
mos fuit puberes primos exercere armis. Nam sexto decimo
anno tirones militabant, quo etiam solo sub custodibus agebant,
de quibus Vergilius (Aen. 7, 162):

Et primo flore iuventus.

38 Servos sane numquam militasse constat, nisi servitute deposita,
excepto Hannibalis tempore, cum post Cannense proelium in
tanta necessitate fuissent Romani, ut ne liberandorum quidem

1 et . . . nom. *om.* *K* (*non A*) nom. Gr. *T* 2 ce. praesunt *ABC*: praesunt ce. *K* qui in *K* 3 ab *om.* *K* 4 dicitur *C* 5 antea *B* 7 Mil. autem ord. *K* 12 solitique *T* militiae (-tie) C^1*KT* 13 dicuntur C^1 stip. licet C^1 14 quia . . . sunt *om.* *T* qui *K* iam *corr. ex* quam *B* 16 equos *K*: ego C^1 idem *K* militant C^1 17 quia militiam C^1 18 regendis *K* 19 sed ab asp. *K*: sed ex asp. *BT* 20 quique] qui *C*: quia *Schwarz* 21 pr. sunt B^1*T* sint C^1 22 primos] plurimos *B* exerceri *BC* 23 quo] quod C^1: quos *K* solo *om.* *K* 25 primefores *T* primaevo fl. *Virg.* 26 nisi] si C^1 28 ut nec *K*

servorum daretur facultas. Desertores vocati eo, quod desertis 39
militaribus officiis evagantur. Hi in alios numeros militiae no-
men dare prohibentur, sed si non magni temporis culpam con-
traxerint, caesi numeris suis restituuntur. Sed et qui deserunt
exercitum ad hostes transeuntes et ipsi desertores vocantur.
Conscripti milites dicuntur, quia in tabulis conferuntur ab eo 40
qui eos ducturus est, sicut transcripti vocantur cum de alia in
aliam legionem transeunt; et inde transcripti, quia nomina dant,
ut transcribantur. Obtiones dicti, quod sint electi. Nam 41
optare eligere est, sicut est illud (Virg. Aen. 3, 109):

Optavitque locum regno,

id est elegit. Excubitores dicuntur, pro eo quod excubias sem- 42
per agunt. Sunt enim ex numero militum et in porticibus excu-
bant propter regalem custodiam. Excubiae autem diurnae sunt,
vigiliae nocturnae. Vnde et vigiles. Velites erant apud Ro- 43
manos genus militiae, a volitando vocati. Lecti enim agili-
tate iuvenes cum armis suis post terga equitum consedebant,
et mox cum ad hostes ventum esset, equis desiliebant, et con-
tinuo pedites ipsi, ex alia parte equitibus, per quos advecti
fuerant, dimicantibus, hostem perturbabant. Ab his igitur
velitibus elephanti quondam Hannibalis retro acti, cum regi iam
a suis non possent, fabrili scalpro inter aures adacto necabantur.
Castra sunt ubi miles steterit. Dicta autem castra quasi casta, 44
vel quod illic castraretur libido. Nam numquam his intererat
mulier. Militia autem a militibus dicta; aut a multis, quasi 45
multitia, quasi negotium multorum; aut a mole rerum, quasi
moletia. Legio sex milium armatorum est, ab electo vocata, 46

1 darentur C^1 desertus C^1 2 evacantur *K*: evagabantur *C* 3 nomen mag. *T* 4 traxerint *C* sui C^1 sed qui *T* 7 docturus *T* 8 transeant *B* 11 regnum *KT* 13 aiunt *T* sunt enim ex T^2 *in ras.* 14 diurn. vig. (*om.* sunt) *K* 17 c. a. s. posterga eq. cum armis suis cons. *K* (*non A*) 18 cum] u (*sic*) *A* (*pro* ut ?): *om. K* hostem *Orosii* (4, 18, 10) *codd.* esset] fuisset *BC* 19 per *om.* C^1 20 proturb. *Orosii codd.* 21 velitibus *ex* vel ictibus B^1 cum rege a suis *T* 22 possint *K* negabantur *K* 23 milites *CK* steterunt *K* 24 vel] eo *B* 25 militibus *BK*: milibus C^1T 26 negotio *K* qu. moleatia *B*: qu. moleatica *CK* 27 Leg. ex militum K^1 a delectu *Arev.*

quasi lecti, id est armis electi. Proprie autem Macedonum
47 phalanx, Gallorum caterva, nostra legio dicitur. Legio habet
sexaginta centurias, manipulos triginta, cohortes duodecim, tur-
48 mas ducentas. Centuria est pars exercitus in centenos milites
49 divisa. Vnde et qui his praesunt centuriones dicuntur. Sub-
centuriati vero sunt, non qui in prima, sed qui in secunda cen-
turia sunt, quasi sub prima centuria: tamen structi etiam ipsi
et in speculis positi in bello sunt; ut si prima defecerit, isti,
quos sub se diximus, laborantibus primis subveniunt. Vnde
et ad insidiandum ponitur subcenturiatus, quasi armis dolosis
50 instructus. Manipulus ducentorum est militum. Manipuli
autem dicti sunt milites, sive quia bellum primo manu incipie-
bant, sive quod antequam signa essent, manipulos sibi, id est
fasciculos stipulae vel herbae alicuius pro signis faciebant, a
quo signo manipulares milites cognominati sunt. De quibus
Lucanus (1, 296):

Convocat armatos extemplo ad signa maniplos.

51 Turma triginta equites sunt. Romani enim equites in una tribu
trecenti fuerunt. De singulis enim centuriis decem dabantur
52 et fiebant turma. Cohors quingentos milites habet. Tria sunt
53 militiae genera: sacramentum, evocatio, coniuratio. Sacra-
mentum, in quo post electionem iurat unusquisque miles se non
recedere a militia, nisi post conpleta stipendia, id est, militiae
tempora; et hi sunt qui habent plenam militiam. Nam viginti
54 et quinque annis tenentur. Evocatio, dum ad subitum bellum
non solum miles sed et ceteri evocantur. Vnde etiam consul sole-
bat dicere: 'Qui rempublicam salvam esse vult, me sequatur.'
55 Coniuratio, quae fit in tumultu, quando vicinum urbis pericu-
lum singulos iurare non patitur, sed repente colligitur multitudo

1 au. lingua Mac. $K^{2}C$ 2 Leg. autem hab. *C*: Leg. hoc hab. *K* (*non A*) 4 centones mil. B^{1} 7 qu. supprema cent. *K* stricti *BCT* 9 sub se] subesse *K*: sub secunda C^{1} primus C^{1} subveniant *C* 10 insuandum C^{1} 11 *ante* militum *del.* numerus *K* 12 milites *del. Schwarz* primum *K* accipiebant *K* 13 manibus si. id est fasculos *K* 14 pro signis] pronis *T* 17 vocat *K* exemplo *KT* 18 aequitas C^{1} 19 dabuntur C^{1} 20 fiebat *B*: fiebantur *T* 25 tenetur $C^{1}T$ 26 vocantur *K* 27 salvam *om.* T^{1} 28 orbis C^{1}

et tumultuosa in ira conflatur. Haec et tumultuatio dicitur.
In acie autem istae fere formae sunt: exercitus, classis, nodus, 56
cuneus, alae, cornua, agmen; quae formas et nomina ab ipsis
rebus, de quibus translata sunt, mutuantur. Acies dicta, quod 57
ferro armata sit et acumine gladiorum. Exercitus multitudo ex 58
uno genere, ab exercitatione belli vocata. Cuneus est collecta 59
in unum militum multitudo. Vnde propter quod in unum coit,
ipsa coitio in unum cuneus nominatus est, quasi couneus, eo
quod in unum omnes cogantur. Classes dictae propter divi- 60
sionem exercitus, qui postea manipuli dicti sunt. Vnde et
Vergilius (Aen. 2, 30):

Classibus hic locus, hic acies certare solebant.

Iam postea et classica navium dicta. Nodus proprie est densa 61
peditum multitudo, sicut turma equitum. Nodum autem dic-
tum pro difficultate, quod vix possit resolvi. Alae in exercitu 62
triginta equites esse dicuntur. Alae autem equites ob hoc dicti,
quia tegunt pedites alarum vice. Cornua vocantur extremitas 63
exercitus, quod intorta sit. Agmen dicitur cum exercitus iter 64
facit, ab agendo vocatum, id est eundo. Plautus (Most. 562):
'Quo te agis?' Ipse est enim exercitus ambulans. Nam agmen
dicitur, quod in longitudine directum est, quale solet esse
cum exercitus portis procedit. Quidquid fuerit aliud, abusive
dicitur.

De civibus. De imperiis militiaeque vocabulis ex parte IV
dictum est; deinceps civium nomina summatim subiungimus.
Cives vocati, quod in unum coeuntes vivant, ut vita communis 2

1 tumultuose *Schwarz* 2 In agatiae *A* 3 *ante* cuneus *del.* fumus *ut vid. T* quae forma sed (formas ed C^1) no. AC^1: sed omnia *K* 4 mutantur *AK* 5 et] ad *K* mult. unde propter quod ex *K* (*non A*) (*cf.* § 59) 7 coit et in ip. *A* 8 coitio] collectio *K* (*non A*) in unum *om. K* (*non A*) nom.] nuncupatus *corr.* vocatus *A* coneus *KT* 10 quae *B* 12 lo. est hic *BT* 13 classica] classis *Arev.* 14 eq. tur. *K* (*non A*) 15 propter difficultatem *B* 16 ob] sub *K*: ab *T* 18–21 cum ex. ... dicitur *post* solet esse *K* (*non AD*) 19 vocatur *T* (*non U*) 20 *malim* quo tu agis? (*cf. Class. Rev.* 19, 110) ag. et ipse *B* 21 qu. in long. ... esse *bis scripsit K* (*primum* quia in long., *deinde* quod in long.) 22 portis protis proc. C^1 aliud] tali ut *K* (*non A*) ab. dic. *om. A* 25 deinde *T* subiungemus *C*

3 et ornatior fiat et tutior. Domus unius familiae habitaculum
est, sicut urbs unius populi, sicut orbis domicilium totius
generis humani. Est autem domus genus, familia, sive coniunctio
viri et uxoris. Incipit autem a duobus, et est nomen Graecum.
4 Nam familia est liberi ex liberis legibus suscepti, a femore.
Genus aut a gignendo et progenerando dictum, aut a definitione
certorum prognatorum, ut nationes, quae propriis cognationibus
5 terminatae gentes appellantur. Populus est humanae multitu-
dinis, iuris consensu et concordi communione sociatus. Populus
autem eo distat a plebibus, quod populus universi cives sunt,
connumeratis senioribus civitatis. [Plebs autem reliquum vul-
6 gus sine senioribus civitatis.] Populus ergo tota civitas est;
vulgus vero plebs est. Plebs autem dicta a pluralitate; maior
est enim numerus minorum quam seniorum. Populus vero
† *σουχναμοις* † dicitur, id est † *σιτοασις* †. Vnde et populus dic-
tus est. Graece autem populus λαὸς dicitur, a lapidibus. Vulgus
7 est passim inhabitans multitudo, quasi quisque quo vult. Tri-
bus dicuntur tamquam curiae et congregationes distinctae popu-
lorum, et vocatae tribus ab eo quod in principio Romani trifarie
fuerunt a Romulo dispertiti: in senatoribus, militibus et plebibus.
Quae tamen tribus nunc multiplicatae nomen pristinum retinent.
8 Senatui nomen aetas dedit, quod seniores essent. Alii a sinendo
dictos accipiunt senatores. Ipsi enim agendi facultatem dabant.
9 Senatusconsultus a consulendo et tractando est dictus, quod sic
10 fit ut consuleat et nocere non possit. Patres autem, ut Sallustius
(Cat. 6) dicit, a curae similitudine vocati sunt. Nam sicut

1 fuit C^1 totior C^1 : tuitior *T* 5 nam *om.* *K* : nam *δώματα* greci tecta dicunt *C* liberis B^1 ex liberi *K* suscepta f. *T* 6 aut] autem *B* : *om.* *K* ad gig. C^1 aut difinitione (diff.) C^1K : aut a definitionum *B* : aut a divinatione *T* 7 cęterorum *C* : castrorum *B* propugnatorum C^1 8 terminata *K* 9 consensum et concordis C^1 sociatos C^1 10 universis *K* 11 connumeratus B^1 civitatis *om.* *TC* plebs . . . civ. *hab.* *ABT* : *om.* C^1K 13 vero] ero C^1 15 *σουχναμοις* *B* : *σουαναμο* C^1 : *συχναμοις* *K* : *σουχναμους* (*ex -μος*) *T* ducitur *C* *σιτος ποασις* *B* : cito *σπολσις* *C* : cito aciae *K* : cito cito acie *T* dic. gr. *C* 16 autem] enim *B* 18 pop. unde dicta tribus et voc. trib. *B* 21 quam tantum trib. *K* (*non A*) pristinum *om.* *K* (*non A*) 22 aliasenendo dictus B^1 23 accipiunt *om.* *B* 25 consoleat *K*

patres filios suos, ita illi rempublicam alebant. Patres con- 11
scripti, quia dum Romulus decem curias senatorum elegisset,
nomina eorum praesenti populo in tabulas aureas contulit,
atque inde patres conscripti vocati. Primi ordines senatorum 12
dicuntur inlustres, secundi spectabiles, tertii clarissimi. Iam
inferius quartum aliquod genus non est. Quamvis autem sena-
toria quisque origine esset, usque ad legitimos annos eques
Romanus erat; deinde accipiebat honorem senatoriae dignitatis.
Censores apud veteres Romanos erant. Est enim nomen cen- 13
soris dignitas iudicialis. Censere enim iudicare est. Item
censores sunt patrimoniorum iudices, a censu aeris appellati.
Iudices dicti quasi ius dicentes populo, sive quod iure disceptent. 14
Iure autem disputare est iuste iudicare. Non est autem iudex,
si non est in eo iustitia. Praesides rectores provinciae sunt, 15
dicti quod praesunt. Praetores autem quasi praeceptores 16
civitatis et principes. Idem et quaestores quasi quaesitores, eo
quod quaestionibus praesunt. Consilium enim et causa apud
eos est. Proceres sunt principes civitatis, quasi procedes, quod 17
ante omnes honore praecedant. Vnde et capita trabium, quae
eminent extra parietes, proceres dicuntur, eo quod primo pro-
cedant. Hinc ad primores facta translatio, quod a cetera mul- 18
titudine prominent. Tribuni dicti quod plebi vel iura vel opem
tribuunt. Constituti sunt autem sexto anno post reges exactos.
Dum enim plebs a senatu et consulibus premeretur, tunc ipsa sibi
tribunos quasi proprios iudices et defensores creavit, qui eorum
libertatem tuerentur, et eos adversus iniuriam nobilitatis de-
fenderent. Vnde et defensores dicti, eo quod plebem sibi com-
missam contra insolentiam inproborum defendant. At contra

1 alebant] egebant *T* 2 quia] qui *BK* decem] inter *K* 5 expectabiles *codd.* 6 autem] enim *BK* 11 aeris *om.* *K* 12 qu. iuro disc. *B*: qu. iures disc. *K* 13 autem (*prius*)] enim *B* 14 doctores *corr.* du- *C* 16 id. sunt et *K* 17 quaesitionibus *K* 19 honores *K* procedant *T* capitum tribuum *T* 20 patrietes *T* proces *BKT* proced. primo *K* (*non A*) 21 a] d *ut vid.* *T*: ad *B*[1] 22 prominent *BK*: preminent (prae-) *TC* (*i.e.* praeeminent) plebium iu. *K* vel opem *om.* *T*[1] 24 sen. cons. *K* 25 tribunos] tribuens *K* 26 defendunt *K*: -dent *B*

19 nunc quidam eversores, non defensores existunt. Numerarii
20 vocati sunt, quia publicum nummum aerariis inferunt. Functi,
ab eo quod fungantur officio et honore aliquo dicti. Hinc et
defunctos mortuos dicimus, qui conpleverunt vitae officia ; nihil
21 enim iam faciunt. Municipes sunt in eodem municipio nati,
ab officio munerum dicti, eo quod publica munia accipiunt.
Munia enim officia sunt. Vnde et inmunes dicuntur, qui
22 nullum gerunt officium. Municipales originales cives et in loco
23 officium gerentes. Decuriones dicti, quod sint de ordine curiae.
Officium enim curiae administrant. Vnde non est decurio, qui
24 summam non intulit vel curiam participavit. Curiales autem
idem et decuriones. Et dicti curiales, quia civilia munera pro-
25 curant et exequuntur. Principales, magistrati et duumvirales
curialium officiorum ordines sunt. Principales dicti, quod primi
26 sint magistratibus. Magistrati vero, quod maiores sunt reliquis
27 officiis. Duumvirales * *. Tabellio vocatus eo quod sit por-
titor tabellarum. Idem exceptor, idem et scriba publicus,
28 quia ea tantum, quae gestis publicantur, scribit. Burgarii a
burgis dicti, quia crebra per limites habitacula constituta bur-
gos vulgo vocant. Vnde et Burgundionum gentis nomen in-
haesit, quos quondam subacta Germania Romani per castra
29 disposuerunt, atque ita nomen ex locis sumpserunt. Collegiati
dicuntur, quod ex eorum collegio custodiisque deputentur, qui
facinus aliquod commiserunt. Est enim sordidissimum genus
30 hominum patre incerto progenitum. Privati sunt extranei ab
officiis publicis. Est enim nomen magistratum habenti con-
trarium, et dicti privati quod sint ab officiis curiae absoluti.

1 nunc] cum C^1 aversores *K* (*non A*) Numinarii *K* (*non A*): Nunc aerarii *B* 2 n. aerarii *K*: numerariis C^1 3 fungatur *KT* officii et h. *T*: officium exore (*suprascr.* h) *K* 6 munerum] numeri *K* (*non A*) eo quod *om. K* (*non A*) publicam C^1 mu. enim pu. *K* (*non A*) accipiant *B* acc. mu. en. *om. K*: acc. mu. *om. A* 8 nullis g. officiis *T* locum *BCT* 12 civilia] curialia *Schwarz* 13 exeguntur C^1: exercuntur *K* dumvirales ex *K*: dum civiles *B* 14 ordine *K* 15 maiore *B* sint *K* (*non AU*) 16 Dumvirales *CT*: *om. K* (*non AU*) port.] fortior *K* 17 tabularum *B* sceptor *BKT* et *om. K* 18 qui ea *KT* 20 burgundionorum genti* (-tis K^2) *K* 22 ita *om. K* 26 magistrarum (*corr.* -orum) *B* 27 off. et curis soluti (*delet.*) abs. *K*

Mercennarii sunt qui serviunt accepta mercede. Idem et 31
barones Graeco nomine, quod sint fortes in laboribus. Βαρὺς
enim dicitur gravis, quod est fortis. Cui contrarius est levis, id
est infirmus. Publicani appellantur conductores vectigalium 32
fisci, vel rerum publicarum, sive qui vectigalia publica exigunt,
vel qui per negotia saeculi lucra sectantur. Vnde et cognomi-
nati sunt. Vilicus proprie villae gubernator est. Vnde et a 33
villa vilicus nomen accepit. Interdum autem vilicus non guber-
nationem villae, sed dispensationem universae domus Tullio
interpretante significat, quod est universarum possessionum et
villarum dispensatorem. Actores idem et curatores ab agendo 34
et curando vocati. Procuratores vero, eo quod vice curatoris 35
fungantur, quasi propter curatores, sicut proconsul pro consule.
Coloni sunt cultores advenae, dicti a cultura agri. Sunt enim 36
aliunde venientes atque alienum agrum locatum colentes, ac
debentes condicionem genitali solo propter agri culturam sub
dominio possessoris, pro eo quod his locatus est fundus. Coloni
autem quattuor modis dicuntur. Nam coloni aut Romani sunt,
aut coloni Latini, aut coloni auxiliares, aut coloni ruris privati.
Inquilini vocati quasi incolentes aliena. Non enim habent pro- 37
priam sedem, sed in terra aliena inhabitant. Differt autem 38
inter inquilinum et advenam. Inquilini enim sunt qui emigrant,
et non perpetuo permanent. Advenae autem vel incolae
adventicii perhibentur, sed permanentes ; et inde incolae, quia
iam habitatores sunt, ab incolendo. Indigenae sunt inde geniti, 39
et in eodem loco nati, ubi inhabitant. Incola autem non in- 40
digenam, sed advenam indicat. Peregrini dicti eo quod ignoran- 41

2 grece *T* βαρύς] bare *CK* : bari *T*: baria *B* 3 est co. *K*: cc. (*om.* est) *A* 4 infirmis *T* 5 exeg*unt *K* 6 qui] quia *B* 7 propriae *BC*^{1}*K* villae] linguae *C ante corr.* a *om.* *T*^{1} 9 dispensationum *T* 10 interpretantes *C*^{1} quod un. . . . dispensator est (ē) *B* (*B*^{2} ?) possessionem *C*^{1} 12 eo quo *C*^{1} 13 funguntur *BT* qu. pr. cur. *om.* *K* (*non A*) : qu. pro curatore *Schwarz* si. et consul pro consule *K* (*non A*) 14 Colones *K* enim] autem *T* 15 atque] et quia *B* hanc deventes *C*^{1}: ac defendentes *T* 17 possessorum *K* 18 col. . . . sunt *om.* *K* (*non A*) 19 aut lat. *T* (*non A*) auxiliatores *T* : anxiliares *C*^{1} 20 alienam *C*^{1} 21 Defert *B*^{1} 22 inquili enim *T*^{1} migrant *K* 24 adventii *B*^{1} inde *om.* *K* 26 habitant *K* 27 dicti *om.* *K* (*non A*)

tur eorum parentes, a quibus orti existunt. Sunt enim de
42 longinqua regione. Vrbani vocabantur, qui Romae habitabant.
Qui vero in ceteris locis, oppidani. Nam sola urbs Roma,
43 cetera oppida. Famuli sunt ex propria servorum familia
orti. Servi autem vocabulum inde traxerunt, quod hi, qui
iure belli possint occidi a victoribus, cum servabantur, servi
44 fiebant, a servando scilicet servi appellati. Ancillae a susten-
taculo vocatae. Ἀγκὼν enim Graece cubitus dicitur. Vnde et
45 anconem dicimus. Mancipium est quidquid manu capi sub-
dique potest, ut homo, equus, ovis. Haec enim animalia
statim ut nata sunt, mancipium esse putantur. Nam et ea,
quae in bestiarum numero sunt, tunc videntur mancipium
46 esse, quando capi sive domari coeperint. Ingenui dicti,
quia in genere habent libertatem, non in facto, sicut liberti.
Vnde et eos Graeci εὐγενεῖς vocant, quod sint boni generis.
47 Libertus autem vocatus quasi liberatus. Erat enim prius iugo
servitutis addictus. Libertorum autem filii apud antiquos
libertini appellabantur, quasi de libertis nati. Nunc vero liber-
48 tinus aut a liberto factus, aut possessus. Manumissus dicitur
quasi manu emissus. Apud veteres enim quotiens manu mitte-
bant, alapa percussos circumagebant, et liberos confirmabant;
49 unde et manumissi dicti, eo quod manu mitterentur. Dediticii
primum a deditione sunt nuncupati. Deditio enim dicitur
quando se victi aut vincendi hostes victoribus tradunt: quibus
haec origo nominis fuit. Dum quondam adversus populum
Romanum servi armis sumptis dimicassent, victi se dederunt,
50 conprehensique varia turpitudine affecti sunt. Ex his quidam
postea a dominis manumissi, propter suppliciorum notas, quas

1 exorti sunt *K* 3 urbs (*ex* urb) est Ro. *C* 6 occ. auctoribus *K* cum servantur *C*¹ : conservabantur *BKT* (*non A*) 9 ancone di. *codd.* subdique] aut subdi *CK* 10 ovis *om.* *T* enim] autem *K* 11 nam ea q. *CT* (ea *ex* et) 13 ca. dominari *B*¹ : ca. et domani *K* ceperunt (*corr.* coep-) *C* 14 non *om.* *C*¹ liberi *C*¹ 17 autem *om.* *K* 18 de liberatis *T* 19 an poss. *B*¹ 20 quasi] qui *K* mittebantur *K* 21 al. perc. circ. *om.* *B*¹ 23 deditio] dediticius *K* 24 vincti aut vinciendi *Arev.* 25 quodam *B*¹ : quando *K* 26 sumptis] victis *T* (vi- *ex corr.*) vincti *Arev.* se ded.] sederunt *C*¹ 27 quidem *B* 28 ad hominis *C*¹*T*

manifeste perpessi sunt, ad dignitatem civium Romanorum non
pervenerunt. Latini ante Romam conditam apud Latinos fie- 51
bant, numquam per testamentum, sed per epistolam libertatem
sumentes. Inde quia per testamentum non fiebant, nec ex
testamento aliquid capere, nec suos heredes facere poterant,
cives Romani postea sub consulibus per testamenta in urbe
Romana effecti sunt. Dicti autem cives Romani, quia testa- 52
mento liberi effecti in numerum Romanorum civium rediguntur.
His primum aditus erat in urbe Roma commorari; ceteris
autem libertis prohibebatur ne vel in urbe Romana vel infra
septimum ab urbe miliarium commanerent.

De adfinitatibvs et gradibvs. Heredis nomen inpo- V
suit census aeris. Solvet enim tributum auctoris. In hoc
enimvero vocabulo prima successio est hereditatis et generis,
ut sunt filii et nepotes. Proheres est, qui loco heredis fungitur, 2
quasi pro herede. Est enim aut institutus, aut substitutus.
Pater est, a quo initium nascitur generis. Itaque is pater- 3
familias vocitatur. Pater autem dictus eo quod patratione per-
acta filium procreet. Patratio enim est rei veneriae consum-
matio. Lucretius (4, 1129):

Et bene patra patrum.

Genitores autem a gignendo; et parentes quasi parientes. 4
Idem et creatores. Crementum enim est semen masculi, unde 5
animalium et hominum corpora concipiuntur. Hinc creatores
parentes dicuntur. Mater dicitur, quod exinde efficiatur aliquid. 6
Mater enim quasi materia; nam causa pater est. Pater familias 7
autem dictus, quod omnibus in familia sua positis servis tamquam
pater filiis patria dilectione consulit, servorumque condicionem
a filiorum affectu non discernit, sed quasi unum membrum

2 Lat.] Liberti *K* (*non A*) : Latini liberti *Arev.* 4 unde *K* 5 potuerant *K* 6 Rom. po. ci. *A* 8 redicuntur *K* 9 additis *K* 10 ne vel ur. *K* roma *CT ut vid.* intra *dett.* 11 commanere *K* 13 solvit *K* enim *om.* T^1 14 enimvero *K* : enim B^1CT : enim viri B^2 15 ut sint *C* Proheredis C^1K heredis] heris K^2 (K^1 *n. l.*) 17 itaque patresfam. *T* : inde autem paterfam. *K* (*non A*) 18 dicitur eo T^1 21 parta patrum *Lucr.* 23 cremtum *K* un. et an. et *T* 25 aliquid *om.* T^1 28 consuluit *T* 29 fil. affectio *K*

amplectit. Hinc enim exortum est nomen patri familias. Qui
autem inique dominantur in servis, hoc se nomine nequaquam
8 reputent appellari. Matremfamilias inde vocari, quia per quan-
dam iuris sollemnitatem in familiam transit mariti. Tabulae
enim matrimoniales instrumenta emptionis suae sunt. Alias
sicut matrona est mater primi pueri, id est quasi mater nati, ita
materfamilias illa est quae plures enixa est. Nam familia ex
9 duobus esse incipit. Avus patris pater est, ab aevo dictus, id
est ab antiquitate. Proavus avi pater est, quasi prope avum.
Abavus proavi pater [est], iam longe ab avo. Atavus abavi
10 pater. Tritavus atavi pater, quasi tetravus, id est quartus super
avum. Sed tritavus ultimum cognationis nomen est. Familia
11 enim oritur a patre, terminatur in tritavo. Filius et filia a
familia dicti sunt; ipsi enim primi in ordine nascentium existunt.
Vnde et Cornelia familia stirps ipsa omnis a Cornelio orta.
12 Familia autem a femore. Femore enim genus et stirps osten-
ditur. Nam familia pro servis abusive, non proprie dicitur.
13 Stirps ex longa generis significatione vocatur. Gnatus dictus
quia generatus. Vnde et per G scribitur. Suboles eo quod
14 substitutio sit generis. Quadripertitus est autem ordo filiorum,
ita: unigenitus, primogenitus, medius, novissimus. Primo-
genitus, ante quem nullus. Vnigenitus, post quem nullus.
Medius, inter omnes. Novissimus, post omnes. Idem et
minimus, a monade. Novissimus autem propter quod novus,
15 quia ceteri praecedendo antiquiores existunt. Quattuor etiam
modis filii appellantur: natura, imitatione, adoptione, doctrina.

1 amplectitur *B*: amplectatur *K* enim] autem *B*: *om.* *K* (*non A*) est ex. nom. *K* (*non A*) patrisfamiliae *K* 2 in *om.* *B* 3 se putent C^1: putent BC^2: repetent T^1 4 iuris] auris *K* maritim C^1 tabola en. matrimonialis *K* 5 alia C^1 6 est et ma. *C* 8 esse *om.* *T* pater patris *K* 9 prope savum *T* 10 proavi] atavi *T* est *hab.* *CK*: *om.* *BT* At. ab. pa. *om.* T^1 11 abavi C^1 tertavus T^1: tretavus C^1T^2: tritavus *K* supra atavum *T* 12 triavus *T* ultimus *K* 13 a (*pr.*) *om.* *T* 15 stirpis *codd.* (*etiam A*) ip. st. *A* 16 femur en. *codd.*: *corr. Arev.* et *ex* est *ut vid.* *T*: est et *K*: ex *B* stirpis *codd.* 18 Stirpis *BT* ex *om.* *T* teneris C^1 20 est *et* ordo *om.* T^1 (*non U*): autem (*eras.*) est or. *A* 22 antequam *BT* unig. . . . null. *om.* A^1K postquam B^1T 23 idem] ideo *K* 24 menimu *K* 25 ceteris *T* precidendo *T*

Natura, veluti quum dicuntur filii Abrahae Iudaei. Imitatione,
ut ipsius Abrahae fidem imitantes ex gentibus, dicente Evan-
gelio (Luc. 3, 8): 'Potens est Deus de lapidibus istis suscitare
filios Abrahae'; veluti sicut eosdem Iudaeos Dominus filios
esse dicit diaboli; a quo non nati, sed quem fuerant imitati.
Adoptione quoque, quod humana consuetudine nulli licet ne- 16
scire, vel sicut nos Deo non natura, sed adoptione dicimus:
'Pater noster, qui es in caelis.' Doctrina, sicut Apostolus filios
suos appellat eos quibus Evangelium praedicavit. Filii autem 17
ideo in legibus liberi appellantur, ut isto vocabulo secernantur
a servis; quia sicut servus in potestate est domini, sic filius in
potestate est patris. Inde etiam filio fit emancipatio, ut sit
liber a patre, sicut fit servo manumissio, ut sit liberatus a domino.
Item liberi dicti, quia ex libero sunt matrimonio orti. Nam 18
filii ex libero et ancilla servilis condicionis sunt. Semper enim
qui nascitur deteriorem parentis statum sumit. Naturales autem 19
dicuntur ingenuarum concubinarum filii, quos sola natura genuit,
non honestas coniugii. Idem et pueri a pube. Adoptivus 20
filius est, qui aut patre iusto, aut avo, aut proavo, cuius pote-
state per mancipationem est traditus in alienam potestatem, qui
utriusque fert nomen, ut Fabius Aemilius, vel Scipio Paulinus.
Gemini sunt non duo tantum simul nati, sed etiam plures. De 21
geminis autem uno aborto, alter, qui legitime natus fuerit, Vopi-
scus nominatur. Posthumus vocatur eo quod post humationem 22
patris nascitur, id est post obitum. Iste et defuncti nomen
accepit. Sic enim lex voluit, ut qui de defuncto nascitur, defuncti
nomine appelletur. Nothus dicitur, qui de patre nobili et de matre 23

1 quum *om.* KC^1 dicimus *T* 2 ipsi *T* 3 potens] potest C^1 4 vel uti (ut) . . . imitati *om.* *K* eosdem *om.* A^1 5 esse *om.* A^1: *post* dicit A^2 fuerant] sperant *B* 6 quod] quam *B* nullus *T*: nullius *K* licet *om.* C^1 7 sed sola adopt. *K*: sed optione *C* 11 dom. sui sic B^1 12 fi**manc. K^1 14 dicti *om.* A^1 quia] qui *A ex corr.* (*ex* quia?) nam] libertini A^1K: nam lib. A^2 15 ex li. et *om.* A^1 16 deteriore parente *K* 20 per mancipatione *KT* quia utr. *T* 21 Aem.] eusebius *B*: Aemilianus *Arev.* paulus *C* 22 na. sim. *BC* 23 unum ab. *B*: uno abortu C^1K 25 istet d. C^1 26 de *om.* *C* de def. no. *T*: def. nomen *K* 27 nob. et de patre (*corr.* ma-) ign. *K*: nob. et nobili (*corr.* ign-) matre *B*: nob. et matre ign. *C*

ignobili gignitur, sicut ex concubina. Est autem hoc nomen
24 Graecum et in Latinitate deficit. Huic contrarius spurius, qui
de matre nobili et patre ignobili nascitur. Item spurius patre
incerto, matre vidua genitus, velut tantum spurii filius; quia
muliebrem naturam veteres spurium vocabant; velut ἀπὸ [τοῦ]
25 *σπόρου*, hoc est seminis; non patris nomine. Eosdem et Favonios
appellabant, quia quaedam animalia Favonio spiritu hausto con-
cipere existimantur. Vnde et hi, qui non sunt de legitimo
matrimonio, matrem potius quam patrem sequuntur. Latine
26 autem spurii quasi extra puritatem, id est quasi inmundi. Nepos
est, qui ex filio natus est. Dictus autem nepos quasi natus
post. Primum enim filius nascitur, deinde nepos. Gradus
enim substitutionis est. Hinc et posteritas, quasi postera aetas.
Nepos autem utriusque sexus est. Nam ut neptis dicamus in
27 iure est propter discretionem successionis admissum. Pronepos
est, qui ex nepote conceptus natusque est. Et dictus pronepos,
quasi natus porro post. Ex hoc quoque gradu incipit vocari et
progenies, quasi porro post geniti. Nam filii et nepotes non
28 sunt progenies, quia non est in eis longa posteritas. Sicut au-
tem inferius longe editi progenies dicuntur, ita superius proavi,
atavi qui et progenitores appellantur, quasi porro generantes.
29 Pronepos dictus, quia prope nepotem. Abnepos, quia seiungitur
a nepote. Est enim inter illum et nepotem pronepos. Adnepos
30 abnepotis filius. Trinepos adnepotis filius, quia post nepotem
31 quartus in ordine est, quasi tetranepos. Minores autem non
dicimus, nisi quotiens graduum deficit nomen, ut puta filius,
nepos, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos. Vbi isti gradus

3 ign. et nasc. B^1 idem *K* 4 quia] quam *K* 5 puriom *K* (*pro* *σπόριον*?) velut *om. K* *τοῦ hab. K*: *om. BCT* 6 nomen *T* Eosd. effabonios *T* 7 appellant *K* austu *K* cipere C^1 9 patrem] matrem C^1 latini *B* 10 quasi (*prius*) *om. K* (*non A*) id est] vel *T* 11 qui] quasi *K* est *om. K* 12 pr. enim filium *K* 13 substitioninis *T* 14 in *om. K* 15 amissam B^1 : amissum C^1 16 ex nep. natus est *T* 17 quoque] que *A* : *om. K* 18 quasi . . . gen. *om.* C^1 20 inferi B^1 edit C^1 dic. prog. *B* 21 et avi q. *K* : atavique *dett.* 22 dictos C^1 quasi *B* sei. ad nepotem C^1 23 atnepos *K* 24 adneptis C^1 : abneptis *T* 25 qu. tretanepos C^1 26 gradum *K* : gradu *T* 27 atnepus *K* : *om. C* trinepotis *T*

defecerint, merito iam dicimus minores, sicut et maiores dicimus,
post patris, avi, proavi, abavi, atavi, tritavique vocabulum.

De agnatis et cognatis. Agnati dicti eo, quod acce- VI
dant pro natis, dum desunt filii. Qui ideo prius in gente agno-
scuntur, quia veniunt per virilis sexus personas, veluti frater
eodem patre natus, vel fratris filius neposve ex eo; item patruus.
Cognati dicti, quia sunt et ipsi propinquitate cognationis 2
coniuncti. Qui inde post agnatos habentur, quia per feminini
sexus personas veniunt, nec sunt agnati, sed alias naturali iure
cognati. Proximus, propter proximitatem sanguinis appellatus. 3
Consanguinei vocati, eo quod ex uno sanguine, id est ex uno 4
patris semine sati sunt. Nam semen viri spuma est sanguinis
ad instar aquae in scopulos conlisae, quae spumam candidam
facit, vel sicut vinum nigrum, quod in calice agitatum spumam
albentem reddit. Fratres dicti, eo quod sint ex eodem fructu, 5
id est ex eodem semine nati. Germani vero de eadem genetrice 6
manantes; non, ut multi dicunt, de eodem germine, qui tan-
tum fratres vocantur. Ergo fratres ex eodem fructu, germani
ex eadem genetrice manantes. Vterini vocati, quod sint ex 7
diversis patribus, et uno utero editi. Nam uterus tantum mu-
lieris est. Quattuor autem modis in Scripturis divinis fratres 8
dici: natura, gente, cognatione, affectu. Natura, ut Esau et
Iacob, Andreas et Petrus, Iacobus et Iohannes. Gente, ut
omnes Iudaei fratres inter se vocantur in Deuteronomio (15,
12): 'Si autem emeris fratrem tuum, qui est Hebraeus.' Et
Apostolus (Rom. 9, 3): 'Optabam,' inquit, 'ego Anathema
esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secun-
dum carnem, qui sunt Israhelitae.' Porro cognatione fratres 9

2 patres *B* abavi *om. K* 3 accidant *B* 5 virili s. *BT*: virilem sexum *K* 6 ve *Gaius Inst.* 1, 156: vel *codd.* it. patrus *T* 8 habetur *K* femini *C*[1]*T* 11 ex (*alt.*) *om. BC* 12 patri *C*[1] sati *K*: nati *BCT* sunt *om. B* 13 speculos consolis aequae *C*[1] 16 semine *om. C* veri *T* 18 fr. eodem fructus (*corr.* -tu) *C* 20 et] ut *C*[1] nam *om. K* (*non A*) 22 dici *T*: dicti *A* (fr. d. in scr. div.) *BU*: dicuntur *CK* cognitione *C*[1] 23 Iac. et Ioh. *om. BK* (*non AU*) 24 fratres *om. B*[1] 25 tuum *om. T* et paulus Apost. *K*: paulus et (*expunct.*) Apost. *C* (*non A*) 26 inquit ego *om. K* (*non AU*) 27 a Christo usque carnem *A*: a Chr. p. f. m. (*om.* qui . . . car.) *K* 28 cognatio *B*[1]

vocantur, qui sunt de una familia, id est patria; quas Latini
paternitates interpretantur, cum ex una radice multa generis
turba diffunditur. Et in Genesi dixit Abraham ad Loth (13,
8): 'Non sit rixa inter me et te et inter pastores tuos et pas-
tores meos, quia omnes fratres nos sumus.' Et certe Loth non
10 erat frater Abrahae, sed filius fratris eius Aram. Quarto modo
affectu fratres dici, qui in duo scinduntur: spiritale et commune.
Spiritale, quo omnes Christiani fratres vocamur, ut (Psalm. 133,
1): 'Ecce quam bonum, et quam iucundum habitare fratres in
unum.' In commune, cum et omnes homines ex uno patre
nati pari inter nos germanitate coniungimur, Scriptura loquente
(Isai. 66, 5): 'Dicite his qui oderunt vos: Fratres nostri vos
11 estis.' Germana ita intellegitur ut germanus, eadem genetrice
12 manans. Soror autem, ut frater. Nam soror est ex eodem
semine dicta, quod sola cum fratribus in sorte agnationis ha-
13 beatur. Fratres patrueles dicti, eo quod patres eorum germani
14 fratres inter se fuerunt. Consobrini vero vocati, qui aut ex
sorore et fratre, aut ex duabus sororibus sunt nati, quasi con-
15 sororini. Fratrueles autem materterae filii sunt. Sobrini
16 consobrinorum filii. Tius Graecum est. Patruus frater patris
est, quasi pater alius. Vnde et moriente patre pupillum prior
17 patruus suscipit, et quasi filium lege tuetur. Avunculus est
matris frater, cuius nomen formam diminutivi habere videtur,
18 quia ab avo venire monstratur. Amita est soror patris quasi
alia mater. Matertera est soror matris, quasi mater altera.
19 Socer est, qui filiam dedit. Gener est, qui filiam duxit. Gener

1 vocabitur C^1 fam. una *B* pareria C^1 latine *T* 2 una rad. multa radice mu. ge. C^1 3 turba *om.* B^1 4 te et int. meos et tuos quia *K* (*non A*): te et int. p. meos et p. tuos *B*: te et int. p. tu. et inter p. m. *C* 5 omnes *om.* *K* (*non A*) 7 dici (*ex* diciti *K*) *BCK*: dicti *AT* duos *B*: duoos C^1 scinditur *K* (*non A*) 9 hab . . . un.] et cetera *K* (*non A*) 10 omnes *om.* *K* 11 pari] patri *CT*: *om.* *K* coniungimus *T* 13 ita] igitur *T* 15 quod] quae *B* agnitionis C^1 habetur B^1 16 Fratres *BT*: Fratrum filii *CK* 17 quia aut C^1T: quia *B* ex sor.] exorare C^1 18 et fr.] aut ex fr. *T* consoroni *B*: consubrini *T*: consabrini C^1 19 exobrini KC^1 20 gr. nomen est *C* 21 mor.] discedente *B* 22 suscepit B^1K est *om.* *A* 23 fr. ma. *KC* (mat) (*non A*) hab. vid.] habetur K^1 (*non A*) 25 alt. ma. *AB*: alia ma. *K* 26 est *om.* *K* (*non A*) de.] duxit *B* est *om.* *K* (*non A*)

autem dictus, quod adsciscatur ad augendum genus. Socer
autem et socrus, quod generum vel nurum sibi adsocient.
Vitricus [est], qui uxorem ex alio viro filium aut filiam habentem 20
duxit. Et dictus vitricus quasi novitricus, quod a matre super-
ducatur novus. Privignus est qui ex alio patre natus est; et 21
privignus dici putatur quasi privigenus, quia prius genitus.
Vnde et vulgo antenatus. Vocabula a gente haec videntur de- 22
clinata: genitor, genetrix, agnati, agnatae, cognati, cognatae,
progenitores, progenetrices, germani, germanae. ITEM DE 23
PRAEDICTIS AFFINITATIBVS. Auctor mei generis mihi pater est,
ego illi filius aut filia. Patris mei pater mihi avus est, ego illi
nepos, aut neptis. Patris mei avus mihi proavus est, ego
illi pronepos, aut proneptis. Patris mei proavus mihi abavus
est, ego illi abnepos, aut abneptis. Patris mei abavus mihi
atavus est, ego illi adnepos, aut adneptis. Patris mei atavus
mihi tritavus est, ego illi trinepos, aut trineptis. DE PATRVIS. 24
Patris mei frater mihi patruus est, ego illi fratris filius, aut filia.
Patrui mei pater mihi pater magnus est, ego illi filii, aut filiae
fratris filius, aut filia. Patrui mei avus mihi propatruus est, ego
illi filii, aut filiae aut nepos, aut neptis. Patrui mei proavus
mihi adpatruus est, ego illi nepotis, aut neptis filius, aut filia.
DE AMITIS. Patris mei soror mihi amita est, ego illi fratris filius, 25
aut filia. Amitae meae mater mihi amita magna est, ego illi
filiae fratris filius, aut filia. Amitae meae avia mihi proamita
est, ego illi nepotis aut neptis filius, aut filia. Amitae meae
proavia mihi abamita est, ego illi nepotis, aut neptis filius, aut
filia. DE AVVNCVLIS. Matris meae frater mihi avunculus est, 26
ego illi sororis filius, aut filia. Avunculi mei pater mihi avun-
culus magnus est, ego illi filii sororis filius, aut filia. Avunculi

1 adisciscatur *T* socerum socr. *K*¹ 2 adsociant *B*: adsociat *T*: adsociabit (*corr.* -vit) *C* 3 est *hab. BCU*: *om. AKT* ex *om. K*¹ 4 novitricius *T* 5 et *om. K*¹: ut *C*¹ 6 dictus put. *C* quia] quasi *KT*: vel quasi *Arev.* 7 andenatus *B*: antea natus *C* a gente *om. K* (*non A*) §§ 23–29 *Varias lectiones codicum plerumque commemorare nolui. Stemma I hab. A² (imperfect.) C (imperfect.) T Stemma II hab. CKU Stemmata II et I (hoc ordine) hab. BD Stemmata I, II, III hab. G*

mei avus mihi proavunculus est, ego illi filii nepos, aut neptis. Avunculi mei proavus mihi abavunculus est, ego illi neptis filius,
27 aut filia. De materteris. Matris meae soror mihi matertera est, ego illi sororis filius, aut filia. Materterae meae soror mihi matertera magna est, ego illi sororis nepos, aut neptis. Aviae meae soror mihi abmatertera est, ego illi pronepos sororis, aut pronepotis. Proaviae meae soror mihi promatertera est, ego illi neptis filius, aut filia.

Stemmata dicuntur ramusculi, quos advocati faciunt in genere, 28
cum gradus cognationum partiuntur, ut puta ille filius, ille pater, ille avus, ille agnatus, et ceteri, quorum figurae haec:

STEMMA I



§ 28 St. . . . fig. haec *om. D* 1 quos] quod *C* 2 patiuntur *KT* utpote *C*: puta (*om.* ut) *TU* pat. avus ille agnatus et cognatus et cet. *T* 3 cetera *CK* fig. haec esse debent *CK*: figura est *T*

STEMMA II

						tritavi pater et mater 7	tritaviae pater et mater 7						
					tripatruus triamita 7	tritavus 6	tritavia 6	triavunculus, trimatertera 7					
				adpatrui, adamitae filii 7	adpatruus, adamita 6	atavus 5	atavia 5	adavunculus, admatertera 6	adavunculi, admaterterae filii 7				
			abpatrui, abamitae nepotes 7	abpatrui, abamitae filii 6	abpatruus, abamita 5	abavus 4	abavia 4	abavunculus, abmatertera 5	abavunculi, abmaterterae filii 6	abavunculi, abmaterterae nepotes 7			
		propatrui, proamitae pronepotes 7	propatrui, proamitae nepotes 6	propatrui, proamitae filii 5	propatruus, proamita 4	proavus 3	proavia 3	proavunculus, promatertera 4	proavunculi, promaterterae filii 5	proavunculi, promaterterae nepotes 6	proavunculi, promaterterae pronepotes 7		
	propatruelium, proamitinorum pronepotes 7	propatruelium, proamitinorum nepotes 6	propatruelium, proamitinorum filii 5	propatruelis, proamitinus 4	patruus magnus, amita magna 3	avus 2	avia 2	avunculus magnus, matertera magna 3	propior sobrinus, propior sobrina 4	prop. sobrini, prop. sobrinae filii 5	prop. sobrini, prop. sobrinae nepotes 6	prop sobrini, prop sobrinae pronepotes 7	
patruelis amitini abnepotes 7	patruelis amitini pronepotes 6	patruelis amitini nepotes 5	patruelis amitini filii 4	frater, soror patruelis amitini 3	patruus, amita 2	pater	mater	avunculus, matertera 2	consobrinus, consobrina 3	consobrini, consobrinae filii 4	consobrini, consobrinae nepotes 5	consobrini, consobrinae pronepotes 6	consobrini, consororis abnepotes 7
						Ipse							
						1 filius	1 filia						
						2 nepos	2 neptis						
						3 pronepos	3 proneptis						
						4 abnepos	4 abneptis						
						5 adnepos	5 adneptis						
						6 trinepotis filii	6 trineptis filiae						
						7 trinepotis nepos	7 trinepotis neptis						

Haec consanguinitas dum se paulatim propaginum ordinibus 29
dirimens usque ad ultimum gradum subtraxerit, et propinquitas esse desierit, eam rursus lex matrimonii vinculo repetit, et quodam modo revocat fugientem. Ideo autem usque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex aetatibus mundi generatio et hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminaretur.

STEMMA III



§ 29 Haec cons. . . . termin. *ante* § 23 *CK* 3 vincolum *C*[1]*K* (*non A*) repetet *B*[1]*TU* (*non A*) quodammodo] quemadmodum *C* 5 sicut *om. K*

VII De conivgiis. Vir sexum significat, non coniugium, nisi
2 adieceris vir eius. Maritus vero etiam sine adiectione coniugem
sonat; et a mare maritus, quasi mas. Est enim nomen primae
positionis, quod facit in diminutione masculus, in derivatione
3 maritus. Sponsus ab spondendo vocatus. Nam ante usum
tabellarum matrimonii cautiones sibi invicem emittebant, in
quibus spondebant se invicem consentire in iura matrimonii,
4 et fideiussores dabant. Vnde admissum est ut sponsum dicamus virum, ab spondendo, et sponsam similiter. Ceterum pro-
prie spondere velle est. Ergo sponsus non quia promittitur,
5 sed quia spondet et sponsores dat. Arrabo dicta, quasi arra
bona. Quod enim datur pro coniugio, bene datur, quia coniugium bonum est. Quod vero causa fornicationis aut adulterii,
6 malum est, idcirco arrabo non est. Dicta autem arra a re, pro
qua traditur. Est autem arra non solum sponsio coniugalis,
sed etiam pro qualibet promissa re, ut aut reddatur aut con-
7 pleatur. Proci nuptiarum petitores, a procando et petendo
8 dicti. Pronuba dicta, eo quod nubentibus praeest, quaeque
nubentem viro coniungit. Ipsa est et paranympha. Nam
nympha sponsa in nuptiis; et nympha pro lavationis officio, quod
9 et ad nomen nubentis adluditur. Coniuges appellati propter
iugum, quod inponitur matrimonio coniungendis. Iugo enim
nubentes subici solent, propter futuram concordiam, ne separentur. Coniuges autem verius appellantur a prima desponsationis fide, quamvis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus; sicut Maria Ioseph coniux vocatur, inter quos nec

2 coniugium *K* 3 a marte *T* 4 quod] quae B^1 masc. et in der. *B* : *om. T* 5 spondo *BK* 6 tabellarius *K* cautionem *K* emitabant *T* (*pro* im-?) 7 in] iu T^1 ius T^2 8 et fide et iussores *T* 10 sponderi puellae est *Serv. ad Aen.* 10, 79 promittit *K* 11 dat sua voluntate *C* (*non AU*) qu. ar. bo. *om. K* (*non A*) quia si C^1 12 enim] est *K* (*non A*) 14 ar. arra bono non *K* (*non A*) : arra bon *T* (*non U*) Di. est au. *B* 16 etiam et pro *AC* re prom. *K* : prom. (*om.* re) *CT* (*vid. infra*) ut aut redd. aut co. *ACK* : data ut co. *B* : reddant aut co. *T* 17 Proti nuptarum B^1 a *om.* C^1 procando *ut vid.* T^1 (*cf.* X. 214) : precando (praec-) CKT^2 : pretando B^1 19 virum *K* est] et *T ante corr.* 20 quod] quia *B* 21 ad *om.* C^1 coniungentes C^1 25 quaevis C^1 : quodvis *B* int. eos adh. *T* : adh. (*om.* int. eos) C^1

fuerat nec futura erat carnis ulla commixtio. Nuptae dictae, 10
quod vultus suos velent. Translatum nomen a nubibus, quibus
tegitur caelum. Vnde et nuptiae dicuntur, quod ibi primum
nubentium capita velantur. Obnubere enim cooperire est.
Cuius contraria innuba, hoc est innupta, quae adhuc vultum 11
suum non velat. Vxores vocatae, quasi unxiores. Moris enim 12
erat antiquitus ut nubentes puellae simul venirent ad limen
mariti, et postes, antequam ingrederentur, ornarent laneis vittis
et oleo unguerent. Et inde uxores dictae, quasi unxiores:
quae ideo vetabantur limina calcare, quod illic ianuae et coeant
et separentur. Matrona est quae iam nupsit, et dicta matrona, 13
quasi mater nati, vel quia iam mater fieri potest, unde et
matrimonium dictum. Distinguitur autem inter matronam et
matrem, et matrem et matremfamilias. Nam matronae, quia
iam in matrimonium convenerunt: matres, quia genuerunt:
matresfamilias, quia per quandam iuris sollemnitatem in familiam
mariti transierunt. Monogamus dictus, quia uni tantum nupsit. 14
Μόνον enim apud Graecos unum dicitur, γάμος nuptiae inter-
pretantur. Digamus autem et trigamus a numero uxorum vo- 15
catus, quasi duabus, vel tribus maritus. Vidua vocata, quod 16
cum viro duo non fuerit, nec circa consortium alterius viri post
mortem coniugis primi adhaeserit. Nam quae alteri post mor-
tem prioris viri nupserint, viduae non dicuntur. Item vidua

1 erat] est C^1 ulla] illa *T* dicuntur *B* di. eo quod *K* 2 translatus *T* 3 nuptae (-te) *KT* 4 velentur *K* 5 Cui *K* innubiba C^1 6 velet *T ante corr.* qu. uxiores *T ante corr.*: qu. unxores *Servius ad Aen.* 4, 458 8 potes *T ante corr.* ornarentur *B* 9 et] e *K* 10 utebantur *T* limen *K* illae *B* 12 vel *om. K* iam *om. K* 14 et matrem *om.* BC^1K nam *om. K* (*non A*) 15 iam *om. BK* (*non A*) matrimonio *K* ma. qu. gen. *om. K* (*non A*) 16 in familia matri *K* (*non A*) 17 unius *BCT* 18 ap. Gr. *om.* B^1 γάμος n. i. *om. K* (*non A*) 19 Dicamus et *A*: Bigammus au. vel *K* uxorem C^1 vocatur C^1K: vocantus (*sic*) *A* 20 qu. . . . mar. *om. K* (*non A*) maritis B^1 21 duo non fu. T^2 *ut vid.*: duo fu. $ABCKT^1$ fuerit T^1 *ut vid.*: -int $ABCKT^2$ *ut vid.* quae autem nec ci. *K* (*non A*) vi. quae post *K* (*non A*) 22 coni. . . . mortem *om. K* (*non A*) adh.] deserit T^2 (T^1 *n. l.*) 23 nupserit *T* it. viduae vocatae *K* (*non A*)

dicta, quod sola sit, nec circa consortium viri coniugalia iura
17 custodiat. Fratris uxor fratrissa vocatur. Mariti frater levir
dicitur. Duorum inter se fratrum uxores ianetrices vocantur,
quasi eandem ianuam terentes, vel per eandem ianuam iter ha-
18 bentes. Viri soror galos appellatur. Sororis vir speciale nomen
19 non habet, nec uxoris frater. Matrimonium est nubilium
20 iusta conventio et condicio. Coniugium est legitimarum per-
sonarum inter se coeundi et copulandi nuptiae: coniugium
dictum quia coniuncti sunt, vel a iugo quo in nuptiis copu-
21 lantur, ne resolvi aut separari possint. Conubium autem non
a nupta, sed a nubendo formatum. Dicitur autem conubium,
cum aequales in nuptias coeunt, ut puta cives Romani, pari
utique dignitate. Conubium autem non est, cum civis Romanus
cum Latina iungitur. Quotiens autem conubium non est, filii
22 patrem non sequuntur. Hymenaeus dicitur a quodam Hy-
menaeo, qui primus prospere usus est nuptiis, vel ἀπὸ τοῦ ὑμένος,
23 quae membrana virginitatis est claustrum. Contubernium est
ad tempus coeundi conventio; unde et tabernaculum, quod
24 modo huc, modo illuc praefigitur. Repudium est quod sub
25 testimonio testium vel praesenti vel absenti mittitur. Divortium
est quotienscumque dissoluto matrimonio alter eorum alteras
nuptias sequitur. Divortium autem dictum a flexu viarum, hoc
26 est, viae in diversa tendentes. Frivolum est cum eo animo
separantur, ut rursum ad se invicem revertantur. Nam frivolus
est velut quassae mentis et fluxae, nec stabilis. Proprie autem
27 frivola vocantur fictilia vasa inutilia. Tribus autem ob causis

1 solae sint *K* (*non A*) circa] ira *K* (*non A*) 2 custodiant *K* levis *B*[1] 3 ianitrices *K* 5 glos *codd.* app.] dicitur *C* 6 non *om. T* nobilium *CKT* 7 iuxta *T* int. se pers. *B* 8 dic. coniug. *T* 9 vel] ve *K* quod *C*[1] : *om. T* in *om. BU* 10 aut] et *T* 11 ad nubendo *B* *post* di. au. co. *seq.* formam dim. *etc.* (VI. 17) *in A* (*non in D*) 12 in *om. T* par utique *an* paratique *inc. T* 13 non *om. T*[1] 17 quem me. *B*[1] 18 coeunde *T* 20 vel abs. *om. K* (*non D*) 21 quotiens diss. *T* 22 autem *om. DK* variarum *B*[1] hoc . . . tend. *om. K* (*non D*) id est *B* 23 vias *codd.* (*et Isid.*?) diversos *ut vid. T*[1] (*non D*) 24 sepa-rentur *T* fribulum *K* 25 ve. quasi se mentis *T* mentes *BK* et fl. *K* : effluxae *C*[1] : et effl. *BT* stabiles *BK* 26 ob *B*[1]*TU* : *om. C* : e *K* : ab *dett.*

ducitur uxor: prima est causa prolis, de qua legitur in Genesi
(1, 28): 'Et benedixit eos,' dicens: 'Crescite et multipli-
camini': secunda causa adiutorii, de qua ibi in Genesi dicitur
(2, 18): 'Non est bonum esse hominem solum; faciamus ei
adiutorium simile': tertia causa incontinentiae, unde dicit
Apostolus, ut (1 Cor. 7, 9): 'Qui se non continet, nubat.' In **28**
eligendo marito quattuor spectari solent: virtus, genus, pulchri-
tudo, sapientia. Ex his sapientia potentior est ad amoris
affectum. Refert haec quattuor Vergilius de Aenea, quod his
Dido inpulsa est in amorem eius (Aen. 4, 11–14):

Pulchritudine:

Quam sese ore ferens!

Virtute:

Quam forti pectore et armis!

Oratione:

Heu quibus ille
iactatus fatis, quae bella exhausta canebat!

Genere:

Credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum.

Item in eligenda uxore quattuor res inpellunt hominem ad **29**
amorem: pulchritudo, genus, divitiae, mores. Melius tamen si
in ea mores quam pulchritudo quaeratur. Nunc autem illae
quaeruntur, quas aut divitiae aut forma, non quas probitas
morum commendat. Ideo autem feminae sub viri potestate **30**
consistunt, quia levitate animi plerumque decipiuntur. Vnde
et aequum erat eas viri auctoritate reprimi. Proinde et veteres
voluerunt feminas innuptas, quamvis perfectae aetatis essent,
propter ipsam animi levitatem in tutela consistere.

1 dicitur C^1KT 3 sec. est cau. *K* (*non D*) dicitur *om. K* (*non D*) 4 fac. . . . sim. *om. K* 5 adiutorem *D* sim. sui *B* causa *om. K* (*non D*) incontinentia *C* 6 Ap.] paulus *K* (*non D*) 7 expectari *codd.* 8 ex his . . . Pulc. *om. D* est pot. *K* 9 effectum *T* ref. autem h. *K* 12 quem *dett.* (*non D*) o. referens *K* 14 qua se forte *B* 16 eu *BDT*: e C^1K 17 iactus T^1 factis C^1 18 gen. ut cre. *D* 19 una C^1 20 uxore *om. K* 22 quaeritur *K* (*non D*) autem *om. KM* (*non D*) 23 querentur *K* (*non M*): que feruntur *T* 24 conmendet *C* § 30 *om. M* 25 animi] enim T^1 27 volunt *T*

LIBER X

DE VOCABVLIS

1 Origo quorundam nominum, id est unde veniant, non pene omnibus patet. Proinde quaedam noscendi gratia huic operi interiecimus.

De qvibvsdam vocabvlis hominvm. Licet origo nominum, unde veniant, a philosophis eam teneat rationem, ut per denominationem homo ab humanitate, sapiens a sapientia nominetur, quia prius sapientia, deinde sapiens; tamen claret alia specialis in origine quorundam nominum causa, sicut homo ab humo, unde proprie homo est appellatus. Ex quibus exempli gratia quaedam in hoc opere posuimus.

A

2 Aeros, vir fortis et sapiens. Auctor ab augendo dictus.
Auctorem autem feminino genere dici non posse. Nam quae-
dam sunt quae in feminino flecti non possunt, ut cursor. Actor,
3 ab agendo. Alumnus ab alendo vocatus, licet et qui alit et qui
alitur alumnus dici potest; id est et qui nutrit et qui nutritur;
4 sed melius tamen qui nutritur. Amicus, per derivationem,
5 quasi animi custos. Dictus autem proprie: amator turpitu-
dinis, quia amore torquetur libidinis: amicus ab hamo, id est,
a catena caritatis; unde et hami quod teneant. Amabilis
autem, quod sit amore dignus. Amasius, eo quod sit pronus
6 ad amorem. Astutus ab astu vocatus, quod est callidi et cauti

1 Or. . . . interiec. *om.* MC^1 2 nascendi *B* huic] huius *K* 5 veniat *BCK* philophilis *B* teneant *C* per den. *om.* T^1 6 homo] hominum *K* (*non A*) 7 quia] quam *A* claret] de re *A* 8 hominum *T* 10 gratia] causa *B* 12 Aeros . . . sap. *om.* T^1 (*non A*) sap. et for. T^2 13 autem *om.* *C* 14 Act. ab ag.] Auctor ab augendo T^1 (*non W*): *om.* $AIKT^2U$ *ut vid.* *V* 15 et qui alit *om.* *K* (*non A*) 16 di. al. pot. *A* 17 tam. mel. *B* nutritur BT^1: nutrit *CIK* 18 animi *ABC*: amicitiae (-ti-, -ie) *IKTW* autem *om. A* amator . . . lib. *om.* KC^1A (*non I*) 19 hamo] amore T^2 20 a *om. A* un. et ami qu. *AKV*: un. et adimi qu. C^1: un. etiam qu. *T*: un. et amicos *U*: inde etiam hii qu. *W*: inde et ami qu. *BI* teneat *B* 21 Amasiu s . . . ad am. *om.* *AKUV* (*non W*) 22 vocatur *AC* (*non IUW*) cati *K* (*non AUVW*)

nominis, qui possit sine periculo fortiter aliquid facere. Argu-
tus, quia argumentum cito invenit in loquendo. Acer, in unam-
quamque formam vegetus ac nimius. Alacer, a velocitate et
cursu, quasi diceret aliger. Armiger, quod arma gerat. Alacris,
laetus : alacer, gestiens et [nullius] rei novitate turbatus. Agilis,
ab agendo aliquid celeriter, sicut docilis. Aemulus, eiusdem 7
rei studiosus, quasi imitator et amabilis. Alias inimicus inveni-
tur. Aequus est secundum naturam iustus dictus, ab aequitate,
hoc est ab eo quod sit aequalis ; unde et aequitas appellata, ab
aequalitate quadam scilicet. Aequaevus, ab eo quod sit alteri
aequalis aevo, id est coaetaneus. Adrogans, eo quod multum
rogetur, et ille fastidiosus sit. Audax proprie pro adrogante
ponitur. Animosus, quod sit animis et viribus plenus. Ani-
matus, quasi animo auctus, quasi animo firmatus. Aelatus, pro 8
eo quod se ipsum super mensuram suam elevet, dum magnus
sibi videtur de his quae agit. Adtollens, quod se elevet et
erigat. Ambitiosus, quod honores ambiat. Avidus dictus ab 9
avendo ; avere enim cupere est. Hinc et avarus. Nam quid
est avarum esse? progredi ultra quam sufficit. Avarus ex eo
dictus, quod sit avidus auri, et numquam opibus expleatur, et
quantum plus habuerit tantum plus cupiat, Flacci super hoc
concordante sententia, qui ait (Epp. 1, 2, 56) :

Semper avarus eget.

Et Sallustius (Cat. 11, 3) : 'quod neque avaritia e copia, neque
inopia minuatur.' Amarus a sapore translatum nomen habet. 10
Est enim insuavis, nec novit quemquam ad consortium suum
aliqua invitare dulcedine. Adulter, violator maritalis pudoris,
eo quod alterius torum polluat. Anceps, huc et illuc fluctuans 11

1 fortiter *om.* *U* (*non VW*) aliquid *om.* T^1*W* (*non UV*) 2 qui arg. *A* (*non W*) 3 for. viget Iscanius alacer (*corr.* Al-) *A* 4 aliger] aliter *T* Arm. . . . ger. *om.* *T* (*non AW*) 5 alarcter C^1 : alacriter *BIK* nullius *om.* *T* (*non I*) 8 aequitate] aequalitate *dett.* 10 Aequaevus . . . coaet. *om.* *K* Aequus *A* 11 id est] idem *A* 12 rogatur *A* : roget *B* 13 animis] nimis T^1 virtutibus *K* 14 firmatur C^1 15 eo *om.* *C* supra *B* suam *om.* *K* (*non A*) 16 vid. et de C^1 er. et el. *B* adlevet *K* (*non A*) 20 auri] avari *T* 21 quanto amplius *A* tanto *AC* 22 concordantes C^1 24 quod] quam *B* *vel* avaritiae co. : avaritie co. *T* 27 dulc. *om.* *A*

ac dubius istud an illud capiat, et in qua parte declinet anxius.
Atrox, quod sit tetris moribus. Abstemius, a temeto, id est
vino, quasi abstinens a vino. [Adfinis.] Ablactatus, quod
12 sit a lacte ablatus. Aeger, quod agatur infirmitate vel tristitia
ad tempus. Aegrotus, quod sit aeger frequentius, sicut iratus
et iracundus. Aerumnosus a rumine dictus, quod per inopiam
13 miser factus esuriat et sitiat. Auspex, eo quod avium auspicia
intendat, sicut auceps quod aves capiat. Astrosus ab astro
14 dictus, quasi malo sidere natus. Aenormis, eo quod normam
et mensuram excedat. Abactor est fur iumentorum et peco-
15 rum, quem vulgo abigeium vocant, ab abigendo scilicet. Atra-
tus et albatus : ille a veste nigra, iste ab alba. Advena, eo
quod aliunde adveniat. Alienigena, quod alieni generis sit,
et non eius ubi est. [Item] Alienigena, qui ex alia gente
16 genitus est, et non ex ea ubi est. Accola, eo quod adveniens
terram colat. Agricola, a colendo agro, sicut silvicola. Ad-
17 secula, eo quod sequatur aliquem lucri causa. Assiduus dice-
batur apud antiquos qui assibus ad aerarium expensum con-
ferendis erat, et in negotiis quoque publicis frequens; unde et
18 per S, non per D scribendus est. Adparitor nominatus, quod
appareat et videatur et praesto sit ad obsequium. Adtentus,
19 ut aliquid audiens teneat. Adtonitus, veluti furore quodam
instinctus atque stupefactus; dictus autem adtonitus a toni-
truum strepitu, quasi tonitru obstupefactus et vicino fulgori

1 an illat C^1 capit *K* : cupit *B* declinat *K* anxius *om. K* : *nov. lemma ACTW* 2 a temoto *B* : antemeto *K* 3 Adf. *hab.* C^1T : *om. BIK* quod] quia *C* 4 sit] est T^1 ablactatus C^1 Ager C^1 5 quia sit *B* 6 iracundi *B* a rumen eo dic. *A* 7 Aruspex (*ex* Al-) *A* 8 quod (*alt.*)] quo *T* Astrosius *T* 9 male *T* 10 excedit *B* (*non A*) Abauctor C^1 11 ambigeum *T*: abieiunium *A* : abiiec*** *B* : abilegium *C* : abiiecium *ut vid. K* Atram iste albatus T^2 (T^1 *n. l.*, Atromus ?) : Atramus et alb. BC^1I : Atraus et abatus *A* : Atruus et alb. *K* 12 veste] verne C^1 13 Alien. . . . est *om.* C^1 al. gen. T^1 : alienae gentis *B* : alienae regionis KT^2ID (*sed* aliene *ex* aliege) 14 item BIT^2 : iter C^1 : *om.* AKT^1 15 Accola . . . colat *om. AK* (*non U*) 16 Agr. . . . silv. *post* obsequium (§ 18) *T* sivicula *A* 18 assibus] assiduus T^2 ad aestrium exp. *A* : ad aerarii expensam *recc.* conpendies (*corr.* -dis) erat *A* 20 scribendum *B* (*non A*) quod app. *om. A* 21 praestus sit *A* 22 audiat *K* (*non A*) 23 tonitrum str. *T*: tonitruo str. *B* 24 tonitru obst. *AK* : tronitruo obst. *B* : tonitruo obst. *C* : tonitru abst. *T* et] aut *K* (*non A*)

aut tactu proximus. Adlectus, quod sit palam electus. Abactus, 20
quod sit ab actu remotus. Abortivus, eo quod non oriatur,
sed aboriatur et excidat. Adoptivus, quia est optatus palam
in filium. Ambo, ab eo quod est ἄμφω, nomen de Graeco 21
Latinum factum, littera tertia demutata. Alius [e multis dici-
tur]. Alter [vero e duobus]. Aequimanus appellatur utraque
manu gladium tenens.

B

Beatus dictus quasi bene auctus, scilicet ab habendo quod 22
vellet et nihil patiendo quod nollet. Ille autem vere beatus
est qui et habet omnia quae vult bona, et nihil vult male. Ex
his enim duobus beatus homo efficitur. Bonus a venustate 23
corporis creditur dictus: postea et ad animum translatum nomen.
Eum autem dicimus bonum cui non praevalet malum : eumque
optimum qui peccat minimum. Benignus est vir sponte ad 24
benefaciendum paratus et dulcis adloquio. Non autem multum
distat benignus a bono, quia et ipse ad benefaciendum videtur
expositus. Sed in eo differt quia potest bonus esse et tristior,
et bene quidem facere et praestare quod poscitur, non tamen
suavis esse novit consortio; benignus autem sua cunctos novit
invitare dulcedine. Beneficus a benefaciendo alteri dictus; unde 25
et beneficientia vocatur, quae proximo prode est. Benivolus, 26
quia bene vult. Non tamen dicimus benevolus, sicut nec male-
volus. Saepe enim ex duabus partibus conpositum nomen aut
priorem aut sequentem litteram corrumpit. Nam benevolentia
absurdum sonat. Blandus, dulcis et invitans ad familiaritatem 27

1 aut] a *B* prIximus C^1 2 actu] aucto *A* Abort. . . . fil. *om.* C^1 3 ab. excedat *A* quia] eo quod *B* (*non Reg.*) est ortatus in *K*: est exortatus in T^2 (T^1 *n. l.*) (*non AD Reg.*) 4 nomen e gr. (*corr.* nomine gr.) *A* 5 in lat. *ABG Rem.* fac. est *A* (*non G*) Alius . . . duobus *hab. CTU Mon.*: *om. K*: Alius alter (*cett. om.*) *ABDG¹I Reg. Rem.* e (*prius*)] de *ut vid.* T^1: et *ut vid.* U^1 6 du. vocatur *CT²U Rem.* Aequimanus . . . tenens *om. T* app. qui utraque manum (*corr.* -nu) gladium incunctanter utitur *C* (*non Reg. Rem.*) 10 vellet *AB²C¹IT*: velit *B¹C²*: vellit *K* et ni. . . . no. *om. K* nollet *ABI*: nolet *TC¹*: nolit C^2 11 qui et] et qui *C* vult (*alt.*) *om. T* 12 vestate B^1 : nustate C^1 13 ad *om. T* 18 quia] quod *B* tristitior C^1 20 novit esse *K*: est nobit *A* 21 ad benefaciendum *B* 22 benefacientia *T* 23 dic. benovolus C^1

28 sui. Brutus, quasi obrutus, quia sensu caret. Est enim sine ratione,
sine prudentia. Vnde et ille Iunius Brutus ex sorore Tarquinii
Superbi genitus, cum eundem casum timeret quem frater inci-
derat, qui ob divitias et prudentiam ab avunculo fuerat occisus,
utilem temporis stultitiam simulavit. Vnde etiam Brutus est
29 cognominatus, dum vocaretur Iunius. [Burrus.] Balbus a
balando potius quam loquendo dictus. Verba enim non ex-
30 plicat. Inde et blaesus, quia verba frangit. Bucco, garrulus,
quod ceteros oris loquacitate, non sensu exsuperet. Biliosus,
31 quod sit semper tristis, ab humore nigro qui bilis vocatur. Ba-
burrus, stultus, ineptus. Biothanatus, quod sit bis mortuus.
Θάνατος enim Graeco sermone mors dicitur.

C

32 Clarus, a caelo, quod splendeat. Vnde et clara dies pro
splendore caeli. Celsus a caelo dictus, quod sit sublimis et
33 altus, quasi caelestis. Castus primum a castratione nuncupatus:
postea placuit veteribus etiam eos sic nominari qui perpetuam
34 libidinis abstinentiam pollicebantur. Caeles dictus, quia iter
sibi facit ad caelum. Caelebs, conubii expers, qualia sunt nu-
mina in caelo, quae absque coniugiis sunt. Et caelebs dictus
quasi caelo beatus. Caelicola, eo quod caelum colat; est enim
35 angelus. Continens non solum in castitate dicitur, sed et in
cibo et potu, in ira quoque et vexatione mentis et detrahendi
libidine. Et continens, quod se a multis malis abstineat.
36 Clemens, misericors, ab eo quod cluat, id est protegat et tuea-
37 tur, sicut solet patronus clientem. Concors a coniunctione
cordis est appellatus. Nam sicut consors dicitur qui sortem

3 timerent *B* 4 ab. *om. T* 6 voca*** T^1 Burrus *C*: Burrus rubus (*pro* rufus) et niger *T*: *om. BIK Reg.* a balbando B^1: ab aldo *A* 8 inde et *om. K* (*non A*) 9 quod] quia *B* uris B^1: orsi *K* sexu *K* exuperit *K* 10 Bobarrus *K*: Boburrus *M* 11 Bothanatus *K* quod sit *B*: quid sit *T*: quod est *CIK* 14 pro] propter *C* 16 pri. a cast. primum *B* 19 Caelebs . . . beatus *post* angelus *T* qualia] quia C^1 nomina *codd.* 20 qui *B* coniugii *KT* (*non I*) cebs *B* 22 dicitur *om. C* 23 po. et ira *T* 24 libidinem KC^1 quia se *B* abstineant *K* 26 Consors a coniugatione *T* (*non I*)

iungit, ita ille concors dicitur qui corde iungitur. Contionator. 38
Consolator, adlocutor. Et inde dictus consolator, quod soli se
adplicat cui loquitur, et solitudinem levat adloquio suo. Hinc
et solacium. Consultus est qui consulitur; cui contrarius est 39
inconsultus, qui non accipit consilium. Constans dictus quod 40
undique stat, nec in aliquam partem declinari potest. Confidens, quod sit in cunctis fiducia plenus. Vnde et Caecilius (246):

Si confidentiam adhibes, confide omnia.

Cautus a cavendo dictus. Callidus, fraudulentus, quia celare 41
novit, et male peritus. Callidum autem veteres non pro astuto
tantum, sed etiam pro astute docto ponebant. Hunc et versutum, ab eo quod animum cito vertat. Cupidus a capiendo mul- 42
tum, id est accipiendo, vocatus. Clamosus, quasi calamosus, a
calamo; scilicet quod sonet. Calumniator, falsi criminis accusator; a calvendo, id est frustrando et decipiendo, dictus. Calcu- 43
lator, a calculis, id est lapillis minutis, quos antiqui in manu
tenentes numeros conponebant. Conpilator, qui aliena dicta 44
suis praemiscet, sicut solent pigmentarii in pila diversa mixta contundere. Hoc scelere quondam accusabatur Mantuanus ille vates, cum quosdam versus Homeri transferens suis permiscuisset et conpilator veterum ab aemulis diceretur. Ille respondit: 'Magnarum esse virium clavam Herculi extorquere de manu.'
Contumax, ab eo quod contemnat. Chromaticus, quia non con- 45
funditur nec colorem mutat. Graece enim χρῶμα color vocatur.
Contumeliosus, quia velox est et tumet verbis iniuriae. Conten- 46

1 corde iun.] cor iungit *T*: sorte iungitur *B* (*non AI*) Cont. *om.* B^1*K* (*non AI*) : Cont. multitudinis adlocutor *C*T^2 (*non U*) 2 Cons. unius (-nus) adl. *C*T^2 (*non U*) 3 cui] qui *BIT* adloquia *K* 4 consolatur *B* est *om. C* 5 inconsolutus *K* quia *K* non *om.* T^1 dic. est qu. *C* quod] qui *B* 7 cicilius *codd.* (civilius *A*: cilicius *M*) 9 si *om. MT* (*non ADIU*) adhibes (adi-) *ABCD*: adhibens (adi-) *KM*: habes (ab-) *ITU* 10 a caute eundo T^2 quia] qui *B* 12 astuda et docto *K* et *om. T* 13 ab *om. C* cap.] cupendo *K* 14 Cl. qu. clamosus T^1 15 quod] quia *B* § 43 *om. K* (*non A*) 17 quas *B*: quod *T* 19 permiscet et sicut *B* solet pigmenta *K* 21 homeris suis (*om.* transf.) *K* permiscuis sed ut conp. C^1 23 clavem *B* 24 quia] quod *B* 25 greci . . . vocant *K* 26 quia] quod *B* tum. in ver. *K*

tiosus ab intentione vocatus, qui non ratione aliquid, sed sola
47 pertinacia vindicat. Contemptibilis, vel quia contemptui habilis,
48 vel quia contemptus et vilis, id est sine honore. Crudelis, hoc
est crudus, quem Graeci ὠμὸν appellant per translationem, quasi
49 non coctus nec esui habilis. Est enim asper et durus. Carni-
fex, quod carnem afficiat. Cruciarius, eo quod sit cruce dignus.
Collega a conligatione societatis et amicitiae conplexu dictus.
50 Coaetaneus, quasi conpar aetatis. Conplex, quia uno peccato
vel crimine alteri est adplicatus ad malum; ad bonum vero
51 numquam dicimus conplicem. Consors, eo quod ad eum pars
pertinet bonorum. Nam sortem veteres pro parte ponebant.
Consors ergo, quod sit communis sorte, sicut dissors dissimilis
52 sorte. Celer appellatus a celeritate, quia quod usus exigit velo-
cius facit. Confinalis, ab eo quod sit genere vel loco adfinis.
53 Colonus a colonia vel ab agro colendo dictus. Cognitor a cog-
noscendo causam dictus.

Curator, quod curam ferat pueris, qui adhuc eius aetatis sunt
ut negotia sua satis administrare non possint. Clientes prius
54 colientes dicebantur, a colendis patronis. [Captus.] Captivus
dicitur quasi capite deminutus; ingenuitatis enim fortuna ab
eo excidit, unde et ab iuris peritis capite deminutus dicitur.
55 Colomis a columna vocatus, eo quod erectus et firmissimus sit.
56 Comtus a coma dictus, quod sit formosus capillis, vel quia
57 comam nutrit. Calamistratus, a calamistro, id est aco ferreo in
calami similitudine facto, in quo crines obtorquentur, ut crispi

1 qui] quia *T* 2 Cont. id est A^1: Cont. qui contemnet vilis id est A^2: Cont. vel quia contemtui abilis id est C^1: Cont. vel quia contemtus et vilis id est *K* cont. hab.] contemnet viavilis *B*: contemtus avilus *D* 3 onere *K* hoc] id *B* 5 erui abilis C^1: est biabilis *B* 6 quod] quia *B* efficiat *Arev.* (*ex Don. ad Hec.* 441) 8 Conplexus *K* quia] quod *B* 9 ad bonum *om. T* 10 eum *om. A* 11 pertineret C^1 12 consors ergo . . . diss. sorte *post* facit (§ 52) *ABCDIK* discors B^1: discor *T* 13 sortis *T* quia] qua *T* quod] quam B^1 14 Conf. eo *B* 18 Clien. . . . patro. *om.* B^1 colientes prius *C* 19 Captus *hab.* *A* (*in fine* § 53) *CI*: *om.* B^1KT 20 dictus *AB* fort. enim *BCI*: enim *om. T* ab eo *om. T* 21 ab] ad *KT* peritus *BT* 22 colomna C^1K fortissimus *B* §§ 56–57 *post* § 58 *T* 23 capillus *T* 24 a quo fer. C^1 25 fecto *T*: facta *B*

sint: quem in cinere calefacere solent qui capillos crispant, ut
calamistrati sint. Corpulentus, quod sit corpore validus et lentis 58
carnibus. Crassus, a sagina corporis, a creando carnes. Comesor, a comedendo satis. Est enim gulae ac ventri inmoderate
deditus. Caupo, pessimus de vino aquam faciens. Candidus 59
[bonus, candens].

Canus dictus a candido; et candidus quasi candor datus. Studio enim accedit candor. Nam album vocari natura est.
Crispus. Clodus. Curvus. Caecus appellatus, quod careat 60
visum. Est enim luminibus amissis. Caecus est qui utroque
oculo non videt. Caducus a cadendo dictus. Idem lunaticus 61
eo quod [certo lunae tempore patiatur]. Confusus a confessione sceleris appellatus. Inde et confusio. Convulsus dicitur, 62
cui sua vi aliqua adimuntur. Vnde et convulsa navis, cui eminentia vi tempestatis adimuntur, ut Vergilius (Aen. 1, 383):

Vix septem convulsae undis,

quasi mutilatae. Consumptus, totus sumptus et devoratus. 63
Conciliatrix ob societatem flagitiosae consensionis dicta, eo quod intercurrat alienumque nundinet corpus. Hanc etiam et
lenonem vocant. Circumforanus, qui advocationum causa cir- 64
cum fora et conventus vagatur. Collegiatus. Carpentarius.

D

Dominus per derivationem dictus, quod domui praesit. Diser- 65
tus, doctus, a disserendo dictus: disposite enim disserit. Doctus,
a dicendo. Inde et dictor. Docilis, non quod sit doctus, sed quia 66

1 quem] quam *codd.* (*et in marg. scriba saec.* ix[1] *adscripsit* stram Varro fingit *in K. Cf. Charis.* 1, 80, 12) in crine *C* quia cap. *ut vid. T ante corr.* 3 Crassus . . . carn. *om. T* 5 facit *K* (*non A*) Candidus *om. K* (*non A*) 6 bonus, candens *hab. T*: *om. ABCIK* 8 accedet *T*: accidit *B* 9 Crispus *om. T*: Crispus, Clodus, Curvus *om. K* caret *T* 10 visum *A* (-su *BCT*): lumen *K* est (*alt.*) *om. C* 11 idem] id est *K* 12 eo quod . . . pat. *hab. CT*: *om. K*: certo . . . pat. *om. BI* confessione *BCI*: confusione *KT* 14 sua vi] suave *K*: sua *C* cui] cuius *B* 15 ut] unde *B* 17 multi late *K* 18 flagiosae *C* 19 quod *om. T* alienum et nund. *B* 20 leonem *BC*[1] 21 circumforat *B* vocatur *BK*: vagatus *C* Coll. Carp. *om. K* (*non A*) 23 domui *om. C*[1] 25 dicendo *etiam AI* inde et dictor do. *CKTI* (Do. *nov. lemm.*): dictus inde et dicitur do. *A*: dictus inde et dictor do. *B*: inde et doctor do. *Arev.*

doceri potest: est enim ingeniosus et ad discendum aptus. Disci-
67 pulus a disciplina dictus: disciplina autem a discendo vocata.
Dispensator vocatur, cui creditur administratio pecuniarum. Et
ideo dispensator quia prius qui dabant pecuniam non numera-
68 bant eam, sed adpendebant. Dives ab aere vocatus. Decorus,
perfectus, a decem. [Dulcis.] Decens, conpositus, a numero
69 decem dictus. Hinc et decorus et decibilis. Directus, eo quod
in rectum vadit. Dilectus a diligentia. Haec sunt enim signa
70 diligendi. Delibutus, de oleo unctus, ut athletae solent, vel
in cereumate pueri. Hinc et (Ter. Phorm. 856) 'delibutum
gaudio,' id est perfusum vel plenum. Delicatus, quod sit deliciis
71 pastus, vivens in epulis et nitore corporis. Defessus, semper
infirmus, quasi diu fessus. Debilis, quod per bilem factus sit
fragilis. Bilis enim humor est afficiens corpus. Decolor, quod
72 desit illi color. Desperatus vulgo vocatur malus ac perditus
nec iam ullius prosperae spei. Dicitur autem per similitudinem
aegrorum qui affecti et sine spe deponuntur. Consuetudo
autem erat apud veteres ut desperati ante ianuas suas conloca-
rentur, vel ut extremum spiritum redderent terrae, vel ut possent
a transeuntibus forte curari, qui aliquando simili laboraverant
73 morbo. Degener, aut ignobilis, aut quod sit inpari genere, aut
74 si dum sit genere optimo natus, inhoneste tamen vivit. De-
crepitus, quod morti propior quasi ad mortis tenebras vertat,
sicut crepusculum tempus noctis. Alii dicunt decrepitum non
qui senectute avulsus est, sed qui iam crepare desierit, id est
75 loqui cessaverit. Depretiatus, ab eo quod sit vilis nec aliquo
pretio dignus. Dirus, praeparcus et teter, quasi divina ira in
id actus. Nam dirum dicitur quod divina infertur ira. Alias

1 possit *B* est *om.* *T* dicendum *K* 2 discipla au. *T* 3 vocatus *K* 4 quia] pecuniarum *T* adnumerabant *B* 5 ab aere] habere T^{1} : ab habere *dett.* 6 Dulcis *om.* *BT* : *hab.* *CIK* 8 in *om.* *K* sig. dil. Diligens C^{1} 10 certamate *A* : certamine *dett.* : ceromate *Arev.* 12 epula *T* Defensus C^{1} 16 illius *K* *an* dic. au. depositus per? 18 ut disperanti *A* : ut dum disperati *K* 19 spiritum] usum *AK* 20 laboraverunt *CK* 22 opt. gen. *C* 23 quia *B* mortis propior *K* : mortis proprior $B^{1}C^{1}T$ *fort. recte* vertit *K* 25 qui (*alt.*)] si *C* id est . . . cess. *om.* *T*

dirus, magnus. Dehiscens, valde hiscens. Hic enim 'de' au- 76
gentis est, ut (Ter. Heaut. 825): 'deamo te, Syre.' Despiciens,
eo quod deorsum aspiciat vel contemptui habeat. Dolosus, in-
sidiosus vel malignus, ab eo quod deludat. Vt enim decipiat,
occultam malitiam blandis sermonibus ornat. Dubius, incertus; 77
quasi duarum viarum. Delator dictus eo quod detegit quod
latebat. Dilator, quia differt ad proferendum. Desidiosus,
tardus, piger, a desidendo vocatus, id est valde sedendo. Idem
et resides a residendo. 'De' enim hic augentis est. Delerus, 78
mente defectus per aetatem, ἀπὸ τοῦ ληρεῖν, vel quod a recto
ordine et quasi a lira aberret. Lira est enim arationis genus,
cum agricolae facta semente dirigunt sulcos, in quos omnis
seges decurrit. Demens, idem qui amens; id est sine mente, 79
vel quod diminutionem habeat mentis. Desipiens, eo quod
minus sapere incipit quam quod solebat. Damnatus et dam- 80
nabilis: quorum prior iam addictus est, sequens potest addici.
Degulator, quod gulae sit deditus.

E

Eloquens, profusus eloquio. Exertus, in loquendo expe- 81
ditus. Exerere enim proferre vel expedire est. Eruditus, quia
non rudis, sed iam doctus. Expertus, multum peritus. 'Ex' 82
enim hic pro valde ponitur. Expers vero, qui est extra peritiam
et intellectum. Exornatus, valde ornatus. 'Ex' enim pro
valde ponitur, sicut excelsus, quasi valde celsus, et eximius,
quasi valde eminens. Efficax dictus, quia nullam difficultatem 83
habet in qualibet re facienda. Hinc et efficiens a faciendo

1 Discens *K* (*non A*): Desciens T^2 scens C^1: sciens B^1KT: saepe *A* 2 ut] *om. TBI*: est *D* de. desire T^1: de amore desidere BC^1DI (*non A*) 3 asp.] aspiciens *B* 4 eludat *B*: *om. K* 5 malitiam *T* **nat T^1: sonat T^2 qu. inc. *T* 6 deteget *BKT* 7 quia] quod *BC* profundum C^1 9 resides *T*: residens *BCIK* 10 aetates *B* ληρεῖν] leran *T*: leram *BCK* quod] quia *B* 11 est *om. B* aratione *K*: orationis C^1 12 facto *B* quos omnisulco seges *T*: quo sulco omnes seges *K* 13 idem qui a. *A*: idemque a. *BCKT* 14 habet *T*: abet et C^1 16 est *om. C* potest] iam *B* adici *K* 19 fusus *K* 20 quia] quasi *C*: tamquam T^2 21 sed etiam C^1 22 hic *om. T* quia est *an* qui aest *inc. T* 23 ex . . . pon. *om. K* (*non A*) 24 qu. val. cel. *om. C* et *om. K* 25 difficultam *B* 26 hinc *om. B*

dictus. Exspes, quod sit sine spe. Expers, quia extra partem;
84 caruit enim partem. Exsors, quia extra sortem est. Exul,
quia extra solum suum est; quasi trans solum missus, aut extra
solum vagus. Nam exulare dicuntur, qui extra solum eunt.
85 Extorris, quia extra terram suam est; quasi exterris. Sed pro-
prie extorris, cum vi expulsus et cum terrore solo patrio eiectus;
86 et extorris, ex terra sua pulsus. Extorris, extra terram, aut
87 extra terminos suos, quia exterretur. Exterminator, non ille
qui vulgo dicitur ἀφανισθῆναι, sed qui deicit et expellit a ter-
minis civitatis. Exterminatus, ab eo quod sit extra terminos
suos eiectus. [Sic et] Externus, eo quod sit alienae terrae.
88 Egens et egenus, sine gente et sine genere indigentes. [Egenus.]
Exiguus, multum egens. 'Ex' enim pro valde ponitur. Exilis,
89 tenuis, quod possit quamvis per angustum exire. Exesus, quia
percomesus; est enim aridus, tenuis, exilis. Exhaustus, quia
consumptus est et inanis effectus. Exsanguis, quod sit extra san-
90 guinem. Exanimis est mortuus. Exanimis autem et exanimus
dicimus, sicut unanimus et unanimis, inermus et inermis, et hoc
91 nostro arbitrio subiacet. Exustus dicitur de quo nihil superest;
quasi valde ustus. 'Ex' enim pro valde ponitur. Exosus ab
odio dictus. Nam antiqui et odi dicebant et osus sum. Hinc
est exosus, quo utimur, licet iam osus non dicimus. Exitiosus,
eo quod multis exitio sit. Executor, ab exequendo. Idem et
92 exactor. Effractor, quod sit expugnator claustrorum. Effe-
ratus, mente ferina effectus et ultra humanum modum excedens.
Effrenatus, ab eo quod sit praeceps et pronus et sine freno
93 rationis. Eunuchus Graecum nomen est, quod est spado.

1 Expers *B* sit] est *T* 2 quia] qui *B* 4 exul redicuntur *K* 6 pario C^1 7 *an* et exterris? ex terra] exera C^1 8 quia] quae *K* 11 sic et *hab. BCIU* : *om. KT* 12 et genus C^1 sine (*prius*)] extra *K* indigens *C* : eneas (*ut vid.*, *pro* egenus) ind. *A* : indige** lectionem T^1 Egenus *hab. CIT* (*de A cf. supra*) : *om. BK* : Eg. inops T^2 13 egenus *B* : gerens C^1 14 exire sive sine iliis *C* quia] quasi *B* 15 ten. et ex. *TC* (-liis C^1) quia] qui *T* 18 inermus et *om. K* (*non A*) 21 nam ant. *om. K* (*non A*) odi cebant B^1 et ossus sum *A* : eos usus *K* 22 lic. osus quo utimur licet *T* dicamus *BTCI* Exostiosus *T* 23 et *om. KC* 24 Effrac. eo quod *B*

Horum quidam coeunt, sed tamen virtus in semine nulla est.
Liquorem enim habent et emittunt, sed ad gignendum inanem
atque invalidum. Effeta ab eo, quod sit frequenti fetu exhausta. **94**
Partus enim eam adsiduus debilem reddit.

F

Facundus dictus, quia facile fari possit. Facetus, qui iocos **95**
et lusus gestis et factis conmendat, a faciendo dictus. Frugalis
a fruge nominatus, id est a fructu vel parsimonia, sive, ut alii
volunt, a modestia et temperantia. Fenerator, qui pecuniam **96**
deponit apud debitorem, quasi fenoris actor : nam fenus pecunia
est. Fenerator autem Latine dicitur et qui dat mutuum et qui
accipit. Flamines, pontifices idolorum. Felix dicitur qui felici- **97**
tatem dat, felix, qui accipit : et felix, per quem datur felicitas,
ut felix tempus, felix locus. Fidelis, pro eo quod fit ab eo id **98**
quod dicit vel promittit bonum. Facilis, a faciendo, nec tardus.
Firmus, unde et formosus. Fortis, quia fert adversa vel quae-
cumque acciderint : sive a ferro, quod sit durus nec molliatur.
Formosus a forma dictus. Formum enim veteres calidum et **99**
fervens dixerunt. Fervor enim sanguinem movet, [et] sanguis
pulchritudinem. Foedus nomen habet ab hirco et haedo, **100**
F littera addita. Hunc veteres in gravi significatione ponebant,
ut (Virg. Aen. 2, 502):

Sanguine foedantem quos ipse sacraverat ignes.

Fragilis dictus eo quod facile frangi potest. Fessus, quasi fissus, **101**
nec iam integer salute : est autem generale. Dicimus enim
fessus animo, ut (Virg. Aen. 8, 232):

Ter fessus valle resedit;

et fessus corpore, quod magis est proprium; et fessus rerum a

2 mittunt *KC* 3 Effecta KC^1 4 partis *K* 6 Fecundus *ut vid. K* qu. ex fac. C^1 qui] quia *T* 8 est fruc. *C* 9 modesti et t. *K* : modestiae t. *BCI* 10 auctor *B* 12 Flam. pont. idol. *om. KUV* (*non AI*) 14 ut] et *T* fit pro eo quod dat vel *B* id] in *T* 16 firmosus C^1 § 99 *ante* Firmus (§ 98) *T* 18 formo *Arev.* formam *KT* 19 et *hab.* $BCIT^2$ *ut vid.* : *om.* KT^1 *ut vid.* 20 Foedus . . . ignes *om.* T^1 et ab h. *BCI* 24 qu. a facile C^1 27 ter] inter *B* 28 et fessus] effessus *T* quod] quia *B* et fessus] efesus C^1

102 casu venientium. Fatigatus, quasi fatis agitatus. Formidolosus
a formo, id est sanguine, dictus, cum se a cute vel a prae-
cordia fugiens contrahit sanguis. Nam timor sanguinem gelat,
qui coactus gignit formidinem, unde est illud (Virg. Aen. 3,
30):

Gelidusque coit formidine sanguis.

Formidolosus autem cum sit timidus, et timendum significat.
103 Fatuus ideo existimatur dictus, quia neque quod fatur ipse,
neque quod alii dicunt intellegit. Fatuos origine duci quidam
putant a miratoribus Fatuae, Fauni uxoris fatidicae, eosque
primum fatuos appellatos, quod praeter modum obstupefacti
104 sunt vaticiniis illius usque ad amentiam. Fautor, ab eo quod
faveat et consentiat. Fictor appellatus a fingendo et conpo-
nendo aliquid, sicut capillos mulierum lenit et pertractat, unguit
105 et nitidat. Fallax, quod fando, id est loquendo, decipiat. Fer-
vidus, iracundus. Ira enim inflammat. Frendens, quod mi-
nando frangat dentes et conprimat. Fremens. Ferox, ab eo
106 quod feritatem exerceat, ut bestia. Fur a furvo dictus est, id
est a fusco. Nam noctis utitur tempore. Factiosus, inter op-
probria, cum seditiosum accipi volumus: cum vero gratiosum
107 ac potentem et quasi magnae factionis. Facinorosus a facti
commisso nominatus: facit enim quod alteri noceat. [Femel-
larius, feminis deditus, quem antiqui mulierarium appellabant].
Flagitiosus, eo quod frequentius flagitet atque adpetat libi-
108 dinem. Furcifer dicebatur olim qui ob levi delicto cogebatur
ad hominis ignominiam, magis quam supplicii causa, furcam
circa viam ferre, praedicans peccatum suum, et monere ceteros

1 factis ag. *K*: satis ag. *T* 2 dictus *om. C* 6 genitusque *K* 9 originem *codd.* dici *K*: ducere *dett.* 10 Fauni] fatu uni *T* fatidici *K* 11 primo *K* favos *B* quod] qui *B* 14 capilli *codd.* lenit *om.* T^1 15 fando *T*: faciendo *BIK*: fauciendo C^1 17 Fremens *om. K*: Fremens prestrepens (*sic*) irascens *T* (pre. ir. T^2?) ab *om. B* 18 est (*prius*) *om. K* 19 u*titur T^1 20 viro gratioso *K* 21 ac *om. C* *an* est quasi? 22 nocet *AB* Femell. . . . appell. *hab. CT*: *om. ABIKU* *Eadem in marg. add. man. rec. in T* (*ad* § 96) *V* (*ad* § 101) 23 dedictus C^1 24 Flagiosus *K* (*non A*) 25 levi *om.* C^1: leve (*et* delictum) *dett.* 26 ab omnii gnominiam *K*: ad omnis ignominiae *C* magis *om.* B^1 27 morere *K*

ne qui simile peccarent. Futilis, vanus, superfluus, loquax. 109
Et est metaphora a vasis fictilibus, quae cassa et rimosa non
tenent quae inieceris. Fornicarius. Fornicatrix est cuius cor- 110
pus publicum et vulgare est. Haec sub arcuatis prostrabantur,
quae loca fornices dicuntur, unde et fornicariae. Vergilius
(Aen. 6, 631):

Atque adverso fornice.

Fecunda a fetu dicta, quasi fetunda. Est enim partu frequens. 111
Feta. Flens, quasi lacrimas fluens. Fugitivus nemo recte
dicitur nisi qui dominum fugit. Nam si parvulus puer a nutrice
aut ab schola discessit, fugitivus non est.

G

Gloriosus a frequentia claritatis dictus, pro C G littera 112
conmutata. Gloriosus a laurea dictus quae datur victoribus.
Gnarus, sciens; cui contrarius ignarus, nesciens. Gravis,
venerabilis. Vnde et contemptibiles leves dicimus. Gravis
pro consilio et constantia dictus, quia non levi motu dissilit,
sed fixa constantiae gravitate consistit. [Grandis. Gracilis.] 113
Grandaevus, quod sit grandis aevo. Gratus, gratiam servans.
Sed gratus tantum animo: gratissimus et animo et corpore
dicitur. Gratificus, ab eo quod gratis faciat bonum. Gratiosus,
quod plus unicuique quam meretur tribuit. Garrulus proprie 114
dicitur, qui vulgo verbosus appellatur. Accedente laetitia nec
valentes nec volentes tacere. Sumtum nomen a graculis avibus,
qui inportuna loquacitate semper strepunt nec usquam quiescunt.
Ganeo, luxuriosus, et quamquam in occultis locis et subterraneis,
quae γάνεια Graeci vocant. Glutto, a gula, id est gulosus.

1 nequis *K*: neque *C*¹ similiter *B* peccaret *K* Fugilis *BKT* 2 causa *T*¹ 3 Fornicarius *om. BK* (*non AI*) 8 dic. est qu. *C* 9 Feta *om. KT*¹ (*add. in marg. cum glossa T*²) : *hab. ABCIU* 11 discesserit *B* fug. non est *om. K* (*non AU*) 13 dictus *om. K* (*non A*) 15 ign. id est nesc. *B* (*non A*) 17 const.] substantia *B* 18 fixa] fida *B* Grandis, Gracilis *hab. BCI*: *om. KT*¹ 20 grat. est (*del.*) et an. *K* et corp. et an. *B* 21 quod] qui *K* 22 merentur *K*, *fort. recte* tribuet *KT* 23 nec valens nec volens *C*: nec valenter nec volenter *K*: nec volenter nec valenter *A* (*non I*) 24 sumtus *T* a grac.] agricolis *K* 25 usque *B* 26 quemquam *T* 27 quae] quem *B* gantia *C*¹: gangia *T*: gania *BK* Gluttus *K*

H

115 Humilis, quasi humo adclinis. Honorabilis, quasi honore
116 habilis, hoc est aptus. Honestus, quod nihil habeat turpitu-
dinis. Nam quid est honestas nisi honor perpetuus, id est
quasi honoris status? Humanus, quod habeat circa homines
amorem et miserationis affectum. Vnde et humanitas dicta,
117 qua nos invicem tuemur. Habilis, quod sit ad habendum
commodus atque aptus. Honerosus plus est quam honeratus,
sicut scelerosus quam sceleratus. Hirsutus, ab eo quod sit
118 hirtus et pilis horridus. Hypocrita Graeco sermone in Latino
simulator interpretatur. Qui dum intus malus sit, bonum se
palam ostendit. Ὑπὸ enim falsum, κρίσις iudicium interpre-
119 tatur. Nomen autem hypocritae tractum est ab specie eorum
qui in spectaculis contecta facie incedunt, distinguentes vultum
caeruleo minioque colore et ceteris pigmentis, habentes simula-
cra oris lintea gipsata et vario colore distincta, nonnumquam
et colla et manus creta perungentes, ut ad personae colorem
pervenirent et populum, dum [in] ludis agerent, fallerent;
modo in specie viri, modo in feminae, modo tonsi, modo criniti,
anuli et virginali ceteraque specie, aetate sexuque diverso, ut
120 fallant populum, dum in ludis agunt. Quae species argumenti
translata est in his qui falso vultu incedunt et simulant quod
non sunt. Nam hypocritae dici non possunt, ex quo foras
121 exierint. Humatus, quod sit humo tectus, id est sepultus.

I

122 Ingeniosus, quod intus vim habeat gignendi quamlibet
artem. Inventor dictus [eo] quod in ea quae quaerit invenit.
Vnde et ipsa quae appellatur inventio, si verbi originem re-
tractemus, quid aliud resonat nisi quia invenire est in id venire

2 adclinus *B* honori *Arev., fort. recte* 6 dicta *om. TC* 7 ad *om. T* 8 *i. e.* Onerosus . . . oneratus 9 sicut] sive *T* sceleratur C^1 10 pili sordidus *T* in *om. T* latinum *BCT* 11 bonus *K* 12 pal. ost.] simulat *B* 13 illorum *B* 14 contexta *B* 16 et var. col. dis. *om. K* (*non A*) varia C^1 17 ut] et *T* 18 in l. *BCIK*: laudis *T* 19 modo fem. *B* 20 anuli (*i. e.* anūli) *K*: anili *BI*: anoli *CT* virginaria C^1 21 argumentis *B* 23 foris *C* 26 quo *K* (*non A*) 27 artem] rem *B* eo *hab. AK*: *om. BCIT* quod ea *C* venit *B* 28 que appellaturque inv. *T* 29 quod al. T^1

quod quaeritur? Interpres, quod inter partes medius sit 123
duarum linguarum, dum transferet. Sed et qui Deum [quem]
interpretatur et hominum quibus divina indicat mysteria,
interpres vocatur [quia inter eam quam transferet]. Iuridicus 124
[quia legum iura dicit]. Indoles proprie est imago quaedam
futurae virtutis. Iustus dictus quia iura custodit et secundum
legem vivit. Innox, quod non noceat: innocuus, cui nocitum 125
non sit. Sed apud veteres utrumque indifferens est. Ilaris
Graecum nomen est. Iocundus, eo quod sit semper iocis
aptus et hilaritati; a frequentia, sicut iracundus. Iocosus, iocis
usus. Inclitus Graecum nomen est. Nam κλυτὸν Graeci 126
gloriosum dicunt. Inlustris nomen notitiae est, quod clareat
multis splendore generis, vel sapientiae, vel virtutis; cuius
contrarius est obscure natus. [Idoneus.] Incolomis a columna 127
nomen habet, quasi erectus, fortis et stabilis. Inmarcescibilis,
incorruptus et sempiternus; quod sit sine marcore atque
languore. Intemeratus, incorruptus et nulla temeritate vio-
latus. Infirmus, quia sine forma. Inbecillus, quasi sine baculo 128
fragilis et inconstans. Inanis, levis. Inconstans, quia non est
stabilis, sed quod placet ei rursus displicet. Iactans vel arro- 129
gans est, quia maiorum institutis non adquiescit, sed propriam
quandam viam iustitiae et sanctitatis inquirit. Iracundus dictus
quia accenso sanguine in furorem conpellitur; † ur † enim flamma
dicitur, et ira inflammat. Incentor, ab eo quod incendat atque 130
inflammet. Incentor, quia prava suggestione ad vitia cor alio-

1 medium *T* 2 transfert *A fort. recte* sed qui *A* deum *K*: deum quem *CT* (*pro* deumque?): deum di quem *A*: inter deum quem *BI* 3 *vel* interpretator homines *B* 4 quia . . . trans. *hab. AKT*: *om. BCIUV* transferret *A* *an* ea qua (*i. e.* quae) tr.? 4 Inridicus *U*: Iudicus *AK*: *om.* T^1 (*non V*) 5 quia . . . dicit *hab.* CT^2 (*marg.*) *UV*: *om.* $ABIKT^1$ 6 qui iura *B* 7 leg. custodit (*eras.*) vivit *T* nocet *T* 8 Ilas *K* 9 nomen (*om.* est) *T*: nominum C^1 Iucundus habeo *T* (*i. e.* ab eo) 10 ac freq. *B* 11 usur *C* nomen *om. B* nam *om. K* 12 claret *T* 13 cuius] cui *BC* 14 Idoneus *hab. BCI*: *om. KT* 17 Intemperatus *K* 18 quia] quasi *C* (*non A*) formo T^1: formo id est sine calore CT^2 Inbecillis *BC* quasi] quia *A* 19 quia] quod *B* (*non A*) 22 dic. quod *B* 23 πῦρ *recc.* § 130 *post* purgetur (§ 131) *K* (*non A*) 24 Incensor *Schwarz* 25 Incentor *om. A* quia] qui *B* ad] ut *A*

131 rum succendit, et persuadendo inflammat. Inexpiabilis, quod
numquam expiatur, numquam purgetur. Inlaudabilis, non
quia laudatus non sit, sed quia laudari non meruit. Iratus,
132 ira actus. Impius, quia sine pietate religionis est. Iniquus
proprie dictus quia non est aequus, sed inaequalis est. Inter
impium autem et iniquum hoc distare nonnumquam solet,
quia omnis impius iniquus, non tamen omnis iniquus est impius.
Impius namque pro infideli ponitur: et dictus impius quod sit
a pietate religionis alienus. Iniquus vero dicitur pro eo quod
non est aequus sed pravis operibus maculatur, vel [si] Christiani-
133 tatis nomine censeatur. Inimicus, quia non amicus, sed adver-
sarius. Duae autem res inimicos faciunt: fraus et terror.
134 Terror, quod timent. Fraudes, malum quod passi sunt. In-
vidus dictus ab intuendo felicitatem alterius. Invidiosus est
qui ab alio patitur invidiam. Invisus, odiosus, ob invidia et
135 zelo dictus. Intestabilis, cuius testimonium non valet et quod
dixerit inritum inprobatumque sit. Infamis, non bonae famae.
136 Inprobus dictus quod instat etiam prohibenti. Inportunus,
inquietus; quia non habet portum, id est quietem. Vnde et
inportuni quasi in naufragium cito feruntur. Infrenis, hoc est
qui frenis non regitur, ut (Virg. Aen. 4, 41):

Numidae infreni.

137 Infrendens proprie est inter se conprimens dentes. Nam et
frendere significat dentibus frangere, unde nefrendes infantes,
qui necdum dentes habent. Ingluviosus a gula et voracitate
138 dictus. Ingloriosus, quod sit sine gloria, id est sine triumphis.
Item inglorius inmemor gloriae. Informis, ingens, non quod

3 quia (*alt.*)] qui *C* (*non A*) meruit *BK*: meretur *CT* 4 quia] qui *BI* 5 sed inaeq. inter *C* 6 numquam sol. B^1 9 pro quod *A* 10 maculatus *B* vel I^1: vel si *CT* (*ex* vel si ex): ne BKI^2 11 nomen *K* censeat *T* qui *B* inim. est sed *B* (*non A*) 12 inimicum fa. *B* 13 terror *om. T* fraudis *codd.* (-des *A*) mali *ACKT* (*non I*) 14 ab invidendo felicitati *B* est] dictus *B* 15 pat. iniuriam *B* ab inv. *C*: obvidia B^1 16 cuius] cui *K* (*non A*) non *om. B* 19 quia *ex* quod *A* 20 inopportuni C^1 Infr. . . . infreni *post* habent (§ 137) *T* 21 qui non fr. non reg. B^1 reg. et humidae C^1 24 significant BC^1 nefrendens C^1 27 idem ingloriosus *K*

non habeat formam, sed quod ultra formam magnitudinem
habeat. Inveterator, eo quod sit multi veterisque usus in 139
malitia. Inmanis, quia non bonus sed crudelis, [atque] terribilis.
Manum enim bonum dicitur. Vnde et *κατ᾽ ἀντίφρασιν* dii
Manes, minime boni. Inmunis, minime munificus, ut est in 140
proverbio veteri: 'Inmunem cives odere sui.' Item inmunis,
qui non facit munia, id est officio non fungitur. Est enim
omni privilegio vacuus. Indemnis, eo quod sine damno vivat, 141
et sine ulla culpa atque periculo. Iners, sine arte, et ob hoc
ne operis quidem ullius. Inermis, vel sine arma, vel sine viri-
bus. Nam semper arma pro viribus [accipiuntur]. Ignavus, 142
ignarus viae, id est rationis et vitae. Ignarus, non gnarus, id
est inscius, id est sine naribus. Olfecisse enim veteres scisse
dicebant. Ignarus autem duo significat, vel qui ignorat, vel
qui ignoratur. Ignarus qui ignorat. Inmemor, qui oblitus 143
est: perdidit enim memoriam. Inscius, quia sine scientia est.
Idiota, inperitus, Graecum est. Inperitus, sine peritia. In- 144
consultus, ab eo quod non accipiat consilium. Inconsultus,
quia est sine consilio et inscius rerum atque ignarus. Ineptus,
apto contrarius est, quasi inaptus. Inops, qui sine terra est: 145
opem enim terram intellegimus, quia opem fert fructificando.
Alii inopem intellegunt non sepultum, inhumatum, cui nec
inane absenti surrexit tumulum. Ignobilis, eo quod sit ignotus 146
et vilis et obscuri generis, cuius nec nomen quidem scitur.
Ircosus, quia sudore corporis foetido putet. Ignotus, ignobilis,
vel ex inproviso veniens. Inprovisus dictus eo quod subito sit 147
et non porro ante visus. Index, proditor ab indicando. Indi-

1 non *om.* T^1 sed ul. *K* (*non A*) magn. habet *AC* 2 Inveteratus *K* m. veteres quod *A*: multiferisque *T* 3 militia *B* quia] quod *A* atque KT^2: et *BI*: *om.* CT^1 *ut vid.* 6 it. inmanis *K* 9 et si ul. *K* (*non A*) 10 operi *TC* ull. aptus (abt-) CT^2 *ut vid.* sine armis *B* 11 accip. *hab. ABC*: *om. KT* 12 ignarus . . . vitae *om. A* (*non DI*) et *om. K* non] nam *T* 13 insc. vel sine *BDI* (*non A*) scire *A* (*non DI*) 14 duos *A* (*non D*) 15 qui ignorat] autem (*del.*) duo (*del.*) *T* (*non AD*) 16 perdit *CK* quia] qui *K* 18 accipit *A* 19 qui est *C* 20 qu. inalitus *T* (*pro* -abt-) 21 ferat *B* 22 int. qui non sep. *T* 23 in. habenti *B*: inanem abs. *K* tumulus *BIK*: -lis *T* 24 ne nom. T^1 25 pudet B^1 26 vel inp. C^1 dictus] dicitur *A* sibito C^1

gena vocatus quod inde sit genitus, id est in eodem loco natus.
148 Inpudens, eo quod ab eo pudor et pudicitia procul abest.
Inpudicus a podice vocatus. Putorem enim foetorem dicit.
Incestus, propter inlicitam conmixtionem vocatus, quasi in-
castus; sicut qui virginem sacram, vel adfinitatis suae proxi-
149 mam stupraverit. Internicida est qui falsum testamentum fecit
et ob id hominem occidit. Infitiator, negator, quia non fatetur
150 sed contra veritatem mendacio nititur. [Inpostor.] Inter-
151 ceptor proprie dicitur qui inter duos de medio tollitur. In-
sidiosus, quod insidiat. Nam proprie insidere est dolose ali-
quem expectare. Vnde et insidiae nominatae sunt. Incincta,
id est sine cinctu; quia praecingi fortiter uterus non permittit.
152 Investis, id est sine veste; nondum enim habet stolam; quod
est signum maritalis virginitatis. Iscurra vocatur quia causa
escae quempiam consectatur.

K

153 Katholicus, universalis: Graecum enim est. Karus Graecum nomen est, sicut et caritas, unde et caristia.

L

154 Luculentus, ab eo quod sit lingua clarus et sermone splendidus. Lector dicitur a legendo, id est percurrendo. Vnde et navis dicitur legere quicquid transit. Nam 'legit,' transit, praeterit, ut (Virg. Aen. 3, 127):

Crebris legimus freta concita terris.

Item lector, a colligendo animo quae legit, quasi collector: sicut illud (Virg. Ecl. 3, 92):

Qui legitis flores.

1 vocatur *K* 2 Imp. ab eo quod pud. *B* procul] longe *B* 3 Inpudicus] Inputens *K* (*non A*) potice *K* (*non A*): pudore *BI* putorem *ACK*: poderem *T*: pudorem *BI*: paedorem *Arev.* fedorem *K* dicimus *A* 6 facit *C* 7 Infatsator (-tra-?) *T*: Insidiator *A* negotiator (-oci-) *BK* (*non A*) qui *AK* 8 mendacium *codd.* (*etiam A*) Inpostor *hab. BCIA* (-terum): *om. KT* 10 insideat *C* dolorem *K* 12 praecincti *A* for (*sic*) *K* uter *C*[1] premittit *T* 13 Investus *K* 14 signo *K* esci causa *B* 17 enim est *om. T* (*non A*) 18 sicut car. *K* Karistia sacrificium *K*: car. Karistia gratia *CT*[2] 23 praeterita chebris *B* 25 idem *K* animo *ex* amo *T* 27 legitus fl. *ut vid. T*[1]: legis fl. *T*[2]

Loquax non est eloquens. Laetus [a latitudine]. Locuples, 155
quasi locis plenus, et possessionum plurimarum possessor,
quemadmodum docet Tullius de Republica in libro secundo
(16): 'multaque editione ovium et boum, quod tunc erat res
in pecore et in locorum possessionibus: ex quo pecuniosi et
locupletes vocabantur.' Liberalis dictus ab eo quod libenter 156
donet nec murmuret. Largus. Longus a linea dictus, propter
quod sit porrectus. Longaevus, quasi longi aevi et longi
temporis. Longanimis, sive magnanimis, eo quod nullis pas- 157
sionibus perturbatur sed ad universa sustinenda patiens est.
Cui contrarius est pusillanimis, angustus et in nulla tribulatione
subsistens, de quo scribitur (Proverb. 14, 17): 'Pusillanimis
vehementer insipiens.' Levis ob inconstantiam vagationis ap- 158
pellatus, quia levi motu mentis nunc ista, nunc illa desiderat.
Lubricus, ab eo quod labitur. Labens, interdum velox, ut
(Virg. Aen. 11, 588):

Labere, nympha, polo,

et (Virg. Aen. 4, 223):

Labere pinnis.

Cursu enim lapsus celerior est. Latro, insessor viarum, a latendo 159
dictus: Aelius autem 'latro est,' inquit, 'latero ob latere, insidiator
viae.' Lanista, gladiator, id est carnifex, Tusca lingua appellatus,
a laniando scilicet corpora. Lacessitor per translationem dictus 160
a canibus vel a feris, quae solent lacerando provocare. Leno,
conciliator stupri, eo quod mentes miserorum blandiat et
deliniendo seducat. Libidinosus, ab eo quod facit quod libet.

1 non est elegens *K*: im (*sic*) est eligens *A*: *om. B* a lat. *hab. CT*: *om. ABIK* 4 multaeque dictione *Cic.* (*non ADIU*) bovum *C*: bovium *B*: bonum *KA* (*non DI*) 5 pectore *ADT* 7 Largus *om. K* (*non A*): Lar. munificus humanus T^{2} a lin.] alienus *T* 8 qu. sit lon. *K* long. ae.] longaevi C^{1}: longivi *B* 9 magnanimus *C* eo] et *CU* 10 perturbetur *C* sustinendo *T* 11 cont. pus. *K* ang. . . . pus. *om.* B^{1} in *om. TU* 12 pusillanimus *T* 13 vacationis *K* 20 lapsu *T* innessor *K*: ins. est *C* 21 melius *B* ab *C* (*non A Rem.*), *fort. recte* latae *C* (*non A Rem.*) 23 alienando *K* (*non A*) Lacerisitor C^{1} 24 laterando C^{1} Lenon *codd.* 25 qu. aliorum men. mis. *A* 26 delinendo C^{1}: deliendo *T*: liniendo (li. *ex corr.*) *A* quae lib. *B*

Libidinosus a Libero, qui puellarum [corpore pingitur]. Luxu-
riosus, quasi solutus in voluptate: unde et membra loco mota
luxa dicuntur. Lascivus, quod sit laxus, id est solutus et vanus.
161 Lymphaticus, quod aquam timeat, quem Graeci ὑδροφόβην
dicunt. Lymphaticus proprie dicitur qui vitium ex aqua con-
trahit, cuius vitium est huc atque illuc cursare, aut a fluore
162 aquae sumpto vitio. Sed poetae iam hoc genus nominis pro
furiosis usurpant. [Languidus.] Luridus, quod sit pallidus,
a loro dictus, quod huiusmodi habeat cutem. Leprosus a
pruritu nimio ipsius scabiae dictus, unde et per P scribi debet.
163 Luscus, quod lucem ex parte sciat, sicut luscitiosus, qui vesperi
nihil videt. Luscos coclites dixerunt antiqui, unde et Cyclopas
Coclites legimus dictos, quod unum oculum habuisse per-
hibentur. Lotus, lautus, id est mundus. Lupa, meretrix, a
rapacitate vocata, quod ad se rapiat miseros et adprehendat.

M

164 Misericors a conpatiendo alienae miseriae vocabulum est
sortitus: et hinc appellata misericordia, quod miserum cor
faciat dolentis aliena miseria. Non autem occurrit ubique haec
etymologia; nam est in Deo misericordia sine ulla cordis
165 miseria. Mactus, magis auctus gloria; et est nomen tractum
a sacris. Quotiens enim tus aut vinum super victimam funde-
batur dicebant: 'Mactus est taurus vino vel ture'; hoc est
166 cumulata est hostia et magis aucta. Munificus dicitur vel quia
alicui multa munera dat, vel quia munus suum, id est officium
167 quod debet, adinplet: sic et munifex, quia munera fert. Ma-

1 liberos C^1*D*: -ris *B* corp. ping. *hab.* *TUXC*: *om.* *ABDK* 2 loca *K* 3 Lasc. . . . va. *om.* *K* (*non A*) luxus (-xs-) *BCU* 4 idrophobam *C*: idrobobam *B*: ydropolam *K*: idprophobam *T* 5 dicunt] vocant *X* pro. dicunt (-tur ?) C^1 6 cursare (-sure ?) *T*: cursus *BC*: currere *K* aut a fl. *B*C^1 7 hoc iam *T* 8 Lang. *hab.* *BC*: *om.* *KT* Ludus T^1 pallus C^1 9 lora *K* 10 debeat *T*: debent *B* (*non A*) 11 lucet *C* lusciliosus *BCT*: luscodiosus *K* 12 lus. quos cocl. *B* 13 oculum *om.* *K* (*non A*) 14 lau.] lauatus C^1 18 hic *K* appellatam misericordiam *CT* 19 alienam miseriam *CT* autem *om.* *C* haec *om.* *K*: *ante* ubique *B* 20 nam] non *B* 21 et nom. *K* 23 dicebatur *CT* magtus *T* 24 qui al. T^1*BC* 25 qui mun. *B* 26 quo deb. *K* qui mun. *B* Magnus. Magnanimis *C*

gnanimis, ab eo quod sit magni animi et magnae virtutis. Cui
contrarius est pusillanimis. Magnificus a magna faciendo voca-
bulum traxit. Mansuetus, mitis vel domitus, quasi manu 168
adsuetus. Modestus dictus a modo et temperie, nec plus quic-
quam nec minus agens. Mitis, lenis et mansuetus et cedens inpro-
bitatibus et ad sustinendam iniuriam tacens, quasi mutus. Mutus, 169
quia vox eius non est sermo, nisi mugitus: vocalem enim spiri-
tum per nares quasi mugiens emittit. Memor, vel qui memoria
tenet, vel quia memoria tenetur. Magister, maior in statione: 170
nam †steron† Graece statio dicitur. Minister, minor in statione,
sive quia officium debitum manibus exequitur. Maximus, aut 171
meritis, aut aetate, aut honore, aut facundia, aut virtute, aut
omnibus magis eximius. Maior. Minor, minimus, a numero
monadis, quod post eum non sit alter. Modicus, parvus, sed 172
abusive; ceterum rationabilis. Moderatus, a modo scilicet et
temperamento. Mediocris, quod modicum illi sufficiat. Miser 173
proprie [dicitur] eo quod omnem felicitatem amiserit. Secundum
autem Ciceronem proprie mortuus, qui in Tusculanis (1, 5)
miseros mortuos vocat, propter quod iam amiserunt vitam.
Miserabilis, quod sit miseriae habilis. Mestus, naturaliter tristis, 174
non casu. Est enim a natura animi et mentis, unde et mestus.
Mendicus dictus quia minus habet unde vitam degat: sive quia 175
mos erat apud antiquos os claudere egenum et manum ex-
tendere, quasi manu dicere. Mendax, quod mentem alterius
fallat. Malignus, quia malitiae votum vel opus peragit. Malus 176
appellatus a nigro felle, quod Graeci μέλαν dicunt: unde et

1 magnanimi *T* et *BCI*: sed *T*: vel *K* 7 est nec sermoni sed mu. *K*: sermonis in (*ut vid.*) mu. *A* 8 quia *T* mem. (*prius*)] memoriam *B* 10 στερρόν *Arev.*, *sed cf.* 15, 4, 5 †sterio† statio, *et fort. Corp. Gloss. Lat.* 2, 187, 61 statio, †στητορα† 11 exsequatur *B* Max. . . . mag. exim. *post* alter *ABCIU*: *iterat. post* vitam (§ 173) *K* Max.] minimus *K* (*non AK iterat.*) 12 hon.] ore *K* (*non AK iterat.*) aut om.] an (*ut vid.*) ominibus *A* 13 maius eximius *T*: magis et maximus *A* (*ex* -me) *BKU* (*ex* -mis): magis et eximius *C* (*non I*) Maior. Minor *om. T* 14 monadiis *K* aliter *AK* 15 rationabile C^1 17 dic. eo *K*: ideo *B* (*pro* ·d· eo?): eo *CITU* 18 mort. est qui *K* 19 am. iam *K* (*non A*) 20 abilis *codd.* 21 mentis et animi *B* 22 dictus *om. B* habeat *T* 23 os claud. et *C*: ore laudare *K*: ducere *A* (*non I*) manu ext. *K* (*non A*) 24 fall. alt. *B* 26 μέλαν . . . et *om.* T^1

melancholici appellantur homines qui et conversationem hu-
manam refugiunt et amicorum carorum suspecti sunt. Malitiosus,
deterior malo, quia frequenter malus. A malo autem peior
177 dicitur: a bono deterior. Melior dictus quasi mollior: non
durus aut ferreus: nam melius quasi mollius. Minax, a facie
oculorum, quando furiose ardescunt, ut amplius videns perti-
mescat. Minator et monitor. Sed monitor dicitur cum prae-
178 nuntiat bona: minator, cum nuntiat adversa. Mulcator, eo
quod blandis verbis mulceat ad declinandum animum: trans-
latio a mulso, id est quod acceptum lenire solet fauces dolentis
179 aut oppletum sordibus stomachum. Metatores appellantur qui
castra designant, a metiendo scilicet. Lucanus (1, 382):

Hesperios audax veniat metator in agros.

Mollis, quod vigorem sexus enerviati corpore dedecoret, et
180 quasi mulier emolliatur. Macer, a macie: et macies a moechia,
eo quod inmoderata libido macros faciat. Mancus, manu ancus.
181 Moribundus, morientis similis: sicut vitabundus, viventi
similis. Quando enim dicimus moriturus est, vere moriturus
est: moribundus autem non vere, sed veri similis morientis est.
182 Meretrix dicta eo quod pretium libidinis mereatur. Inde et
meritoriae tabernae: nam et milites, cum stipendia accipiunt,
183 mereri dicuntur. Morio [a morte vocatus, eo quod non vigeat
intellectu]. Mulio dictus a mulis, eo quod praesidet isdem
vehiculis.

N

184 Nobilis, non vilis, cuius et nomen et genus scitur. Nubilis,

1 melancolia *K* quia et *K*: qui ad *B*: quia *CI* 4 dicitur *om. B* bono] bo *K* 5 a facie *BCIT*: ab acie *K* 6 pert.] perardescant *K* 7 pronuntiat *BK* 9 a decl. *K* 12 designata mentiendo *T* 13 espericae *K* aut advenitat *T* 14 quid *C*[1] enervati *B* dedecore *BKT* 15 muliere molliatur *T* moechia *Arev.*: macia *BCIX*: macie *TU* 16 fac. sive a maceratione *CUX* 17 morientis *ITU*: -ti *BCK* viventis *K*: -ti *BCITU* 18 morit.] moribundus *B* vere mor. est *om. K* (*non A*) 19 autem *om. K* vere] vivere *K* 20 unde *BC* 21 meretori *B* stipendiis *K* 22 a morte . . . intell. *hab. CTUX*: *om. ABDGIK* 23 praesit *K* idem *T ante corr.* 24 *Post* vehiculis *add.* Manifestum dicitur quod in manu est promptu (-ti *C*, -tum *X*) *CUX* (*non ADG*) 26 et generis *T*: egenus *K* scietur *C*

ad nubendum habilis. Nemo ab homine tractum, id est ne
homo, quod est pro nullo; nullus autem quasi ne ullus. Nullus,
ne ullus. Nihili conpositum est ex nil et hilo. Hilum autem 185
Varro ait significare medullam eius ferulae quam Graeci ἀσφό-
δελον vocant; et sic dici apud nos nihilum quomodo apud
Graecos οὐδὲ γρῦ. Nequam a malo plerique distingunt, alium 186
perniciosum, alium nugam existimantes; ut ait Munatius: 'Hic
adulescens nequam, non malus,' id est nugax, non perniciosus.
Alii confundunt, quasi utrumque unum idemque significent.
Nequam ex eo quod nec quicquam sit, id est ex eo quod nihil 187
sit, veteres dictum [esse] voluerunt. Neuter, neque ille neque
iste; quasi diceret ne uterque. Nefarius, non dignus farre, quo 188
primo cibi genere vita hominum sustentabatur. [Alias nefarius
nec dicendus.] [Nutritor, quasi nutu eruditor.] Nefandus, id
est nec nominandus quidem. Nuntius est [et] qui nuntiat et 189
quod nuntiatur, id est ἄγγελος καὶ ἀγγελία. Sed nuntius ipse
homo genere masculino: id vero, quod nuntiat, genere neutro,
ut hoc nuntium et haec nuntia. Nazaraeus, id est sanctus 190
Dei. Nazaraeus olim dicebatur qui sanctam comam nutriebat
et nihil contaminatum conspiciebat, abstinens se a vino omni-
que sicera, quae mentem ab integra sanitate pervertit. Nugas 191
autem Hebraeum nomen est. Ita enim in Prophetis est expo-
situm, ubi dicit Sophonias (3, 4): 'Nugas, qui a lege reces-
serunt,' ut nosse possimus linguam Hebraicam omnium lingua-
rum esse matrem. Nugigerulus appellatus ab eo quod sit 192
turpis nuntius. Neglegens, [quasi] nec legens. Nepos dictus 193
a genere quodam scorpionum qui natos suos consumit, excepto

1 a nubendo *B* tractus *KT* 2 Null. ne ull. *om. B* 3 Nicil *T* ex nehetilo *C*[1] illum au. *C*[1] 4 feruntae *C*[1] quam . . . voc. *om. K* (*non A*) 5 et si *T* 6 οὐδὲ γρῦ *Arev.* : videtoi *KTU* : vedetoi *A* : videto *BI* : videtoti *C* : videton *X* al. pern. *om. C*[1] 7 nugacem *dett.* monatius *BIKM* : monantius *T* : monacius *C* 8 fugax *codd.* non *om. BCIT*[1] 10 Nequitiam *T*[2]*X* 11 esse *hab. BCIX* : est *T* : *om. AK* 12 nec ut. *BK* 13 sustinebatur *T* : sustinebantur *C*[1] Al. nef. nec dic. *hab. BCU* : *om. IKT* 14 Nutr. . . . erud. *hab. CTUVX* : *om. BIK* 15 nec] ne *T* (*non UV*) quid. nec dicendus *X* et *hab. BCT*[2] : *om. KT*[1] 20 consp.] accipiebat *C* 22 est] et *C*[1] 23 recesserant *BK* 24 possemus *K* 25 appellatur *K* 26 quasi *hab. CT* : *om. ABIK* nec legens *om. ABI* : nec eligens *CT*[2]

eum, qui dorso eius insiderit; nam rursus ipse qui servatus fuerit consumit patrem: unde homines qui bona parentum per luxuriam consumunt nepotes dicuntur. Hinc quoque nepotatio
194 pro luxuria ponitur, qua certe quaeque res consumuntur. Niger, quasi nubiger: quia non serenus, sed fusco opertus. Vnde et nubilum diem tetrum dicimus.

O

195 Orthodoxus, rectae gloriae. Orator ab ore vocatus, a pero-
196 rando nominatus, id est dicendo; nam orare dicere est. Obaudiens, ab aure, eo quod audiat imperantem. Ospes, quod inferat ostio pedem. Ospes, facilis, aptus et ostio patens: unde
197 et ospitalis homo dicitur. Osor, inimicus, ab odio dictus, sicut amator ab amore; et est generis communis. Odibilis, odio aptus. Obsitus, obsessus, id est undique insidiis convallatus.
198 Obscenus, inpurae libidinis, a vitio Obscorum dictus. Obtunsus, hebetior et obclusior, quasi ex omni parte tunsus. Obnixus, contranisus et conabundus. Obnexus, quia obligatus est nexi-
199 bus culpae. Oblectator, quasi cum lacte, cum fraude, ut Terentius (Andr. 648):

Nisi me lactasses amantem.

Vnde et oblectare dictum est. Obtrectator, malignus et qui obstringillando officiendoque non sinat quempiam progredi et
200 augescere. Orbus, quod liberos non habet; quasi oculis amissis. Opifex, quod opus faciat aliquod. Opilio [custos ovium] [ovium pastor quasi ovilio].

P

201 Prudens, quasi porro videns. Praespicax est enim et incer-

1 quo dor. *T* dorsum *K*: -su T^1 2 consumet *CT* quia *T* 3 quaque *B* 8 Orth. rec. glo. *post* dicere est *T* periorando *T* 9 id est] inde *T* 11 fac. apertus *B* 13 comm. Osor qui odit et ab aliis oditur *C* (*non AIUVX*) Odilis *K*: Odhbilis *A ut vid.* 14 habtus *K*: habitus *C*: abitus *TI* vallatus *B* 15 obscuro *BCIK* dicitur *K* 16 obcl.] obtunsior *B* Obnixus] Obnexus *B* 17 contranexus *B* Obnexus] Obnixus *T*: Obnoxius *BCI* est obl. *B*: oblicatus (*om.* est) *K* 21 oblactere *C* dictus *B* qui *om.* C^1 22 efficiendo *non* C^1 sinant *ut vid.* T^1 pergredi *ut vid.* *T* 24 facit *T* Opil. *ante* Opif. *B* (*non I*): Obilio *A*: *om.* *K* cus. ov. *hab.* *A* 25 ov. pas. qu. ov. *hab.* *CTX* qu. obilio C^1 27 perspicax *B*

torum praevidet casus. Patiens dictus a pavendo. Pavere
enim ferire est. Percutitur enim et tolerat. Perfectus, cui nihil **202**
iam adici potest. Huic nomini apud Grammaticos conparatio
non adicitur, quia si dixeris : 'Ille perfectior est,' iste perfectus
non erit. Pulcer ab specie cutis dictus, quod est pellis : postea **203**
transiit hoc nomen in genus. Nam pulchritudo hominis aut
in vultu est, ut (Virg. Aen. 1, 589) :

Os humerosque deo similis.

aut in capillis, ut (Virg, Aen. 1, 589) :

Namque ipse decoram
caesariem.

aut in oculis, ut (Virg. Aen. 1, 591) :

Laetos oculis adflarat honores.

aut in candore, ut (Virg. Aen. 1, 592) :

Quale manus addunt ebori decus.

aut in lineamentis, ut (Cic. Verr. 2, 36) : 'Te multo plus figura et lineamenta hospitis delectabant,' aut in proceritate, ut Turnus (Virg. Aen. 11, 683) :

Vertitur in mediis, et tota vertice supra est.

Pellax a perliciendo. Perspicax, splendidus, eo quod perluceat. **204**
[Perpetuus]. Perennis, ab eo quod sit perpetuus annis. Prae- **205**
sul vocatus quia praeest sollicitudine. Praepositus appellatus
eo quod sit subiectorum ac famulantium ordinator vel rector.
Patroni a patribus dicti sunt, quod huiusmodi affectum clienti-
bus exhibeant ut quasi patres illos regant. Paedagogus est cui **206**
parvuli adsignantur. Graecum nomen est ; et est conpositum
ab eo quod pueros agat, id est ductet et lascivientem refrenet
aetatem. Praesens dictus quod sit prae sensibus, id est coram **207**

1 *an* pavens dic. a paviendo. Pavire enim? 7 in vultus *T*: inultu *K* 8 humerisque d. C^1: humeros quod eo *K ante corr.* similes *B* 11 cesaream *K ante corr.* 13 lae.] lectis *T* adflaret *K* 16 ut te] ute *K* multum *B* 17 et niamenta C^1 ospitiis *T*: aspitiis C^1 declinabant *B* 19 medus *ut vid.* T^1 20 perlicendo *codd.* Praespicax (Pre-) *CKT* 21 Perp. *hab. AB* (*ante* Persp.) *CI*: *om. KT* annus T^2 22 quia] quod *A* 23 qu. sub. ac fulantium ord. *A* : qu. sit sub. hoc ordinantium famulator *K* vel] ac T^2 25 exiebant *T* qui parvulis ads. *T*: cui parvulus adsignatur *K* (*non A*) 27 agit *K* (*non A*) ductet *CT*: ducit *K*: doceat *AB* 28 prae s.] presentibus *T*

oculis, qui sensus sunt corporis. Prior, quod primus sit ordine :
208 et primus quasi praeminens. [Primus. Postremus.] Potens,
rebus late patens : unde et potestas, quod pateat illi quaqua
velit, et nemo intercludat, nullus obsistere valeat. Praeopimus,
209 prae ceteris opibus copiosus. Pecuniosus : Tullius primum eos
dictos refert qui plurimam habuissent pecuniam, id est pecora.
Ita enim et antiqui eos appellabant ; paulatim autem per
210 abusionem nomen aliud devolutum est. Pervicax proprie
dicitur qui in proposito suo ad victoriam perseverat. Antiqui
enim vicam dicebant quam nos victoriam. Credo quod inde
211 dicatur herba vicia, id est victorialis. Pernix a pernitendo
tractum est : id est in conatibus perseverando. Alii pernicem
velocem intellegunt pedibus. Nam pernicitas pedum est, ut
(Virg. Aen. 11, 718):

Pernicibus ignea plantis :

sicut celeritas pinnarum est, ut (Virg. Aen. 3, 243):

Celerique fuga sub sidera lapsae.

212 Piger, quasi pedibus aeger. Est enim tardus ad incedendum :
quod nomen per usum transiit ad animum. Pernox, pervigi-
lans nocte. [Perseverans.] Pertinax, inpudenter tenens, quasi
213 pertinens. Petulans nunc quidem pro audace et inprobo poni-
tur : olim autem acerbi flagitatores et proprie argentariorum
[coactorum] pueri, quod pretia rerum crebrius et asperius
214 exigebant, a petendo petulantes vocati. Procax, proprie idem
quod petax. Nam procare est petere ; unde et petitores nu-
215 ptiarum proci dicuntur. Prodigus, sumtuosus atque consumtor,
qui omnia porro agit et quasi proicit. Profugus proprie dicitur
qui procul a sedibus suis vagatur, quasi porro fugatus. Pere-

1 ocolos *K* 2 Prim. Post. *hab. ABCI* : *om. KT* 3 qu. patet *T* qua vel. *K* : quaeque valet *B* 4 valet *T* 5 *vel* Pecuniosos (*ita dett.*) 7 per ab. *om. K* (*non A*) 8 ab. in nom. *C* (*non A*) Perficax *T* 9 praeposito *B* 10 vigam *T* : viciam *BC*[1]*I* : vitia *K* victoriam] vicam *B* 11 vitia *BK* : cia *T*[1] pertinendo *K* 12 est (*prius*) *om. K* 17 fuga] figura *K* 18 Peger *K* 19 tr. et animam *T*[1] : tr. et ad animam *C* 20 Persev. *hab. ABCI* : *om. KT* qu. pert. *om. T* 21 pertenens *C* 23 coact. *hab. CIT* : *om. AB* coact. . . . rerum *om. K* (*non A*) quod] qui *B* 24 a *om. T* petulanter *K* 25 petitiones pr. duntur (*corr.* dicuntur) *T* 27 qui] quia *B* 28 vacatur *K* fugatur *C*

grinus, longe a patria positus, sicut alienigena. Proiectus, 216
quasi longe et procul iactatus; sicut et produxit, quasi porro
illum duxit; et provocavit, quasi porro illum vocavit. Proiectus,
porro eiectus ac proiactatus, unde et (Virg. Aen. 3, 699):

Proiectaque saxa;

id est porro iactata. Proscriptus, cuius bona palam et aperte 217
scribuntur. Praescriptus ordinem significat, sicut et praescri-
ptiones apud iurisconsultos. Procinctus, expeditus et armatus; 218
unde et 'in procinctu', id est cum belli causa arma sumebant.
Praecinctus, eo quod ante se ponat aliquid, quo praecingitur.
Vnde et de Domino dictum est (Iohann. 13, 5): 'Praecinctus
est linteo, et lavit pedes discipulorum suorum.' Praedo est 219
qui populando alienam provinciam invadit: praedo ab abigendo
praedas dictus; et praedo qui praedam habet. Praedator, hoc
est cui de praeda debetur aliquid. Plagiator, ἀπὸ τοῦ πλαγίου, 220
id est oblico, quod non certa via grassatur sed pelliciendo dolis.
Piratae sunt praedones maritimi, ab incendio navium transeun-
tium quas capiebant dicti. Nam πυρά ignis est. Pugillator, 221
qui de manu in manu nummorum aliquid subtrahit. Peculator,
pro eo quod sit pecuniae publicae defraudator. Proditor,
pro eo quod detegit. Item proditor perditor, ut (Virg. Aen.
1, 252):

Vnius ob iram
prodimur.

Perfidus, quia fraudulentus est et sine fide, quasi perdens fidem. 222
Periurus, quia perpere iurat, id est male iurat. Periurus autem

1 aligena T^1: alienigenena C^1 2 prod. sł quasi B^1 3 voc.] provocavit *T* 4 praeiactatus *BCIK* 5 proiectaquexa C^1 6 cid est C^1: quasi *B* (*non I*) Proiectus *corr.* Praeiectus *ut vid. B* cuius ... scrib. *om.* C^1 7 scribunt *T* (*non A*) 9 u. et procincto cum *B* 10 quo] pro *B* 13 inv. prov. *T fort. recte* 14 Praedator] *cf. Serv. ad Aen.* 3, 222 15 cui] qui *AK* (*non I*) *an* devehitur? 16 obligo C^1K via] vi C^1 graditur *K* sed] et *T* 18 capiunt *B* (*non I*) pira *T*: pyro (pi-) *BCIK*: πῦρ *recc.* 19 numm.] unum horum *K* 20 pro eo *om.* C^1: propter *B* (*non AI*) 21 deteget C^1 idem *AK*: et item *T* perditor] per *K*: *om. A* 24 prodimus (*ex* per-) *K* 25 Perfides *T ante corr.* quasi] quia *T* 26 Periurius qui *T* peiurus C^1

223 in verbo R non habet. Nam peiuro et deiero dicimus. Prae-
varicator, malae fidei advocatus, et qui vel in accusando nocitura,
vel in defendendo profutura praetereat aut inutiliter dubieque
ponat mercedis gratia licet corruptus. Cicero: 'Quid enim
224 tam praevarum?' id est valde varum. Pellax, dolosus et fallax,
a pelle, id est vultu. Foris enim, ut fallat, arridet, sed nequi-
tiam intus gerit. Profanus, quasi porro a fano. Sacris enim
225 illi non licet interesse. Parricida proprie dicitur interfector
parentis, quamvis quidam veteres hunc parenticidam dixerunt,
quoniam parricidium et homicidium quocumque intellegi possit,
226 cum sint homines hominibus pares. Persecutor non semper
pro malo intellegitur; unde et persecutus, perfecte secutus.
227 Publicanus est qui vectigalia publica exigit. Vel qui per
publica negotia saeculi lucra sectantur, unde et cognominati
228 sunt. Peccator a pelice, id est meretrice vocatus, quasi peli-
cator; quod nomen apud antiquos tantum flagitiosum signifi-
cabat, postea transiit hoc vocabulum in appellationem omnium
229 iniquorum. Prostitutae, meretrices a prosedendo in meritoriis
vel fornicibus. Pelex apud Graecos proprie dicitur, a Latinis
concuba. Dicta autem a fallacia, id est versutia, subdolositate
230 vel mendacio. Procurvus, quasi per longum curvus. Pavidus
est quem vexat trepidatio mentis. Habet cordis pulsationem,
cordis motum. Nam pavere ferire est, unde et pavimentum.
231 Petro autem et rupex a duritia saxorum nominantur. Pusil-
lanimis, pusillo animo. Petulcus dictus ab adpetendo; unde

1 peiero et degero *B*: peioro et degero *T*: peiuro et peioro *K*: peigero (*corr.* peg-) et degero *C* Praev. a ma. *T* 2 advocatur *K* quia *T* nocitur *K* 4 mercedes *ut vid.* *T*: -de *B*: -dem *IK* scilicet *Arev.*: *vix* liquet orruptus *T*: obrutus *C* (*non I*) 5 idem va. va. est *K* Pallax *BIK* 6 fallat] fallax *T* 8 illi *om.* *K* (*non A*) Parre- *K*: Parra- *T*: Patri- *B* (*non I*) 9 parentum *B* (*non I*) dixerint *BC* 10 hom. in quoc. *C* 11 partes *C*[1] 12 persecutus] -tor *BI*: secutor (*ex* -tur) *C*[1] perfecte *ex* prof- *K* secutus *ex* -ti *K* 14 saec.] scilicet *K* (*non A*) sectatur *CK* cognominatus est *K* 16 flagitiosos *K* 17 appellatione *codd.* (*etiam IU*) 18 presedendo *C ante corr.* 23 motum] metum *K* pavire *recc.* 24 Petra *BCDGIX* (*non A*): Petrae (-re) *TW* (*non UV*) rupes *ABCGIKWX* (*non UV*) nominatur *CDI* Pus. . . . an. *om.* *C* (*non AUX*) Pus. a pus. *B* (*non I*)

etiam et meretrices petulcas vocamus. [Productus.] [Pisin-
nus.]

Q

Quaestor a quaerendo dictus, quasi quaesitor. Quaestuosus. 232
Querimoniosus. Querulus, quia querellam infert. Quietus, 233
quod sit ipse sibi animo securus, neminem tangens.

R

Religiosus ait Cicero (Deor. Nat. 2, 72) a relegendo appellatus; 234
qui retractat et tamquam relegit ea quae ad cultum divinum per-
tineant. Hi sunt dicti religiosi ex relegendo, tamquam ex elegen-
do elegentes, ex diligendo diligentes, ex intellegendo intellegentes.
Rationator dictus vir magnus; quia de omnibus rebus, quas esse 235
mirabiles constat, possunt reddere rationem. Retractator, repeti-
tor; nam retractare est repetere quod omiseras. Resipiscens, eo 236
quod mentem quasi post insaniam recipit, aut quia resapit qui
sapere desierat. Castigat enim se ipsum dementiae, et confirmat
animum suum ad rectius vivendum, cavens ne iterum corruat.
Repentinus, a repente. Repens autem et adverbium et nomen 237
potest esse. Robustus, fortis, validus; a fortitudine roboreae
arboris appellatus. Rapidus, velox pedibus. Raptor, eo quod
corruptor. Inde et rapta eo quod corrupta. Reus a re, de qua 238
obnoxius est, et reatum a reo [est] nuncupatum. Reus maie-
statis primum dictus qui adversus rempublicam aliquid egisset,
aut quicumque hostibus consensisset. Dictus autem reus ma-
iestatis, quia maius est laedere patriam quam civem unum.
Postea etiam et ii rei maiestatis dicti sunt qui adversus maiesta-

1 petulcas] -cus *T* Prod. Pi. *hab. ABCIU*: *om. KMT* Prod. quasi porro ductus *CU* Pirinus *A* : Pisinnus a pusione *CU*: Pisinus a posione *X* 4 Questus *K*: Quaesitor *corr.* -st- *ut vid. A* Quaest. Quer. *om. K* (*non A*) : Quest. quer. *Schwarz* 6 sit *om. K* 8 ab elegendo *T* appellatos T^1 (*non AU*) 9 tamq. velociter que ad *U* 10 tamq. ex legendo *C* : *om. A* : tamq. ex el. el. *om. K* 12 quia] qui *B* (*non A*) 13 constant *K* (*non A*) posse *C* (*non A*) Retractor B^1 14 omiserat *T* 15 recepit *K* quia] qua *T* 16 desiderat *BIT* dementia *B* 18 a repetente *T* 19 robore *TC* 20 Rapt. . . . corr. *post* nuncupatum (§ 238) *K* 21 corr. *C* : corr. est *BIT*: corr. sit *K* re de] rete *K* 22 obnixius *K* reatu *K* est *hab. BIK* : *om. T*: *bis hab. C* (est a reo est) 24 aut] ut *T* 25 maius eius l. *T* 26 maiestatem] -tes *B*

tem principis egisse viderentur, vel qui leges inutiles reipublicae
239 detulerant, vel utiles abrogaverant. Rixosus a rictu canino
dictus. Semper enim ad contradicendum paratus est, et iurgio
delectatur, et provocat contendentem. Rusticus dictus quod
rus operetur, id est terram.

S

240 Sapiens dictus a sapore; quia sicut gustus aptus est ad
discretionem saporis ciborum, sic sapiens ad dinoscentiam rerum
atque causarum; quod unumquodque dinoscat, atque sensu
veritatis discernat. Cuius contrarius est insipiens, quod sit
241 sine sapore, nec alicuius discretionis vel sensus. Studiosus.
Sanctus a veteri consuetudine appellatus eo quod hi, qui purifi-
cari volebant, sanguine hostiae tangebantur, et ex hoc sancti
242 nomen acceperunt. Sincerus, quasi sine corruptione, cui con-
trarius insincerus, vitiatus, corruptus. Supremus, summus, ab
eo quod superemineat. Vnde et 'Supreme Pater' dicimus.
[Suavis.] Sublimis ab altitudine vocatus honoris. Nam pro-
prie sublime dicitur quod in alto est, ut (Virg. Aen. 1, 259):

Sublimemque feres ad sidera caeli.

243 Speciosus, ab specie vel aspectu; sicut formosus a forma.
Sollers, quod sit sollicitus in arte et utilis. Sollers enim apud
antiquos dicebatur, qui erat omni bona arte instructus. Te-
rentius (Eun. 478):

Adulescentem sollertem dabo.

244 Superstitiosos ait Cicero (Nat. Deor. 2, 72) appellatos 'qui totos
dies precabantur et inmolabant, ut sibi sui liberi superstites
essent.' Sollicitus, quia sollers et citus atque inrequietus.

2 detulerunt *K* adr. C^1: abrogaverunt *K* ritu (-to) *codd.* 5 id est] de *K* 7 aptus] apastus T^1: a pastu T^2 8 discritionis *K* a dinuscentia *K* 9 quod] quo *BCI* 10 discernant *T* 11 sapore] pare T^1 alicui *KT* discritioni vel sensu *K* Studiosus *om.* *T*: St. quasi studiis (ist-) curiosus *CUVX* (*non I*) 12 Sa. autem a *U* (*non V*) purificare *IKT* 13 sancti nonem *C*: sanctionem *T* 14 Sinc. . . . corr. *post* dicimus *T* 15 insencerius C^1 16 supremere p. T^1 (s. partes T^2): supraemae (-ppr-) partes *BIK*: super me pater *X* 17 Suavis *hab.* *BCIX*: *om.* *KT* 19 feris *K*: ferens *BCIT* 20 Spec. . . . forma *om.* T^1 25 Superstitiosus *BIT* appellatur *B*: -tor *CI* qui] quia *T* 26 precabatur *BI* immolabat *BI* liberis C^1 27 sollers et *om.* *K* (*non A*) inrequitus C^1

Sedulus familiare verbum Terenti; hoc est sine dolo: alias
adsiduus. Sodales dicuntur qui ad symbolum convenire con- 245
sueverunt, quasi suadentes. Ipsi et socii dicuntur propter
periculi aut operis societatem, quasi in una caliga et in uno
vestigio manentes. Stultus, hebetior corde, sicut quidam ait 246
(Afran. 416):

Ego me esse stultum existimo: fatuum esse non opino,

id est obtunsis quidem sensibus, non tamen nullis. Stultus est
qui per stuporem non movetur iniuria; saevitiam enim perfert
nec ultus est, nec ulla ignominia commovetur dolore. Segnis, 247
id est sine igni, ingenio carens. 'Se' autem sine significat, ut
sedulus sine dolo. Securus, quasi sine cura; id est frigidus,
per quod inutiles accipimus. Stupidus, saepius stupens. Su- 248
perbus dictus quia super vult videri quam est; qui enim vult
supergredi quod est, superbus est. Susurro de sono locutionis 249
appellatus, quia non in facie alicuius, sed in aure loquitur de alte-
ro detrahendo. Seditiosus, qui dissensionem animorum facit et 250
discordias gignit, quam Graeci διάστασιν dicunt. Severus, quasi
saevus verus; tenet enim sine pietate iustitiam. Simulator di- 251
citur a simulacro; gestat enim similitudinem eius, quae non est
ipse. Suasor [a suadendo quem vult decipere]. [Studiosus.] 252
Scrupulosus, animi minuti et asperi. Scrupo est enim arena
durior. Sacrilegus dicitur ab eo quod sacra legit, id est furatur.
Sicarius vocatur quia ad perpetrandum scelus telis armatus est.
Sica enim gladius est, a secando vocatus. Scaevus, sinister 253
atque perversus, ἀπὸ τοῦ σκαιοῦ. Est enim pessimi et crudelis

2 simbola *T* 3 suad. alias quasi sedales quod simul sedeant *CT^2UVX* (*non AI*) ipsi et *om. T*: et *om. I* 4 unam caligam (-ll-) *codd.* 5 et betior *T*: et ebetior *C^1* ait] agit *T* 7 factuum *T^1* (*non UX*): factum *KM* (*non ADI*) opino *K*: opinor *ABCDIT* (*ex* -nior) *UX* 9 perferet *T* 10 ullo *B* (*non I*) ignominiae *BKG* (*non I*) 14 quia] quod *B* videre *KT* 16 quia] qui *B* (*non I*) 17 detraendum *T* 18 quam] quem *B* 19 saevus] servus *B*: satis *CK* (*non I*) 20 e. quae (que) *CIKTUV*: e. et usque *A*: e. quod *B* 21 a suad. . . . decip. *om. T^1 ut vid.*: *hab. ABIKT^2UV*: in sua sorte trahens *C* (*pro* in suam sortem tr.) Stud. *hab. T* (*add.* quasi studis curiosus *T^2*) *UV*: *om. ABCIK* 22 muniti *T*: nuti *B* scrupor *A*: *an* scrupum? 23 dicitur *om. T^1* furator *T* 24 vocatur *om. K* (*non A*) quia *IT*: qui *AC*: qua *K*: quod *B* 25 ad sec. *B* 26 ἀ. τ. σ. *om. IK*

animi. Scenicus, qui in theatro agit. Theatrum enim scena
est. Scorta, quod a Graecis quoque σκύτη vocabantur: quo
254 defricantur pelles quibus corruptela fit. Spurcus, quod sit in-
purus. Scelerosus, sceleribus plenus; ut lapidosus locus et
255 arenosus. Plus est autem scelerosus quam sceleratus. Sator,
seminator vel pater, a semine. Scurra, qui sectari quempiam
solet cibi gratia. A sequendo igitur inde scurras appellatos.
Idem assecla, a sequendo. Satelles, quod adhaereat alteri, sive
256 a lateris custodia. Suffectus, in loco alterius suppositus, quasi
suffactus. Vnde et consulem suffectum dicimus eum qui pro
257 alio substituitur. Secundus, quia secus pedes: et tractus est
sermo a sequentibus servis pedisequis. Vnde et secunda for-
tuna dicitur, quod secundum nos est, id est prope nos. Inde
et res secundae, id est prosperae. Secundae autem a sequendo
258 sunt dictae. Stipulator, promissor. Stipulare enim promittere
259 est, ex verbis iurisperitorum. Sanus, a sanguine, quia sine pal-
260 lore est. [Sospes.] Subtilis ab extenuatione dictus. Sequester
dicitur qui certantibus medius intervenit, qui apud Graecos ὁ
μέσος dicitur, apud quem pignera deponi solent. Quod vo-
cabulum ob sequendo factum est, quod eius, qui electus sit,
261 utraque pars fidem sequatur. Sessilis, quod non videtur stare,
sed sedere. Surdus, a sordibus humoris aure conceptis; et
quamvis multis casibus accidat, nomen tamen aeger ex prae-
262 dicto vitio retinet. Siccus, quod sit exsucatus; sive per anti-

2 quod] quo *K* (*non A*) quodque *T* σκύτη] scite (-thae, -tae) *codd.* vocabatur *B*¹ (*non A*) qui effricantur *B*: quod efr. *AI* 3 quibus] cuius *ABK* (*non I*) 5 plus au. *T* 6 Scur. . . . ass. a seq. *om. T* 7 civi *codd.* appellatas *B* 8 idem ad secula *C*: idem saecula (se-?) *A*: idem et saecula (se-) *BI*: id est et ad scelera *K* a seq.] adsequendo *K* (*non A*) adheret *C* 9 lateri cust. *K* 11 quia] qui *A*: quasi *B* (*non I*) tractatus *T* 12 serv. ped.] equis pedis equis *K* (*non A*) 13 quod] quia *B* (*non A*) sec. non est *TC*¹ inde] unde *AB* (*non I*) 16 iurisper. qui etiam stipulum firmum appellaverunt *UXC* (*non AI*) 17 est *om. K* (*non A*) Sospes *hab. ABCIU*: *om. KT*¹: Sospes colomis sanus *T*² *Inter* Sosp. *et* Subt. *add.* Salus a sale nomen accepisse putatur *CUX* (*non AI*) 17 extenutione *K* (*non A*) 18 certaminibus *B* (*non I*) 20 sequendum *C*¹ 21 Sessilis . . . dictus (§ 263) *om. T* 23 quamvis] quasnis *K* 24 tenet *K* Sic. quasi s. unctus *A* (*non I*)

phrasin, quod sit sine suco. Sepultus dictus est eo quod sit sine palpatione, vel sine pulsu, id est sine motu. Saio ab exi- 263
gendo dictus. Sutor a suendis pellibus nominatus. Subulcus, porcorum pastor; sicut bubulcus, a cura boum.

T

Tutor, qui pupillum tuetur, hoc est intuetur; de quo in con- 264
suetudine vulgari dicitur: 'Quid me mones? Et tutorem et paedagogum olim obrui.' Testes dici quod testamento adhi- 265
beri solent; sicut signatores, quod testamentum signent. Te- 266
tricus, mons in Sabinis asperrimus. Vnde et tristes homines tetricos dicimus. Taciturnus, in tacendo diuturnus. Trutina- 267
tor, examinator, ex iudicii libra perpendens recta; translatione a trutina, quae est gemina ponderum lances. Tristis. Tenax, 268
nummi cupidior, quod teneat. Interdum et pertinax. [Tru- 269
culentus.] Torvus, terribilis, eo quod sit torto vultu et turbulento aspectu, ut: 'torva leaena,' et (Virg. Aen. 3, 677):

Cernimus adstantes nequiquam lumine torvo.

Turbidus, terribilis. Teter, ob obscura tenebrosaque vita. 270
Teterrimus, pro fero nimium. Tetrum enim veteres pro fero dixerunt, ut Ennius (Ann. 607): 'tetros elephantos.' Terribilis, quia terrorem habet et timetur. Tergiversator, quod 271
animum quasi tergum vertat huc et illuc, nec [facile] qualis sit intellegitur. Temulentus a temeto, id est vino, dictus. Ti- 272
midus, quod timeat diu, id est sanguine; nam timor sanguinem gelat, qui coactus gignit timorem. Turpis, quod sit informis et 273
torpeat.

V

Vir, a virtute. Vtilis, ab utendo bene sua, vel quod bene 274
quid utere possit; sicut docilis, quod doceri possit. Verus, a 275

1 sit *om.* *C* 2 vel pulsu *K*: v. s. p. est *C* Salo *B*: Sagio *dett.* 3 a suendo *K*: abesuendis *T* 6 suetudine *C*[1] 8 dicti *C* 10 in samnis *B* (*non I*) 11 diurnus *K*: diurnis (*corr.* -nus) *C* 12 ex] et *K* (*non A*) 13 laces *C*[1] (*non A*) Tristis *om.* *K* (*non A*) 14 quod] quem *B* (*non I*) Truc. *hab.* *ABCIU*: *om.* *KT*[1]: Truc. crudelis inmanis seuus *T*[2] 16 ut] et *T* turba le. *K* 18 ob *om.* *T*: ab *BCI* 20 teros elevantos *K* (*non MAI*) Terribilem *KM* (*non AI*) 22 facile *hab.* *BIT*: *om.* *ACK* 23 intellegatur *K* (*non A*) autemeto id es *T* 24 diu *suspectum* 29 doc. qui do. *T* docere *C*[1]

veritate; hinc et verax. Maior est veritas quam verus,
276 quia non veritas a vero, sed verus a veritate descendit. Veridicus, quia verum dicit et veritatis adsertor est. Verecundus,
277 quia verum factum erubescit. Venustus, pulcher, a venis, id est sanguine. [Viridis, vi et suco plenus, quasi vi rudis.] [Vivens, vivus.] Varius, quasi non unius viae, sed incertae mixtaeque sententiae. Versutus, eo quod eius mens in quolibet actu ad quamlibet fraudem facile vertitur; unde et ver-
278 sutia dicitur contorta sententia. Plautus (Epid. 371):

Versutior [est] quam rota figularis.

279 [Vilis, a villa; nullius enim urbanitatis est.] Versipellis, eo quod in diversa vultum et mentem vertat. Inde et versutus et callidus. Violentus, quia vim infert. Vecors, mali cordis et malae con-
280 scientiae. Vagus, quia sine via. Vanus a Venere etymologiam trahit. Item vanus inanis, falsus, eo quod memoria evanescat.
281 Vesanus, non probe sanus. Vinolentus, qui et satis bibit et difficile inebriatur. Vexatus, id est portatus; ab eo quod est veho, vecto, vexo, ut vexasse sit portasse. Veneficus, eo quod
282 venenum mortis causa paravit, aut praestitit, aut vendidit. Vector, quasi vehitor. Est autem vector et qui vehit et qui vehitur. Venator, quasi venabulator, a venatione scilicet, quo bestias premit. Quattuor autem sunt venatorum officia: vestigatores, indagatores, alatores, pressores.

2 a viro *K* Verid. . . . erub. *om. B* (*non I*) Veridictus C^1 5 est a sang. *K* (*non A*) Viridis . . . rudis *hab. T* (qu. vi ru. *in ras.*) *UVW et* (*post* vivus) *CX*: *om. ABIK* vi rudis] viridis *C* 6 Vivens vivus *hab. ABCIUV*: *om. KT* 7 huius *A* 9 torta *K* (*non A*) 10 est *hab.* $BCIT^1U^2W$: *om.* AKU^1V figuralis *AT*: figulalis *B* (*non I*) 11 Vilis . . . urb. est *hab. C* (*ante* Varius, § 277) *T*: *om. ABIKUVX* urb. est Vivus *C* 13 vim] viam *T* inferit *K* mali consc. *T* conscientia *K* 15 idem *K* memoriae (-ie) ev. *KT*: -riam ev. *B* (*non I*) 16 non prove *TI*: non pro *U*: porro AC^1KB^2 (B^1 *n. l.*) quia et C^1 18 vecto *om. B* (*non I*) 19 paruit *T* 20 qu. veitior C^1 quia vehit *K* 21 quo] quod *K* (*non I*) 22 bectias C^1 ventorum off. C^1

SCRIPTORUM CLASSICORUM
BIBLIOTHECA OXONIENSIS



OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
LONDINI ET NOVI EBORACI
APUD HENRICUM FROWDE

OXONII
Excudebat Horatius Hart
Typographus academicus

ISIDORI
HISPALENSIS EPISCOPI
ETYMOLOGIARVM SIVE ORIGINVM

LIBRI XX

RECOGNOVIT
BREVIQVE ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

W. M. LINDSAY

IN VNIVERSITATE ANDREANA LITTERARVM HVMANIORVM PROFESSOR

TOMVS II
LIBROS XI–XX CONTINENS

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

AVCTORES

Arev. = editio Arevaliana (revera ex Grialiana derivata) in Mignii Patrologia Latina

Otto = editio Ottoniana in Lindemanni Corp. Gramm. Lat.

Schwarz = H. Schwarz 'Observationes criticae in Isid. Hisp. Origines.' Hirschberg, 1895

Dressel = H. Dressel 'De Isidori Originum Fontibus.' Turin, 1874

Klussmann = M. Klussmann 'Excerpta Tertullianea in Isid. Hisp. Etymologiis.' Hamburg, 1892

Sadée = L. Sadée 'Ueber Freiburger Fragmente einer Handschrift der Etymologiae des Isid. Hisp.' Freiburg, 1883

Schenk = A. Schenk 'De Isid. Hisp. de Nat. Rer. libelli fontibus.' Iena, 1909

SIGLA CODICVM

α = Familiae I codices

A = Ambrosianus L 99 sup., saec. viii
B = Bernensis 101, saec. ix–x
C = Leidensis (Voss. lat. F. 74), saec. ix–x
D = Basileensis F. III. 15, saec. viii ex.
E = Parisiensis lat. 13028, saec. viii ex.
F = Weilburgensis (Gymn. bibl. 3), saec. ix
G = Sangallensis primus (231–232), saec. ix–x
H = Harleianus lat. 2686, saec. ix ex.
I = Bruxellensis II. 4856, saec. viii ex.
Bern. = Bernensis 263, saec. ix
Bern. extr. = Bernensis 611, saec. viii
Bern. frag. = Bernensis AA 90 (23), saec. viii
Col. = Coloniensis 83 II, saec. viii ex.
Eins. frag. = Einsidlensis 365 (42), saec. viii
Harl. extr. = Harleianus lat. 3034, saec. viii
Mon. = Monacensis 6250, saec. ix
Monac. frag. = Monacensis 29051, saec. viii
Reg. = Coll. Reginae, Oxonii, 320, saec. ix ex.
Rem. = Remensis 426, saec. ix ex.
Sang. extr. = Sangallensis 913, saec. viii–ix
Trin. = Coll. S. Trinitatis, Cantabrigiae, 368, saec. ix
Voss. 82 = Leidensis (Voss. lat. F. 82), saec. ix

β = Familiae II codices

K = Karolinus Wolfenbuettelanus (Weissenburg. 64), saec. viii in.
L = Vaticanus lat. 5763, saec. viii in.
M = Cavensis 23, saec. viii ex.
N = Carolsruhensis (Aug. LVII), saec. viii
O = Sangallensis alter (233), saec. ix in.
P = Sangallensis tertius (235), saec. ix in.
Par. extr. = Parisiensis lat. 7530, saec. viii ex.
Phill. = Berolinensis (Phillippsianus 1831), saec. viii–ix

γ = Familiae III codices

T = Toletanus Matritensis (Tol. 15. 8), saec. viii ex. (?)
U = Escorialensis primus (T. II. 24), saec. ix ex. (?)
V = Escorialensis alter (&. I. 14), saec. ix (?)
W = Escorialensis tertius (P. I. 7), saec. ix in. (?)
X = Sangallensis quartus (237), saec. ix–x
Ovet. extr. = Ovetensis Escorialensis (R. II. 18), saec. viii

codd. = *BCKT*, quorum universas lectiones per totum opus (cf. ad init. libri XVII), quoties a textu discrepant, in apparatu exhibui

ISIDORI
HISPALENSIS EPISCOPI
ETYMOLOGIARVM SIVE ORIGINVM
LIBER XI
DE HOMINE ET PORTENTIS

De homine et partibvs eivs. Natura dicta ab eo quod 1
nasci aliquid faciat. Gignendi enim et faciendi potens est.
Hanc quidam Deum esse dixerunt, a quo omnia creata sunt et
existunt. Genus a gignendo dictum, cui derivatum nomen a 2
terra, ex qua omnia gignuntur; γῆ enim Graece terra dicitur.
Vita dicta propter vigorem, vel quod vim teneat nascendi atque 3
crescendi. Vnde et arbores vitam habere dicuntur, quia
gignuntur et crescunt. Homo dictus, quia ex humo est factus, 4
sicut [et] in Genesi dicitur (2, 7): 'Et creavit Deus hominem
de humo terrae.' Abusive autem pronuntiatur ex utraque
substantia totus homo, id est ex societate animae et corporis.
Nam proprie homo ab humo. Graeci autem hominem *ἄνθρω-* 5
πον appellaverunt, eo quod sursum spectet sublevatus ab humo
ad contemplationem artificis sui. Quod Ovidius poeta de-
signat, cum dicit (Metam. 1, 84):

Pronaque cum spectant animalia cetera terram,
os homini sublime dedit caelumque videre
iussit, et erectos ad sidera tollere vultus.

Qui ideo erectus caelum aspicit, ut Deum quaerat, non ut
terram intendat veluti pecora, quae natura prona et ventri
oboedientia finxit. Duplex est autem homo: interior et ex- 6

1 ab *om.* *K* 4 dirivativum *ex* diritivum *K* 5 quo *T* 6 nascendi] vivendi *K* (*non D*) 8 quia] quod *C* hum. fac. *K* 9 et *hab.* *BFT*: *om.* *CK* 10 de] ex *K* 11 substantie *T* 13 expectet (exsp-) *BFKT* sublatus *B* 14 poete *T* 16 expectant *T* 17 hominis *C*: homines *KB* videre] vivere *K* 18 rectos ad *K* 19 non terr. *T* 20 ventris *KB* 21 finxit *om.* *B*[1] au. est *K* (*non D*): au. *om.* *C*

terior. Interior homo anima, [et] exterior homo corpus
7 Anima autem a gentilibus nomen accepit, eo quod ventus sit.
Vnde et Graece ventus ἄνεμος dicitur, quod ore trahentes aerem
vivere videamur: sed apertissime falsum est, quia multo prius
gignitur anima quam concipi aer ore possit, quia iam in gene-
8 tricis utero vivit. Non est igitur aer anima, quod putaverunt
quidam qui non potuerunt incorpoream eius cogitare naturam.
9 Spiritum idem esse quod animam Evangelista pronuntiat dicens
(Ioh. 10, 18): 'Potestatem habeo ponendi animam meam, et
rursus potestatem habeo sumendi eam.' De hac quoque ipsa
Domini anima passionis tempore memoratus Evangelista ita pro-
tulit, dicens (Ioh. 19, 30): 'Et inclinato capite emisit spiritum.'
10 Quid est enim emittere spiritum nisi quod animam ponere? Sed
anima dicta propter quod vivit: spiritus autem vel pro spiritali
11 natura, vel pro eo quod inspiret in corpore. Item animum idem
esse quod animam; sed anima vitae est, animus consilii. Vnde
dicunt philosophi etiam sine animo vitam manere, et sine mente
animam durare: unde et amentes. Nam mentem vocari, ut sciat:
12 animum, ut velit. Mens autem vocata, quod emineat in anima,
vel quod meminit. Vnde et inmemores amentes. Quapropter non
anima, sed quod excellit in anima mens vocatur, tamquam caput
eius vel oculus. Vnde et ipse homo secundum mentem imago
Dei dicitur. Ita autem haec omnia adiuncta sunt animae ut una
res sit. Pro efficientiis enim causarum diversa nomina sortita
13 est anima. Nam et memoria mens est, unde et inmemores
amentes. Dum ergo vivificat corpus, anima est: dum vult,
animus est: dum scit, mens est: dum recolit, memoria est: dum
rectum iudicat, ratio est: dum spirat, spiritus est: dum aliquid

1 et *hab.* *BFT*: *om.* *CK* homo *om.* *K* (*non D*) 4 multum *K* 5 anima *om.* *B*[1] qui etiam *K* 6 est *om.* *K* 7 quid. qu. n. pot. *om.* *T* potaverunt *C*[1] in corpore aut eius *K* 9 et rurs. . . . eam] et iterum sumendi eam *X* rursum *C* 11 pass. suae temp. *B* (*non X*) 13 enim *om.* *T*[1] quod et an. *B* 14 propter] pro *T* quod] quia *C*[1] 15 vel eo *K* spiret *FK* 16 quod et an. *B* sed anime *T* un. et di. phil. *K*: un. phil. di. *C* 17 mente *om.* *T* 18 sciant animam *K* 19 animam *CT* in an. vel. qu. mem. in animam un. *K* (*non D*) 20 quod] quia *C* 22 eius *om.* *K* (*non D*) ocolum *K* 24 efficentiis *B* 28 recte *T* rat. dum *K*

sentit, sensus est. Nam inde animus sensus dicitur pro his quae
sentit, unde et sententia nomen accepit. Corpus dictum eo 14
quod corruptum perit. Solubile enim atque mortale est, et
aliquando solvendum. Caro autem a creando est appellata. 15
Crementum enim semen est masculi, unde animalium et hominum corpora concipiuntur. Hinc et parentes creatores vocantur. Caro autem ex quattuor elementis conpacta est. Nam 16
terra in carne est, aer in halitu, humor in sanguine, ignis in calore vitali. Habent enim in nobis elementa suam quaeque partem,
cuius quid debetur conpage resoluta. Caro autem et corpus 17
diversa significant. In carne semper corpus est, non semper in corpore caro. Nam caro est quae vivit, idem et corpus. Corpus, quod non vivit, idem non caro. Nam corpus dici aut quod post vitam est mortuum, aut sine vita est conditum. Interdum et cum vita corpus, et non caro,
ut herba et lignum. Sensus corporis quinque sunt: visus, 18
auditus, odoratus, gustus, et tactus. Ex quibus duo aperiuntur
et clauduntur, duo semper patentes sunt. Sensus dicti, quia 19
per eos anima subtilissime totum corpus agitat vigore sentiendi. Vnde et praesentia nuncupantur, quod sint prae sensibus; sicut
prae oculis, quae praesto sunt oculis. Visus est qui a philoso- 20
phis humor vitreus appellatur. Visum autem fieri quidam adseverant aut externa aetherea luce, aut interno spiritu lucido per tenues vias a cerebro venientes, atque penetratis tunicis in aerem exeuntes, et tunc conmixtione similis materiae visum
dantes. Visus dictus, quod vivacior sit ceteris sensibus ac 21
praestantior sive velocior, ampliusque vigeat, quantum memoria

2 et sentia *KT*[1] : essentia *T*[2] dic. est eo *C* 5 un. et an. et *T* 6 h:c *B* 9 in nobis *om.* *K* s. quamque p. *BC*[1] : sua qu. parte *K* 10 cuius] cui *CF* 12 in corp. ca. est nam *C* est semper qui viv. *T* id. et co. qu. non vi. corpus id. *B* 16 ut] et *K* Sens. corpus *T* 17 od. aud. *K* (*non D*) 18 claudentur *K* (*non D*) quia] quod *C* 19 exagitat *B* 20 quia sunt *B* 21 per oc. *T*[1] quia (*sic*) pr. sunt oc. *om.* *B*[1], *add.* (*post* nuncupantur) *B*[2] 22 fieri *om.* *K* (*non D*) asseruerunt *K* (*non D*) 23 aut] ut *T* ext. et aerea *K* : extrema aeth. *BD* : extrema et aeth. *C* 24 tenuas vi. cer. *T* veniente . . . exeunte . . . dante *Schwarz* penetrantes *DK* 25 aere *codd.* comixtionis *K* (*non D*) 27 sive *om.* *T* vegitat *DK*[1] : quam mem. *K* (*non D*)

inter cetera mentis officia. Vicinior est enim cerebro, unde
omnia manant ; ex quo fit ut ea quae ad alios pertinent sensus,
'vide' dicamus ; veluti cum dicimus : 'Vide quomodo sonat,'
22 'vide quomodo sapit,' sic et cetera. Auditus appellatus, quod
voces auriat ; hoc est aere verberato suscipiat sonos. Odora-
tus quasi aeris odoris adtactus. Tacto enim aere sentitur. Sic
et olfactus, quod odoribus adficiatur. Gustus a gutture dictus.
23 Tactus, eo quod pertractet et tangat et per omnia membra vi-
gorem sensus aspergat. Nam tactu probamus quidquid ceteris
sensibus iudicare non possumus. Duo autem genera tactus
esse ; nam aut extrinsecus venit quod feriat, aut intus in ipso
24 corpore oritur. Vnicuique autem sensui propriam naturam da-
tam. Nam quod videndum est, oculis capitur, quod audiendum
est, auribus : mollia et dura tactu aestimantur, sapor gustu, odor
25 naribus ducitur. Prima pars corporis caput ; datumque illi hoc
nomen eo quod sensus omnes et nervi inde initium capiant,
atque ex eo omnis vigendi causa oriatur. Ibi enim omnes sen-
sus apparent. Vnde ipsius animae, quae consulit corpori, quo-
26 dammodo personam gerit. Vertex est ea pars qua capilli capi-
tis colliguntur, et in qua caesaries vertitur ; unde et nuncupatur.
27 Calvaria ab ossibus calvis dicta, per defectionem ; et neutraliter
pronuntiatur. Obcipitium capitis pars posterior, quasi contra
28 capitium, vel quod sit capiti retrorsum. Capilli vocati quasi
capitis pili, facti ut et decorem praestent et cerebrum adversus
frigus muniant atque a sole defendant. Pilos autem dictos a
pelle, qua prodeunt ; sicut et pilo dicitur a pila, ubi pigmentum
29 contunditur. Caesaries a caedendo vocata, ideoque tantum
virorum est. Virum enim tonsum decet, mulierem non decet.

1 cerebro *om.* C^1 : encerebro B^1 2 pertinet *KD* s. videre di. *dett.* : sensui dedicamus *T* 3 vel. cum dic. *om.* *K* (*non D*) 4 app. est quod *K* 5 sonum *K* Odoris B^1 6 tactus en. *D* sic . . . adf. *om.* *K* (*non D*) sicut olf. *T* (*non U*) 9 quidq. . . . poss. *om.* *K* (*non D*) 10 duo tantum gen. esse *K* : dum au. iudicat actus est *B* (*non D*) 12 oriatur *T* sens. in prop. *K* 13 aud. aur. *C* 14 et] ac *C* 15 dicitur *K* 16 capiant] sumant *B* 18 consolet *K* quodadmodo *T* 19 pars que *T* 23 vel quod] quia *C* capitis retr. *K* 24 ut dec. *CK* pr. cer. *BK* 26 pel. de qua *K* pilo] pilum *C*

Comae sunt proprie non caesi capilli, et est Graecus sermo. 30
Nam comas Graeci caimos a secando nominant, unde et κείρειν
tondere [dicunt]. Inde et cirri vocantur, quod etiam idem
Graeci μαλλὸν vocant. Crines proprie mulierum sunt. Dictae 31
autem crines eo quod vittis discernantur. Vnde et discriminalia
dicuntur, a quibus divisae religantur. Tempora sunt, quae 32
calvariae dextra laevaque subiacent. Quae ideo sic nuncupan-
tur quia moventur, ipsaque mobilitate quasi tempora quibusdam
intervallis mutantur. Facies dicta ab effigie. Ibi est enim 33
tota figura hominis et uniuscuiusque personae cognitio. Vultus 34
vero dictus, eo quod per eum animi voluntas ostenditur. Se-
cundum voluntatem enim in varios motus mutatur, unde et
differunt sibi utraque. Nam facies simpliciter accipitur de
uniuscuiusque naturali aspectu ; vultus autem animorum quali-
tatem significat. Frons ab oculorum foraminibus nominata est. 35
Haec imago quaedam animi mentis motum specie sua exprimit,
dum vel laeta vel tristis est. Oculi vocati, sive quia eos cilio- 36
rum tegmina occulant, ne qua incidentis iniuriae offensione
laedantur, sive quia occultum lumen habeant, id est secretum
vel intus positum. Hi inter omnes sensus viciniores animae
existunt. In oculis enim omne mentis indicium est, unde et
animi perturbatio vel hilaritas in oculis apparet. Oculi autem
idem et lumina. Et dicta lumina, quod ex eis lumen manat,
vel quod ex initio sui clausam teneant lucem, aut extrinsecus
acceptam visui proponendo refundant. Pupilla est medius 37
punctus oculi, in quo vis est videndi ; ubi quia parvae imagi-
nes nobis videntur, propterea pupillae appellantur. Nam par-

2 a secundo *B* 3 dicunt *hab. BDT* : *om. C* : vocant *K* unde *C* (*non D*) 4 Graeci *om. K* (*non D*) mallonem *codd.* (*etiam D*) *vel* propriae 5 utitis *T* 7 nunc.] nominantur *B* 8 temporum *C* 9 ubi *K* est *om. B* : *post* enim *C* 10 et *om. K* 11 ostendatur *C* 12 enim] vero *B* mut. mot. *C* 14 asp.] affectu *K* quia latatem *C*[1] 18 occultant *CK* : occulunt *T* 19 l*etantur *B*[1] quod occ. *K* habent *BCK* 20 vic. animo *C* 23 lum. dic. lum. *K* quod] quia *BC* 24 quod] quia *BC* qu. init. *T* teneat *BK* intrinsecus *K* 25 accepta *BK* refundat *K* Pu. autem est *D* 26 in quo] ubi *B* vis . . . quia *om. K* vis] visus *DK* vid. est *B* 27 nam pa.] pa. enim *B*

vuli pupilli dicuntur. Hanc plerique pupulam vocant: vocatur
autem pupilla quod sit pura atque inpolluta, ut sunt puellae.
Physici dicunt easdem pupillas, quas videmus in oculis, mori-
turos ante triduum non habere, quibus non visis certa est
38 desperatio. Circulus vero, quo a pupilla albae partes oculi
separantur discreta nigredine, corona dicitur, quod rotunditate
39 sui ornet ambitum pupillae. Palpebrae sunt sinus oculorum,
a palpitatione dictae, quia semper moventur. Concurrunt enim
invicem, ut assiduo motu reficiant obtutum. Munitae sunt autem
vallo capillorum, ut [et] apertis oculis si quid inciderit repellatur,
40 et somno coniventibus tamquam involuti quiescant latentes.
In summitate autem palpebrarum locis, quibus se utraque
clausa contingunt, extant adnati ordine servato capilli tutelam
oculis ministrantes, ne inruentes facile iniurias excipiant et ex
eo noceantur, ut pulveris vel cuiusquam crassioris materiae
arceant contactum, aut ipsum quoque aerem concidendo miti-
41 ficent, quo tenuem atque serenum faciant visum. Lacrimas
quidam a laceratione mentis putant dictas; alii existimant ideo
42 quod Graeci δάκρυα vocant. Cilia sunt tegmina quibus ope-
riuntur oculi, et dicta cilia quod celent oculos tegantque tuta
custodia. Supercilia dicta, quia superposita sunt ciliis; quae
idcirco pilis vestita sunt ut oculis munimenta praetendant, et
sudorem a capite defluentem depellant. Intercilium vero est
43 medium illud inter supercilia quod sine pilis est. Genae sunt
inferiores oculorum partes, unde barbae inchoant. Nam Graece

1 dicuntur *om.* B^{1} 2 pupula quia sit pura *C* ut sunt] unde et *K* (*non D*) 3 in oculi vid. *T* morituras *B* 5 quo a] quot T^{1} 6 nigretudine C^{1} quod] quae *B*: quia *C* 7 sui *om.* *K* pupulae *K*: pup. Volvos quidam (autem *U*: au. quidam T^{2}) appellant ipsos vertices oculorum a similitudine volvorum $CT^{2}U$ (*non X*) Palpebra est . . . dicta *K* 8 quia] quae *K*: qua *B* 9 monita est au. villo *K* 10 et *hab.* *CT*: *om.* *BK* repellatur *om.* *B* 11 conhibentibus *C*: cohibentibus *BK* 12 se *om.* *B* 13 adnoti *BK*: adfatim *C* cap. serv. *B* 15 cuiuscumque *K* mat. crass. *B* 16 contactus T^{1}: tactum *K* concidendum *K* 18 putat *C* ideo] eo *C* 19 quod] quia *K* dasria *T*: dassiria *K*: darsiria *BC* cooperiuntur *BC* 20 quod] quia *K* tota *B* 21 ciliis] oculis *K*: ciliciis *B* 22 praetedant *K*: praecedant *B* 23 vero med. *K* 24 quod] quia *K*

γένειον barbae. Hinc et genae, quod inde incipiant gigni barbae.
Malae sunt eminentes sub oculis partes ad protectionem eorum 44
suppositae. Vocatae autem malae sive quod infra oculos pro-
minent in rotunditatem, quam Graeci μῆλα appellant, sive
quod sint supra maxillas. Maxillae per diminutionem a malis ; 45
sicuti paxillus a palo, taxillus a talo. Mandibulae sunt maxilla-
rum partes, ex quo et nomen factum. Barbam veteres voca-
verunt, quod virorum sit, non mulierum. Aurium inditum 46
nomen a vocibus auriendis, unde et Vergilius (Aen. 4, 359) :

Vocemque his auribus ausit.

Aut quia vocem ipsam Graeci αὐδὴν vocant, ab auditu ; per
inmutationem enim litterae aures quasi audes nuncupatae sunt.
Vox enim repercussa per anfractus earum sonum facit quo
sensum excipiant audiendi. Pinnula summa pars auris, ab
acumine dicta. Pinnum enim antiqui acutum dicebant, unde
et bipinnis et pinna. Nares idcirco nominantur quia per eas 47
vel odor vel spiritus nare non desinit, sive quia nos odore
admonent ut norimus aliquid ac sciamus. Vnde et e contra
inscii ac rudes ignari dicuntur. Olfecisse enim scisse veteres
dicebant. Terentius (Adelph. 397) :

Ac non totis sex mensibus
prius olfecissent, quam ille quidquam coeperit.

Narium recta pars, propter quod aequaliter sit in longitudine 48
et rotunditate porrecta, columna vocatur : extremitas eius
pirula, a formula pomi piri : quae vero dextra laevaque sunt,
pinnulae, ab alarum similitudine : medium autem interfinium.

1 γένειον] genos *codd.* quodquod *T*: quia *K* indecipiant *T* bar. gig. *C* 2 Mala est *K* sub oc. eius *B* 3 quod] quia *BC* 4 quam *T*: quae *BCK* 5 quod] quia *BC* sunt *B* supra *KC*: super *TB* 6 max. sunt *C* 7 ex qua *codd.* Varbam *Isid.* vocant *C* 8 quod] quia *K* indeditum *K* : inde dictum *C* 10 ausi *BC* 11 quia] quod *B* auden liden *codd.* (*etiam DFUX*) ob aud. *D* : ab habitu *K* 12 enim *om. BK* (*non D*) 13 enim *om. T* earum *ex* eorum *C* 14 excipiunt *C* 15 pinnum] penum *T* (*non D*) 16 bipennis *BC* 17 spiritum *T* natare *C* : manare *DKT* non desinent *D* : non sinunt *B* : sinuntur *K* quia et nos *C* : quod nos *B* : quae a nos *D* 18 norimus B^1 : naribus *T*: odoremus B^2DK ac] uel *B* e cont. *K* : et cont. *CT*: et haec cont. *B* 19 vet. sci. *CK* 21 n. notis sex *C* : n. notis ex *BDT* : nomen uti sex *K* 26 a fabarum sim. *K* (*non D*)

49 Os dictum, quod per ipsum quasi per ostium et cibos intus
mittimus et sputum foris proicimus ; vel quia inde ingrediuntur
50 cibi, inde egrediuntur sermones. Labia a lambendo nominata.
Quod autem superius est, labium dicimus ; quod inferius, eo
quod grossior sit, labrum. Alii virorum labra, mulierum labia
51 dicunt. Linguae a ligando cibo putat Varro nomen imposi-
tum. Alii, quod per articulatos sonos verba ligat. Sicut enim
plectrum cordis, ita lingua inliditur dentibus et vocalem efficit
52 sonum. Dentes Graeci ὀδόντες vocant, et inde in Latinum
trahere nomen videntur. Horum primi praecisores dicuntur,
quia omne, quod accipitur, ipsi prius incidunt. Sequentes ca-
nini vocantur, quorum duo in dextra maxilla et duo in sinistra
sunt. Et dicti canini quia ad similitudinem caninorum existunt,
et canis ex ipsis ossa frangit, sicut et homo ; ut quod non pos-
sunt priores praecidere, illis tradunt ut confrangant. Hos
vulgus pro longitudine et rotunditate colomellos vocant. Vlti-
mi sunt molares, qui concisa a prioribus atque confracta subi-
gunt et molent atque inmassant ; unde et molares vocati sunt.
53 Dentium autem numerum discernit qualitas sexus. Nam in
54 viris plures, in feminis pauciores existunt. Gingivae a gignen-
dis dentibus nominatae. Factae sunt autem etiam ad decorem
dentium, ne nudi horrori potius quam ornamento existerent.
55 Palatum nostrum sicut caelum est positum, et inde palatum a
polo per derivationem. Sed et Graeci similiter palatum οὐρα-
νὸν appellant, eo quod pro sui concavitate caeli similitudinem
56 habeat. Fauces a fundendis vocibus nominatae, vel quod per
eas famur voces. Arteriae vocatae, sive quod per eas a pul-

1 quod] quia *K* qu. ost. *K* 2 mittamus *C* quia] quod *BC* 3 lam. sunt no. *C* : labendo no. *BK* 4 inf. est eo *C* 6 lingendo *ex* lig- *D* : lingundo *T* (*non U*) : legando *K* putaverunt ipsum no. situm al. qu. particulatos *K* (*non DF*) 7 quod] quia *C* ligant *K* (*non DF*) 8 plectro *K* (*non DF*) 9 voc.] dicunt *C* (*non D*) inde lat. *C*[1] 10 precessores *T*: pricisores dicisores *K* (*non D*) 11 quia] quod *B* 13 in similitudine *C* existant *C* 14 sicut *om.* *T* 15 infrangant *K* 16 pro long. et latitudine et rot. *K* columellos *C* 18 molunt *C* 19 discernunt *T* 20 gignendo *T* 21 etiam *om.* *B* : autem *om.* *K* : autem etiam *T* 24 sed] sic *K* sim. per dirivationem pal. *K*[1] 26 habet *T*: habeant *B* 27 vocatae *om.* *K* (*non D*) quod] quia *KB* (*non D*)

mone aer, hoc est spiritus fertur, seu quod artis et angustis
meatibus spiritum vitalem retineant, unde vocis sonos emittunt:
qui soni uno modo sonarent, nisi linguae motus distantias vocis
efficeret. Toles Gallica lingua dicuntur, quas vulgo per dimi- 57
nutionem tusillas vocant, quae in faucibus turgescere solent.
Mentum dictum, quod inde mandibulae oriantur, vel quod ibi
iungantur. Gurgulio a gutture nomen trahit, cuius meatus ad 58
os et nares pertendit: habens viam qua vox ad linguam trans-
mittitur, ut possit verba conlidere. Vnde et garrire dicimus.
Rumen proximum gurgulioni, quo cibus et potio devoratur. 59
Hinc bestiae, quae cibum revocant ac remandunt, ruminare
dicuntur. Sublinguium operculum gurgulionis, quasi parva
lingua quae foramen linguae recludit operitve. Collum dictum, 60
quod sit rigidum et teres ut columna, baiulans caput et sus-
tentans quasi capitolium: cuius anterior pars gula vocatur, po-
sterior cervix. Cervix autem vocata, quod per eam partem 61
cerebrum ad medullam spinae dirigitur, quasi cerebri via. Ve-
teres autem plurali tantum numero cervices dicebant: prius
Hortensius cervicem singulariter dixit. Cervix autem numero
singulari membrum ipsud significat: nam pluraliter contuma-
ciam saepe demonstrat. Cicero in Verrinis (6, 110): 'Praeto-
rem tu accuses? frange cervices.' Vmeri dicti, quasi armi, ad 62
distinctionem hominis a pecudibus mutis, ut hi humeros, illi
armos habere dicantur. Nam proprie armi quadrupedum sunt.
Ola summi humeri pars posterior. Brachia a fortitudine nomi- 63
nata: βαρὺ enim Graece grave et forte significatur. In brachiis
enim tori lacertorum sunt, et insigne musculorum robur existit.

1 quod] quia *CKB* (*non D*) 2 teneant *K* (*non D*) emittant *K* 3 distinctas voces *C* 4 Toles *BT*: Tolis *K*: Tolles *CDU* 5 tusillas *BCTU*: tusilas *K*: taxellas *D* 6 dictum *bis K* mand. inde *C* (*non D*) vel . . . iung. *om.* C^1 quod] quia *K* (*non D*) 7 iunguntur *K* (*non D*) Gurguli *K* 8 contendit *C* 9 possint *B* 10 proximus *KB ante corr.* (*non V*) 11 best.] animalia *C* 12 Sublinguum *K*: Sublingubium *T* 13 quae] quod *K* 14 quod] quia *K* teres CT^1: erens (*i. e.*) haerens T^2: heret (hae-) *DKFB*: rotundum *X* 16 quod] quia *CK* per *om. K* 17 medellam B^1 18 num. tant. *C* prius] primus *dett.* 22 accusses *K*: accusas *B* frangere *K* 23 pecodibus *T*: pecoribus *K* 24 dicuntur *TC*: dicantur *KB* 27 masculorum C^1 rubor *K*

Hi sunt tori, id est musculi: et dicti tori, quod illic viscera
64 torta videantur. Cubitum dictum, quod ad cibos sumendos in
ipso cubamus. Vlna secundum quosdam utriusque manus extensio est, secundum alios cubitus; quod magis verum est, quia
65 Graece ὤλενος cubitus dicitur. Alae subbrachia sunt appellatae, eo quod ex eis in modum alarum motus brachiorum inchoet; quas quidam ascillas vocant, quod ex his brachia celluntur, id est moventur; unde et oscilla dicta ab eo quod his cillantur, hoc est moveantur, ora. Nam cillere est movere. Has quidam subhircos vocant, propter quod in plerisque hominibus hircorum
66 foetorem reddant. Manus dicta, quod sit totius corporis munus. Ipsa enim cibum ori ministrat; ipsa operatur omnia atque dispensat; per eam accipimus et damus. Abusive autem manus etiam ars vel artifex, unde et manupretium dicimus.
67 Dextra vocatur a dando, ipsa enim pignus pacis datur; ipsa fidei testis atque salutis adhibetur; et hoc est illud apud Tullium (Cat. 3, 8): 'Fidem publicam iussu senatus dedi,' id est dextram. Vnde et Apostolus [(Galat. 2, 9): 'Dextras dederunt
68 mihi.'] Sinixtra autem vocata quasi sine dextra, sive quod rem
69 fieri sinat. A sinendo enim sinixtra est nuncupata. Palma est manus expansis digitis, sicut contractis pugnus. Pugnus autem a pugillo dictus, sicut palma ab expansis palmae ramis.
70 Digiti nuncupati, vel quia decem sunt, vel quia decenter iuncti existunt. Nam habent in se et numerum perfectum et or-

1 masculi *BC*^{1} quod] quia *KC* 2 videntur *C* dictum *om. K* (*non D*) quod] quia *CK* (*non D*) 3 ipsos *CK* sec. quos *T*^{1} 5 greci *K* dicunt *K* (*non D*) app. alae eo *K*: appellata eo *T*^{1} 6 ex his *T* inchoat *C* 7 ascilas *T*^{1}: ascellas *K* quod] eo quod *B*: quia (*ex* qua) *C* ex eis *K* 8 ascilla *BT*: ascellas *K* dictas eo *K* his c.] scillantur *T*: excellantur *B*^{1} *ut vid. K*: oscillantur *CB*^{2}*X* hoc *CT*: id *BK* 9 moventur *T* ora *om. K* cellere *K* 10 quod] quia *C*^{1} 11 reddunt *C* 12 mu.] manus *T* ori cib. *C* op. om. *T*: enim op. om. *K* 13 acc.] operamur *B* 14 munus pr. *K* (*ex* mn-): manus pr. *B* 17 iussus *TB*: iussi *C*^{1} 18 unde et . . . ded. mihi *TUX Mon.*: unde et apostolus *BCDFK* iacobus et iohannes d. d. m. *T*^{1} (*add.* et barnabe societatis *T*^{2}): d. d. m. et barnabe societatis *UX Mon.* 19 Laeva quod aptior sit ad levandum (*ante* Sin.) *hab. GUXT*^{2}: *om. BCKT*^{1} (*cf.* § 90) rem *om. K* 20 enim] autem *C* nunc. est *C* (*non D*) 21 co. pugnum *T* 22 ab spansis *BC*: adspansis *T*: ab pansis *K* 23 quia (*prius*)] quod *K*

dinem decentissimum. Primus pollex vocatus, eo quod inter
ceteros polleat virtute et potestate. Secundus index et salu-
taris seu demonstratorius, quia eo fere salutamus vel ostendimus.
Tertius inpudicus, quod plerumque per eum probri insectatio 71
exprimitur. Quartus anularis, eo quod in ipso anulus geritur.
Idem et medicinalis, quod eo trita collyria a medicis colliguntur.
Quintus auricularis, pro eo quod eo aurem scalpimus. Vngulas 72
ex Graeco vocamus: illi enim has ὄνυχας dicunt. Truncus
media pars corporis a collo ad inguinem. De quo Nigidius (108):
'Caput collo vehitur, truncus sustinetur coxis et genibus cru-
ribusque.' Thorax a Graecis dicitur anterior pars trunci a 73
collo usque ad stomachum, quam nos dicimus arcam eo quod
ibi arcanum sit, id est secretum, quo ceteri arcentur. Vnde et
arca et ara dicta, quasi res secretae. Cuius eminentes pulpae
mamillae: inter quas pars illa ossea pectus dicitur, dextraque
aut laeva costae. Pectus vocatum, quod sit pexum inter emi- 74
nentes mamillarum partes; unde et pectinem dici, quod pexos
capillos faciat. Mamillae vocatae, quia rotundae sunt quasi
malae, per diminutionem scilicet. Papillae capita mammarum 75
sunt, quas sugentes conprehendunt. Et dictae papillae, quod
eas infantes quasi pappant, dum lac sugunt. Proinde mamilla
est omnis eminentia uberis, papilla vero breve illud unde lac
trahitur. Vbera dicta, vel quia lacte uberta, vel quia uvida, 76
humore scilicet lactis in more uvarum plena. Lac vim nominis 77
a colore trahit, quod sit albus liquor: λευκὸς enim Graece album
dicunt: cuius natura ex sanguine commutatur. Nam post par-

1 vocatur *C* 2 index et *om. T* salutatorius *C* 3 demon-
strarius *T ante corr.* quia] quod *K* ost. *BDK*: aliquid demonstramus
CT 4 quod] quia *B*: *om. K* proprii *B*: propriae *K* 6 item
B idem et . . . caput (§ 72) *om. M.* med. quia *CK* a medi-
cinis *B* 7 aur. eo *C* 8 enim] namque *K* (*non D*) onicen (un-,
-ces, -cem) *codd.* (*etiam D*) 9 co. usque ad *C* (*non U*) 10 sustentetur
KM (*non DFU Mon.*) 13 quo] quod *B* 14 et arx *Serv. ad Aen.*
1, 262: *om. K* (*non D*) secreta *K* cui em. puppae *B*[1] 15 dextra
autem l. *K*: dextraque autem leva *T*: dextra laevaque *CD* 16 quod]
quia *K* (*non D*) peximum *KB*[1] 17 partes *om. K* (*non D*) dicimus
quia *K* (*non D*) 19 Pap. vocate *T ante corr.* capite *T* 21 qu.
inf. *C* sugant *C*[1] 22 lac *om. C*[1] 25 calore *C*[1] quod] quia *C*
26 ducunt *C*[1] mutatur *K*

tum si quid sanguinis nondum fuerit uteri nutrimento con-
sumptum, naturali meatu fluit in mammas, et earum virtute
78 albescens lactis accipit qualitatem. Cutis est quae in corpore
prima est, appellata quod ipsa corpori superposita incisionem
prima patiatur: κυτις enim Graece incisio dicitur. Idem et
pellis, quod externas iniurias corporis tegendo pellat, pluvias-
79 que et ventos solisque ardores perferat. Pellis autem mox
detracta: subacta iam corium dicitur. Corium autem per
derivationem caro appellavit, quod eo tegatur: sed hoc in brutis
80 animalibus proprium. Pori corporis Graeco nomine appellan-
tur, qui Latine proprie spiramenta dicuntur, eo quod per eos
81 vivificus spiritus exterius ministretur. Arvina est pinguedo
cuti adhaerens. Pulpa est caro sine pinguedine, dicta quod
palpitet: resilit enim saepe. Hanc plerique et viscum vocant,
82 propter quod glutinosa sit. Membra sunt partes corporis.
83 Artus, quibus conligantur membra, ab artando dicti. Nervi
Graeca derivatione appellati, quos illi νεῦρα vocant. Alii La-
tine vocatos nervos putant, eo quod artuum coniunctiones in-
vicem his inhaereant. Maximam autem virium substantiam
nervos facere certissimum est: nam quanto fuerint densiores,
84 tanto propensius augescere firmitatem. Artus dicti, quod con-
ligati invicem nervis artentur, id est stringantur; quorum dimi-
nutiva sunt articuli. Nam artus dicimus membra maiora, ut
85 brachia; articulos minora membra, ut digiti. Conpago capita
sunt ossuum, dicta eo quod sibi conpacta nervis velut glutino
86 quodam adhaereant. Ossa sunt corporis solidamenta. In his
enim positio omnis roburque subsistit. Ossa autem ab usto
dicta, propter quod cremarentur ab antiquis; sive, ut alii putant,

1 sanguis C^1 consumpto *K* 5 cutis *codd.* (*cf.* XVI. III. 6) idem] ideo *K* (*non D*) 6 quod] quia *C* internas *K* (*non D*) corporis *om. K* (*non D*) 7 ardore *K* 8 subacta iam *om. B* Cori B^1 9 haec *B* § 80 *om. T*: *post* § 77 *C* 10 Cori BK^1 11 quae *BK* 12 vivificas C^1 pinguitudo *C* 13 Palpa C^1 sine pinguine *B* 14 et pler. *B*: et *om. C* viscum *om. B* 15 propter] eo *B* 16 N. a gr. *C* 18 artium *T* 19 inh. id est ab inerendo T^2 20 nervos] cernos *K* est *om. C* 21 dici *B* 24 membra *om. K* (*non D*) 25 velut] vel *BT* 26 adereat *K*: cohaereant *B*

ab ore, eo quod ibi pateant. Nam ubique cute visceribusque
obtecta celantur. Medulla appellata, quod madefaciant ossa; 87
inrigant enim et confortant. Vertibula sunt summae ossuum
partes nodis crassioribus conglobatae, dictae ita eo quod ad
inflexionem membrorum illa vertantur. Cartilagines ossa 88
mollia et sine medulla, quod genus auriculae et narium discri-
men et costarum extremitates habent; sive opercula ossuum,
quae moventur. Et dictae cartilagines quod leni attritu
carent dolorem dum flectuntur. Costas appellari quidam pu- 89
tant quod ab ipsis interiora custodiantur, et tota mollities ven-
tris vallata salvetur. Latus, quia iacentibus nobis latet: est 90
enim laeva pars corporis. Dextro autem lateri habilior motus
est; laevo fortior, et oneri ferendo adcommodatior. Vnde et
laeva nuncupata, quod aptior sit ad levandum aliquid et por-
tandum. Ipsa enim gestat clipeum, ensem, pharetra et reli-
qua onera, ut expedita sit dextera ad agendum. Dorsum est a 91
cervice usque ad renes. Dictum autem dorsum quod sit super-
ficies durior corporis in modum saxi, fortis et ad portandum et
ad perpetiendum. Terga, quia in ea supini iacemus in terra, 92
quod solus homo potest. Nam muta animalia tantum aut in
ventre aut in latere iacent. Vnde et in animalibus terga
abusive dicuntur. Scapula. . . . Interscapilium spatium, quod 93
inter scapulas est, unde et nominatum. Palae sunt dorsi dextra 94
laevaque eminentia membra, dicta quod in luctando eas premi-
mus; quod Graeci πάλην dicunt. Spina est iunctura dorsi, 95
dicta eo quod habeat radiolos acutos; cuius iuncturae spondilia
appellantur propter partem cerebri, quae fertur per eos longo
tractu ad ceteras corporis partes. Sacra spina est ima perpetuae 96

1 namque ub. *C* 2 tecta *K* madefaciat *C* 4 notis *K* grossioribus *B* ita] itaque *B* quod] quae *B* 7 habet *T* sive] sibi *K* 9 dum] quo *B* 11 servetur *K* Lat. quod latentibus *B* 12 dextra *TB* latere *B* 13 laevo (le-) *CT*: laeva (le-) *BK* honori *B* feriendo *T* 15 pharetram *C* 17 dictus au. dorsus *KT* 18 in *om.* *K* 19 qu. in supino iac. *K* (*non D*) 20 anim.] alia *B* 21 et in *om.* *T*: et *om.* *BK* (*non D*) 22 Interscapulium *T*: Interscaplium *BK*: Interscapilium *C* 23 Palpe *K* 24 quod] quia *B* 25 palin *codd.* Sina *K* 26 spondolae *K* 27 per os *K*: *om.* *B* 28 perpetua *K*

spinae, quam Graeci ἱερὸν ὀστοῦν vocant, quoniam primum in-
fante concepto nascitur, ideoque ex hostia id primum a gentili-
97 bus diis suis dabatur, unde et sacra spina dicitur. Renes ait
Varro dictos quod rivi ab his obsceni humoris nascantur. Nam
venae et medullae tenuem liquorem desudant in renibus, qui
liquor rursus a renibus calore Venerio resolutus decurrit.
98 Lumbi ob libidinis lasciviam dicti, quia in viris causa corpo-
reae voluptatis in ipsis est, sicut in umbilico feminis. Vnde et
ad Iob in exordio sermonis dictum est (38, 3): 'Accinge sicut
vir lumbos tuos': ut in his esset resistendi praeparatio, in qui-
99 bus libidinis est usitata dominandi occasio. Vmbilicus est
medius locus corporis, dictus quod sit umbus iliorum. Vnde
et umbo appellatur locus in medio clypei, a quo pendet. Ex
100 eo enim infans in utero pendet, ex eo etiam et nutritur. Ilium
Graeco sermone appellatum, quod ibi nos obvolvamus. Graece
101 enim †ilios† obvolvere dicitur. Clunes vocatae, quod sint iuxta
colum, quod est longao. Nates, quod in ipsis innitimur dum
sedemus. Vnde et conglobata est in eis caro, ne prementis
102 corporis mole ossa dolerent. Genitalia corporis partes, ut no-
men ipsud docet, gignendae sobolis acceperunt vocabulum,
quod his procreatur et gignitur. Haec et pudenda pro vere-
cundia, sive a pube: unde et indumento operiuntur. Dicuntur
autem ista et inhonesta, quia non habent eam speciem decoris
103 sicut membra quae in promptu locata sunt. Idem et veretrum,
quia viri est tantum, sive quod ex eo virus emittitur. Nam
104 virus proprie dicitur humor fluens a natura viri. Testiculi
per diminutionem a testibus dicti, quorum numerus incipit

1 osto invocant *BT* primo *K* 2 ex *Arev.*: et *BCDT*: pro *K* id *om.* *K*: id est *D* 3 suis dab.] immolabantur *K* (*non D*) 4 humores *K* nascuntur *C* 5 qui . . . ren. *om.* *T* 7 quia] quod *BC* in eis causae *B* 10 reparatio *B* 12 umbus *etiam D* 13 umbo] ambo *T* app. medius locus cl. *K* (*non D*) pend. et ex eo inf. *B* 14 et *om.* *K* (*non D*) 15 grecorum *K* obolamus *C*[1]: obvolvimus *cx* -lumus *T* 16 ilios (-eos) *codd.* (*cf.* IV. VI. 14): εἰλύειν *Arev.*: εἰλίσσειν *alii* 17 lon.] longae *C* Na. quia ip. *C* initimur *B*: nitimur *K* 18 unde *om.* *K* 19 ut *om.* *T*[1]: unde *K* (*non D*) 20 gignendi *TB* 21 in his *T*[2]: in eis *B* 22 sive] sed *K* (*non D*) 23 dec.] coloris *K* 24 locuta *T* 25 quod] quia *C* 26 amor *B*

a duobus. Hi semen calamo ministrant, quod ab spinae
medulla et renes et lumbus suscipiunt ad gratiam procre-
andi. Fiscus est pellis in qua testiculi sunt. Posteriora 105
vero vocata, quod retro sunt et a vultu aversa, ne dum
alvum purgamus inquinaremus aspectum. Meatus inde ap-
pellatus, quia per eum meant, id est egeruntur, stercora. Fe- 106
mora dicta sunt, quod ea parte a femina sexus viri discrepet.
Sunt autem ab inguinibus usque ad genua. Femina autem per
derivationem femorum partes sunt, quibus in equitando tergis
equorum adhaeremus. Vnde et proeliatores olim sub femini-
bus equos amisisse dicebantur. Coxae quasi coniunctae axes ; 107
ipsis enim femora moventur. Quarum concava vertebra vo-
cantur, quia in eis capita femorum vertuntur. Suffragines, quia
subtus franguntur, id est flectuntur, non supra, sicut in brachiis.
Genua sunt commissiones femorum et crurum ; et dicta genua 108
eo quod in utero sint genis opposita. Cohaerent enim ibi sibi,
et cognata sunt oculis, lacrimarum indicibus et misericordiae.
Nam a genis genua dicuntur. Denique conplicatum gigni for- 109
marique hominem, ita ut genua sursum sint, quibus oculi
formantur, ut cavi ac reconditi fiant. Ennius (inc. 14) :

Atque genua conprimit arta gena.

Inde est quod homines dum ad genua se prosternunt, statim
lacrimantur. Voluit enim eos natura uterum maternum re-
memorare, ubi quasi in tenebris consedebant antequam venirent
ad lucem. Crura dicta, quia in his currimus et gressum faci- 110
mus. Sunt autem sub genibus usque ad suras. Tibiae vocatae
quasi tubae. Sunt enim et longitudine et specie similes.

1 quod] quem *codd.* (*et Isid.*) 2 medullis *B* lumbos *codd.* 3 Viscus *BK* 4 quod] quia *BC* avulsa av. *B*¹ 5 purgamur *C* inquinaremur aspectu *K* 6 egrediuntur *C* Femoralia *BK* 7 discrepent *B* 8 igninibus *B*¹ 9 testis eq. *B* 10 suffeminibus *T* 11 admisisse *K* : amisse *B* ax. in ips. *T* 12 ipses *B*¹ quorum *BCT* vacantur *B* 13 quia] quod *B* femora *C*¹ vertantur *T* 16 genisupposita *T* 18 a] e *T* Den. et conp. *C* 19 ut *om. B* sur sint *C*¹ 20 ac] et *K* 21 adque *KMU* : atque atque *D* (*non F*) conprimit *BFTU* : conpraemit (com-) *C*¹*DKM* (Basil. F III 15 l *fol.* 6 r. —*saec.* viii) 22 quod] quia *C* 23 eos *om. B* remorare *K* : se memorare *D* 24 veniret *C*¹ 25 in *om. T* 27 en. long. *B*

111 Talus dictus a tolo. Nam tolus est eminens rotunditas: unde
et fastigium templi rotundi tolus vocatur. Talus autem sub
112 crura est, sub talo calcanei. Pedes ex Graeca etymologia
nomen sortiti sunt. Hos enim Graeci πόδας dicunt, qui alter-
113 nis motibus solo fixi incedunt. Plantae a planitie nuncupatae,
quia non rotundae, ut in quadrupedibus, ne stare non possit
bipes homo, sed planae atque longiores formatae sunt, ut stabile
corpus efficerent. Sunt autem plantae anteriores partes, quae
114 etiam de multis ossibus constant. Calcis prima pars plantae:
a callo illi nomen inpositum, quo terram calcamus; hinc et
115 calcaneus. Solum inferior pars pedis, dictum quia eo terrae
vestigia inprimimus. Sed et solum dicitur omne quod aliquid
sustinet, quasi solidum: unde et terra solum, quod cuncta
sustineat; et solum pedis, quod totam corporis molem portat.
116 Viscera non tantum intestina dicimus, sed quidquid sub corio
est, a visco, quod est inter cutem et carnem. Item viscera
vitalia, id est circumfusa cordis loca, quasi viscora, eo quod ibi
117 vita, id est anima, continetur. Item viscera capita nervorum
ex sanguine et nervis copulata. Item lacerti, sive mures, quia
sic in singulis membris cordis loco sunt ut cor in media totius
corporis parte, appellanturque a nomine similium animalium
sub terra delitescentium. Nam inde musculi a murium similitu-
118 dine: idem etiam et tori, quod illic viscera torta videantur. Cor
a Graeca appellatione derivatum, quod illi καρδίαν dicunt, sive
a cura. In eo enim omnis sollicitudo et scientiae causa manet.
Qui ideo pulmoni vicinus est ut, cum ira accenditur, pulmonis
humore temperetur. Huius duae arteriae sunt, e quibus sini-

1 a talo *T* 4 quia alt. *C*: qui internis *K* 5 motibus *om. B* 6 sta. poss. *K* (*non D*) 7 stabili *D*: stabilius *K* 9 de] ex *C* constat *K* prima *om. KB* (*non D*) plantae] calcis *T* 10 a callo] callo enim *B* quo] quod *B* 11 dic. ped. *C ante corr.* quia *ex* quod *ut vid. K* 12 vestigium *B* 13 ter. a sol. *K*: ter. solium *B* (*non D*) quod] quia *ex* qua *C*: ut *K* (*non D*) 14 quod] quia *BC* mol. corp. *BD* 16 a fisco *T* 17 id est *om. K* (*non D*) circumcisa *B* loc. cord. *C* qu. viscera *T* eoque ibi *B* 18 contineatur *B* ner. id est ex *B* 19 idem *C* 20 sic *om.* C^1 sing.] cunctis *B* cor. memb. *B* 21 apelaturque *K* 23 idem] inde *T* quod] quia *B* torca *K* 26 qui] quod *B* 27 e] a *B* in sinistra *K*

stra plus sanguinem habet, dextra plus spiritum: unde et in
dextro brachio pulsum inspicimus. Praecordia sunt loca cor- 119
dis vicina quibus sensus percipitur; et dicta praecordia eo quod
ibi sit principium cordis et cogitationis. Pulsus vocatus, quod 120
palpitet; cuius indicio aut infirmitatem intellegimus aut salu-
tem. Huius duplex est motus; aut simplex, aut conpositus.
Simplex, qui ex uno saltu constat: conpositus, qui ex pluribus
motibus inordinatus et inaequalis existit. Qui motus certa
habent spatia; dactylicum percussum, quamdiu sine vitio sunt;
si quando vero citatiores sunt, ut δορκαδάζοντες, aut leniores, ut
μυρμίζοντες, mortis signa sunt. Venae dictae, eo quod viae 121
sint natantis sanguinis, atque rivi per corpus omne divisi, qui-
bus universa membra inrigantur. Sanguis ex Graeca etymologia 122
nomen duxit, quod vegetetur et sustentetur et vivat. Sanguis
autem est dum in corpore est, effusus vero cruor dicitur. Nam
cruor vocatus ab eo quod effusus decurrit, vel ab eo quod cur-
rendo corruat. Alii cruorem interpretantur sanguinem corru-
ptum qui emittitur. Alii aiunt vocatum sanguinem quod suavis
sit. Sanguis autem non est integer, nisi in iuvenibus. Nam 123
dicunt physici minui sanguinem per aetatem; unde et in
senibus tremor est. Proprie autem sanguis animae possessio
est: inde genas lacerare mulieres in luctu solent; inde et pur-
pureae vestes et flores purpurei mortuis praebentur. Pulmo ex 124
Graeco trahit vocabulum. Graeci enim pulmonem πλεύμων vo-
cant, eo quod cordis flabellum sit, in quo πνεῦμα, id est spiritus
inest, per quod et agitantur et moventur; unde et pulmones
vocati sunt. Nam Graece πνεῦμα spiritus dicitur, qui flando et
exagitando aerem amittit et recipit; a quo moventur pulmones et
palpitant et aperiendo se ut flatum capiant, stringendo, ut eiciant.

3 vicinia *K* 4 voc. *bis* *K*: vocatur *C* 5 sal.] sanitatem *C* 6 modus $K^{1}B$ aut simp. aut conp. *om.* TB^{1} 7 constat] est B^{1} conp. est qui *C* 9 habet *T* vitio] spatio C^{1} 11 signas sunt *K* quia C^{1} 12 sunt *C* om. corp. *B* divise *T* 14 quia *C* sustinetur *C*: sustentur B^{1} 15 au. dum *K*: est au. dum *C* corp. eff. *C* 16 vocatur *C* effesus dec. *T* 17 al. autem cru. *C* 18 quia s. est *C*: quia suaue sit *K* 20 undet in *K*: unde in *BT* 24 pulm. en. *K* 26 agitentur *B* 27 inflando *T* 28 admittit *TBC* 29 pa. ad aperiendum *K* capiando str. *C*

125 Est enim organus corporis. Iecur nomen habet eo quod ignis
ibi habeat sedem, qui in cerebro subvolat. Inde ad oculos
ceterosque sensus et membra diffunditur, et calore suo ad se
sucum ex cibo tractum vertit in sanguinem, quem ad usum
pascendi nutriendique singulis membris praebet. In iecore
autem consistit voluptas et concupiscentia iuxta eos qui de
126 physicis disputant. Fibrae iecoris sunt extremitates, sicut [et]
extremae partes foliorum in intibis, sive quasi linguae eminentes.
Dictas autem fibras quod apud gentiles in sacris ad Phoebi
aras ferebantur ab ariolis, quibus oblatis atque subcensis re-
127 sponsa acciperent. Splen dictum a supplemento ex contraria
parte iecoris, ne vacua existeret: quem quidam etiam risus causa
factum existimant. Nam splene ridemus, felle irascimur, corde
sapimus, iecore amamus. Quibus quattuor elementis constanti-
128 bus integrum est animal. Fel appellatum, quod sit folliculum
gestans humorem, qui vocatur bilis. Stomachus Graece os
vocatur, eo quod ostium ventris sit, et ipse cibum excipiat at-
129 que in intestina transmittat. Intestina dicuntur, eo quod cor-
poris interiore parte cohibentur; quae idcirco longis nexibus
in circulorum ordinata sunt modo, ut susceptas escas paulatim
130 digerant, et superadditis cibis non inpediantur. Omentum
membranum, quod continet intestinorum maiorem partem,
quod ἐπίπλουν Graeci vocant. Disseptum intestinum, quod
discernit ventrem et cetera intestina a pulmonibus, a corde.
131 Caecum intestinum, quod sit sine foramine et exitu; quem
Graeci τυφλὸν ἔντερον dicunt. Ieiuna tenue intestinum, unde
132 et ieiunium dicitur. Venter autem et alvus et uterus inter se
differunt. Venter est qui acceptos cibos digerit, et apparet
extrinsecus, pertinetque a pectore ad inguinem, et dictus venter

2 qui] qua B^1 3 ad secum ex *T*: ad sucum ex C^1 (ad *del.* C^2) 6 consistit] persistit *KB* 7 et *hab.* *BCDF*: *om.* *KT* 8 in intibiis *D*: in intibus *B* (*non F*) 9 quod] quia *C* ad Ph. ar. in sac. *C* 10 suspensis *K* (*non D*) 13 existunt *K* 16 os] *an* οἰσοφάγος? 17 hostia *B* 18 in *om.* B^1 (ad B^2) C^1 21 egerant *T*: degerant *C* (B^1 *n. l.*) 23 Disceptum *T* quia disc. *C* 24 ad cor *C*: et a corde *dett.*: *an* ac corde? 25 quia sit *C* et exitu *om.* *T* 26 τυφλὸν] thilon *T*: tilon *CK*: telon *B* 27 ven. autem est *B* 28 degerit *C* 29 intrinsecus *K*

quod per totum corpus vitae alimenta transmittat. Alvus est 133
qui cibum recipit, et purgari solet. Sallustius (Hist. I, frag. 52):
'Simulans sibi alvum purgari.' Et vocatum alvum quod abluatur, id est purgetur: ex ipso enim sordes stercorum defluunt.
Vterum solae mulieres habent, in quo concipiunt, ad similitu- 134
dinem cauliculi. Tamen auctores uterum pro utriusque libet sexus ventre plerumque ponunt, nec poetae tantummodo, sed
et ceteri. Vocatus autem uterus, quod duplex sit et ab utraque 135
in duas se dividat partes, quae in diversum diffusae ac replexae circumplicantur in modum cornu arietis; vel quod interius inpleatur foetu. Hinc et uter, quod aliquid intrinsecus
habuerit, membra et viscera. Aqualiculus autem proprie porci 136
est; hinc ad ventrem translatio. Matrix dicitur, quod foetus in eo generetur: semen enim receptum confovet, confotum cor-
porat, corporatum in membra distinguit. Vulva vocata quasi 137
valva, id est ianua ventris, vel quod semen recipiat, vel quod ex ea foetus procedat. Vesica dicta, quia sicut vas aqua, ita de renibus urina collecta conpletur, et humore distenditur. Cuius
usus in volucribus non habetur. Vrina autem dicta, sive quod 138
urat, seu quia ex renibus egeritur. Cuius indicio et salus et aegritudo futura monstratur. Qui humor vulgo lotium dicitur,
quod eo lota, id est munda, vestimenta efficiantur. Semen est 139
quod iactum sumitur aut a terra aut ab utero ad gignendum vel fructus vel foetus. Est enim liquor ex cibi et corporis decoctione factus ac diffusus per venas atque medullas, qui inde desudatus in modum sentinae concrescit in renibus, eiectusque per coitum, et in utero mulieris susceptus calore quodammodo viscerum et menstrualis sanguinis inrigatione formatur in cor-

2 purgare *T* 3 vocatus (*ut vid.*) alvus *C* 6 caliculi *T*: caulicali *B* pro utroque libet *BD*: ex utroque *K* 7 sexu *D* ventrem *BDT* posuerunt *K* (*non D*) 8 et *om.* *K* (*non D*) quod] quia *C* utroque *C* 9 dividet *T*: dividant *B* fusae C^1 repletae (-te) *KT*: reflexae C^1 (*cum Lact, opif.* 12, 5) 10 circumplectantur *B* cornua *BT*: cornuum *C* alterius *B* 11 quod] qui *C* 12 hab. et mem. *T*: hab. ut mem. *C* autem *om.* *K* 13 hinc] in *B*: inde *K* translatum *K* dicitur *om.* *K* foetus] pecus *BCT* 14 ea *K* 16 vel qu. sem. rec. *om.* *T* 18 disciditur *K* 20 sive quod ren. *B* erigitur *K* 22 eo quod mun. id est lo. *B* efficiatur *B*: efficiuntur *C* 23 vel *om.* *K* 24 ex] in *K* 26 iectusque *C* 27 caloreque admodum *B* 28 -li *BT* corpus *Arev.*

140 pore. Menstrua supervacuus mulierum sanguis. Dicta autem
menstrua a circuitu lunaris luminis, quo solet hoc venire pro-
fluvium; luna enim Graece μήνη dicitur. Haec et muliebria
141 nuncupantur; nam mulier solum animal menstruale est. Cuius
cruoris contactu fruges non germinant, acescunt musta, moriun-
tur herbae, amittunt arbores fetus, ferrum rubigo corripit,
nigrescunt aera. Si qui canes inde ederint, in rabiem efferun-
tur. Glutinum asphalti, quod nec ferro nec aquis dissolvitur,
142 cruore ipso pollutum sponte dispergitur. Post plurimos autem
dies menstruos ideo semen non esse germinabile, quia iam non
est menstrualis sanguis, a quo perfusum inrigetur. Tenue
semen locis muliebribus non adhaerere; labitur enim nec
habet vim adhaerendi. Similiter et crassum vim non habet
gignendi, quia muliebri sanguini miscere se non potest propter
nimiam sui spissitudinem. Hinc et steriles mares vel feminas
fieri; vel per nimiam seminis vel sanguinis crassitudinem, vel
143 propter nimiam raritatem. Primum autem aiunt cor hominis
fingi, quod in eo sit et vita omnis et sapientia; deinde
quadragesimo die totum opus expleri; quod ex abortio-
nibus, ut ferunt, collecta sunt. Alii foetus a capite sumere
dicunt exordium. Vnde et in avium foetus primum oculos
144 fingi in ovis videmus. Foetus autem nominatus, quod
adhuc in utero foveatur. Cuius secundae dicuntur folliculus,
qui simul cum infante nascitur continetque eum; dictus,
145 quia et cum editur sequitur. Nasci autem patribus similes
aiunt, si paternum semen validius sit; matribus, si matris; hac

2 propter circuitum *C* provenire *C* 3 enim] autem *C* 5 morientur *K* 6 rub. corrumpit *CK* 7 quis *U*: *om.* *K*: quid *codd. Solini* 1. 55 -rantur *C*[2] 10 menstruosi *B* germinabile *K*: generabile *BCT* 11 perfusus *codd.* (*et Isid.*) 12 mulieribus *B*[1] haerere (he-) *BK* adhaer. . . . non hab. *om.* *C*[1] 13 non *om.* *BK* (*hab.* *D*) 14 quod *B* mulieri *K* misceri (*om.* se) *K* (*non* *D*) pre nim. *K* 17 autem] enim *C*[1]*D* 18 quod] ut *K* (*non* *D*) et] pro *K* (*non* *D*) omnis *BCK*: hominis *T* et *om.* *K* (*non* *D*) 19 opus] corpus *K* (*non* *D*) in ab. *K*: ab exortionibus *C*[1]: ex abortationibus *T* (*non* *D*) 20 dic. exord. sum. *K* (*non* *D*) 21 oculis *DK* 22 nominatum *BT*: nominatur *D* 23 follicolum *K* 24 continentque *K* dic. quia commeditur et seq. *D* 26 si] ut *K* (*non* *D*) validior *B*[1]*KT* (*et Isid.*)

ratione similes exprimi vultus: qui autem utriusque parentis
figuram reddunt, aequaliter mixto paterno maternoque semine
concipiuntur. Avorum proavorumque similes fieri, quia sicut
in terra multa semina occulta, sic et in nobis semina celantur
figuras parentum redditura. Ex paterno autem semine puellas
nasci et ex materno pueros, quia omnis partus constat duplici
semine, cuius pars maior cum invaluit occupat similitudinem
sexus. In corpore nostro quaedam tantum utilitatis causa facta 146
sunt, ut viscera: quaedam et utilitatis et decoris, ut sensus in
facie, et in corpore manus ac pedes: quorum membrorum et
utilitas magna est, et species decentissima. Quaedam tantum 147
decoris, ut mamillae in viris, et in utroque sexu umbilicus.
Quaedam discretionis, ut in viris genitalia, barba promissa,
pectus amplum; in mulieribus leves genae, et angustum pectus;
ad concipiendos autem et portandos foetus renes et latera dilatata.
Quod ad hominem et ad partes attinet corporis ex parte
dictum est, nunc aetates eius subiungam.

De aetatibvs hominvm. Gradus aetatis sex sunt: in- II
fantia, pueritia, adolescentia, iuventus, gravitas atque senectus.
Prima aetas infantia est pueri nascentis ad lucem, quae porri- 2
gitur in septem annis. Secunda aetas pueritia, id est pura et 3
necdum ad generandum apta, tendens usque ad quartum-
decimum annum. Tertia adolescentia ad gignendum adulta, 4
quae porrigitur usque ad viginti octo annos. Quarta iuventus 5
firmissima aetatum omnium, finiens in quinquagesimo anno.
Quinta aetas senioris, id est gravitas, quae est declinatio a 6
iuventute in senectutem; nondum senectus sed iam nondum
iuventus, quia senioris aetas est, quam Graeci πρεσβύτην vocant.

1 parentum fig. *K* 2 aequali *K* mix. paternoque sem. B^1
4 nobis] hominibus *CD* 5 pat.] materno *K* (*non D*) 6 et *om. D*
ex *om. K* mat.] paterno *K* (*non D*) qui *K* (*non D*) 7 invaluerit
K 9 ut sens. . . . decent. *om. K* nasus *alii* in fac.] infantiae *D*
10 membr. util. *C* 13 qu. autem discr. *C* promissa *CT*: prolixa *BK*
14 in mul. *ante* pect. C^1 15 dilata C^1 17 coniungam *K* (*non D*)
21 annos *K* pu. est id est *C* puera *B* 22 ad XIIII annos *K*
24 vicensimum octavum annum *K* 25 quinquagesimum annum *T*
26 aet. est sen. *C* 28 quam] quod *B*: quem *dett.*

Nam senex apud Graecos non presbyter, sed *γέρων* dicitur.
Quae aetas a quinquagesimo anno incipiens septuagesimo ter-
7 minatur. Sexta aetas senectus, quae nullo annorum tempore
finitur; sed post quinque illas aetates quantumcumque vitae
8 est, senectuti deputatur. Senium autem pars est ultima sene-
ctutis, dicta quod sit terminus sextae aetatis. In his igitur sex
spatiis philosophi vitam discripserunt humanam, in quibus
mutatur et currit et ad mortis terminum pervenit. Pergamus
ergo breviter per praedictos gradus aetatum, etymologias eorum
9 in homine demonstrantes. Infans dicitur homo primae aetatis;
dictus autem infans quia adhuc fari nescit, id est loqui non
potest. Nondum enim bene ordinatis dentibus minus est
10 sermonis expressio. Puer a puritate vocatus, quia purus est,
et necdum lanuginem floremque genarum habens. Hi sunt
ephebi, id est a Phoebo dicti, necdum [pronati] viri, adole-
11 scentuli lenes. Puer autem tribus modis dicitur, pro nativitate,
ut Esaias (9, 6): 'Puer natus est nobis.' Pro aetate, ut octoennis,
decennis. Vnde est illud:

Iam puerile iugum tenera cervice gerebat.

Pro obsequio et fidei puritate, ut Dominus ad prophetam
(Ierem. 1, 7): 'Puer meus es tu, noli timere,' dum iam Ieremias
12 longe pueritiae excessisset annos. Puella est parvula, quasi
pulla. Vnde et pupillos non pro condicione, sed pro aetate
puerili vocamus. Pupilli autem dicti quasi in oculis, hoc est
a parentibus orbi. Hi autem vere pupilli dicuntur quorum
patres ante decesserunt quam ab his nomen acceperint. Ceteri
orbi vocantur orphani, idem qui et pupilli; illud enim Graecum
nomen est, hoc Latinum. Nam et in psalmo, ubi legitur

1 dicitur] dictus *K* 5 ultimae *K* 6 fit *K* sexta *T* 7 scripserunt *C* 8 mortis *om. B* term.] tempore *K* (*non D*) 9 aet. et etym. *K* (*non D*) earum *K* 10 demonstremus *K* (*non D*) 11 quia] quod *K* 12 non en. *C* pene *K* dent.] sensibus *B* 13 a pueritia *K* (*non D*) 15 pronati *hab.* KB^2XD (pro nativitatae): *om.* B^1CT 16 le * * * B^1 (leves?) (*non D*) 17 per aetatem *K* (*non D*) 18 unde] ut *B* 19 puerili *T* regebat *BT* 20 per obs. *K* 21 iam *om. B* 22 excesserat *K* (*non D*) 23 pup.] pullos C^1 24 pueri voc. C^1 25 apparentibus *B* 26 discesserunt *BK* acciperent *BCT* 27 id. qui pup. *K* 28 nam et] manet *B*

(10, 14): 'Pupillo tu eris adiutor,' Graecus habet ὀρφανῷ.
Puberes a pube, id est a pudenda corporis, nuncupati, quod **13**
haec loca tunc primum lanuginem ducunt. Quidam autem
ex annis pubertatem existimant, id est eum puberem esse qui
quattuordecim annos expleverit, quamvis tardissime pubescat:
certissimum autem puberem esse qui et ex habitu corporis
pubertatem ostendit et generare iam possit. Puerperae sunt, **14**
quae annis puerilibus pariunt. Vnde et Horatius (C. 4, 5, 23):

Laudatur primo prole puerpera [nato].

Et dictae puerperae vel quod primo partu gravantur, vel quod
primum pueros pariunt. Adolescens dictus, eo quod sit ad **15**
gignendum adultus, sive a crescere et augeri. Iuvenis vocatus, **16**
quod iuvare posse incipit; ut in bubus iuvenci, cum a vitulis
discesserint. Est enim iuvenis in ipso aetatis incremento
positus, et ad auxilium praeparatus. Nam iuvare hominis
est opus aliquod conferentis. Sicut autem trecesimus perfectae
aetatis est annus in hominibus, ita in pecudibus ac iumentis
tertius robustissimus. Vir nuncupatus, quia maior in eo vis **17**
est quam in feminis: unde et virtus nomen accepit; sive quod
vi agat feminam. Mulier vero a mollitie, tamquam mollier, **18**
detracta littera vel mutata, appellata est mulier. Vtrique enim **19**
fortitudine et inbecillitate corporum separantur. Sed ideo
virtus maxima viri, mulieris minor, ut patiens viri esset; scilicet, ne feminis repugnantibus libido cogeret viros aliud
appetere aut in alium sexum proruere. Dicitur igitur mulier **20**
secundum femineum sexum, non secundum corruptionem integritatis: et hoc ex lingua sacrae Scripturae. Nam Eva statim
facta de latere viri sui, nondum contacta a viro, mulier appellata

3 tunc] in *K* ducant *C*: dicunt *B ante corr.* quidam] quod *B*¹ autem *om.* *K* 5 exple *K* 6 qui ex *K* 7 ostendet *KT*: ostendit *C*: ostendat *B* posset *T ante corr.* 9 pro. puerpere *T* nato *BC*: natu *K*: *om.* *T* (*gloss. marg. in archetypo?*) 10 quod] quia *BC* primo *om.* *BK* 12 augere *CK* Iuvenes vocatos ut iuv. *K* 13 posse] se *K* incipiunt *K*: incipiat *C* a vit.] ab indolis *K* 15 et auxilio praep. *K* 16 aliquid *BC* perfectus aet. ann. *K*: perfectus est ann. *B* 17 ac] a *T* 18 vis] virtus *C* 21 Vtriusque *BT* 22 inbec. et fort. *B* corporum *om.* *B*¹ 23 pat. vire *T*: pat. viro *BC* 26 corruptionem *om.* *T* 27 sacrae] sanctae *T*

est, dicente Scriptura (Genes. 2, 23): 'Et formavit eam in
21 mulierem.' Virgo a viridiori aetate dicta est, sicut et virga,
sicut et vitula. Alias ab incorruptione, quasi virago, quod
22 ignoret femineam passionem. Virago vocata, quia virum agit,
hoc est opera virilia facit et masculini vigoris est. Antiqui
enim fortes feminas ita vocabant. Virgo autem non recte
virago dicitur, si non viri officio fungitur. Mulier vero si
23 virilia facit, recte virago dicitur, ut Amazona. Quae vero nunc
femina, antiquitus vira vocabatur; sicut a servo serva, sicut
a famulo famula, ita a viro vira. Hinc et virginis nomen qui-
24 dam putant. Femina vero a partibus femorum dicta, ubi
sexus species a viro distinguitur. Alii Graeca etymologia femi-
nam ab ignea vi dictam putant, quia vehementer concupiscit.
Libidinosiores enim viris feminas esse tam in mulieribus quam
in animalibus. Vnde nimius amor apud antiquos femineus
25 vocabatur. Senior est adhuc viridior. In sexto libro Ovidius
(Met. 12, 464): Senior,

Inter iuvenemque senemque.

Terentius (Hec. 11):

Quo iure sum us⟨us⟩ adulescentior.

26 ⟨Adulescentior⟩ non utique magis adolescens, sed minus; ut
senior minus sene, ubi comparativus gradus minus significat
a positivo. Ergo senior non satis, sicut iunior inter iuvenem,
27 sicut pauperior intra ditem et pauperem. Senes autem quidam
dictos putant a sensus diminutione, eo quod iam per vetu-
statem desipiant. Nam physici dicunt stultos esse homines
frigidioris sanguinis, prudentes calidi: unde et senes, in quibus
iam friget, et pueri, in quibus necdum calet, minus sapiunt.
Inde est quod convenit sibi infantum aetas et senum: senes

2 est *om.* *K* 4 ignorat *C* quia *CT*: quod *BK* 5 hoc] id *K* vilia *K* masculi *K* virogis *C*[1] 6 virgo au.] virago *T* 7 si non ... dicitur *om.* *C*[1] 8 Quod *B* 9 antiquis *C* virago *KM* 11 vero] autem *C* 13 igne aut vi dicta *K* quia] quod *B* 16 in sexto (vi libro] *fort.* vi *vel* in vi 18 iuvenem sen. *C* 20 quod *T*: qui *K* sumus *codd.* (*etiam* *X*) 21 Ad. (*vel* ad. § 25) *om.* *codd.* (*etiam* *X*) 23 sen. non satis senex si. *Arev.* 25 sensu *K*: sensui *T* pro vet. *KB*[1] *ut vid.* 26 stulta *K* 28 nondum *C* 29 quod] quia *B*

enim per nimiam aetatem delirant; pueri per lasciviam et
infantiam ignorant quid agant. Senex autem tantum masculini 28
generis est, sicut anus feminini; nam anus dicitur sola mulier.
Anus autem appellata a multis annis, quasi annosa. Nam si
commune esset nomen, cur diceret Terentius (Eun. 357):
'senem mulierem'? Hinc et vetula, quia vetusta. Sicut autem
a sene senectus, ita ab anu anilitas nominata est. Canities 29
autem vocata a candore, quasi candities. Vnde est illud:
'florida iuventus, lactea canities,' prout diceret candida. Sene- 30
ctus autem multa secum et bona adfert et mala. Bona, quia
nos ab inpotentissimis dominis liberat, voluptatibus inponit
modum, libidinis frangit impetus, auget sapientiam, dat ma-
turiora consilia. Mala autem, quia senium miserrimum est
debilitate et odio. 'Subeunt' enim (Virg. Georg. 3, 67) 'morbi
tristisque senectus'. Nam duo sunt quibus minuuntur corporis
vires, senectus et morbus. Mors dicta, quod sit amara, vel a 31
Marte, qui est effector mortium [sive mors a morsu hominis
primi, quod vetitae arboris pomum mordens mortem incurrit].
Tria sunt autem genera mortis: acerba, inmatura, naturalis. 32
Acerba infantum, inmatura iuvenum, merita, id est naturalis,
senum. Mortuus autem ex qua parte orationis declinetur 33
incertum est. Nam sicut ait Caesar, ab eo quod est morior
in participio praeteriti temporis in 'tus' exire debuit, per unum
scilicet U, non per duo. Nam ubi geminata est littera U, nomi-
nativus est, non participium, ut fatuus, arduus. Convenienter
itaque factum ut quemadmodum id, quod significat, non potest
agendo, ita et ipsud nomen non possit loquendo declinari.
Omnis autem mortuus aut funus est, aut cadaver. Funus est, 34
si sepeliatur. Et dictum funus a funibus accensis, quos ante

1 pro nimia aetate *BK* pro lascivia et infantia *B* 3 est *om.* C^1 femenei C^1 (-min-C^2) 6 quia] quasi *B* autem] enim *C* 7 anitas C^1 lac. nities B^1 10 et mala adf. et bona *B* : bo. aff. et ma. *T* 11 a potentissimis *BCK* dominiis *K* 12 imp. franget *K* 13 quia *om. K* 17 eff. mortuorum *B* sive . . . incurrit *om. BCDFKM* : *hab. TUG Mon.* 18 quod] qui *G* vetita *T* 19 autem *om. T* 20 est *om. TU* 22 sicut *om. B* 24 duas *K* nominatus B^1 : nomen *C*, *fort. recte* 25 est *om. TU* 26 fac. est ut *C* 27 posset *CT* loquendi *T* 28 ut cad. C^1 29 et *om. T*

35 feretrum papyris cera circumdatis ferebant. Cadaver autem est, si insepultum iacet. Nam cadaver nominatum a cadendo, quia iam stare non potest. Quod dum portatur, exsequias dicimus: crematum reliquias: conditum iam sepultum. Corpus autem consuetudine dicitur, ut illud (Virg. Georg. 4, 255):

36 Tum corpora luce carentum.

Defunctus vocatus, quia conplevit vitae officium. Nam dicimus functos officio, qui officia debita conpleverunt; unde est et honoribus functus. Hinc ergo defunctus, quod ab officio sit
37 vitae depositus, sive quod sit diem functus. Sepultus autem dictus, eo quod iam sine pulsu et palpitatione est, id est sine motu. Sepelire autem est condere corpus. Nam humare obruere dicimus, hoc est humum inicere.

III De portentis. Portenta esse Varro ait quae contra naturam nata videntur: sed non sunt contra naturam, quia divina voluntate fiunt, cum voluntas Creatoris cuiusque conditae rei natura sit. Vnde et ipsi gentiles Deum modo Naturam,
2 modo Deum appellant. Portentum ergo fit non contra naturam, sed contra quam est nota natura. Portenta autem et ostenta, monstra atque prodigia ideo nuncupantur, quod portendere atque ostendere, monstrare ac praedicare aliqua futura videntur.
3 Nam portenta dicta perhibent a portendendo, id est praeostendendo. Ostenta autem, quod ostendere quidquam futurum videantur. Prodigia, quod porro dicant, id est futura praedicant. Monstra vero a monitu dicta, quod aliquid significando demonstrent, sive quod statim monstrent quid appareat; et hoc proprietatis est, abusione tamen scriptorum plerumque
4 corrumpitur. Quaedam autem portentorum creationes in si-

2 est si *om.* *K* 3 quia] quod *B* portamus *B* 4 crematus *K*: -tas *B* in *T*[1] *ut vid.* sepulcrum *Serv. ad Aen.* 2, 539 5 ut est il. *B* 6 tunc *BK* 7 vocatur *C* vitae *om.* *BK* nam et di. *T* 8 quia off. *TC*[1] impleverunt un. et *C* 12 sepillere *K* corpora *C* humane *C*[1] 13 iniere *K*[1] 15 nata *om.* *B*[1] quia] quae *K* 19 sed quae est no. *K* nota *om.* *B*[1] portentum *K* 20 nuncupatur *K* quod] quia *B* 22 a portendo *K* id est pr. *om.* *T* 23 quod] quia *C* quiddam *K* 25 significandum *T* 26 sive . . . monstr. *om.* *C*[1] quod] quia *B* 27 est *om.* *K* 28 autem *om.* *C*

nificationibus futuris constituta videntur. Vult enim deus interdum ventura significare per aliqua nascentium noxia, sicut et per somnos et per oracula, qua praemoneat et significet quibusdam vel gentibus vel hominibus futuram cladem; quod plurimis etiam experimentis probatum est. Xerxen quippe 5
vulpis ex equa creata solvi regnum portendit. Alexandro ex muliere monstrum creatum, quod superiores corporis partes hominis, sed mortuas habuerit, inferiores diversarum bestiarum, sed viventes, significasse repentinam regis interfectionem: supervixerant enim deteriora melioribus. Sed haec monstra quae in significationibus dantur non diu vivunt, sed continuo ut nata fuerint occidunt. Inter portentum autem et portentuo- 6
sum differt. Nam portenta sunt quae transfigurantur, sicut fertur in Vmbria mulierem peperisse serpentem. Vnde Lucanus (1, 563):

Matremque suus conterruit infans.

Portentuosa vero levem sumunt mutationem, exempli causa cum sex digitis nati. Portenta igitur vel portentuosa existunt 7
alia magnitudine totius corporis ultra communem hominum modum, quantus fuit Tityon in novem iugeribus iacens, Homero testante: alia parvitate totius corporis, ut nani, vel quos Graeci Pygmaeos vocant, eo quod sint statura cubitales. Alii a magnitudine partium, veluti capite informi, aut superfluis membrorum partibus, ut bicipites et trimani, vel cynodontes, quibus gemini procedunt dentes. Alii a defectu partium, in quibus altera 8
pars plurimum deficit ab altera, ut manus a manu, vel pes a pede. Alii a decisione, ut sine manu aut capite generata, quos Graeci steresios vocant. Alia praenumeria, quando solum

1 futuri *Schwarz* 3 qua] quia *T* (*non X*) sign. venturam qu. *B* 4 futuram *om. B* quod] quia C^1 5 Xerxens *K* 6 crata C^1 8 sed mort.] emortuas *T* 9 virentes *K* 10 haec] et *BK* 11 qua *K* non *om.* C^1 13 si. et fer. *K* 14 inde *BC*: un. et *T* 17 vero] autem *K* 21 na. et quos *K* 22 ali a (alia) BCT^1: alii *K* 24 scinodontas *T*: scinodotas *B*: scinodantas *C*: scenodontas *K* pr. gem. *C*: gemino pr. *K* 25 Ali a (Alia) T^1BC: Alii de *K* 26 defecit *CKT* vel *om. B* 27 ali a (alia) T^1BCK decisione *C*: dicisione *KT*: discisione *B* ut sine *om. K* 28 sterenos *C* pernumeria *KT*: privimeria *Arev.*

9 caput aut crus nascitur. Alia, quae in parte transfigurantur, sicut qui leonis habent vultum vel canis, vel taurinum caput aut corpus, ut ex Pasiphaë memorant genitum Minotaurum; quod Graeci ἑτερομορφίαν vocant. Alia, quae ex omni parte transfigurantur in alienae creationis portentum, ut ex muliere vitulum dicit historia generatum. Alia, quae sine transfiguratione mutationem habent locorum, ut oculos in pectore vel in fronte, aures supra tempora: vel sicut Aristoteles tradidit quendam
10 in sinistra parte iecur, in dextera splen habuisse. Alia secundum connaturationem, ut in alia manu digiti plures connaturati et cohaerentes reperiuntur, in alia minus, sive in pedibus. Alia secundum inmaturam et intemperatam creationem, sicut hi qui dentati nascuntur sive barbati vel cani. Alia conplexu plurimarum differentiarum, sicut illud quod praediximus (§ 5) in Ale-
11 xandro multiforme portentum. Alia conmixtione generis, ut ἀνδρόγυνοι et ἑρμαφροδῖται vocantur. Hermaphroditae autem nuncupati eo quod eis uterque sexus appareat. Ἑρμῆς quippe apud Graecos masculus, Ἀφροδίτη femina nuncupatur. Hi dexteram mamillam virilem, sinistram muliebrem habentes vi-
12 cissim coeundo et gignunt et pariunt. Sicut autem in singulis gentibus quaedam monstra sunt hominum, ita in universo genere humano quaedam monstra sunt gentium, ut Gigantes,
13 Cynocephali, Cyclopes, et cetera. Gigantes dictos iuxta Graeci sermonis etymologiam, qui eos γηγενεῖς existimant, id est terrigenas, eo quod eos fabulose parens terra inmensa mole et similes sibi genuerit. Γῆ enim terra appellatur: γένος genus; licet et terrae filios vulgus vocat: quorum genus incertum est.
14 Falso autem opinantur quidam inperiti de Scripturis sanctis praevaricatores angelos cum filiabus hominum ante diluvium concubuisse, et exinde natos Gigantes, id est nimium grandes

1 pa. pars figuratur *K* 3 Pas.] faside *B*[1] *T*: pasiphe *ex* faside *X* 4 ἑτερ.] -ion *B*: -ium *T* ex *om. B* 8 su. in temp. *codd.* 10 quodnaturationem *T* ut *om. K* 14 diff.] *om. T* 16 vocantur *om. K* autem *om. T* 17 erma *codd.* 18 a grecos (cis *T*[2]) *T* masc. est *C*: Mercurius est *dett.* afrodi *codd.* fem.] Venus *dett.* hi] alii *K* 21 quaedam . . . humano *add. T in marg.* 23 Cyn. et Cyc. *K* 24 γηγ.] *om. B*[1] 28 Falsa *C*[1] inperi *C*[1] sanctis *om. K* 30 et inde *K*

et fortes viros, de quibus terra conpleta est. Cynocephali 15
appellantur eo quod canina capita habeant, quosque ipse
latratus magis bestias quam homines confitetur. Hi in India
nascuntur. Cyclopes quoque eadem India gignit; et dictos 16
Cyclopes eo quod unum habere oculum in fronte media perhi-
bentur. Hi et ἀγριοφαγῖται dicuntur, propter quod solas ferarum
carnes edunt. Blemmyas in Libya credunt truncos sine capite 17
nasci, et os et oculos habere in pectore. Alios sine cervicibus
gigni, oculos habentes in humeris. In ultimo autem Orientis 18
monstruosae gentium facies scribuntur. Aliae sine naribus,
aequali totius oris planitie, informes habentes vultus. Aliae
labro subteriori adeo prominenti ut in solis ardoribus totam ex
eo faciem contegant dormientes. Aliis concreta ora esse,
modico tantum foramine calamis avenarum pastus haurientes.
Nonnulli sine linguis esse dicuntur, invicem sermonis utentes
nutum sive motum. Panotios apud Scythiam esse ferunt, tam 19
diffusa magnitudine aurium ut omne corpus ex eis contegant.
Πᾶν enim Graeco sermone omne, ὦτα aures dicuntur. Artaba- 20
titae in Aethiopia proni, ut pecora, ambulare dicuntur: quadra-
gesimum aevi annum nullus supergreditur. Satyri homunciones 21
sunt aduncis naribus; cornua in frontibus, et caprarum pedibus
similes, qualem in solitudine Antonius sanctus vidit. Qui
etiam interrogatus Dei servo respondisse fertur dicens (Hieron.
vit. Paul. erem. 8): 'Mortalis ego sum unus ex accolis heremi,
quos vario delusa errore gentilitas Faunos Satyrosque colit.'
Dicuntur quidam et silvestres homines, quos nonnulli Faunos 22
ficarios vocant. Sciopodum gens fertur in Aethiopia singulis 23
cruribus et celeritate mirabili: quos inde σκιόποδας Graeci
vocant, eo quod per aestum in terra resupini iacentes pedum
suorum magnitudine adumbrentur. Antipodes in Libya plantas 24

5 oc. hab. un. *C* perhibeantur *C* 6 sola *K* 7 Lemnias (-nas) *codd. et fort. Isid.* cr. dictos tr. *B* 8 alii sine *BK* 11 alii lab. *C* 12 praeminenti K^1: promenti *T* 13 alios conc. *T* 14 potus K^2 18 enim *om. K* omne *om. C* 20 supra graditur C^1 21 in front. corn. *K* *an* pedes? 22 quidem *T* 26 nulli T^1 Faunos] phatuos *T* 27 vicarios C^1 genus *C* 29 iac. supini *K* 30 adumbrantur *K*

25 versas habent post crura et octonos digitos in plantis. Hippo-
podes in Scythia sunt, humanam formam et equinos pedes
26 habentes. In India ferunt esse gentem quae Μακρόβιοι nuncu-
pantur, duodecim pedum staturam habentes. Est et gens ibi
statura cubitalis, quos Graeci a cubito Pygmaeos vocant, de
qua supra diximus (§ 7). Hi montana Indiae tenent, quibus est
27 vicinus oceanus. Perhibent [et] in eadem India esse gentem
feminarum quae quinquennes concipiunt, et octavum vitae
28 annum non excedunt. Dicuntur autem et alia hominum
fabulosa portenta, quae non sunt, sed ficta in causis rerum
interpretantur, ut Geryonem Hispaniae regem triplici forma
proditum. Fuerunt enim tres fratres tantae concordiae ut in
29 tribus corporibus quasi una anima esset. Gorgones quoque
meretrices crinitas serpentibus, quae aspicientes convertebant
in lapides, habentes unum oculum quem invicem utebantur.
Fuerunt autem tres sorores unius pulchritudinis, quasi unius
oculi, quae ita spectatores suos stupescere faciebant ut vertere
30 eos putarentur in lapides. Sirenas tres fingunt fuisse ex parte
virgines, ex parte volucres, habentes alas et ungulas: quarum
una voce, altera tibiis, tertia lyra canebant. Quae inlectos
31 navigantes sub cantu in naufragium trahebant. Secundum
veritatem autem meretrices fuerunt, quae transeuntes quoniam
deducebant ad egestatem, his fictae sunt inferre naufragia.
Alas autem habuisse et ungulas, quia amor et volat et vulnerat.
Quae inde in fluctibus conmorasse dicuntur, quia fluctus Ve-
32 nerem creaverunt. Scyllam quoque ferunt feminam capitibus
succinctam caninis, cum latratibus magnis, propter fretum
Siculi maris, in quo navigantes verticibus in se concurrentium
undarum exterriti latrari aestimant undas, quas sorbentis aestus

1 post] per *K* 2 et *om. B* 3 In *om. T* qui *K* 4 sturam T^1 et est gens *C* 7 et *hab. CT*: *om. BK* 8 vitae *om. T* 9 autem *om. K* 10 fic. et in *C* 14 metrices B^1 serp. quae tesque (*delet.*) *K*: serpentesque *B* 16 sorores *om.* K^1 19 virg. et ex *K* et ung. *om. T* 20 tertia] altera *T* canebat *BC* 21 naufragio *KT*: -gia *C* 22 metrices *B* quoniam *om. K* 23 ad] in *K* his] hic B^1 25 Qu. in.] atque *C* 26 ferunt *om. K* 27 latratatibus *K* 28 saeculi *K* in qua *T* 29 extriti *K* latrati *KT* extiment *K* surbentis *T*

vorago conlidit. Fingunt et monstra quaedam inrationabilium 33
animantium, ut Cerberum inferorum canem tria capita habentem,
significantes per eum tres aetates per quas mors hominem de-
vorat, id est infantiam, iuventutem et senectutem. Quem
quidam ideo dictum Cerberum putant quasi κρεοβόρος, id est
carnem vorans. Dicunt et Hydram serpentem cum novem 34
capitibus, quae Latine excetra dicitur, quod uno caeso tria
capita excrescebant. Sed constat Hydram locum fuisse evo-
mentem aquas, vastantem vicinam civitatem, in quo uno meatu
clauso multi erumpebant. Quod Hercules videns loca ipsa
exussit, et sic aquae clausit meatus. Nam hydra ab aqua dicta 35
est. Huius mentionem facit Ambrosius in similitudinem hae-
resium, dicens (de Fid. 1, 4): 'Haeresis enim velut quaedam
hydra fabularum vulneribus suis crevit; et dum saepe reci-
ditur, pullulavit igni debita incendioque peritura.' Fingunt 36
et Chimaeram triformem bestiam: ore leo, postremis partibus
draco, media caprea. Quam quidam Physiologi non animal,
sed Ciliciae montem esse aiunt, quibusdam locis leones et
capreas nutrientem, quibusdam ardentem, quibusdam plenum
serpentibus. Hunc Bellorophontes habitabilem fecit, unde
Chimaeram dicitur occidisse. Centauris autem species vocabu- 37
lum indidit, id est hominem equo mixtum, quos quidam fuisse
equites Thessalorum dicunt, sed pro eo quod discurrentes in
bello velut unum corpus equorum et hominum viderentur,
inde Centauros fictos adseruerunt. Porro Minotaurum nomen 38
sumpsisse ex tauro et homine, qualem bestiam dicunt fabulose in
Labyrintho inclusam fuisse. De qua Ovidius (Art. Am. 2, 24):

Semibovemque virum, semivirumque bovem.

1 inrationalium *BT* 2 inferore B^1: infernorum *C* 3 per e. sig. *B* deforat *T* 4 id est . . . sen. *om. T* et *om.* B^1 5 ideo] ita *K* 6 voras C^1 8 vomentem *T* 11 sicque clau. *T* 13 quaedam *om.* B^1 14 vuln.] heresibus *B* 15 pullavit *C* peritura] futura *K* 17 capreae *CT*: caprae *K*: capre *ut vid.* B^1 (-ra B^2) philosophi *B* 18 Lyciae *Arev.* (*ex Serv. Aen.* 6, 288) esse *om. K* loci *T* 19 quibus ard. T^1 serp. plen. *C* 21 Centauri *BK* 22 equo] ego *K* 23 equitessalorum *T* dicunt *om. T* pro] ex *K* 24 eq.] eo quorum *K* 25 adseverant *T* monocentaurum *CT* 27 fu. incl. *B* de quo *K*

39 Onocentaurum autem vocari eo quod media hominis specie,
media asini esse dicatur; sicut et Hippocentauri, quod equorum
hominumque in eis natura coniuncta fuisse putatur.

IV De transformatis. Scribuntur autem et quaedam mon-
struosae hominum transformationes et commutationes in bestiis,
sicut de illa maga famosissima Circe, quae socios quoque Vlixis
mutasse fertur in bestias: et de Arcadibus, qui sorte ducti
transnatabant quoddam stagnum atque ibi convertebantur in
2 lupos. Nam et Diomedis socios in volucres fuisse conversos
non fabuloso mendacio, sed historica adfirmatione confirmant.
Sed et quidam adserunt Strigas ex hominibus fieri. Ad multa
enim latrocinia figurae sceleratorum mutantur, et sive magicis
cantibus, sive herbarum veneficio totis corporibus in feras
3 transeunt. Siquidem et per naturam pleraque mutationem
recipiunt, et corrupta in diversas species transformantur; sicut
de vitulorum carnibus putridis apes, sicut de equis scarabei,
de mulis locustae, de cancris scorpiones. Ovidius (Metam.
15, 369):

> Concava litorei si demas brachia cancri,
> scorpio exibit, caudaque minabitur unca.

2 dicantur *T* ipocentaurus *T* quod] quia *B* 3 in *om.* *C* probatur *B* 4 au. quaed. *T* 5 commutationem *K* 6 magna *KT* fomosissima *T* circee *T*: circeate *B*: circiatae *K* 7 sortes *K*: sortis B^{1} ducti *ex* iuncti *K*: iunctis B^{1}: devictis *D* 8 transnatabunt *C*: *om.* B^{1} quosdam *K* convertebant *T* 10 non in fab. *T* adf.] admiratione *K* 11 sed *om.* *C* ex] in *K* 13 beneficio *T* 17 scorpiones *ex* -nibus *T* 20 exiit C^{1}

DE ANIMALIBVS

DE PECORIBVS ET IVMENTIS. Omnibus animantibus Adam 1
primum vocabula indidit, appellans unicuique nomen ex prae-
senti institutione iuxta condicionem naturae cui serviret.
Gentes autem unicuique animalium ex propria lingua dederunt 2
vocabula. Non autem secundum Latinam linguam atque
Graecam aut quarumlibet gentium barbararum nomina illa
inposuit Adam, sed illa lingua quae ante diluvium omnium una
fuit, quae Hebraea nuncupatur. Latine autem animalia sive 3
animantia dicta, quod animentur vita et moveantur spiritu.
Quadrupedia vocata, quia quattuor pedibus gradiuntur: quae 4
dum sint similia pecoribus, tamen sub cura humana non sunt;
ut cervi, dammae, onagri, et cetera. Sed neque bestiae sunt,
ut leones; neque iumenta, ut usus hominum iuvare possint.
Pecus dicimus omne quod humana lingua et effigie caret. 5
Proprie autem pecorum nomen his animalibus adcommodari
solet quae sunt aut ad vescendum apta, ut oves et sues; aut in
usu hominum commoda, ut equi et boves. Differt autem inter 6
pecora et pecudes: nam veteres communiter in significatione
omnium animalium pecora dixerunt; pecudes autem tantum
illa animalia quae eduntur, quasi pecuedes. Generaliter autem
omne animal pecus a pascendo vocatum. Iumenta nomina inde 7
traxerunt, quod nostrum laborem vel onus suo adiutorio sub-
vectando vel arando iuvent. Nam bos carpenta trahit, et
durissimas terrae glebas vomere vertit; equus et asinus
portant onera, et hominum in gradiendo laborem temperant.

2 primus *C* vocabolum *K* ex praes. inst. *om. KO* 3 cui ser. *om. K* 4 ex pr. lin. unic. an. ded. vocabolum *K* 6 barbarum *B*: *om. K* 7 lingua *om. B*: nomina *KO* omnibus *K* 8 nuncupata est *C* autem *om. K* 9 moveatur *T*: moventur *B* 10 quia] quod *B* gradiantur (*ex* -atur) *B* 11 non *om. K* 13 hom. us. *B* iubari possit *T* 15 animantibus *K* 16 sunt ad *T* 17 usui *C* commodata *K* 19 omnium *om. K* 20 qu. pecudes *K* 21 vocatur *B* 22 quod] quia *C* vel onus *om. K* subiectando *C*[1] *T* 23 tra. carp. *C* 25 on. hom. *T* temperant] portant *T*

Vnde et iumenta appellantur ab eo quod iuvent homines:
8 sunt enim magnarum virium animalia. Item quoque armenta, vel quod sint apta armis, id est bello; vel quod his in armis utimur. Alii armenta tantum boves intellegunt, ab arando, quasi aramenta [vel quod sint cornibus armata]. Discretio est autem inter armenta et greges: nam armenta equorum et boum sunt, greges vero caprarum et ovium.
9 Ovis molle pecus lanis, corpore inerme, animo placidum, ab oblatione dictum; eo quod apud veteres [in] initio non tauri, sed oves in sacrificio mactarentur. Ex his quasdam bidentes vocant, eas quae inter octo dentes duos altiores habent,
10 quas maxime gentiles in sacrificium offerebant. Vervex vel a viribus dictus, quod ceteris ovibus sit fortior; vel quod sit vir, id est masculus; vel quod vermem in capite habeat, quorum excitati pruritu invicem se concutiunt, et pugnantes cum magno
11 impetu feriunt. Aries vel ἀπὸ τοῦ Ἄρεος, id est a Marte, vocatus: unde apud nos in gregibus masculi mares dicuntur: sive quod hoc pecus a gentilibus primum aris est immolatum. Aries, quod inponeretur aris. Vnde est illud (Sedul. 1, 115):

Aries mactatur ad aram.

12 Agnum quamquam et Graeci vocent ἀπὸ τοῦ ἁγνοῦ, quasi pium, Latini autem ideo hoc nomen habere putant, eo quod prae ceteris animantibus matrem agnoscat; adeo ut etiam si in magno grege erraverit, statim balatu recognoscat vocem
13 parentis. Haedi ab edendo vocati. Parvi enim pinguissimi sunt et saporis iucundi, unde [et edere, unde] et edulium

1 iubenta *T* 2 en. e magn. *K* Idem C^1*TU* (*non X*) 3 sunt *C* abarta *B* 4 utitur C^1 alii *ex* alia *T* 5 vel quod . . . arm. *hab. T* (corn. apta) *UX*: *om. BCKO* 8 placido *K* 9 in *hab. CK*: *om. BT* 10 quadam *T* 11 eas quae] eo quod *B* 12 quos *T* sacrificio *K* Verbex *B*: Verbix *CT*: Berbix *K* 14 id est] et *K* vermes *CK* habeant *T* 15 proritu *T*: prurinatu C^1 16 Marte] maiore *K* 17 un. et ap. *K* mas. in gr. *C* 18 sive quod . . . immol. *om. T* (*non U*) quia *C* pr. aris *B* 19 ar. ergo quod *K* poneretur *TU* unde] sicut *K* 21 quamquam] quoque *K* et *om. B* 22 nomomen *K* 23 prae] de *K* anim. is matr. *C* 25 Edi *codd.* (Hedi *T*) *et Isid.* edendi *T* 26 unde et edul. *K*: unde et edere edul. *T*: unde et edere (hederae *edd.*) unde (inde *B*) et edul. *BCU*

vocatur. Hircus lascivum animal et petulcum et fervens 14
semper ad coitum; cuius oculi ob libidine in transversum
aspiciunt, unde et nomen traxit. Nam hirqui sunt oculorum
anguli secundum Suetonium (Prat. 171); cuius natura adeo cali-
dissima est ut adamantem lapidem, quem nec ignis, nec ferri
domare valet materia, solus huius cruor dissolvat. Maiores
hirci Cinyphii dicuntur a fluvio Cinyphe in Libya, ubi grandes
nascuntur. Capros et capras a carpendis virgultis quidam 15
dixerunt. Alii quod captent aspera. Nonnulli a crepitu
crurum, unde eas crepas vocitatas; quae sunt agrestes caprae,
quas Graeci pro eo quod acutissime videant, id est ὀξυδερκέστερον,
δορκάς appellaverunt. Morantur enim in excelsis montibus, et
quamvis de longinquo, vident tamen omnes qui veniunt.
Idem autem et capreae: idem ibices, quasi avices, eo quod ad 16
instar avium ardua et excelsa teneant et in sublime inhabitent,
ita ut de sublimitate vix humanis obtutibus pateant. Vnde et 17
meridiana pars ibices aves vocant, qui Nili fluentis inhabitant.
Haec itaque animalia, ut diximus, in petris altissimis com-
morantur, et si quando ferarum vel hominum adversitatem
persenserint, de altissimis saxorum cacuminibus sese praecipi-
tantes in suis [se] cornibus inlaesa suscipiunt. Cervi dicti ἀπὸ 18
τῶν κεράτων, id est a cornibus; κέρατα enim Graece cornua
dicuntur. Hi serpentium inimici cum se gravatos infirmitate
persenserint, spiritu narium eos extrahunt de cavernis, et supe-
rata pernicie veneni eorum pabulo reparantur. Dictamnum
herbam ipsi prodiderunt; nam eo pasti excutiunt acceptas
sagittas. Mirantur autem sibilum fistularum. Erectis auribus 19
acute audiunt, summissis nihil. Si quando inmensa flumina
vel maria transnatant, capita clunibus praecedentium superpo-

1 vocatum *K* lascivium *B* 6 domari *B* 7 cifei dic. *B*[1] 9 quod] quia *B* captent] carpent *BK* 10 crepas *Arev.* (*ex Paul. Fest.* 48, 14): creas *B*[1]*KOTX*: capreas *C* vocatas *CK* 11 id est ὀξ.] id est ζιδερκ rectepon *B*: rectepon *K* 12 dorcas *codd.*: dorcadas *edd.* 14 qu. abices *B*[1]*T* ad *om.* *K* 15 abitent *T* (*i.e.* hab-) 17 vocat *B* nihi *C*[1] 18 comm. *om.* *B*[1] 20 persenserunt *B* sese] se *K* 21 se *hab.* *T*: *om.* *BCK* suscipiuntur *K* 23 serp. vel in. *B* sese *C* gratos *T*[1] 24 supera *K* 25 diptapnon *K* 26 ipsum *B* 27 rectis *CT* 29 crunibus *T*

nunt sibique invicem succedentes nullum laborem ponderis
20 sentiunt. Tragelaphi a Graecis nominati, qui quum eadem specie sint ut cervi, villosos tamen habent armos ut hirci, et menta promissis hirta barbis, qui non alibi sunt quam circa
21 Phasidem. Hinnuli filii sunt cervorum [ab innuere dicti, quia
22 ad nutum matris absconduntur]. Dammula vocata, quod de manu effugiat: timidum animal et inbelle; de quo Martialis (13, 94):

Dente timetur aper, defendunt cornua cervum:
inbelles damae quid nisi praeda sumus?

23 Lepus, levipes, quia velociter currit. Vnde et Graece pro cursu λαγώς dicitur; velox est enim animal et satis timi-
24 dum. Cuniculi genus agrestium animalium dicti quasi caniculi, eo quod canum indagine capiantur vel excludantur ab speluncis.
25 Sus dicta, quod pascua subigat, id est terra subacta escas inquirat. Verres, quod grandes habeat vires. Porcus, quasi spurcus. Ingurgitat enim se caeno, luto inmergit, limo inlinit. Horatius (Epist. 1, 2, 26):

Et amica luto sus.

26 Hinc etiam spurcitiam vel spurios nuncupatos. Porcorum pilos setas vocamus, et setas a sue dictas: a quibus et sutores
27 vocantur, quod ex setis suant, id est consuant, pelles. Aper a feritate vocatus, ablata F littera et subrogata P. Vnde et apud Graecos σύαγρος, id est ferus, dicitur. Omne enim, quod
28 ferum est et inmite, abusive agreste vocamus. Iuvencus dictus, quod iuvare incipiat hominum usus in colenda terra, vel quia apud gentiles Iovi semper ubique iuvencus inmolabatur, numquam taurus. Nam in victimis etiam aetas considerabatur.

2 sent.] susteneunt *K* qum *T*: dum *BCK* 3 sunt *T*[1] 4 mente *K* hirsuta *C* sunt alibi *C* 5 Inuli *CTX*: Enuli *BFO*: Eenoli *K* ab . . . absc. *hab. TUX Mon.*: *om. BCDFKO* 6 eff. de ma. *B* 7 tim. et an. *C*[1] imbecille *B* 10 damne *T* 11 quia] quod *B* curret *T*: currat *B* 12 velox *C*: vel *K* est *om. B* 14 capientur *K* 15 dictas *K* quod] quia *C* 16 Verris *KT* qu. purcus *K* 18 Hor. . . . sus *om. K* 19 amiha lutosis *T* 20 spurcitia *C*: sportita *K* spurius *BC* nuncupatus *BCK* 21 sudores *K* 22 vocatur *CK* 23 et p subr. *C* 26 omnium *T* colenda *B*[1]*K*: excolenda *CT* quia] quod *BC* 27 ub. semp. *C* num. tau. *om. T*

Taurus Graecum nomen est, sicut et bos. Indicis tauris color 29
fulvus est, volucris pernicitas, pilis in contrarium versis; caput
circumflectunt flexibilitate qua volunt; tergi duritia omne telum
respuunt inmiti feritate. Bovem Graeci βοῦν dicunt. Hunc 30
Latini trionem vocant, eo quod terram terat, quasi terionem.
Naevius (trag. 62):

Trionum hic moderator rusticus.

Cuius latitudo pellium a mento ad crura palearia dicuntur,
a pelle ipsa, quasi pellearia; quod est generositatis in bove
signum. Boum in sociis eximia pietas; nam alter alterum in-
quirit, cum quo ducere collo aratra consuevit, et frequenti
mugitu pium testatur affectum si forte defecerit. Vacca dicta, 31
quasi boacca. Est enim ex qualitate mobilium nominum,
sicut leo leaena, draco dracaena. Vitulus et vitula a viriditate 32
vocati sunt, id est aetate viridi, sicut virgo. Vitulam ergo
parvam esse et nondum enixam: nam enixa iuvenca est aut
vacca. Bubali vocati per derivationem, quod sint similes 33
boum; adeo indomiti ut prae feritate iugum cervicibus non
recipiant. Hos Africa procreat. Vri agrestes boves sunt in 34
Germania, habentes cornua in tantum protensa ut regiis mensis
insigni capacitate ex eis gerulae fiant. [Dicti uri ἀπὸ τῶν ὀρέων,
id est a montibus.] Camelis causa nomen dedit, sive quod 35
quando onerantur, ut breviores et humiles fiant, accubant, quia
Graeci χαμαὶ humile et breve dicunt; sive quia curvus est dorso.
Καμουρ enim verbo Graeco curvum significat. Hos licet et
aliae regiones mittant, sed Arabia plurimos. Differunt autem
sibi; nam Arabici bina tubera in dorso habent, reliquarum re-

1 indiciis C^1 2 pertinacitas *B* pilus in c. versus *Solinus* 52, 36 3 circumplectunt *B* 4 βοῦν] boethi *T*: boeti *BKX*: boiti *O*: boeten *C* di.] vocant *BX* 5 plionem *K* vocant *om. K* terant *K* qu. terronem *K*: qu. terrionem *BT* 7 trionem *BGO ante corr.* (*non FP*) hinc *T* (*non U*) moderatur GK^1TU (*non F*): demoratur *M*: moderantur *OP* 8 pell. . . . ad *om. T* 9 a pella *T* generositatem *K* 11 cum qua *K*: quum co *T* 12 defuerit *K* 13 quasi *om.* C^1 boaca *KT* ex *om. K* qualite *K* 15 vocata *C* 16 aut *om.* T^1: ut *BC* 17 quod] quia *C* 18 iug. in cer. *K* 19 recipiunt *T* 21 fiebant *T* dicti . . . mont. *hab. T*: *om. BCK* orrion *T* 22 quod] quia *BC* 23 humiliores *K* accumbunt *K* 24 cami *codd.* *vix* humi (*cf.* XX. xi. 2) 25 camur *BC*: (*cf.* XV. viii. 5): chamur *T*: camus *K* enim] ergo *T* lic. al. *BK*

36 gionum singula. Dromeda genus camelorum est, minoris quidem
staturae, sed velocioris. Vnde et nomen habet; nam δρόμος
Graece cursus et velocitas appellatur. Centum enim et am-
plius milia uno die pergere solet. Quod animal, sicut bos et
37 ovis et camelus, ruminat. Ruminatio autem dicta [est] a ruma,
eminente gutturis parte, per quam dimissus cibus a certis revo-
38 catur animalibus. Asinus et asellus a sedendo dictus, quasi
asedus: sed hoc nomen, quod magis equis conveniebat, ideo
hoc animal sumpsit quia priusquam equos caperent homines,
huic praesidere coeperunt. Animal quippe tardum et nulla
39 ratione renitens, statim ut voluit sibi homo substravit. Onager
interpretatur asinus ferus. Ὄνον quippe Graeci asinum vocant:
ἄγριον ferum. Hos Africa habet magnos et indomitos et in
deserto vagantes. Singuli autem feminarum gregibus praesunt.
Nascentibus masculis zelant et testiculos eorum morsu detrun-
cant, quod caventes matres eos in secretis locis occultant.
40 Asinos Arcadicos dictos, eo quod ab Arcadia primum vecti
sunt magni et alti. Minor autem asellus agro plus necessarius
est, quia et laborem tolerat et neglegentiam propemodum non
41 recusat. Equi dicti, eo quod quando quadrigis iungebantur,
aequabantur, paresque forma et similes cursu copulabantur.
42 Caballus antea cabo dictus, propter quod gradiens ungula
inpressa terram concavet, quod reliqua animalia non habent.
43 Inde et sonipes, quod pedibus sonat. Vivacitas equorum
multa: exultant enim in campis; odorantur bellum; excitantur
sono tubae ad proelium; voce accensi ad cursum provocantur;
dolent cum victi fuerint; exultant cum vicerint. Quidam hostes

1 est cam. *C* 2 velociores *K* 4 anima *C*[1] bos *om.* *B*[1] 5 est *hab.* *BK*: *om.* *CT* 6 gutt. par. *om.* *K* demissos cibos *K* 7 an. rev. *B* 8 adseddus *B*: aseddus *CT* hoc *om.* *B*[1]*K* 10 huic] hunc *C*[1] 11 renites *K* substituit *K* 13 et in des. *om.* *T* 14 vacantes *BT* 15 nas. autem mas. *C* zel. mas. *B* morsibus *T* detrahunt *K* 16 eos *om.* *K* locis *om.* *K* 17 quod] quia *C* provecti *C* 18 sint *B* minor . . . non rec. *om.* *K* 21 aeq. *om.* *K* pares *K*: eosque pares *B* 22 Cav- *alii* an. a ca. *T* (*non U*) cavo *CKU* (*sed cf.* VIII. 4) pr. quia *C*[1] 23 terra *K* concavit *C*[1]*K*: concabet *T* 24 quia ped. *C* sonet *B* 25 mul. est ex. *B* obdurantur bello *K* 26 acc. cursu prov.

in bello sentiunt, adeo ut adversarios morsu petant: aliqui
etiam proprios dominos recognoscunt, obliti mansuetudinis si
mutentur; aliqui praeter dominum dorso nullum recipiunt:
interfectis vel morientibus dominis multi lacrimas fundunt.
Solum enim equum propter hominem lacrimare et doloris affe-
ctum sentire. Vnde [et] in Centauris equorum et hominum
natura permixta est. Solent etiam ex equorum vel maestitia 44
vel alacritate eventum futurum dimicaturi colligere. Aetas
longaeva equis Persicis, Hunnicis, Epirotis ac Siculis in annis
ultra quinquaginta, brevior autem Hispanis ac Numidis et
Gallicis frequens opinio est. In generosis equis, ut aiunt 45
veteres, quattuor spectantur: forma, pulchritudo, meritum
atque color. Forma, ut sit validum corpus et solidum, robori
conveniens altitudo, latus longum, substrictus maxime et
rotundi clunis, pectus late patens, corpus omne musculorum
densitate nodosum, pes siccus et cornu concavo solidatus.
Pulchritudo, ut sit exiguum caput et siccum, pelle prope ossibus 46
adhaerente, aures breves et argutae, oculi magni, nares patulae,
erecta cervix, coma densa et cauda, ungularum soliditatis fixa
rotunditas. Meritum, ut sit animo audax, pedibus alacer, tre- 47
mentibus membris, quod est fortitudinis indicium: quique ex
summa quiete facile concitetur, vel excitata festinatione non
difficile teneatur. Motus autem equi in auribus intellegitur,
virtus in membris trementibus. Color hic praecipue spectandus: 48
badius, aureus, roseus, myrteus, cervinus, gilvus, glaucus, scutula-
tus, canus, candidus, albus, guttatus, niger. Sequenti autem or-
dine, varius ex nigro badioque distinctus; reliquus varius color vel

1 morsu] motu *T* 2 recog.] regunt *K*[1] oblita mansuetudines obliti mansue (*delet.*) *K* 3 aliqui . . . rec. *om.* *T*[1] 6 et *hab.* *CT*: *om.* *BK* eo quorum *K* 8 futuri *K* 9 ugnicis *B*: uniscis *T* et pirotis *B*[1]*K*: et ep. *C* 10 numidiis *C*[1]*T* 11 generos *C*[1] 12 expectantur *BKT* (-atur) 13 sit] si *T*: sit omne *B* 14 substrictum *CG* (*non* *UX*) maximi *C* (*non* *GUX*) 15 clunis *B*: clunes *CGKTX* 16 dentate nodosim *C*[1] 17 et sicc. et pel. *K* 18 aures . . . arg. *om.* *T* acutae *CK* mag. nata (*delet.*) nares *K* 19 soliditate *B*[1]*C* (*non* *G*) 21 qui ex *KT*[1] (*non* *U*) 22 non diff.] facile *K* 23 aur.] naribus *T* 24 expectandus (exs-) *codd.* 25 cervunus *B*: ceruleus *K* gelbus *K* 26 canus . . . gutt. *om.* *C*[1] 27 var. color (*delet.*) ex *T* reliquos varios colores *K* vel cin. det. *om.* *K*

49 cinereus deterrimus. Badium autem antiqui vadium dicebant,
quod inter cetera animalia fortius vadat. Ipse est et spadix, quem
phoenicatum vocant: et dictus spadix a colore palmae, quam
50 Siculi spadicam vocant. Glaucus vero est veluti pictos oculos
habens et quodam splendore perfusos. Nam glaucum veteres
dixerunt. Gilvus autem melinus color est subalbidus. Guttatus,
51 albus nigris intervenientibus punctis. Candidus autem et albus
invicem sibi differunt. Nam albus cum quodam pallore est:
candidus vero niveus et pura luce perfusus. Canus dictus,
quia ex candido colore et nigro est. Scutulatus vocatus propter
52 orbes, quos habent candidos inter purpuras. Varius, quod
vias habeat colorum inparium. Qui autem albos tantum
pedes habent, petili appellantur; qui frontem albam, calidi.
53 Cervinus est quem vulgo guaranen dicunt. Aeranen idem
vulgus vocat, quod in modum aerei sit coloris. Myrteus autem
54 est pressus in purpura. Dosina autem dictus, quod sit color
eius de asino: idem et cinereus. Sunt autem hi de agresti
genere orti, quos equiferos dicimus, et proinde ad urbanam
55 dignitatem transire non possunt. Mauron niger est; nigrum
enim Graeci *μαῦρον* vocant. Mannus vero equus brevior [est],
quem vulgo brunicum vocant. Veredos antiqui dixerunt, quod
veherent redas, id est ducerent; vel quod vias publicas currant,
56 per quas et redas ire solitum erat. Equorum tria sunt genera:
unum generosum, proeliis et oneribus aptum; alterum vulgare

1 au. *om. K* 2 est *om. K* 3 vocat C^1 quam] quod *B* 4 spadiceam *T*: spadicem *C* 5 perf.] persus *T* 6 dixerunt *K*: dicunt *BCT*: dicebant album *dett.* autem *om. K* 7 abbis (*sic*) nigrisque *T* pictus *K* 8 in invicem *T* differunt *om.* B^1 10 quia] quod *C* 11 habent *BK*: habet *T* purpureos *K*: puras *T* Varios *T* 12 habent oculorum *T* (*non U*) inp.] varium *K* alb. au. *T* 13 album *BK* calliti *K* 14 guaranem (-en?) *BT*: guarinen (-em?) *U*: guarananem *F*: gauranem *C*: gaurianem *D*: uuarranem *KO* dicunt *BCDFTU*: vocant *KO* Aeranen (*ex* -ren) *K*: Eranem *BCT*: Eranen *O* idem ... coloris *B* (aerii s. color) *CDTU*: id est vul. dicit ut in mo. aeris s. coloris *KO* 16 est *om. K* Dosina *T*: Dosinu *K*: Dosinus *BCM* autem *om. B* 18 proinde *om. K* 19 Mauro *T* 20 est *hab. BT*: *om. CK* 21 brunicum vo. *O*: bronicum vo. *T*: bronnicum vo. *U*: brunicium vo. B^1K: brunnicium vo. *C* *Mon.*^{2}: brunicum vo. vel brunnum *X*: brunnicum vo. *Mon.*^{1} (buricum (-rr-, -ch-) *form. usit.*) dix. quia *C* 22 veherant *T* 23 solidum *B*: solutum *K* 24 honoribus *BC*

atque gregarium ad vehendum, non ad equitandum aptum;
tertium ex permixtione diversi generis ortum, quod etiam dicitur
bigenerum quia ex diversis nascitur, ut mulus. Mulus autem 57
a Graeco tractum vocabulum habet. Graece enim hoc vel
quod iugo pistorum subactus tardas molendo ducat in gyro
molas. Iudaei asserunt quod Ana abnepos Esau equarum
greges ab asinis in deserto ipse fecerit primus ascendi, ut
mulorum inde nova contra naturam animalia nascerentur.
Onagros quoque ad hoc admissos esse ad asinas: et ipsum
istiusmodi repperisse concubitum, ut velocissimi ex his asini
nascerentur. Industria quippe humana diversum animal in 58
coitu coegit, sicque adulterina commixtione genus aliud rep-
perit; sicut et Iacob contra naturam colorum similitudines
procuravit. Nam tales foetus oves illius concipiebant, quales
umbras arietum desuper ascendentium in aquarum speculo
contemplabantur. Denique et hoc ipsud in equarum gregibus 59
fieri fertur, ut generosos obiciant equos visibus concipientium,
quo eorum similes concipere et creare possint. Nam et colum-
barum dilectores depictas ponunt pulcherrimas columbas isdem
locis, quibus illae versantur, quo rapiente visu similes generent.
Inde est quod quidam gravidas mulieres iubent nullos intueri 60
turpissimos animalium vultus, ut cynocephalos et simios, ne
visibus occurrentes similes foetus pariant. Hanc enim femi-
narum esse naturam ut quales perspexerint sive mente con-
ceperint in extremo voluptatis aestu, dum concipiunt, talem et
sobolem procreent. Etenim animal in usu Venerio formas

1 gregarum *T* 3 qui ex *BK* 4 a *BT*: ex *CK* enim] autem *C* vel] eo *K* (*non D Mon.*) 5 quia *C* tardus *KO* ducet *B*: ducit *DK* gyro (-ro *BK*) *vel* gyrum (-rum *CK*) 6 quia *C* anaa nepos (-pus) *BDK*: hanaa (*corr.* -aan) nepos *T*: ana nepos *C* 7 ipse *om. K*: *post* fec. *B* ut] et *K* 8 miscerentur *K* (*non D*) 9 onag. . . . nasc. *om. BKO* (*non DFGU*) asinos *C* 10 velocissime (-ae) ex his asine (-ae) *DGU*, *fort. recte* 11 in cogitu *T* 12 repetit *B* 13 colorem *B* 16 contemplantur B^1 aquarum *T* 17 fieri *om.* B^1 generos C^1 obiciunt *B* usibus *K* 18 quod et eor. *T* 19 columbares C^1 20 illi *K* visu *om. K* 21 nullius *C* 22 turp. an. vul. *om.* B^1 ut] et *B* 23 visibus *om. K* parcant *B*: generent *K* 24 ut] et *T* prespexerint *T*: prospexerint *K* si. me. conc. *om. K* 25 estu duum *T* (*non U*): studio dum *K*: studium *B* concipiant *KB* (*ex* -unt) 26 animal *om. K*

extrinsecus intus transmittit, eorumque satiata typis rapit species eorum in propriam qualitatem. In animantibus bigenera dicuntur quae ex diversis nascuntur, ut mulus ex equa et asino; burdo ex equo et asina; hybridae ex apris et porcis; tityrus ex ove et hirco; musmo ex capra et ariete. Est autem dux gregis.

II De bestiis. Bestiarum vocabulum proprie convenit leo-
nibus, pardis, tigribus, lupis et vulpibus canibusque et simiis
ac ceteris, quae vel ore vel unguibus saeviunt, exceptis serpen-
2 tibus. Bestiae dictae a vi, qua saeviunt. Ferae appellatae, eo
quod naturali utuntur libertate et desiderio suo ferantur. Sunt
enim liberae eorum voluntates, et huc atque illuc vagantur et
3 quo animus duxerit, eo feruntur. Leonis vocabulum ex Graeca
origine inflexum est in Latinum. Graece enim λέων vocatur;
et est nomen nothum, quia ex parte corruptum. Leaena vero
totum Graecum est, sicut et dracaena. Vt autem leaena lea
dicatur usurpatum est a poetis. Leo autem Graece, Latine
rex interpretatur, eo quod princeps sit omnium bestiarum.
4 Cuius genus trifarium dicitur. E quibus breves et iuba crispa
inbelles sunt; longi et coma simplici acres. Animos eorum
frons et cauda indicat. Virtus eorum in pectore; firmitas in
capite. Septi a venatoribus terram contuentur, quo minus
conspectis venabulis terreantur. Rotarum timent strepitus,
5 sed ignes magis. Cum dormierint, vigilant oculi; cum ambu-
lant, cauda sua cooperiunt vestigia sua, ne eos venator inveniat.
Cum genuerint catulum, tribus diebus et tribus noctibus catulus
dormire fertur; tunc deinde patris fremitu vel rugitu veluti
tremefactus cubilis locus suscitare dicitur catulum dormientem.

1 transmisit *B*: transmittunt *K* sat. tibis *B*: satietatibus *K* rapiunt *K* 2 dicuntur *om. K* 3 diversi *K* 4 capris *T* titirus *codd.* (tititus *B*[1]) 8 tigribus *om. K* lupibus *C*[1] 9 ac] et *K* 10 a vi qua] ab eo quod *K* eo *om. BK* 11 utantur *BC* fruantur *B*: feruntur *C* 12 enim] autem *C* earum *C* vacantur *C* et quod an. *T* 13 voc. et ex *C* greco *T* 15 quia . . . corr. *om. T* 16 Gr. est to. *C* au. lea (*om.* leaena) *K* 17 dicitur *T* latini *T* 18 best. *om. C* 20 simplicia *K* 21 et fr. et cau. *C* 23 timens *T* 24 ignis *B*: ignem *K* 25 sua (*prius*) *om. C* 26 genuerit *C* catulum catulus *B* tr. di. et noc. *C*

Circa hominem leonum natura est ut nisi laesi nequeant irasci. 6
Patet enim eorum misericordia exemplis assiduis. Prostratis
enim parcunt; captivos obvios repatriare permittunt; hominem
non nisi in magna fame interimunt. De quibus Lucretius
(5, 1035):

Scymnique leonum.

Tigris vocata propter volucrem fugam; ita enim nominant Persae 7
et Medi sagittam. Est enim bestia variis distincta maculis,
virtute et velocitate mirabilis; ex cuius nomine flumen Tigris
appellatur, quod is rapidissimus sit omnium fluviorum. Has
magis Hyrcania gignit. Panther dictus, sive quod omnium 8
animalium sit amicus, excepto dracone, sive quia et sui generis
societate gaudet et ad eandem similitudinem quicquid accipit
reddit. Πᾶν enim Graece omne dicitur. Bestia minutis orbi-
culis superpicta, ita ut oculatis ex fulvo circulis, nigra vel alba
distinguatur varietate. Haec semel omnino parturit; cuius 9
causae ratio manifesta est. Nam cum in utero matris coaluere
catuli maturisque ad nascendum viribus pollent, odiunt tempo-
rum moras; itaque oneratam foetibus vulvam tamquam obstan-
tem partui unguibus lacerant: effundit illa partum, seu potius
dimittit, dolore cogente. Ita postea corruptis et cicatricosis sedi-
bus genitale semen infusum non haeret acceptum, sed inritum
resilit. Nam Plinius (N. H. 8, 43) dicit animalia cum acutis
unguibus frequentur parere non posse; vitiantur enim intrin-
secus se moventibus catulis. Pardus secundus post pantherem 10
est, genus varium ac velocissimum et praeceps ad sanguinem.
Saltu enim ad mortem ruit. Leopardus ex adulterio leaenae 11
et pardi nascitur, et tertiam originem efficit; sicut et Plinius in
Naturali Historia (8, 42) dicit, leonem cum parda, aut pardum cum

1 homines *B* 3 parcent *K* ovios *T* permittent *K* 6 sc. leonium *T*: scimusque leonem *B*[1]: sonumque leonum *C*[1] 7 it enim *K* persi et m. *K*: m. et persi *B* 10 quod] quia *C* 12 draconi *BKT* 13 ad *om.* *C*[1] eadem *K* accepit *BK* 14 enim *om.* *K* dic. om. bes. enim mi. *C* 17 coal.] calore *K* 18 matrisque *BC*: maturique *Schwarz* pollere studiunt *K* temporibus *B* 20 effudet *K* 22 effusum *K* 23 resilet *K*: inlisit *T*: praesilit *C* 24 vit. etenim *C* 25 secundum *CT* panter *T* 26 genus] ge *K* 29 dixit leo *C*[1]

leaena concumbere et ex utroque coitu degeneres partus creari,
12 ut mulus et burdo. Rhinoceron a Graecis vocatus. Latine interpretatur in nare cornu. Idem et monoceron, id est unicornus, eo quod unum cornu in media fronte habeat pedum quattuor ita acutum et validum ut quidquid inpetierit, aut ventilet aut perforet. Nam et cum elephantis saepe certamen
13 habet, et in ventre vulneratum prosternit. Tantae autem esse fortitudinis ut nulla venantium virtute capiatur; sed, sicut asserunt qui naturas animalium scripserunt, virgo puella praeponitur, quae venienti sinum aperit, in quo ille omni ferocitate deposita caput ponit, sicque soporatus velut inermis capitur.
14 Elephantum Graeci a magnitudine corporis vocatum putant, quod formam montis praeferat; Graece enim mons λόφος dicitur. Apud Indos autem a voce barro vocatur; unde et vox eius barritus, et dentes ebur. Rostrum autem proboscida dicitur, quoniam illo pabulum ori admovet; et est angui similis, vallo
15 munitus eburno. Hos boves Lucas dictos ab antiquis Romanis: boves, quia nullum animal grandius videbant: Lucas, quia in Lucania illos primus Pyrrhus in proelio obiecit Romanis. Nam hoc genus animantis in rebus bellicis aptum est; in eis enim Persae et Indi ligneis turribus conlocatis, tamquam de muro iaculis dimicant. Intellectu autem et memoria multa vigent.
16 Gregatim incedunt; motu, quo valent, salutant; murem fugiunt; aversi coeunt; quando autem parturiunt, in aquis vel insulis dimittunt fetus propter dracones, quia inimici sunt et ab eis inplicati necantur; biennio autem portant fetus, nec amplius quam semel gignunt nec plures, sed tantum unum; vivunt

1 utraque C^1 degenere (de gen.) *KT* creatri *K* 2 burdo] asinus *BCT* vocatur *BK* 4 eo quia C^1 m. fonte T^1: medio fr. *BK* 5 inpeterit *T* 6 vent. aupforet *K* 7 esse *CTU*: est *BK* 9 discripserunt *T*: proposuerunt *B* proponitur *BCT* 10 veniente *BK* ille *om. B* 11 sique B^1 superatus *K* 13 λόφος] elaphio (-fio) *KT*: elephio *BC* 14 eius] et *BK* 15 barritas dicitur et *C* promuscidae *K* 16 pabulo *B*: pabula *K* movet *K* 17 minutus *K*: minitus *B* lucanos ab ant. Rom. dic. *K* dictas *C* 19 primos Py. *B*: pirrus (*in ras.*) *T* 24 count *T* pariunt *C* vel in ins. *K* 25 quia in. sunt *om. K* 26 inplicanti negantur *K* 27 gignit *T* vivent *K*

[autem] annos trecentos. Apud solam Africam et Indiam ele-
phanti prius nascebantur; nunc sola eos India gignit. Grypes 17
vocatur, quod sit animal pinnatum et quadrupes. Hoc genus
ferarum in Hyperboreis nascitur montibus. Omni parte cor-
poris leones sunt; alis et facie aquilis similes; equis vehementer
infesti. Nam et homines visos discerpunt. Chamaeleon non 18
habet unum colorem, sed diversa est varietate consparsus, ut
pardus. Dictus autem ita . . . Huius chamaeleontis corpusculum
ad colores quos videt facillima conversione variatur, quod alio-
rum animalium non est ita ad conversionem facilis corpulentia.
Camelopardus dictus, quod dum sit ut pardus albis maculis 19
superaspersus, collo equo similis, pedibus bubulis, capite tamen
camelo est similis. Hunc Aethiopia gignit. Lyncis dictus, quia 20
in luporum genere numeratur; bestia maculis terga distincta ut
pardus, sed similis lupo: unde et ille λύκος, iste lyncis. Huius
urinam convertere in duritiam pretiosi lapidis dicunt, qui lyncu-
rius appellatur, quod et ipsas lynces sentire hoc documento
probatur. Nam egestum liquorem harenis, in quantum potue-
rint, contegunt, invidia quadam naturae ne talis egestio transeat
in usum humanum. Lynces dicit Plinius Secundus (cf. N. H.
8, 43) extra unum non admittere fetum. Castores a castrando 21
dicti sunt. Nam testiculi eorum apti sunt medicaminibus,
propter quos cum praesenserint venatorem, ipsi se castrant et
morsibus vires suas amputant. De quibus Cicero in Scauriana
(2, 7): 'Redimunt se ea parte corporis, propter quod maxime
expetuntur.' Iuvenalis (12, 34):

1 autem *hab. BK*: *om. CT* Ind. et Afr. *B* 2 prius] primum *B* Ind. eos *K* 5 alis . . . sim. *om. T* 6 nam hom. *K* hominis visus *B* 9 conversatione *BT* 10 conversationem *BT* (*non U*): conversationis *K* corpulentiam *T* (*non U*): copulatio *dett.* 11 Cameleopardus *codd.* quod] quia *C* 12 capite *om. B* tamen] tantum *C* 13 quia] quod *C* 14 numerantur *T*: nominatur *K* 15 cuius *TU* 16 conv. se in d. *TU*: conv. d. in se *C* (*non OX*) dicitur *K* ligurius *codd.* (lig- *etiam codd. aliquot Solini* 2, 39) 17 quod] quia *B* ipsos *C* 19 natura *T* transeant *T* 20 us. genus hum. *T* lincem *K* dixit *C* 21 fetum *om. BC*[1]*T* 23 persenserint *C* 25 rediment *K* ea *C*: a *BKT*

Qui se
eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno
testiculi.

22 Ipsi sunt et fibri, qui etiam Pontici canes vocantur. Vrsus fertur dictus quod ore suo formet fetus, quasi orsus. Nam aiunt eos informes generare partus, et carnem quandam nasci quam mater lambendo in membra conponit. Vnde est illud :

Sic format lingua fetum cum protulit ursa.

Sed hoc inmaturitas partus facit : denique tricesimo die generat. Vnde evenit ut praecipitata fecunditas informes procreet. Vrsorum caput invalidum ; vis maxima in brachiis et lumbis ; unde
23 interdum erecti insistunt. Lupus Graeca derivatione in linguam nostram transfertur. Lupos enim illi λύκους dicunt : λύκος autem Graece a moribus appellatur, quod rabie rapacitatis quaequae invenerit trucidet. Alii lupos vocatos aiunt quasi leopos, quod quasi leonis, ita sit illi virtus in pedibus ; unde et quidquid pede
24 presserit non vivit. Rapax autem bestia et cruoris appetens ; de quo rustici aiunt vocem hominem perdere, si eum lupus prior viderit. Vnde et subito tacenti dicitur: 'Lupus in fabula.' Certe si se praevisum senserit, deponit feritatis audaciam. Lupi toto anno non amplius dies duodecim coeunt ; famem diu portant, et post longa ieiunia multum devorant. Lupos Aethiopia mittit cervice iubatos, et tanto varios ut nullum colorem illis abesse
25 dicant. Canis nomen Latinum Graecam etymologiam habere videtur ; Graece enim κύων dicitur. Licet eum quidam a canore latratus appellatum existiment, eo quod insonat ; unde et canere. Nihil autem sagacius canibus ; plus enim sensus ceteris anima-

2 capiens C^1 3 testiculi *om.* *K* 4 etiam et Pont. *C* 5 suos *B* : *om.* *T* 6 carne quadam *K* 10 informis procreetur *BKC*² (-atur C^1) 11 et in lum. *B* unde *om.* *C* 12 Lup. a Gr. *K* 13 lupum . . . liquon (*i.e.* λύκον) *K* 14 more *K* appellatus quia *C* *vel* quaeque : quidquid *K* 15 trucidat *KU* aiunt *om.* *C* quasi] velut *K* 16 leonis *om.* C^1 pe. pr.] depresserit *T* : presserit *B* 17 cruores *B* de qua bestea ai. *K* 18 hominum *BT* 19 tacendi *T* fabulam *T* 20 praev. viderit (*delet.*) sens. *K* feritatis *ex* -tem *K* 21 amp. quam di. *T* 22 lon. illa iei. *T* deforant *T* 23 tanto] totus *K* dicat illis habere *T* : dicant illis dicant C^1 (d. i. abesse C^2) 25 κύων] cenos (chenos, caenos, coenon) *codd.* 26 existimant *C* insonant *T* (-at T^1 ?) 27 animantibus *BC*

libus habent. Namque soli sua nomina recognoscunt; dominos 26
suos diligunt; dominorum tecta defendunt; pro dominis suis
se morti obiciunt; voluntarie cum domino ad praedam currunt;
corpus domini sui etiam mortuum non relinquunt. Quorum
postremo naturae est extra homines esse non posse. In canibus
duo sunt: aut fortitudo, aut velocitas. Catuli abusive dicuntur 27
quarumlibet bestiarum filii. Nam proprie catuli canum sunt, per
diminutionem dicti. Lycisci autem dicuntur, ut ait Plinius (cf. 8, 28
148), canes nati ex lupis et canibus, cum inter se forte miscuntur.
Solent et Indi feminas canes noctu in silvis alligatas admitti ad
tigres bestias, a quibus insiliri, et nasci ex eodem foetu canes
adeo acerrimos et fortes ut in conplexu leones prosternant.
Vulpes dicta, quasi volupes. Est enim volubilis pedibus, et num- 29
quam rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currit, fraudu-
lentum animal insidiisque decipiens. Nam dum non habuerit
escam, fingit mortem, sicque descendentes quasi ad cadaver
aves rapit et devorat. Simiae Graecum nomen est, id est pressis 30
naribus; unde et simias dicimus, quod suppressis naribus sint
et facie foeda, rugis turpiter follicantibus; licet et capellarum
sit pressum habere nasum. Alii simias Latino sermone vocatos
arbitrantur, eo quod multa in eis similitudo rationis humanae
sentitur; sed falsum est. Hi elementorum sagaces nova luna 31
exultant, media et cava tristantur. Fetus, quos amant, ante se
gestant; neglecti circa matrem haerent. Horum genera quin-
que sunt, ex quibus cercopitheci caudas habent; simia enim
cum cauda est, quam quidam cluram vocant. Sphingae villosae 32
sunt comis, mammis prominentibus, dociles ad feritatis obli-
vionem. Cynocephali et ipsi similes simiis, sed facie ad modum
canis; unde et nuncupati. Satyri facie admodum grata, et 33

1 Nam *C* nom. sua *C* recognoscent *T* 3 morti se *K* quum dominos *T* (*non U*) 4 derelinquunt *B* 5 na. po. *B*: po. natura *T* 6 dicuntur *om. K* 7 canunt *K* 9 ex lup. na. *C* 10 inde *BKT* (Indae *edd.*) feminae . . . alligatae *edd.* 11 insili *B* 12 adeo] et eo C^1 ut complexu *B*: ut plexu *K* leonis *K* 14 rectis] in C^1 16 descentes *T* av. qu. ad cav. *T* quasi *om.* C^1 17 est nom. *BK* 19 feta B^1 lic. cap. *KT* 20 vocatas *BC* 21 hum. rat. *C* 26 cluram *ex* cliuram *T*: cruram *BK* 29 adm. fac. *B*

gesticulatis motibus inquieti. Callitriches toto paene aspectu
a ceteris distant. Sunt enim in facie producta barba et lata
34 cauda. Leontophonos bestia modica; et ex eo ita vocata quia
capta exuritur, eiusque cinere aspersae carnes et positae per
conpita semitarum leones necant, si quantulumcumque ex illis
35 sumpserint. Histrix animal in Africa erinacii simile, vocatum
ab stridore spinarum, quas tergo laxatas emittit ut canes vul-
36 neret insequentes. Enhydros bestiola ex eo nuncupata, quod
in aquis versetur, et maxime in Nilo. Quae si invenerit dormi-
entem corcodilum, volutat se in luto primum, et intrat per os
eius in ventrem, et carpens omnia intranea eius, sic moritur.
37 Ichneumon Graece vocatus, eo quod odore suo et salubria
ciborum et venenosa produntur. De quo Dracontius ait (Laud.
1, 515):—

Praecidit suillus vim cuiuscumque veneni.

Suillus autem a saetis est nuncupatus. Hic etiam serpentes
insequitur; qui, cum adversus aspidem pugnat, caudam erigit,
quam aspis maxime incipit observare quasi minantem; ad quam
38 cum vim suam transfert, decepta corripitur. Musio appellatus,
quod muribus infestus sit. Hunc vulgus cattum a captura
vocant. Alii dicunt, quod cattat, id est videt. Nam tanto
acute cernit ut fulgore luminis noctis tenebras superet. Vnde
39 a Graeco venit catus, id est ingeniosus, ἀπὸ τοῦ καίεσθαι. Furo
a furvo dictus; unde et fur. Tenebrosos enim et occultos
40 cuniculos effodit, et eicit praedam quam invenerit. Melo, vel
quod sit rotundissimo membro, vel quod favos petat et assidue
mella captet.

1 inquiete *BT* 3 mod. ex *T* quia] quod *C* 4 eiusque] eo quod *B* 5 semita *T* negant *BK* 6 adsimile *K* 7 laxatis C^1 et ca. vulnerat *CT* 11 interea C^1 eius et s. *T* sicut *B* 12 vocatur *BK* 13 ven. ciborum pro. *B* prodantur *C* ait] ut C^1 15 predicit (prae-) *BCT* Psyllus *Drac.* 16 a setus C^1 18 quam] quia *K*: quod *B* ad quam] atque KB^1 *ut vid.* 19 transferet *KT*: transferret *B* corrumpitur *K* 20 quia *C* moribus B^1 cattum] captum *codd. et ipse Isid.* 21 vocat *BK* quod] quia *BC* cattat] captat *BCK*: cautet *ut vid.* T^1: *an* catat? videat *T* tantum *K* 22 ceriet *ut vid.* *K* nocti *B*: nocte *C* un. et a *C* 23 ἀπὸ τοῦ και. *om.* *K* Furvo *B* 24 en. occ. *B* 26 quod (*prius*)] quia *C* petit *C*: expectat *K* assidiae *K* 27 captat *C*

De minvtis animantibvs. Mus pusillum animal. Graecum III
illi nomen est; quidquid vero ex eo trahit Latinum fit. Alii
dicunt mures quod ex humore terrae nascantur; nam mus terra,
unde et humus. His in plenilunio iecur crescit, sicut quaedam
maritima augentur, quae rursus minuente luna deficiunt. Sorex 2
Latinum est, eo quod rodat et in modum serrae praecidat. Antiqui autem soricem sauricem dicebant, sicut et clodum claudum.
Mustela dicta, quasi mus longus; nam telum a longitudine 3
dictum. Haec ingenio subdola in domibus, ubi nutrit catulos suos, transfert mutatque sedem. Serpentes etiam et mures persequitur. Duo autem sunt genera mustelarum; alterum enim silvestre est distans magnitudine, quod Graeci ἴκτιδας vocant; alterum in domibus oberrans. Falso autem opinantur qui dicunt mustelam ore concipere, aure effundere partum.
Mus araneum, cuius morsu aranea. Est in Sardinia animal 4
perexiguum, aranei forma, quae solifuga dicitur, quod diem fugiat. In metallis argentariis plurima est, occultim reptans, et
per inprudentiam supersedentibus pestem facit. Talpa dicta, 5
quod sit damnata caecitate perpetua tenebris. Est enim absque oculis, semper terram fodit, et humum egerit, et radices subter
frugibus comedit; quam Graeci ἀσφάλακα vocant. Glires dicti 6
sunt quia pingues eos efficit somnus; nam gliscere dicimus crescere. Hieme enim tota dormiunt et inmobiles quasi mortui iacent, tempore aestivo reviviscunt. Ericium animal spinis 7
coopertum, quod exinde dicitur nominatum, eo quod subrigit

2 fit] est *B* 3 terrae *om. T* 5 maria aug. *K* ru. et min. *K* 6 rotat *K* 7 sicut cl. *KM* claudum (*corr.* clodum) claudium *T* 8 dicta *om. C* longa *K* 9 subdolo *C* 11 sunt au. *T non U*): sunt *C* 12 distans *om. C*[1] quod] quem *T* 14 dicuntur *K*[1] mustelam *om. K* concoepere *C*[1] 15 Mus araneus *dett.* (*non OPU*) arenea *B* (*non OPU*): *fort.* ar. (*i. e.* cutis morbus) est 16 araneae *B*: araneis *K* 17 occultum *BK* 19 da. sit *C* enim] etenim *B* 20 semper *om. B*[1] ereget *K* frugum subter *T* 21 quam] quos *T*: quia *C*[1] (quod *C*[2] *cum Hieron. in Is.* 1, 2) grece *C* asphalaca *CK*: asfallacam *ex* asfala*a *ut vid. B*: hasfalaca *T* 22 sunt *om. C* gliscit *T* 24 vivescunt *B*: rev. unde quidam (*Auson. Ephem.* 5), 'Dormiunt glires iemem perennem' *T* (*non U*) Ericium *K*: Iricium *BCU*: Hyricium *T* an. ex sp. *C* 25 quod] quia *C*[1] quod] quia *C*[1] suberiget *K*

se quando spinis suis clauditur, quibus undique protectus est contra insidias. Nam statim ut aliquid praesenserit, primum se subrigit, atque in globum conversus in sua se arma recolligit. Huius prudentia quaedam est; nam dum absciderit uvam de vite, supinus sese volutat super eam, et sic eam exhibet natis
8 suis. Gryllus nomen a sono vocis habet. Hic retro ambulat, terram terebrat, stridet noctibus. Vena⟨n⟩tur eum formica circumligata capillo in cavernam eius coniecta, afflato prius pulvere ne se abscondat; ita formicae conplexibus trahitur.
9 Formica dicta, ab eo quod ferat micas farris. Cuius sollertia multa; providet enim in futurum, et praeparat aestate quod hieme comedat; in messe autem eligit triticum, hordeum non tangit; dum pluit ei super frumentum, totum eicit. Dicuntur in Aethiopia esse formicae ad formam canis quae arenas aureas pedibus eruunt, quas custodiunt ne quis auferat, captantesque ad
10 necem persequuntur. Formicoleon ob hoc vocatus, quia est vel formicarum leo vel certe formica pariter et leo. Est enim animal parvum formicis satis infestum, quod se in pulvere abscondit, et formicas frumenta gestantes interficit. Proinde autem leo et formica vocatur, quia aliis animalibus ut formica est, formicis autem ut leo est.

V De serpentibus. Anguis vocabulum omnium serpentium genus quod plicari et contorqui potest; et inde anguis quod angulosus sit et numquam rectus. Angues autem apud gentiles pro geniis locorum erant habiti semper, unde Persius (1, 113):

Pinge duos angues: pueri, sacer est locus.

2 Colubrum ab eo dictum, quod colat umbras, vel quod in lubri-

1 cl. a qu. *C* praetectus (pre-) *KT* est *om.* C^1 3 subigit B^1 colligit *T* 4 providentia *B* 5 vitibus *K* 6 Grillus *codd.* a so. vo. no. ha. *T* 7 terrebat B^1 venantur *Plin. N.H.* 29, 138 8 cumlicata *K* efflato *Plin.* 9 pul.] vulnere *B* 10 quod] quia C^1 11 aestatem *K* 12 hiemem *K* au.] enim *C* 13 dum] cum *K* eis *B* 14 inesse *K* 16 ob] ab *B*: ad *K* quia] quod *BC* 18 quod] quia *K*: quae *B* pulberem *T* 19 frumentum portantes *T* 20 animantibus *C* 25 progenies *BKO*: pro genio *C* lucorum *BX*: luporum *KO* habiti] avidi *K*: avida *O* un. et Pers. *C* 27 pingue BK^1T pueris est B^1 lucus *K* 28 ab. *om.* *K*

cos tractus flexibus sinuosis labatur. Nam lubricum dicitur
quidquid labitur dum tenetur, ut piscis, serpens. Serpens 3
autem nomen accepit quia occultis accessibus serpit, non
apertis passibus, sed squamarum minutissimis nisibus repit. Illa
autem quae quattuor pedibus nituntur, sicut lacerti et stiliones,
non serpentes, sed reptilia nominantur. Serpentes autem
reptilia sunt, quia ventre et pectore reptant. Quorum tot
venena quot genera, tot pernicies quot species, tot dolores quot
colores habentur. Draco maior cunctorum serpentium, sive 4
omnium animantium super terram. Hunc Graeci *δράκοντα*
vocant; unde et derivatum est in Latinum ut draco diceretur.
Qui saepe ab speluncis abstractus fertur in aerem, concitaturque propter eum aer. Est autem cristatus, ore parvo, et artis
fistulis, per quas trahit spiritum et linguam exerat. Vim autem
non in dentibus, sed in cauda habet, et verbere potius quam
rictu nocet. Innoxius autem est a venenis, sed ideo huic ad 5
mortem faciendam venena non esse necessaria, quia si quem
ligarit occidit. A quo nec elephans tutus est sui corporis
magnitudine; nam circa semitas delitescens, per quas elephanti
soliti gradiuntur, crura eorum nodis inligat, ac suffocatos perimit.
Gignitur autem in Aethiopia et India in ipso incendio iugis
aestus. Basiliscus Graece, Latine interpretatur regulus, eo 6
quod rex serpentium sit, adeo ut eum videntes fugiant, quia
olfactu suo eos necat; nam et hominem vel si aspiciat interimit. Siquidem et eius aspectu nulla avis volans inlaesa transit,
sed quam procul sit, eius ore conbusta devoratur. A mustelis 7
tamen vincitur, quas illic homines inferunt cavernis in quibus
delitescit; itaque eo visu fugit, quem illa persequitur et occidit.
Nihil enim parens ille rerum sine remedio constituit. Est

1 labetur *BT*: labeatur *K*: labitur *C* 3 quia] quod *BK* non] repit enim *T*: recipit enim *U*: et non *C* 5 ped. nititur *T* 7 quia] quae *C* 8 col. quot dol. *B* 10 an. omn. *C* δρ. voc. Gr. *C* 13 au.] enim *C* cristus *T*[1] 14 per qu. tr. sp. *om.* *T* 16 ictu *BK*: ritum *T* Inn. est enim a *C* 17 vena non *C*[1] nec. dicunt quia *K* 18 totus *K* 20 solidi *K*: solito *C* notis inligant *K* periment *K* 21 et in Ind. *T* 23 quia] quod *C* 25 eius] aeris *C*[1] 27 tantum *K* ferunt *T*[1]: inferciunt *Solin.* 27, 53 28 eo viso *BCT*: ea visa *dett.* qu. ille *codd.* 29 il. rer.] illi *T*

8 autem longitudine semipedalis; albis maculis lineatus. Re-
guli autem, sicut scorpiones, arentia quaeque sectantur, et post-
quam ad aquas venerint, ὑδροφόβους et lymphaticos faciunt.
9 Sibilus idem est qui et regulus. Sibilo enim occidit, antequam
10 mordeat vel exurat. Vipera dicta, quod vi pariat. Nam et
cum venter eius ad partum ingemuerit, catuli non expectantes
maturam naturae solutionem conrosis eius lateribus vi erum-
punt cum matris interitu. Lucanus (6, 490):

Viperei coeunt, abrupto corpore, nodi.

11 Fertur autem quod masculus ore inserto viperae semen expuat;
illa autem ex voluptate libidinis in rabiem versa caput maris
ore receptum praecidit. Ita fit ut parens uterque pereat; mas-
culus, dum coit, dum parturit, femina. Ex vipera autem fiunt
12 pastilli, qui θηριακοὶ vocantur a Graecis. Aspis vocata, quod
morsu venena inmittat et spargat; ἰὸς enim Graeci venenum
dicunt: et inde aspis, quod morsu venenato interimat. Huius
diversa genera et species, et dispares effectus ad nocendum.
Fertur autem aspis, cum coeperit pati incantatorem, qui eam
quibusdam carminibus propriis evocat ut eam de caverna pro-
ducat: illa, cum exire noluerit, unam aurem in terram premit,
alteram cauda obturat et operit, atque [ita] voces illas magicas
13 non audiens non exit ad incantantem. Dipsas, genus aspidis,
qui Latine situla dicitur, quia quem momorderit siti perit.
14 Hypnalis, genus aspidis, dicta quod somno necat. Hanc sibi
15 Cleopatra adposuit, et ita morte quasi somno soluta est. Hae-
morrhois aspis nuncupatus quod sanguinem sudet qui ab eo
morsus fuerit, ita ut dissolutis venis, quidquid vitae est, per
16 sanguinem evocet. Graece enim sanguis αἷμα dicitur. Prester
aspis semper ore patenti et vaporanti currit. Cuius poeta sic
meminit (Lucan. 9, 722):

1 linetus *K* (*i. e.* linitus ?) 5 pareat *K*: pereat *T* et *om. CT* 9 vipere (-rae) *BKT*: vipereo *C* nati *K* 10 excipiat *K* 11 voluntate *T* 12 praecedit B^1 pariens *B* 13 au.] enim *BK* 14 partelli C^1 vocatus *K* quod] quia *C* 16 quod] quia *C* 18 incantationem C^1 19 ut de cav. *K* 20 voluerit *C* 21 obdurat C^1 ita *hab. CT*: *om.* B^1K illius *K* 22 incantatorem *K* Di. autem gen. *C* 23 qui] quae *CK* 24 quod] quia *C* negat *K* 25 ita in mo. C^1 est *om. K* 26 nuncupatur *C* 27 est vitae *C*

Oraque distendens avidus fumantia prester.

Hic quem percusserit distenditur, enormique corpulentia neca-
tur; extuberatum enim putredo sequitur. Seps, tabificus aspis, 17
qui dum momorderit hominem, statim eum consumit, ita ut
liquefiat totus in ore serpentis. Cerastes serpens dictus, eo 18
quod in capite cornua habeat similia arietum; κέρατα enim
Graeci cornua vocant: sunt autem illi quadrigemina cornicula,
quorum ostentatione, veluti esca, inlice sollicitata animalia peri-
mit. Totum enim corpus tegit arenis, nec ullum indicium sui
praebet, nisi ex ea parte qua invitatas aves vel animalia capit.
Est autem flexuosus plus quam alii serpentes, ita ut spinam
non habere videatur. Scytale serpens vocata, quod tanta prae- 19
fulget tergi varietate ut notarum gratia aspicientes retardet; et
quia reptando pigrior est, quos adsequi non valet, miraculo sui
stupentes capit. Tanti autem fervoris est ut etiam hiemis tem-
pore exuvias corporis ferventis exponat. De quo Lucanus
(9, 717):

Et scytale sparsis etiam nunc sola pruinis
exuvias positura suas.

Amphisbaena dicta, eo quod duo capita habeat, unum in loco 20
suo, alterum in cauda, currens ex utroque capite, tractu cor-
poris circulato. Haec sola serpentium frigori se committit,
prima omnium procedens. De qua idem Lucanus (9, 719):

Et gravis in geminum vergens caput amphisbaena.

Cuius oculi lucent veluti lucernae. Enhydris colubra in aqua 21
vivens; Graeci enim aquam ὕδωρ vocant. Hydros aquatilis 22
serpens, a quo icti obturgescunt; cuius quidam morbum boam

2 negatur *K* 3 Spes tab. *T*: Spectabificus *ex* Spectaficus *C*: Spectavificus *K*: Spectabificus appellatur *B* 4 morderit *T* consumet *K* 5 levifiat *K* 7 vocantur *B*: *om.* C^{1} sunt . . . corn. *om.* *C* 8 inlicens B^{1}: inliciens CB^{2} (*non U*): inlidens *K* sollicitate *T* (*non U*) perimit *ex* premit *C* 10 invitata C^{1} 11 aliae *B* 12 Scytale *Arev.* (*ex Solin.* 27, 30): Scitalis (-th-) *codd.* voc. *ex* nominatus *K*: vocatus *C* quod *CT*: quia *BK* 13 se tardet *B* 16 exuvia *K* 18 scithales persis *T*: scitalis persis *KC*: scitalis spersis *B* 20 Amphisbaena *Arev.* (*ex Solin.* 27, 29): Anfivena *codd.* (*ex* -venena *T*) 22 frigore *B*: frigores *K* 24 anfisvenena *T*: anfivena (-ph-) *BCK* 25 cui *B* Henidros *T* coluber *BCK* 26 viens *K* Hyd. . . . obturg. *om.* T^{1} 27 quidem *C* morsuum *T*

23 dicunt, eo quod fimo bovis remedietur. Hydra draco multorum
capitum, qualis fuit in Lerna palude provinciae Arcadiae. Haec
Latine excetra dicitur, quod uno caeso tria capita excrescebant.
Sed hoc fabulosum est; nam constat Hydram locum fuisse
evomentem aquas, vastantes vicinam civitatem, in quo, uno
meatu clauso, multi erumpebant: quod Hercules videns loca
ipsa exussit, et sic aquae clausit meatus. Nam Hydra ab aqua
24 dicta est. Chelydros serpens, qui et chersydros, quasi †cerim†,
quia et in aquis et in terris moratur; nam χέρσον dicunt Graeci
terram, ὕδωρ aquam. Hic per quam labitur terram, fumare facit:
quam sic Macer describit (8):

> Seu terga expirant spumantia virus,
> seu terra fumat, qua teter labitur anguis.

Et Lucanus (9, 711):

> Tractique via fumante chelydri.

Semper autem directus ambulat; nam si torserit se, dum currit,
25 statim crepat. Natrix serpens aquam veneno inficiens; in quo-
cumque enim fonte fuerit, eum veneno inmiscit. De quo
Lucanus (9, 720):

> Natrix violator aquae.

26 Cenchris serpens inflexuosa, quae semper rectum iter efficit.
De qua Lucanus (9, 712):

> Et semper recto lapsurus limite cenchris.

27 Parias serpens quae semper in cauda ambulat et sulcum facere
videtur. De quo idem Lucanus (9, 721):

> Quo contentus iter cauda sulcare parias.

28 Boas, anguis Italiae inmensa mole, persequitur greges armen-

1 fimum *K* bovis *om.* *B*[1] redietur *C*[1] 3 excedra *BT*: exedra *K* quia *B* cesu *K* 4 haec *B* 5 vastantem *K* 7 sic aquae] sicca *K* 8 cer. dicitur qu. *C* (*non MU*) cerim *BCTU*: cerin *K*: cerint *M* *fort.* Chel. serp. quasi chers. quia et (*cf. Serv. ad Georg.* 3, 415) 9 quia] quod *B* moretur *B* 10 per quem *T* 11 quem sic *B ex corr.* 12 spirant *D* (*non F*) spumentia *D* (*non F*): sputantia *KOP* virtus *B* 14 et *om.* *K* 15 fumanti *BT* 17 Rinatrix *codd.* (*ex* K, *novi capituli signo*, natrix ?) 18 enim *om.* *T* inmiscuit *C*[1] de qua *B* 20 rinatrix *codd.* 21 infl. quem *T*: inflexuosus quia *C* 22 quo *K* 25 qui *C* idem] item *B* 26 quo *om.* *K*: et *Lucanus* contemptus *BC* caudam *K*

torum et bubalos, et plurimo lacte riguis se uberibus innectit
et sugens interimit, atque inde a boum depopulatione boas
nomen accepit. Iaculus serpens volans. De quo Lucanus 29
(9, 720):

Iaculique volucres.

Exiliunt enim in arboribus, et dum aliquod animal obvium
fuerit, iactant se super eum et perimunt; unde et iaculi dicti
sunt. In Arabia autem sunt serpentes cum alis, quae sirenae
vocantur, quae plus currunt ab equis, sed etiam et volare dicun-
tur; quorum tantum virus est ut morsum ante mors insequatur
quam dolor. Ophites dicta, quod colorem arenae habeat. De 30
qua poeta (Lucan. 9, 714):

Quam parvis pictus maculis Thebanus ophites
concolor exustis atque indiscretus arenis
ammodytes.

Seps exiguus serpens, qui non solum corpus sed et ossa veneno 31
consumit. Cuius poeta sic meminit (Lucan. 9, 723):

Ossaque dissolvens cum corpore tabificus seps.

Dipsas serpens tantae exiguitatis fertur ut cum calcatur, non 32
videatur. Cuius venenum ante extinguit quam sentiatur, ut
facies praeventa morte nec tristitiam induat morituri. De quo
poeta (Lucan. 9, 737):

Signiferum iuvenem Tyrrheni sanguinis Aulum
torto capite retro dipsas calcata momordit:
vix dolor aut sensus dentis fuit.

Salpuga serpens est quae non videtur. Caecula dicta, propter 33

1 bubulos *CT*: bubos *K* 2 surgens *B ante corr.* 3 accipit *C* 6 ovium *T*[1]: obium *T*[2] 7 iactat *K* unde et] et ideo *K* 8 autem *om. K* serp. sunt *BC* quae *om. K* 9 vocantur *om. K* qui *K* 11 Obites *codd.* dictus *K* araneae *B* 13 parvis] pars *CT*: trans *K* tebanus *T*: tenphanus *B*: teofanus *CK* obites (-tis) *codd.* 14 exutis *T* indiscretis *CKT* 15 admoditus *BT*: admodatus *C*[1]: admotus *K* 16 Serpis *K* exiguus *CK*: exigua *BT* qui *KT*: quae *BC* venena *C*[1] 18 vivificus *T* 19 Dipsa *codd.* (*ex* De ipsa *B*) tanta *K* 20 venum *T* ext. antequam *C* extinguet *T*: propinquid *K* 21 ne tristitia *K* inducat *B* morituro *C* 23 terreni *B*[1]: terrenis *K* 24 torta caput *Lucanus* dipses *BT*: dipsis *K*: dipsa *C* mordet *K* 25 den. fuitque videntis *T* 26 Salpiga *T*: -ca *BC*: Soalpica *K* quae (que) *BT*: qui *CK* propter] eo *C*

quod parva sit et non habeat oculos. Centupeda a multitudine
34 pedum dicta. Lacertus reptile genus est, vocatus ita quod
brachia habeat. Genera lacertorum plura: ut botrax, salaman-
35 dra, saura, stellio. Botrax dicta, quod ranae habeat faciem;
36 nam Graeci ranam βάτραχον vocant. Salamandra vocata, quod
contra incendia valeat. Cuius inter omnia venenata vis maxima
est; cetera enim singulos feriunt, haec plurimos pariter interi-
mit. Nam si arbori inrepserit, omnia poma inficit veneno, et
eos qui ederint occidit; qui etiam vel si in puteum cadat, vis
veneni eius potantes interficit. Ista contra incendia repugnans,
ignes sola animalium extinguit; vivit enim in mediis flammis
sine dolore et consummatione, et non solum quia non uritur,
37 sed extinguit incendium. Saura lacertus, qui quando senescit,
caecantur oculi eius, et intrat in foramen parietis aspicientis
38 contra Orientem, et orto sole intendit et inluminatur. Stellio
de colore inditum nomen habet; est enim tergore pictus lucen-
tibus guttis in modum stellarum. De quo Ovidius (Metam.
5, 461):

aptumque colori
Nomen habet, variis stellatus corpore guttis.

Hic autem scorpionibus adeo contrarius traditur ut viso eo
39 pavorem his adferat et torporem. Sunt et alia serpentium
genera; ut ammodytae, elephantiae, chamaedracontes. Po-
stremo quantus nominum, tantus mortium numerus. Omnes
autem serpentes natura sua frigidae sunt; nec percutiunt nisi
40 quando calescunt. Nam quando sunt frigidae, nullum tangunt;
unde et venena eorum plus die quam nocte nocent. Torpent

2 gen. est rep. *C* 3 batracha *Ihm* (*ex corp. Gloss. Lat.* 5, 616, 28) salamandria *BKT* 4 stelli *K*: sthilio *T*: stelio *C* Botraca *codd.* habet *T* 5 βάτραχον *Arev.*: botracham (-cam, -ca) *codd.* Salamandria *BCT* quia *C* 6 valet *C* venenis *CT* 9 occidunt *K* si vel *B*: *om. T* cadit *T* 10 veni *T*[1] ista] ita *BK* repugnant igne *B*[1] 11 med. in fl. *C* 12 consumptione *dett.* 14 parietis *om. C*[1] aspiciens *C* 15 Stelio *C*: Stilio *K*: Sthellio *T* 16 indito *K* fulgentibus *K* 19 colore *BK* 22 alium *T* 23 admoditae (-te) *BCT*: admonite *K* examedracontis *K* 24 tantum mo. *B* 25 frigidi *CK* 26 quanto *B* figide *T ante corr.* 27 plus no. qu. die *B*

enim noctis algore, et merito, quia frigidae sunt nocturno rore.
In se enim adducunt vaporem corporis gelidi pestes et natura
frigidae; unde et hieme in nodos torpent, aestate solvuntur.
Inde est quod dum quicumque serpentium veneno percutitur, 41
primum obstupescit, et postea, ubi in illo calefactum ipsum
virus exarserit, statim hominem extinguit. Venenum autem
dictum, eo quod per venas vadit; infusa enim pestis eius per
venas vegetatione corporis aucta discurrit et animam exigit.
Vnde non posse venenum nocere, nisi hominis tetigerit san- 42
guinem. Lucanus (9, 614):

Noxia serpentium est admixto sanguine pestis.

Omne autem venenum frigidum est, et ideo anima, quae ignea
est, fugit venenum frigidum. In naturalibus bonis, quae nobis
et inrationabilibus animantibus videmus esse communia, viva-
citate quadam sensus serpens excellit. Vnde et legitur in 43
Genesi (3, 1): 'Serpens autem erat sapientior omnibus pecori-
bus terrae.' Dicit autem Plinius, si creditur, quod serpentis
caput etiam si cum duobus evaserit digitis, nihilominus vivit.
Vnde et totum corpus obicit pro capite ferientibus. Anguibus 44
universis hebes visus est. Raro in adversum contuentur, nec
frustra, cum oculos non in fronte habeant, sed in temporibus;
adeo ut citius audiant quam aspiciant. Nullum autem animal
in tanta celeritate linguam movet ut serpens, adeo ut triplicem
linguam habere videatur, cum una sit. Serpentium humida 45
sunt corpora, adeo ut quaque eunt, viam humore designent.
Vestigia serpentium talia sunt ut, cum pedibus carere videantur,
costis tamen et squamarum nisibus repant, quas a summo gut-
ture usque ad imam alvum parili modo dispositas habent.

1 frigidi *CK* 2 in se] in sole *alii*: in die *alii* vapore *K* gelide (*i.e.* -ae) *T*: geliti *K* pestis *BCK* nature *T* 3 frigidi *K* solventur *K* 4 ven. serpentis *C* 6 vir. et ex. *C* 8 vegitatine *K* extinguit *K* 9 possit *K* ven. non noc. *B* 10 Luc. *om.* C^1 11 serpentum *C* admixtio *BT* sanguinum *B* 12 ignea] frigida B^1 14 videntur *B* viv. et quaedam *K* 16 pec.] animantibus *C* 17 dixit *CK*: dicta *ut vid.* B^1 plenius *BK* 19 ferientis *T* Anguis *KB* (*ex* -es *ut vid.*) 22 audiunt C^1 quam] quod BC^1 24 uvida *K*: uda *BC* 25 quacunque *C* 27 repent *K*: repunt *B* guttoro *K* 28 pari *C*

Squamis enim quasi unguibus, costis quasi cruribus innituntur. 46 Vnde si in qualibet corporis parte ab alvo usque ad caput ictu aliquo conlidatur, debilis reddita cursum habere non possit; quia ubicumque ille ictus inciderit, spinam solvit, per quam costarum pedes et motus corporis agebantur. Serpentes autem diu vivere dicuntur, adeo ut deposita vetere tunica senectutem 47 deponere atque in iuventam redire perhibeantur. Tunicae serpentium exuviae nuncupantur, eo quod his, quando senescunt, sese exuunt, quibus exuti in iuventam redeunt. Dicuntur 48 enim exuviae et induviae, quia exuuntur et induuntur. Pythagoras dicit de medulla hominis mortui, quae in spina est, serpentem creari; quod etiam Ovidius in Metamorphoseorum libris commemorat dicens (15, 398):

Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulchro
mutari credunt humanas angue medullas.

Quod si creditur, merito evenit ut sicut per serpentem mors hominis, ita et hominis morte serpens. Fertur autem quod serpens hominem nudum non sit ausus contingere.

V De vermibvs. Vermis est animal quod plerumque de carne, vel de ligno, vel de quacumque re terrena sine ullo concubitu gignitur; licet nonnumquam et de ovis nascuntur, sicut scorpio. Sunt autem vermes aut terrae, aut aquae, aut aeris, aut carnium, aut frondium, aut lignorum, aut vestimentorum. 2 Aranea vermis aeris, ab aeris nutrimento cognominata; quae exiguo corpore longa fila deducit, et telae semper intenta numquam desinit laborare, perpetuum sustinens in sua arte suspen- 3 dium. Sanguisuga vermis aquatilis, dicta quod sanguinem sugit. Potantibus enim insidiatur, cumque labitur faucibus vel ubi uspiam adhaerescit, sanguinem haurit; et cum nimio

1 costas *T* 2 se *B*: *om.* *K* alva *B* 3 posse *K* 4 solvet quem cost. *K* 5 serpens *T* 9 exutis *K* dicunt *K* 10 en. et ex. *T* qu. et ex. *T*: quod ex. *BK* 12 metaforos eorum *T* 13 memorat *C* 14 est *om.* *BCK* 15 credant *BT* 17 et] in *T*: *fort.* ex mo. serpentis *T* 18 tangere *K* 20 vel quac. *T* 21 li. et no. *K* ovibus *B* 22 aut aut aq. *K* 24 Area T^1 cognominatur *C* 25 tela *T* intentus *K* 26 laborem *C* 27 vermis *om.* *K* aquatile *K*: aqualis B^1 28 putantibus *K* inlabitur *C* 29 adheserit (ade-) *BK*

cruore maduerit, evomit quod hausit, ut recentiorem denuo
sugat. Scorpio vermis terrenus, qui potius vermibus adscribi- 4
tur, non serpentibus; animal armatum aculeo, et ex eo Graece
vocatum quod cauda figat et arcuato vulnere venena diffundat.
Proprium est autem scorpionis quod manus palmam non feriat.
Cantharida vermis terrenus [qui humano corpori statim fuerit 5
applicatus, sui adustione vesicas efficit plenas humore]. Mul- 6
tipes vermis terrenus, ex multitudine pedum vocatus, qui con-
tactus in globum conplicatur. Nascitur sub petris ex humore
et terra. Limax vermis limi, dictus quod in limo vel de limo 7
nascatur; unde et sordida semper et inmunda habetur. Bom- 8
byx frondium vermis, ex cuius textura bombycinum conficitur.
Appellatus autem hoc nomine ab eo quod evacuetur dum fila
generat, et aer solus in eo remaneat. Eruca frondium vermis 9
in holus, vel [in] pampino involuta, ab erodendo dicta. De
qua meminit Plautus (Cist. 728):

Imitatus nequam bestiam et maleficam involutam in pampino
implicat se.

Idem nec advolat, ut locusta, ut huc illucque discurrens semi-
pasta dimittat, sed permanet perituris frugibus et tardo lapsu
pigrisque morsibus universa consumit. Teredonas Graeci 10
vocant lignorum vermes, quod terendo edant. Hos nos ter-
mites dicimus. Ita enim apud Latinos ligni vermes vocantur,
quos tempore inoportuno caesae arbores gignunt. Tinea vesti- 11
mentorum vermis, dicta quod teneat, et eo usque insedat quo
erodat. Inde et pertinax, quod in eandem rem identidem
urgeat. Vermes carnium: hemicranius, lumbricus, ascaridae, 12

1 qu. aurierit ita ut *K*: qu. haurit (au.) ut *BC* 3 ac. ex *T* 4 caudam *codd.* defundat *K* 6 qui . . . humore *hab. TUX*: *om. BCKO* 7 applicitus *U* (*non X*) effecit *T* (*non UX*) § 6 *ante* § 3 *C* 8 verm. terr. *om. KO* qui contractus *CK*: *om. T* 9 sub] in *K* 10 quia *C* vel *om.* B^1 11 et (*prius*) *om. K* Vombucis *B*: Bombocis C^1: Bomboces *K*: Bombicis *T* 12 fordium *B* 13 quod] quo *C* 15 olere *C* vel] et *C* in *hab. CK*: *om. BT* 17 namquam (*ex* -que ?) *B* malef. *BCDFTU*: malif. *KMOP* 18 se] sed *B* 19 ut (*alt.*)] et C^1 21 cons. univ. *C* 22 quod] quia *C* 24 inportuno *BK* 25 insedeat C^1 quo] quod *T* (*vix pro* quoad) 27 urgeatur C^1

costi, peduculi, pulices, lendes, tarmus, ricinus, usia, cimex.
13 Hemicranius vermis capitis vocatus. Lumbricus vermis inte-
stinarum, dictus quasi lumbicus, quia labitur, vel quod in lum-
14 bis sit. Ascaridae . . . Costi . . . Peduculi vermes cutis a pedi-
bus dicti. Vnde et peducosi dicuntur quibus peduculi in cor-
15 pore effervescunt. Pulices vero vocati sunt quod ex pulvere
magis nutriantur. Lendes . . . Tarmus vermis est lardi. Rici-
nus vermis est canis, vocatus eo quod haeret in auribus canum;
16 *κύων* enim Graece canis est. Vsia est vermis porci, appellata
quia urit; nam ubi momorderit, adeo locus ardet ut ibi vesicae
17 fiant. Cimex de similitudine cuiusdam herbae vocatus, cuius
18 foetorem habet. Proprie autem vermis in carne putre nascitur;
tinea in vestimentis; eruca in holere; teredo in ligno; tarmus
19 in lardo. Vermis non ut serpens apertis passibus vel squa-
marum nisibus repit, quia non est illi spinae rigor, ut colubri,
sed in directum corpusculi sui partes gradatim porrigendo con-
tractas, contrahendo porrectas motum explicat, sicque agitatus
perlabitur.

VI De piscibvs. Pisces dicti unde et pecus, a pascendo
2 scilicet. Reptilia ideo dicuntur haec quae natant, eo quod
reptandi habeant speciem et naturam; quamvis se in profundum
inmergant, tamen in natando repunt. Vnde et David ait
(Psalm. 104, 25): 'Hoc mare magnum et spatiosum: illic reptilia,
3 quorum non est numerus.' Amphibia sunt quaedam genera
piscium, dicta eo quod ambulandi in terris usum et natandi in
aquis officium habeant. Ἀμφὶ enim Graece utrumque dicitur,
id est quia et in aquis et in terris vivunt: ut phocae, corcodilli,

1 pulex *T* lendex *BT*: lendix *C*: lindex *K* 2 vocatur *CK* 3 qu. lumbricus *T* (*pro* lambricus ?) quia] quod *BCK* quod] quia *C* 5 pedogosi *KP*: peculosi *ut vid.* *B*[1] 6 vero *om.* *KO* quia *C* ex] in *KO* 7 nutriuntur *C* Lendex *BCT*: Lindex *K* 8 est *om.* *T* carnis *C*[1] haereat *B*: ineret *T* 9 *κύων*] cenos (cae-) *codd.* est (*alt.*) *om.* *C* 10 ardet lo. adeo *C*: ardet (*ex* -deo) lucus ardet (*delet.*) adeo *K* 12 putrida *K* 13 holera *B* tar. in lar. *om.* *K* 14 non ap. pass. vel ut serp. sq. *Klussmann, excerpt. Tertull.* p. 25 15 est *om.* *K* illi *BCK*: illius *T* colubri *KT*: colubris *C*: colubro *B* 16 in *om.* *BK* directim *B* 17 matum *C*[1] implecat *K* 19 pecudes *B* 25 ambulando *B*[1] 26 uterque *C*[1] 27 hoc est *B* et in te. et in aq. *B* vivent *K*

hippopotami, hoc est equi fluviales. Pecoribus autem et bestiis 4
et volatilibus antea homines nomina inposuerunt quam piscibus,
quia prius visa et cognita sunt. Piscium vero postea paulatim
cognitis generibus nomina instituta sunt aut ex similitudine
terrestrium animalium, aut ex specie propria sive moribus [seu
colore, vel figura, aut sexu]. Ex similitudine terrestrium : ut 5
ranae et vituli et leones et nigri meruli et pavi diverso colore,
dorso et collo picti, et turdi albo varii, et cetera quae sibi iuxta
species terrestrium animalium nomina vindicaverunt. Ex mori-
bus terrestrium : ut canes in mari a terrenis canibus nuncupati,
quod mordeant ; et lupi, quod inproba voracitate alios perse-
quantur. A colore : ut umbrae, quia colore umbrae sunt ; et 6
auratae, quia in capite auri colorem habent ; et varii a varietate,
quos vulgo tructas vocant. A figura : ut orbis, quia rotundus
est totusque in capite constat ; ut solea, quod sit instar calcia-
mentorum soleis. A sexu : ut musculus, quod sit ballenae
masculus ; eius enim coitu concipere haec bellua perhibetur.
Hinc et musculi coclearum, quorum lacte concipiunt ostreae.
Ballenae autem sunt inmensae magnitudinis bestiae, ab emit- 7
tendo et fundendo aquas vocatae ; ceteris enim bestiis maris
altius iaciunt undas ; βάλλειν enim Graece emittere dicitur.
Cete dicta τὸ κῆτος καὶ τὰ κήτη, hoc est ob inmanitatem. Sunt 8
enim ingentia genera beluarum et aequalia montium corpora ;
qualis cetus excepit Ionam, cuius alvus tantae magnitudinis
fuit ut instar obtineret inferni, dicente Propheta (2, 3) : 'Ex-
audivit me de ventre inferni.' Equi marini, quod prima parte 9
equi sunt, postrema solvuntur in piscem. Bocas dicunt esse
boves marinos, quasi boacas. Caerulei a colore appellati ; 10

2 volatibus *BK* ante *K* 4 cognities *K* inst.] imposita *B* aut] alia *KO* : ut *T* 5 aut] alia *KO* ex *om. T* seu . . . sexu *hab. TUX* : *om. BCKO* 7 ramae *K* : arene *corr.* arane *T* (*i. e.* araneae) nigri] tigri *C* mer. pa. *C* 8 collo] capilli *T* alb. et var. *K* 9 vindicarunt *K* 10 terrestribus C^1 11 quia inp. B^1 12 ut] et *K* 15 constant *C* quod si *K* calc. a soliis (-le-) *BC* 16 soleis *ex* solens *K* 17 eius *om. K* 18 masculi C^1 concipiuntur *K* 19 s. au. *C* 20 findendo *T* 21 βάλλειν] bali *CT* : bal *BK* 22 dictae *codd. et fort. Isid.* humanitatem *B* 25 audivit *K* 26 quia *B* parte *om. B* 27 postremo *K* Focas *CT*

11 nam caeruleum est viride cum nigro, ut est mare. Delphines
certum habent vocabulum, quod voces hominum sequantur, vel
quod ad symphoniam gregatim conveniunt. Nihil in mare velo-
cius istis; nam plerumque salientes naves transvolant. Quando
autem praeludunt in fluctibus et undarum se molibus saltu prae-
cipiti feriunt, tempestates significare videntur. Hi proprie simo-
nes nominantur. Est et delphinum genus in Nilo dorso serrato,
12 qui crocodillos tenera ventrium secantes interimunt. Porci
marini, qui vulgo vocantur suilli, quia dum escam quaerunt,
more suis terram sub aquis fodiunt. Circa guttur enim habent
oris officium, et nisi rostrum arenis inmergunt, pastum non
13 colligunt. Corvi a cordis voce dicti, quia grunniunt pectore,
14 suaque voce proditi capiuntur. Thynni Graecum nomen habent.
Hi ingrediuntur veris tempore, intrant dextro latere, laevo exeunt.
Hoc inde creduntur quod dextris oculis acutius videant quam
15 sinistris. Gladius dicitur eo quod rostro mucronato sit: ob
16 hoc naves perfossas mergit. Serra nuncupata, quia serratam
17 cristam habet, et subternatans navem secat. Scorpio dictus,
quia laedit dum manu tollitur. Tradunt decem cancris cum
ocimi manipulo alligatis omnes qui ibi sunt scorpiones ad
18 eum locum congregari. Aranea genus piscis, dictus quod aure
19 feriat; habet enim stimulos e quibus percutit. Crocodillus,
a croceo colore dictus, gignitur in Nilo, animal quadrupes in
terra et aquis valens, longitudine plerumque viginti cubitorum,
dentium et unguium inmanitate armatum, tantaque cutis
duritia ut quamvis fortium ictus lapidum tergo repercutiat.
20 Nocte in aquis, die humi quiescit. Ova in terra fovet: masculus

2 quia *C* 3 quia *C* conveniunt *ex* veniunt *C* inmane B^1 4 nam . . . trans. *om.* T^1 transiliunt T^2 5 proludunt *C*: ludunt *K* 7 est del. *K* 8 -lis *K* 9 qui dum *B*: quando *K* 10 sues *BK*: sus *T* 11 inmergant *B* 12 quod *K* 13 sua vo. B^1 14 vevis B^1 16 eo *om.* *K* mucrinato *B*: mocrenato *K*: murinato *T*: maiori nato *C* 18 habet *om.* *K* subter natantes *C* 19 quia] quod *C* 20 alligatus *T* o. quibus sunt *K* 21 dictis *T*: dictum *C* 22 feriebat *K* 24 quis T^1: in aquis *BC* 25 unguinum *T* tanteque (-tae-) cu. dur. *BT*: tanteque cu. duritiae *K* 26 tergore r. *C*: tergora perc. *B* repercutiant *K*: repercussus (*i.e.* -os) non sentiat *TC mg.* 27 in umi *T*: in humo *B* quiescant B^1

et femina vices servant. Hunc pisces quidam serram habentes
cristam tenera ventrium desecantes interimunt. Solus ex ani-
malibus superiorem maxillam movere dicitur.] Hippopotamus 21
vocatus, quod sit equo similis dorso, iuba et hinnitu, rostro re-
supinato, aprinis dentibus, cauda tortuosa. Die in aquis commo-
ratur, nocte segetes depascitur: et hunc Nilus gignit. Pagrum, 22
quem Graeci φάγρον ideo nuncupant quod duros dentes habeat,
ita ut ostreis in mari alatur. Dentix pro multitudine et grandi- 23
tate dentium dictus. Lepus a similitudine capitis nuncupatus.
Lupum, ut dictum est, aviditas appellavit, piscem in captura 24
ingeniosum: denique rete circumdatus fertur arenas arare cauda,
atque ita conditus transire rete. Mullus vocatus, quod mollis 25
sit atque tenerrimus. Cuius cibo tradunt libidinem inhibere,
oculorum autem aciem hebetari: homines vero, quibus saepe
pastus, piscem olent. Mullus in vino necatus, hi, qui inde
biberint, taedium vini habent. Mugilis nomen habet quod 26
sit multum agilis. Nam ubi dispositas senserit piscatorum
insidias, confestim retrorsum rediens ita transilit rete ut volare
piscem videas. Melanurus, eo quod nigram caudam habeat et 27
pinnas nigras et in corpore lineas nigras; μέλαν enim Graeci
nigrum vocant. Glaucus a colore dictus, quod albus sit; 28
Graeci enim album γλαυκὸν dicunt. Hic aestate raro apparet,
nisi tantum in nubilo. Thymallus ex flore nomen accepit: 29
thymum quippe flos appellatur: nam dum sit specie gratus et
sapore iucundus, tamen sicut flos fraglat et corpore odores
aspirat. Escarus dictus, eo quod solus escam ruminare perhi- 30
betur: denique alii pisces non ruminant. Tradunt autem hunc
ingeniosum esse; namque inclusum nassis non fronte erum-

1 vicem *K* piscem quaedam *C*[1] cr. hab. *B* 2 ventrem *K* solus . . . dicitur *hab. TC mg.*: *om. BC*[1]*K* 7 quam *T* φάγ.] fagrum *codd.* nuncupantur *K* 8 ostreas *C*[1] Dentrix *K* grand.] magnitudine *B* 9 nuncupatur *ut vid. C* 11 arenis *K* 13 inhiberi *C*[2]: in venere *B* 14 evetare *B*[1]*T*: vetari *K* 15 in vinum *KMP* in. necatus bib. *B*[1] 16 tedio vinum *KP*: tedio unguium *M*: taedium vino *B*[1] hab. eo quod *K* 17 ubi *om. K* 20 et in . . . nigr. *om. C*[1] 22 γλ. alb. *C* γλαυκὸν] glaucon *K*: gleucon *BCT*: λευκὸν *dett.* 23 flore] greco *B*[1] 24 sit *om. C* gradus *K* 25 flagrat *BCK* corporis *K* odore *K*: -em *C* 27 non] in *K* 28 fonte *K*

pere nec infestis viminibus caput inserere, sed aversum caudae
ictibus crebris laxare fores atque ita retrorsum redire; quem
luctatum eius si forte alius escarus extrinsecus videat, adpre-
31 hensa mordicus cauda adiuvare nisus erumpentis. Sparus a
lancea missile nomen traxit, quod eiusdem figurae sit. Ter-
restria enim prius inventa sunt quam marina. Nam sparus est
32 telum rusticanum missile, ab spargendo dictum. Australis
piscis, sive quia aquarum undam ore suscipit, sive quia tunc
[hic] piscis oritur quo tempore tendere in occasum Pleiades
33 coeperint. Hamio saxatilis dextra sinistraque lateribus virgis
puniceis perpetuis aliisque discoloribus designatur; dictus
34 hamio quia non capitur nisi hamo. Echenais, parvus et semi-
pedalis pisciculus, nomen sumpsit quod navem adhaerendo re-
tineat. Ruant licet venti, saeviant procellae, navis tamen
quasi radicata in mari stare videtur nec moveri, non retinendo,
sed tantummodo adhaerendo. Hunc Latini moram appel-
35 laverunt, eo quod cogat stare navigia. Vranoscopus vocatur
ab oculo, quem in capite habet, a quo semper supra intendit.
36 Millago nominatus, quia evolat super aquam. Quoties autem
37 cernitur extra aquam volitans, tempestates mutari. Squatus
dictus, quod sit squamis acutus. Vnde et eius cute lignum
38 politur. Civitas Syriae, quae nunc Tyrus dicitur, olim Sarra
vocabatur a pisce quodam qui illic abundat, quem lingua sua
'sar' appellant; ex quo derivatum est huius similitudinis
39 pisciculos sardas sardinasque vocari. Allec pisciculus ad
40 liquorem salsamentorum idoneus; unde et nuncupatus. A-
phorus pisciculus, qui propter exiguitatem hamo capi non potest.

1 intextis *K* vimibus *K*: humibus *T* adversam *K* 2 crebro *K*: cerebris C^1 ita *om. T* qu. luctantem si *K* 3 se *B* esc.] scaurus *K* 4 cada *T* erumpentes *B* Sparsus C^1 6 enim *om. K* quamarena *K* sparsus C^1 7 simile *T* ab aspargendo *C* 8 quod *B* quod *B* 9 hic *hab. T*: *om.* B^1CK in occ. tend. *T* 10 ceperit *K* Amio . . . amio . . . amo *codd.* 11 coloribus *B* dictus *om. K* 12 quod *K* Echinais *C*: Ecenahis *T*: Echenaus *BK* et] ac *T* 13 piscolus (-cul-) *KC* ret. adh. *C*: erendo ret. *T* 14 tamen] tunc *K* 15 renitendo *Plin. N. H.* 32. 2 17 vocatus *B* 19 Milvago *edd.* 20 aquas *B* mutare B^1DK mu. designat *K*: mu. ostendit *T* 21 acutis *C* 22 voc. sarra *C* 23 quae in li. *K* 24 huius *om. K* 25 pisculos sarras *C* pisculus *CK* 26 nominatur *K* 27 pisculus C^1K ex. suam h. *K*

Anguillae similitudo anguis nomen dedit. Origo huius ex 41
limo; unde et quando capitur, adeo lenis est ut quanto fortius
presseris, tanto citius elabitur. Ferunt autem Orientis fluvium
Gangen anguillas tricenis pedibus gignere. Anguillae vino
necatae, qui ex eo biberint taedium vini habent. Draco 42
marinus aculeos in branchiis habet ad caudam spectantes, qui
dum percusserit, quaqua ferit, venenum fundit [unde et vocatus].
Muraenam Graeci μύραιναν vocant, eo quod conplicet se in 43
circulos. Hanc feminini tantum sexus esse tradunt et concipere a serpente: ob id a piscatoribus tamquam a serpente sibilo evocatur et capitur. Ictu autem fustis difficulter interimitur, ferula protinus. Animam in cauda habere certum est; nam capite percusso vix eam interimi, cauda statim exanimari.
Congrus . . . Polypus, id est multipes; plurimos enim nexus 44
habet. Iste ingeniosus hamum appetens brachiis conplectit, non morsu, nec prius dimittit quam escam circumroserit.
Torpedo vocata, eo quod corpus torpescere faciat, si eam 45
quisque viventem tangat. Narrat Plinius Secundus (N. H. 32, 7): 'Ex Indico mare torpedo etiam procul et e longinquo, vel si hasta virgaque adtingatur, quamvis praevalidos lacertos torpescere, quamlibet ad cursum veloces alligare pedes.' Tanta enim vis eius est ut etiam aura corporis sui adficiat membra.
Sepia dicitur, quia sepibus interclusa facilius capitur: in 46
coeundo obscenum genus; ore enim concipit sicut vipera. Cuius atramento tanta vis est ut lucernae addito Aethiopas
videri ablato priori lumine quidam tradant. Lulligo. Tradunt 47
in Oceano Mauretaniae, non procul a Lixo flumine, tantam

1 ded. no. *K* 2 et *om.* *C* ut] un T^1 3 elabatur *C* ferun- lautem *K* 4 anguilam tr. *K* 5 negatae *KM* biberint . . . habent *BCKM* : biberit . . . habet *T* : biberit . . . habent *U* vivi *M* : *om.* *T* Drogo *K* 6 in *om.* *K* brancis *B* : brachiis (-aci-) *CKT* expectantes *K* 7 quaque *B* fuerit *K* un. et voc. *hab.* $BCDT^2U$: *om.* KT^1 9 est tr. *C* conc. serp. *T* 10 et ob *B* ob . . . serp. *om.* *K* 11 et cap. *om.* T^1 fusti *K* 12 hab. in cau. *C* 13 eum *K* 14 multiplex *B* 15 conplectitur *BCT* 16 circumraserit C^1 17 torpescere *BCT* : torpere *K* si . . . tangat *om.* *T* 20 quamvis] quam *K* 21 quemlibet B^1 22 eius vis est *K* 23 sepius (sae-) int. *BK* 25 atramenti *BC* lucerna adito *T* 26 videre *BCK* ab alto C^1 tradunt *BC*, *fort. recte* Lulico *K* 27 tanta multitudine *BK* : *om.* *T*

multitudinem lulliginum evolare ex aqua ut etiam naves demer-
48 gere possint. Conchae et cochleae hac ex causa vocatae,
quia deficiente luna cavantur, id est evacuantur. Omnium
enim clausorum maris animalium atque concharum incremento
lunae membra turgescunt, defectu evacuantur. Luna enim
cum in augmento fuerit, auget humorem; cum vero in defe-
ctum venerit, humores minuuntur; hoc enim Physici dicunt.
Conchae autem primae positionis nomen, cochleae vero per
49 diminutionem, quasi conchleae. Concharum multa genera
sunt; inter quas et margaritiferae, quae †oceloe† dicuntur, in
quarum carne pretiosus calculus solidatur. De quibus tradunt
hi qui de animantium scripsere naturis [eo] quod nocturno
tempore litora appetant, et ex caelesti rore margaritum conci-
50 piunt; unde et †oceloe† nominantur. Murex cochlea est
maris, dicta ab acumine et asperitate, quae alio nomine con-
chilium nominatur, propter quod circumcisa ferro lacrimas
purpurei coloris emittat, ex quibus purpura tingitur: et
inde ostrum appellatum quod haec tinctura ex testae humore
51 elicitur. Cancros vocari, quia conchae sunt crura habentes:
inimica ostreis animalia. Eorum enim carnibus vivunt
miro ingenio; nam quia valida testa eius aperiri non potest,
explorat quando ostrea claustra testarum aperiat, tunc cancer
latenter lapillum inicit atque inpedita conclusione ostreae
carnes erodit. Tradunt quidam decem cancris cum ocimi
manipulo alligatis omnes qui ibi sunt scorpiones ad eum

1 luliginum *ex* luginum *K* evolari *BKT* dim. *BK* : submergere *C* 2 ex hac *C* : hec ex *K* 3 quia] quod *C* 4 incrementum *K* : inter crementa *B* 5 membra *om. BK* 6 in aug.] incremto *C* 7 enim] nobis *K* 9 qu. conculae *C* : qu. conchule *T* sunt gen. *C* 10 m. q. oecaeloe *B*[1] : m. q. caeloe *C* : m. q. aceloe *T* (*ex* oc- ?) : m. q. oecoloe *X* : m. q. eceloe *D* : margariti esse *KO* : *vix* m. q. Acheloae in quarum . . . solid. *om. T* 12 natura *K* 13 litore *T* appetunt *B ante corr. K*(*T*?) 14 u. acaeloe *B* : u. et caeloae *C* : u. et ocaelo e (oceloe) *KO* : u. et eceloe *DT* : u. et oceloe *X* numinantur *KO* 15 acum.] amine *K* 16 lacrima *K* 17 emittit *C* 18 quod] quia *BK* 19 quod *C ante corr.* 20 earum *K* enim *om. T* 21 validam testam *BC* aperire *BCT* 22 claustra *om. B*[1] 23 incitat quo inp. *K* 24 trad. enim qu. *B* 25 alligatus *T* : alligati *K*

locum coituros. Duo sunt autem genera cancrorum: fluviales
et marini. Ostrea dicta est a testa, quibus mollities interior 52
carnis munitur; Graeci enim testam ὄστρα vocant. Ostrea
autem neutrum, carnes eius feminino dicunt. Musculi sunt, ut 53
praediximus (§ 6), cochleae a quorum lacte concipiunt ostreae;
et dicti musculi quasi masculi. Pelorides a Peloro promontorio 54
Siciliae, ubi abundant, cognominatae sunt (Virg. Aen. 3, 687):

Ecce autem Boreas angusta ab sede Pelori.

Vngues a similitudine humanarum unguium dictae. Testudo 55, 56
dictus, eo quod tegmine testae sit adopertus in camerae modum.
Sunt autem quattuor genera: terrestres, maritimae, lutariae, id
est in caeno et paludibus viventes; quartum genus fluviales,
quae in dulci aqua vivunt. Tradunt aliqui, quod incredibile est,
tardius ire navigia testudinis pedem dextrum vehentia. Echinus 57
a terrestre echino nomen traxit, quem vulgus iricium vocant;
cuius testula duplex, spinis aculeata in modum castanearum,
quando adhuc coopertae de arboribus cadunt. Caro eius mollis
et minio similis, †uris† tribus modis: ut testudo ac peloris et
cochlea. Nam et quod edimus et ubi caro inest utrumque
dicitur peloris. Ranae a garrulitate vocatae, eo quod circa 58
genitales strepunt paludes, et sonos vocis inportunis clamoribus
reddunt. Ex his quaedam aquaticae dicuntur, quaedam palustres, quaedam rubetae, ob id, quia in vepribus vivunt, grandiores
cunctarum. Aliae calamites vocantur, quoniam inter arundines
fruticesque vivunt, minimae omnium et viridissimae; mutae et
sine voce sunt. Agredulae ranae parvae in sicco vel agris 59
morantes; unde et nuncupatae. Negant quidam canes latrare,

1 au. sunt *K*: au. *C* 2 est *om.* *C* 3 grece *T* testum *BT* ὀστ.] ostrean (*ex* -ea) *B*: ostream *C*: ostrea *K*: hostra *T* 4 fimininum di. *K*: fem. genere di. *B*: fem. dicuntur *C*: genere fem. dicuntur *T* 5 aquarum quorum *K*: quorum *CT* ost. et dic. *om.* *K* 7 sunt unde poeta ecce *C* 12 fluviatiles *T* 14 pede dextro *K* Icinus (Hic-) *codd.* 15 icino *BCK*: iricino *T* ericium *K* vocat *BT* 16 huius *T* castenarum *T* 17 copertae *K*: opertae (-te) *BT*: apertae *C*[1] 18 uris *BKT*: huius *C*[1]: et is *Arev.*: *fort.* dicitur is tres modi sunt *C* ac] et *B* 19 conclea *K* (*i. e.* cochlea): concilia *BC*: conchilia *T* inest] est *K*: inest et *BC* 21 strepent *K* sono *K* 23 quia] quod *B* 24 calamitatis *T*: -tes *C* 26 voces *T* Egredulae *BK*: et gredule *T* parvulae *C*

60 quibus in offa rana viva fuerit data. Sfungia a fingere, id est
nitidare et extergere, dicta. Afranius (415):

Accedo ad te, ut tibi cervicem fingam linteo,

id est extergam. Cicero (pro Sest. 77): 'Effingebatur sfungiis
sanguis,' id est extergebatur. Animal autem esse docetur cruore
inhaerente petris. Vnde et dum absciditur sanguinem remittit.
61 Nam alia sunt viventia in aquis et discurrunt, ut pisces; alia,
quae stant fixa, ut ostreae, echini, sfungiae. Ex his alias mares
dici, eo quod tenues sint fistulae spissioresque; alias feminas,
quae maioribus fistulis sunt ac perpetuis; alias duriores, quas
Graeci appellant τράγους, et nos hircosas dicere possumus ob
62 asperitatem sui. Mollissimum genus earum penicilli vocantur,
eo quod aptae sint ad oculorum tumores, et ad extergendas
lippitudines utiles. Candidae sfungiae cura fiunt; per aestatem
enim ad solem sternuntur, et sicut cera Punica candorem bibunt.
63 Animalium omnium in aquis viventium nomina centum quadra-
ginta quattuor Plinius (32, 142) ait, divisa in generibus beluarum,
serpentium communium terrae et aquae, cancrorum, concharum,
lucustarum, peloridum, polyporum, solearum, lacertorum, et
lulliginum, et huic similia; ex quibus multa quodam naturae
intellectu ordinem temporum suorum agnoscunt, quaedam vero
64 [in suis locis sine mutatione vagantur]. In piscibus autem
feminis aliae commixtione masculi concipiunt et pariunt catulos;
aliae ponunt ova sine masculi susceptione concepta, qui idem
insequens, sui seminis iactu perfunduntur; et quae hoc munere
fuerint afflata generabilia fiunt, quae vero perfusa non fuerint
sterilia perseverant aut putrescunt.

1 a sfingere *K* 2 niditare *K* 3 a te *B* cerv.] cer (*sic*) *T* sfingam (*ex* -em) *K* lenteo *BDK* 4 et fingebatur (sfing- *K*) *codd.* 5 cruorem inherentem *K* 8 icini (hic-) *codd.* 9 t. sunt f. *C*: tenuis s. fistula *T* 10 quae] quia *T* fistoli *K* 11 hircoas *K*: incosas *T* ob] ut *T* 12 peniculi *K* 14 lippidines *K* aest.] haec statim B^1 15 en. et ad *T*: ad *K* stuntur B^1 sicut et *T* 16 CLIIII *K* 19 et lulligo *T*: ut lullico *B* 21 ordine *K* temporis *T* quaed. vero *om.* *B* 22 in suis . . . vag. *hab.* *TUX*: *om.* BC^1KO vacantur *TU* autem *add.* m^1C: aut *K* 23 alia e *K*: alia *B*: alii (*ex* ali) *T* conc.] noncupant *T* 24 alii *T*: alia B^1 masc. conceptione C^1 qui *T* item *C* 25 profunduntur *BK* 26 generalia TC^1 fusa B^1K 27 stelia *K*

De avibvs. Vnum nomen avium, sed genus diver- VII
sum. Nam sicut specie sibi differunt, ita et naturae diversitate.
Nam aliae simplices sunt, ut columbae; aliae astutae, ut perdix;
aliae ad manum se subiciunt, ut accipiter; aliae reformidant,
ut garamantes; aliae hominum conversatione delectantur, ut
hirundo; aliae in desertis secretam vitam diligunt, ut turtur;
aliae solo semine reperto pascuntur, ut anser; aliae carnes
edunt et rapinis intendunt, ut milvus; aliae enchoriae, quae
manent in locis semper, ut [struthio]; aliae adventiciae, quae
propriis temporibus revertuntur, ut ciconiae, hirundines; aliae
congregae, id est gregatim volantes, ut sturni et coturnices;
aliae solivagae, id est solitariae propter insidias depraedandi,
ut aquila; accipiter et quaecumque ita sunt; aliae vocibus
strepunt, ut hirundo; aliae cantus edunt dulcissimos, ut cygnus
et merula; aliae verba et voces hominum imitantur, ut psittacus
et pica. Sed alia sicut genere, ita et moribus innumerabilia; 2
nam volucrum quot genera sint invenire quemque non posse.
Neque enim omnis Indiae et Aethiopiae aut Scythiae deserta
quis penetrare potuit, qui earum genus vel differentias nosset.
Aves dictae, eo quod vias certas non habeant, sed per avia 3
quaque discurrunt. Alites, quod alis alta intendant, et ad
sublimia remigio alarum conscendant. Volucres a volando. 4
Nam unde volare, inde et ambulare dicimus. Vola enim di-
citur media pars pedis sive manus; et in avibus vola pars media
alarum, quarum motu pinnae agitantur; inde volucres. Pulli 5
dicuntur omnium avium nati; sed et animalium quadrupedum
nati pulli dicuntur, et homo parvus pullus. Recentes igitur
nati pulli, eo quod polluti sint. Vnde et vestis nigra pulla

1 div. gen. *B* 4 subiciunt] subigunt *C* formidant *T* 8 incuriae (-ie) *BCT*: incuriorae *K* quae *om. K* 9 ut *B*: ut strutio (-cio) *TX*: *om. C*^{1}*KO* 11 congr.] grege *T*^{1} gradatim *T*: congregatim *C* 12 solivae *B* 14 dulc. ed. *C* 15 alia ver. *T* voc. et. ver. *C* 16 Sed et al. *T* ita mor. *B* 17 nam. et vol. *C* sunt *C* quisque *BCK* potest *CK* 18 omnia *C* 19 nosse posset *B* 20 vias] per vias *B* 21 discurrant *K* quia *C* contendant *K* 24 me. pa. pe. di. *C* 25 quorum *T* in. et vol. *C* 26 sed an. *T* quadr. an. *C* 27 et ho. . . . pulli *om. K* et] ut *T* (*non U*) 28 sint *T*: sunt *BCK*

6 dicta est. Alae sunt, in quibus pinnae per ordinem fixae
volandi exhibent usum. Vocatae autem alae quod his aves
7 conplexos alant ac foveant pullos. Pinna a pendendo, id est
a volando, dicta ; unde et pendere. Volucres enim pinnarum
8 auxilio moventur, quando se aeri mandant. Pluma quasi
piluma ; nam sicut pili in quadrupedum corpore, ita pluma
9 in avibus. Avium nomina multa a sono vocis constat esse
conposita : ut grus, corvus, cygnus, pavo, milvus, ulula,
cuculus, graculus et cetera. Varietas enim vocis eorum docuit
10 homines quid nominarentur. Aquila ab acumine oculorum
vocata. Tanti enim contuitus esse dicitur, ut cum super
maria inmobili pinna feratur nec humanis pateat obtutibus, de
tanta sublimitate pisciculos natare videat, ac tormenti instar
11 descendens raptam praedam pinnis ad litus pertrahat. Nam
et contra radium solis fertur obtutum non flectere ; unde et
pullos suos ungue suspensos radiis solis obicit, et quos viderit
inmobilem tenere aciem, ut dignos genere conservat ; si quos
12 vero inflectere obtutum, quasi degeneres abicit. Vultur a
volatu tardo nominata putatur : magnitudine quippe corporis
praepetes volatus non habet. Harum quasdam dicunt concu-
bitu non misceri, et sine copula concipere et generare ; natosque
earum paene usque ad centum annos procedere. Vultures au-
tem, sicut et aquilae, etiam ultra maria cadavera sentiunt ; altius
quippe volantes multa, quae montium obscuritate celantur, ex
13 alto illae conspiciunt. Gradipes apud Graecos vocatur avis
apud nos tarda, eo quod gravi volatu detenta nequaquam, ut
14 ceterae volucres, adtollitur velocitate pinnarum. Grues nomen

2 exerent *K* 3 conplexus *BK* al. pu. ac. fo. *T* Penna *BC* id est vol. di. *T* : di. id est a vol. *K* 4 pennarum *BC* 5 qu. puluma *K* 6 quadr.] quadrū (*sic*) *B* 7 Av. autem no. *T* constant B^1 conp. esse *C* 9 graiolus *K* 10 acumen culorum *K* 11 cum *om.* B^1 13 pisculos *CK* torrenti *K* 14 protrahat *C* 16 suos puos ungues *K* un. sus susp. T^1 rad. sol. un. ob. susp. *C* 17 generi *K* si quis *T* 18 obt. conpexerit *T* (*pro* consp-) : obtuto *K* 19 nominatus *B* putatur *om. C* quippe] vero *B* 20 praepedes *K* 21 si. pocula *B* 23 sicut *om. T* 25 Bradypus *Arev.* (*immo* Bραδύπους) : Grandipes *dett.* : Gravipes *Corp. Gloss. Lat.* 3, 495, 64 ; 512, 57 26 detempta *B* : decepta *K* : *om. T*

de propria voce sumpserunt; tali enim sono susurrant. Haec
autem dum properant, unam sequuntur ordine litterato. De
quibus Lucanus (5, 716):

Et turbata perit dispersis littera pinnis.

Excelsa autem petunt, quo facilius videant quas petant terras.
Castigat autem voce quae cogit agmen: at ubi raucescit, suc- 15
cedit alia: nocte autem excubias dividunt, et ordinem vigiliarum
per vices faciunt, tenentes lapillos suspensis digitis, quibus
somnos arguant: quod cavendum erit, clamor indicat. Aetatem
in illis color prodit; nam senectute nigrescunt. Ciconiae 16
vocatae a sono quo crepitant, quasi cicaniae: quem sonum
oris potius esse quam vocis, quia eum quatiente rostro faciunt.
Hae veris nuntiae, societatis comites, serpentium hostes, maria
transvolant, in Asiam collecto agmine pergunt. Cornices duces
eas praecedunt, et ipsae quasi exercitus prosequuntur. Eximia 17
illis circa filios pietas; nam adeo nidos inpensius fovent ut assiduo
incubitu plumas exuant. Quantum autem tempus inpenderint in
fetibus educandis, tantum et ipsae invicem a pullis suis aluntur.
Olor avis est quem Graeci κύκνον appellant. Olor autem dictus 18
quod sit totus plumis albus: nullus enim meminit cygnum
nigrum; ὅλον enim Graece totum dicitur. Cygnus autem a
canendo est appellatus, eo quod carminis dulcedinem modulatis
vocibus fundit. Ideo autem suaviter eum canere, quia collum
longum et inflexum habet, et necesse est eluctantem vocem per
longum et flexuosum iter varias reddere modulationes. Ferunt 19
in Hyperboreis partibus praecinentibus citharoedis olores plurimos
advolare, apteque admodum concinere. Olores autem
Latinum nomen est; nam Graece κύκνοι dicuntur. Nautae vero
sibi hunc bonam prognosim facere dicunt, sicut Aemilius ait (4):

1 de pr. vo. no. *B* 4 periit *C ante corr.* 5 inpetunt quod *T* 6 Castigant B^{1} agmina *C* 8 dig.] dictis *B* 9 sonos *T* arceant *C* cav.] acuendum B^{1} 11 quem] quoniam *K* 15 persequentur C^{1} 17 exeant B^{1} 18 edocandis *T* (*non X*): et in cunis *B*: *om. KO* 19 Olus *K* quam *C* cignum *codd.* appellant *KT*: vocant *BC* olus *K* 20 pl. alb. to. *T* 22 app. est *C* dulcidine *K* 23 ca. dicunt qu. *K* 24 est ut el. *K* 25 inter $C^{1}T$ 26 citaret is *B* 27 apte *C* 28 nom. lat. *T* cigni *codd.* 29 bonu *K* prognosiam *C* faciunt si. *B*

Cygnus in auspiciis semper laetissimus ales:
hunc optant nautae, quia se non mergit in undas.

20 Struthio Graeco nomine dicitur, quod animal in similitudine avis pinnas habere videtur; tamen de terra altius non elevatur. Ova sua fovere neglegit; sed proiecta tantummodo fotu pulveris
21 animantur. Ardea vocata quasi ardua, id est propter altos volatus. Lucanus (5, 554):

Quodque ausa volare Ardea.

Formidat enim imbres, et supra nubes evolat, ut procellas nubium sentire non possit. Cum autem altius volaverit, signi-
22 ficat tempestatem. Hanc multi Tantalum nominant. Phoenix Arabiae avis, dicta quod colorem phoeniceum habeat, vel quod sit in toto orbe singularis et unica. Nam Arabes singularem 'phoenicem' vocant. Haec quingentis ultra annis vivens, dum se viderit senuisse, collectis aromatum virgulis, rogum sibi instruit, et conversa ad radium solis alarum plausu voluntarium sibi incendium nutrit, sicque iterum de cineribus suis resurgit.
23 Cinnamolgus et ipsa Arabiae avis, proinde ita vocata quod in excelsis nemoribus texit nidos ex fruticibus cinnami: et quoniam non possunt ibi homines conscendere propter ramorum altitudinem et fragilitatem, eosdem nidos plumbatis appetunt iaculis, ac sic cinnama illa deponunt, et pretiis amplioribus vendunt; [eo] quod cinnamum magis quam alia mercatores probent.
24 Psittacus Indiae litoribus gignitur, colore viridi, torque puniceo, grandi lingua et ceteris avibus latiore. Vnde et articulata verba exprimit, ita ut si eam non videris, hominem loqui putes. Ex natura autem salutat dicens: 'have,' vel χαῖρε. Cetera nomina institutione discit. Hinc est illud (Mart. 14, 73):

1 laetissima avis *K* 2 qua *K* non se *C*: non *om.* B^1 3 dicitur *om.* *K* 5 foto *K*: fetu *T* 8 quoque ausu avolare C^1 9 super *B* volat *K* 11 tantulum *C* 12 quia *C* habet *C* 14 voc.] habent *B* quinnientis *K* ann. ult. *C* 15 aromatis C^1 17 de] in *K* cinerinibus B^1 surgit *TC* 18 Cinomolgus *BU*: Cinomulgus *C*: Cennomulgos *K*: Chinomolgus *T* ita *om.* *T* 19 texet *T* fructibus *T* 20 hom. ibi *C* 21 iac. . . . dep. *post* vend. *K* 22 ac] cum *K* illu K^1: illud K^2: ipsa *B* 23 eo *hab.* *BCTU*: *om.* *K*: *an* hoc? cinnama *TU* 24 Ps. in Ind. *BC* 26 videaris *C* put. lo. *K* 27 et cet. *T*

Psittacus a vobis aliorum nomina discam;
hoc didici per me dicere: 'Caesar have.'

Alcyon pelagi volucris dicta, quasi ales oceanea, eo quod hieme 25
in stagnis oceani nidos facit pullosque educit: qua excubante
fertur extento aequore pelagus silentibus ventis continua septem
dierum tranquillitate mitescere, et eius fetibus educandis obse-
quium ipsa rerum natura praebere. Pelicanus avis Aegyptia 26
habitans in solitudine Nili fluminis, unde et nomen sumpsit;
nam Canopos Aegyptus dicitur. Fertur, si verum sit, eam
occidere natos suos, eosque per triduum lugere, deinde se
ipsam vulnerare et aspersione sui sanguinis vivificare filios.
Stymphalidae aves ab Stymphadibus insulis appellatae, ubi 27
plurimum abundant; adversus quas Hercules sagittis est usus.
Sunt enim pelagi volucres in insulis habitantes. Diomedias 28
aves a sociis Diomedis appellatas, quos ferunt fabulae in easdem
volucres fuisse conversos; forma fulicae similes, magnitudine
cygnorum, colore candido, duris et grandibus rostris. Sunt
autem circa Apuliam in insula Diomedia inter scopulos litorum
et saxa volitantes; iudicant inter suos et advenas. Nam si 29
Graecus est, propius accedunt et blandiunt; si alienigena,
morsu inpugnant et vulnerant, lacrimosis quasi vocibus dolentes
vel suam mutationem vel regis interitum. Nam Diomedes ab
Illyriis interemptus est. Haec autem aves Latine Diomediae
vocantur, Graeci eas ἐρωδιούς dicunt. Memnonides aves Aegy- 30
ptiae appellatae a loco, ubi Memnon periit. Nam catervatim
advolare dicuntur ex Aegypto ad Ilium iuxta Memnonis sepul-
chrum, et proinde eas Ilienses Memnonias vocant. Quinto
autem anno ad Ilium veniunt, et cum biduo circumvolaverint,
tertia die ineuntes pugnam vicissim se unguibus rostrisque

1 discat *K* 2 per me did. dic. salve habe *K* 3 a. ocianea *K* : a. cianea *TC mg.* (*i. e.* cyanea) : a. ceania *B* : algina *C* qu. in hi. in st. *B* 6 eius] de *T* obs. *om.* C^1 11 sui sa. sui vi. *T* 12 Stromphalidae (-mfa-) *BK* : Strophalidae *C* : Sthrom valide *T* strofadibus *BC* : stromfadibus *K* : strovadibus *T* appellata *B* 14 enim] autem *K* : *om. C* 15 Diomedis] mediis *T* quo erunt *K* 16 pulice *T* similis *K* 17 rotris *T* 18 circa] in *K* 20 proprius *KT* blandiuntur *BC* 24 eos *B* : autem C^1 27 eas *om. T*

31 dilacerant. Hercyniae aves dictae ab Hercynio saltu Ger-
maniae, ubi nascuntur, quarum pinnae adeo per obscurum
emicant ut quamvis nox obtenta densis tenebris sit, ad praesi-
dium itineris dirigendi praeiactae interluceant, cursusque viae
32 pateat indicio plumarum fulgentium. Onocrotalon Graeci
vocant rostro longo. [Quorum duo genera sunt: aliud aqua-
33 tile, aliud solitudinis.] Ibis avis Nili fluminis, quae semetipsam
purgat, rostro in anum aquam fundens. Haec serpentium
ova vescitur, gratissimam ex eis escam nidis suis deportans.
34 Meropes eosdemque et gaulos, qui parentes suos recondere
atque alere dicuntur. Coredulus genus volatile, quasi cor edens.
35 Monedula avis, quasi monetula, quae dum aurum invenit, aufert
et occultat. Cicero pro Valerio Flacco (76): 'Non plus aurum
36 tibi quam monedulae committendum.' Vespertilio pro tem-
pore nomen accepit, eo quod lucem fugiens crepusculo vesper-
tino circumvolet praecipiti motu acta, et tenuissimis brachiorum
membris suspensa; animal murium simile, non tam voce re-
sonans quam stridore; specie quoque volatilis simul et quad-
37 rupes, quod in aliis avibus reperiri non solet. Luscinia avis
inde nomen sumpsit, quia cantu suo significare solet diei
surgentis exortum, quasi lucinia. Eadem et acredula, de qua
Cicero in Prognosticis (frag. 6):

Et matutinos exercet acredula cantus.

38 Vlula avis ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, id est a planctu et luctu, nominata;
cum enim clamat aut fletum imitatur aut gemitum. Vnde et apud
augures si lamentetur tristitiam, tacens ostendere fertur prospe-
39 ritatem. Bubo a sono vocis conpositum nomen habet, avis

1 lacerant *C* 2 adeo *om. T* obscuro *BT*: -ra *C* 4 preiactata *T*: iactae *K*: iacta *B*[1]: proiecta *C*[1] viae *om. B* 5 pateant *CK* plurimarum *B* 6 quorum . . . solit. *hab. BGTU Mon.*: *om. CDFK* sunt gen. *B* 7 Ibi *B*[1]: *om. D* (*non F*) semetipsa *K* (*non D*) 9 gratissima *K* deportant *C*[1] 10 et *om. B* caulos *K*: gaulus *B*: galbeolos *Schol. Bern. Georg.* 4, 14 11 dicitur *B* 12 qu. monetala *B*: qu. monitula *K* cum *BCK* 13 et *om. B* auro *C*[1] 14 quam] quoniam *C* pro] ex *K* 15 accipit *C* 16 a. ac ten. *B*: a. ten. *T* 18 volatile *K* 19 alis *C ante corr. T ante corr.* 20 quia] quod *K* 21 exordium *K* (*B*[1] *n. l.*) agredula . . . agredula *K* 23 exercit *BK* 25 gem.] luctum *B* un. ap. *T* 27 Bufo *T* (*passim*) nom. hab. *om. T*

feralis, onusta quidem plumis, sed gravi semper detenta pigritia: in sepulcris die noctuque versatur, et semper commorans in cavernis. De qua Ovidius (Met. 5, 549):

Foedaque fit volucris venturi nuntia luctus,
ignavus bubo dirum mortalibus omen.

Denique apud augures malum portendere fertur: nam cum in
urbe visa fuerit, solitudinem significare dicunt. Noctua dicitur 40
pro eo quod nocte circumvolat et per diem non possit videre;
nam exorto splendore solis, visus illius hebetatur. Hanc autem
insula Cretensis non habet; et si veniat aliunde, statim moritur.
Noctua autem non est bubo; nam bubo maior est. Nycticorax 41
ipsa est noctua, quia noctem amat. Est enim avis lucifuga, et
solem videre non patitur. Strix nocturna avis, habens nomen 42
de sono vocis; quando enim clamat stridet. De qua Lucanus
(6, 689):

Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur.

Haec avis vulgo amma dicitur, ab amando parvulos; unde et
lac praebere fertur nascentibus. Corvus, sive corax, nomen 43
a sono gutturis habet, quod voce coracinet. Fertur haec avis
quod editis pullis escam plene non praebeat, priusquam in eis per
pinnarum nigredinem similitudinem proprii coloris agnoscat;
postquam vero eos tetros plumis aspexerit, in toto agnitos
abundantius pascit. Hic prior in cadaveribus oculum petit.
Cornix, annosa avis, apud Latinos Graeco nomine appellatur; 44
quam aiunt augures hominum curas significationibus agere, insidiarum vias monstrare, futura praedicere. Magnum nefas haec
credere ut Deus consilia sua cornicibus mandet. Huius inter

1 gravis *BKT* pigr. det. *C* 3 quo *K* 5 nomen *BKT* (*et Isid.*?) 6 portentum refertur (*ex* referuntur) *K* 7 significari *T* 8 videri *CKT* 9 exortum splendorem *K* autem] haec *C* 11 Nocticorax *codd.* 12 qui *T* nocte *K* 14 solo *B*[1] 16 quod] quam *BC ut vid.* trep.] praepedis *K* quod] que *B* 18 fert. praeb. *C* sive] aut *T* 19 quia *B* vocem cor. et *K* crocitet *C* hoc a. *T* : a. haec *C* 20 detis *T*[1] : deditis *T*[2] escarum plena *K* in *om.* *K* per *om.* *T* 21 nigredine *T*: nigritudinem *C* propriis coloribus *T* 22 eos] eius *C* agnito *B* 23 oculos *C* 25 quam] qua (*ex* que ?) *B*[1] omnium cura *T* 26 predicare *T* 27 ut Deus vel Deo cons. *K* cornificibus *T*

multa auspicia tribuunt etiam pluvias portendere vocibus; unde est illud (Virg. Georg. 1, 388):

Tunc cornix plena pluviam vocat inproba voce.

45 Graculus a garrulitate nuncupatus; non, ut quidam volunt, pro eo ut gregatim volent; cum sit manifestum ex voce eos nuncupari. Est enim loquacissimum genus et vocibus inportunum.

46 Picae quasi poeticae, quod verba in discrimine vocis exprimat, ut homo. Per ramos enim arborum pendulae inportuna garrulitate sonantes, et si linguas in sermone nequeunt explicare, sonum tamen humanae vocis imitantur. De qua congrue quidam ait (Mart. 14, 76):

Pica loquax certa dominum te voce saluto:
si me non videas, esse negabis avem.

47 Picus a Pico Saturni filio nomen sumpsit, eo quod eam in
auspiciis utebatur. Nam ferunt hanc avem quiddam habere
divinum, illo indicio quod in quacumque arbore nidificaverit,
clavum, vel quidquid aliud fixum, diu haerere non potest quin
statim excidat, ubi ea insederit. Iste est picus Martius; nam
48 alia est pica. Pavo nomen de sono vocis habet; cuius caro
tam dura est ut putredinem vix sentiat, nec facile coquatur.
De quo quidam sic ait (Mart. 13, 70):

Miraris, quotiens gemmantes explicat alas,
si potes hunc saevo tradere, dure, coco.

49 Phasianus a Phaside insula Graeciae, unde primum asportatus est, appellatus. Testatur id vetus distichon illud (Mart. 13, 72):

Argiva primo sum transportata carina:
ante mihi notum nil nisi Phasis erat.

50 Gallus a castratione vocatus; inter ceteras enim aves huic solo testiculi adimuntur. Veteres enim abscisos gallos vocabant.

1 tribuuntur *C*: tradunt *B* 4 Gragulos *BT* nuncupatos *T*: vocatus *K*: -tos *B* quidem *B* 5 ut] quod *T* nominari *C* 7 quod] quae *C* exprimant *B*: -unt *C* 8 pendula *T* 10 quidem *T* 11 agit *B* 12 certo C^1 te dom. *KT ante corr.* 14 eam] eodem *C* 15 quidam B^1KT 16 divino *K* quia *C* 17 alium *K*: *om. C* 17 haer.] habere *T* quin] qui non *K* 18 eam *B* 19 de so. vo. nom. *C* 22 explicamus *T* 23 duro *BT* 24 asportatum *C* 25 id vet.] iductus *B* 26 argua B^1T 27 fasidis *K* 29 testiculo *B*

Sicut autem a leone leaena et a dracone dracaena, ita a gallo
gallina. Cuius membra, ut ferunt quidam, si auro liquescenti
misceantur, consumi. Ans ab assiduitate natandi aptum nomen 51
accepit. Ex quo genere quaedam germanae dicuntur, quod
plus ceteris nutriant. Anseri nomen ans dedit per derivationem, 52
vel a similitudine, vel quod et ipsa natandi frequentiam habeat.
Iste vigilias noctis assiduitate clangoris testatur. Nullum autem
animal ita odorem hominis sentit ut anser; unde et clangore
eius Gallorum ascensus in Capitolio deprehensus est. Fuliga 53
dicta, quod caro eius leporinam sapiat; λαγώς enim lepus
dicitur, unde et apud Graecos λαγώς vocatur. Est autem avis
stagnensis, habens nidos in medio aquae, vel in petris quas
aquae circumdant, maritimoque semper delectatur profundo.
Quae dum tempestatem praesenserit, fugiens in vado ludit.
Mergis ab assiduitate mergendi nomen hoc haesit. Saepe autem 54
demisso in profundum capite aurarum signa sub fluctibus colligunt, et praevidentes aequoris tempestatem cum clamore ad
litora tendunt. Nam in pelago iam gravissimam esse tempestatem, cum ad litora mergi confugerint. Accipiter avis animo 55
plus armata quam ungulis, virtutem maiorem in minori corpore
gestans. Hic ab accipiendo, id est a capiendo, nomen sumpsit.
Est enim avis rapiendis aliis avibus avida, ideoque vocatur
accipiter, hoc est raptor. Vnde et Paulus Apostolus dicit (2 Cor.
11, 20): 'Sustinetis enim, si quis accipit'; ut enim diceret 'si
quis rapit', dixit 'si quis accipit'. Fertur autem accipitres circa 56
pullos suos inpios esse; nam dum viderint eos posse tentare

1 a leo *B* 3 misceatur *KT* Anser C^1 : Anas *dett.* 4 genera C^1 quia *C* 5 nutriunt *C* ans in se ded. *T* 6 quia *C* et *om. K* ipse *T* 9 Cap. romae dep. *K* Fulica *BCK* : Phulica *T* : *fort.* Fulaga 10 di. est qu. *K* sapit *C* dic. lepos *C* 11 Graecos *om.* B^1 lagois (*i.e.* λαγωίς) *CT* 12 nidum *K* 13 aqua circumdat *T* maritimo semperque *T* delectantur *K* 14 persenserit *BCT* vadum *BT* 15 Mergus *C* hoc esit *T* : est inditum *K* : sumpsit *B* : habet *C* 16 sub fontibus *K* 17 praecedentis *K* 20 arma *T* 21 hec *K* id est a cap. *om. T* 22 enim] autem *C* avibus aliis *K* 23 id est *BK* Apostolus *om. BK* dicit] ait *C* 24 accepit *K* ut en. . . . acc. *om.* B^1 25 accepit *K* 26 dum *om.* B^1 viderit *C* (*et* praebet *et* verberat *et* praecipitat *et* compellit)

volatus, nullas eis praebent escas; sed verberant pinnis et a nido
praecipitant, atque a tenero conpellunt ad praedam, ne forte
57 adulti pigrescant. Capus Itala lingua dicitur a capiendo. Hunc
58 nostri falconem vocant, quod incurvis digitis sit. Milvus mollis
et viribus et volatu, quasi mollis avis, unde et nuncupatus; rapa-
59 cissimus tamen et semper domesticis avibus insidiator. Ossi-
fragus vulgo appellatur avis quae ossa ab alto dimittit et frangit.
60 Vnde et a frangendo ossa nomen accepit. Turtur de voce
vocatur; avis pudica, et semper in montium iugis et in desertis
solitudinibus commorans. Tecta enim hominum et conversa-
tionem fugit, et commoratur in silvis. [Quae etiam hieme de-
plumata in truncis arborum concavis habitare perhibetur.]
Cuius e contrario columba hospitia humana diligit; domorum
61 blanda semper habitatrix. Columbae dictae, quod earum colla
ad singulas conversiones colores mutent; aves mansuetae, et in
hominum multitudine conversantes, ac sine felle; quas antiqui
Venerias nuncupabant, eo quod nidos frequentant, et osculo
62 amorem concipiant. Palumbes [eo quod sint farsae, a pabulo;
quas vulgus titos vocant] avis casta ex moribus appellatur,
quod comes sit castitatis; nam dicitur quod amisso corporali
consortio solitaria incedat, nec carnalem copulam ultra requirat.
63 Perdix de voce nomen habet, avis dolosa atque inmunda; nam
masculus in masculum insurgit, et obliviscitur sexum libido prae-
ceps. Adeo autem fraudulenta, ut alteri ova diripiens foveat;
sed fraus fructum non habet: denique dum pulli propriae vocem
genetricis audierint, naturali quodam instinctu hanc quae fovit
64 relinquunt, et ad eandem quae genuit revertuntur. Coturnices

3 prigiscant *B* italiae *T* a cap. dic. *C* 4 vo. eo qu. *K* sint *B* 5 nuncupatur *K* rap. est ta. *C* 6 insidiatur *B* Ossifracus *K*: Ossifrangus *BCT* 9 deserto *T* 10 commorantes *K* 11 Quae . . . perhib. *hab. TUX*: *om. BCDFKO* etiam et h. *U* 13 cui *K*: *om. D* 14 sem. bl. *T* (*non D*) 16 conversationes *BT* quas *om. C*[1] 17 frequentent *K* 18 eo quod . . . vocant *hab. TU*: *om. BCK* fraseo pa. *T* (*non U*) 19 thitos *T* (*non U*): tetas *Serv. ad Ecl.* 1, 57 vocat *U* app. eo qu. *B*: apellata quia *C* 21 solidariam *K* requirant *B* 22 inm. a. dol. *B* 23 surgit *CT*: exsurgit *B* libo *C*[1] 24 au. ut fr. ut *T* 25 pr. gen. voc. *K*: voc. pr. gen. *T* 26 quodam] quod *B* qu. eos fo. *K* fovet *B* 27 et eadem *C*[1] revertentur *K*

a sono vocis dictas, quas Graeci ὄρτυγας vocant, eo quod visae
fuerint primum in Ortygia insula. Haec adveniendi habent
tempora; nam aestate depulsa maria transmeant. Ortygometra 65
dicitur quae gregem ducit. Eam terrae propinquantem accipiter
videns rapit; ac propterea cura est universis ducem sollicitare
generis externi, per quam caveant prima discrimina. Cibos
gratissimos habent semina venenorum; quam ob causam eas
veteres vesci interdixerunt. Solum enim hoc animal, sicut et
homo, caducum patitur morbum. Vpupam Graeci appellant 66
eo quod stercora humana consideret, et foetenti pascatur fimo;
avis spurcissima, cristis extantibus galeata, semper in sepulcris
et humano stercore commorans. Cuius sanguine quisquis se
inunxerit, dormitum pergens daemones suffocantes se videbit.
Tucos, quos Hispani ciculos vocant, a voce propria nominatos. 67
Hi veniendi habent tempus, milvorum scapulis suscepti propter
breves et parvos volatus, ne per longa aeris spatia fatigati defi-
ciant. Horum salivae cicadas gignunt. Passeres sunt minuta 68
volatilia, a parvitate vocata; unde et pusilli parvi. Merula 69
antiquitus medula vocabatur, eo quod modulet. Alii merulam
aiunt vocatam quia sola volat, quasi mera volans. Haec cum in
omnibus locis nigra sit, in Achaia autem candida est. Erundo 70
dicta, quod cibos non sumat residens, sed in aere capiat escas
et edat; garrula avis, per tortuosos orbes et flexuosos circuitus
pervolans, et in nidis construendis educandisque fetibus sollertis-
sima; habens etiam quiddam praescium, quod lapsura deserat
nec appetat culmina. A diris quoque avibus non inpetitur, nec

1 eo] et *B* 4 quae] quia *C* du. dicunt e. *K* 5 capit *K* 6 per qua *B* 7 ob qu. cau. *B* 8 enim *om.* *T* 9 ho *K* pat. cad. mo. *C* capitur *K* Opupam *K* : Opopam *BT* : *fort.* Vp. ἔποπα 10 desiderant *K* : considerant *B* et] ut *K* fatenti *C*[1] 12 quisque *C*[1] 14 Tuchos *T* (*non U*) : Togos *KM* cicolos *K* (*non U*) nominatus *B* : -ti *C* 16 per *om.* *B* 17 cicladas *B* sunt *om.* *C* 18 vol.] animalia *B* vocatae *K* et pu. et pa. *CT* : et pu. et vocat (*delet.*) pa. *B* 19 qu. medulet *BKM* 20 quia so. vo. *om.* *T* volet *C* 21 autem *om.* *C* E. autem dic. *T* 22 sumet *T* : -it *C* res. sed *om.* *B*[1] 23 et ed. ga. av. *om.* *KO* edat] comedat *B* av. et per *T* et *om.* *K* : per *O* 24 in *om.* *K* educendisque *C*[1] 25 quidam *B* desinat *K* 26 a diris] aliis *BKO* impeditur *BO* (*non UX*)

umquam praeda est. Maria transvolat, ibique hieme commo-
71 ratur. Turdos a tarditate dictos; hiemis enim confinio se re-
ferunt. Turdela quasi maior turdus; cuius stercore viscum
generare putatur. Vnde et proverbium apud antiquos erat,
72 'Malum sibi avem cacare.' Furfurio vocatus, quod prius
73 farre in farinam redacto pasceretur. Ficedulae dictae, quod
ficus magis edant. Panditur versiculo veteri illo (Mart. 13, 49):

Cum me ficus alat, cum pascar dulcibus uvis,
cur potius nomen non dedit uva mihi?

74 Carduelus, quod spinis et cardibus pascitur; unde etiam apud
Graecos acalanthis dicta est, ab ἀκάνθαις, id est spinis, quibus
75 alitur. Augures autem dicunt et in gestu et in motu et in volatu
76 et in voce avium signa esse constituta. Oscines aves vocant, quae
77 ore cantuque auspicium faciunt; ut corvus, cornix, picus. Alites,
quae volatu ostendere futura videntur; quae si adversae sunt,
inebrae dicuntur, quod inhibeant, id est vetent; si prosperae,
praepetes; et ideo praepetes, quia omnes aves priora petunt
78 volantes. Tertiam faciunt speciem auguriorum in avibus, quam
communem vocant, ex utroque permixtam, id est cum aves ex
79 ore et volatu auguriant. Sed fidem non habet. Omnium autem
genera volucrum bis nascuntur. Primum enim ova gignuntur,
80 inde calore materni corporis formantur et animantur. Ova
autem dicta ab eo quod sint uvida. Vnde et uva, eo quod intrinsecus humore sit plena. Nam humidum est quod exterius humorem habet; uvidum, quod interius. Quidam [autem]

1 transvolans *B* (*non U*) 2 Turdus *T*: Tardus *C*[1] dictus *TC* 5 ave *K* quos *K* 6 reducto *B ante corr.*: redacta *C* 7 veteri *in ras. B* illi *K* 9 dulcius *T* uvam *T* 11 Cardualus *BK* quia *C* etiam] et *T* 12 acantis *BKT* est *om. C* ab *om. K* 13 autem *om. T* gustu *K* 15 cantatu ausp. *K* 16 quae si] quasi *B* 17 inebae (-be) *BK*: inhebae *C*[1] quod] quasi *K* vectent *K* propere *K* 18 et *om. K* petent *T* 19 voluntates *C*[1] fac. *post* av. *C* quem *BT* 20 permixta *BT* id est cum] id *B*: hae *K* 21 auguria faciunt *BCDK* fidem *D*: fides *codd.* non f. h. *B ante corr.*: f. inabitat *T* (*vix pro* inhibitat) habent *D* autem *om. C* 22 vol.] avium *K* 24 autem *om. C* uvae *C* 25 sint *BC* plenae *C* 26 uvidum *B* autem *hab. BT*: *om. CK*

putant, ovum Graecam habere originem nominis. Illi
autem dicunt ᾠὰ, V littera ablata. Ova autem quaedam 81
inani vento concipiuntur; sed non sunt generabilia, nisi quae fuerint concubitu masculino concepta et seminali spiritu penetrata. Ovorum vim tantam dicunt ut lignum perfusum eo non ardeat, ac ne vestis quidem contra aduratur. Admixta quoque calce glutinare fertur vitri fragmenta.

De minvtis volatilibvs. Apes dictae, vel quod se pedibus VIII
invicem alligent, vel pro eo quod sine pedibus nascuntur. Nam postea et pedes et pinnas accipiunt. Haec sollertes in generandi mellis officio adsignatas incolunt sedes, domicilia inenarrabili arte conponunt, ex variis floribus favum condunt, textisque ceris innumera prole castra replent, exercitum et reges habent,
proelia movent, fumum fugiunt, tumultu exasperantur. Has 2
plerique experti sunt de boum cadaveribus nasci. Nam pro his creandis vitulorum occisorum carnes verberantur, ut [ex] putrefacto cruore vermes creentur, qui postea efficiuntur apes. Proprie tamen apes vocantur ortae de bobus, sicuti scabrones
de equis, fuci de mulis, vespae de asinis. Costros Graeci ap- 3
pellant, qui in extremis favorum partibus maiores creantur: quos aliqui reges putant. Dicti quod castra ducant. Fugus est maior ape, scabrone minor. Dictus autem fugus quod alienos labores edat, quasi fagus; depascitur enim quod non laboravit. De quo Vergilius (Georg. 4, 168):

Ignavum fucos pecus a praesepibus arcent.

Vespae . . . Scabrones vocati a cabo, id est [a] caballo, quod ex 4

2 dicunt *om.* B^1 quidam *K* : *om.* *T* 3 inani] in B^1 6 perf. ex eo *T* : profusum eo *C* 9 dicta *T* inv. ped. *B* 10 pro eo *om.* *B* nascantur *B* 13 pro var. *K* cond. fav. *C* 14 prole] procul C^1 exercitus *K* 17 ut] et *T* ex *hab.* *T* : *om.* *BK* 18 aefficiantur *K* 19 sicut *T* scaprones *K* : scrabones *T* 20 Capros *KO* : Custros *X* : Castros *C* : Οἴστρους *Palladius* 6, 10 (?) 22 aliqui] ali *K* quia *C* Fucus . . . fucus *BT* 23 ape ma. *C* : ma. apis *B* scrabrone B^1 : scaprone *K* 24 fagus] fugus *K* : fo[illegible]us *B* quod] quae *B* 26 fugus *BK* : fucus *T* pecus *om.* *K* arcet *BKT* 27 Scaprones *K* a *hab.* *CT* : *om.* *BK*

eis creentur. Sicut autem scabrones nascuntur de equorum
carnibus putridis, ita ex his iterum saepe nascuntur scarabaei;
5 unde et cognominati sunt. Tauri vocantur scarabaei terrestres
ricino similes. Buprestis animal est parvum in Italia simillimum
scarabaeo, longipedum. Fallit inter herbas bovem maxime,
unde et nomen habet, devoratumque tacto felle ita inflammat ut
6 rumpat. Cicindela scarabaeorum genus est; eo quod gradiens
7 vel volans lucet. Blattae a colore nuncupatae, siquidem et con-
prehensae manum tingunt; unde et blatteum colorem dicunt.
Hoc autem animal lucem videre non patitur, contrarium muscae,
nam musca lucipeta, et blatta lucifuga est; per noctem enim
8 tantum ambulat. Papiliones aviculae sunt quae maxime abun-
dant florentibus malvis, quique vermiculos [ex] stercore suo
9 faciunt nasci. Locusta, quod pedibus sit longis veluti asta;
unde et eam Graeci tam maritimam quam terrestrem ἀστακὸν
10 appellant. Cicades ex ciculorum nascuntur sputo. Haec in
11 Italia apud Rheginos mutae sunt, nec usquam alibi. Musca
ex Graeco venit, sicut et mus. Haec, sicut et apes, necatae in
12 aqua aliquotiens post unius horae spatium reviviscunt. Cynomya
Graece vocatur, id est musca canina; nam κύων Graece canis
13 vocatur. Culex ab aculeo dictus, quod sanguinem sugit. Habet
enim in ore fistulam in modum stimuli, qua carnem terebrat ut
14 sanguinem bibat. Sciniphes muscae minutissimae sunt, aculeis
permolestae. Qua tertia plaga superbus Aegyptiorum populus
15 caesus est. Oestrus animal armentorum, aculeis permo-
lestum. Oestrus autem Graecum est, qui Latine asilus,
16 vulgo tabanus vocatur. Bibiones sunt qui in vino nascun-

1 creantur *BK* scaprones *K* 2 ex eis *BCK* sepae *ex* vespae *K* 4 parum *T* 6 devorat (*ex* -atum) tactumque *K* 7 Cicendela *BCT*: Cecindela *K* est *om.* *K* 9 ob latteum *T* (*pro* ob lacteum?) 12 apiculae *K* 13 quisque *T*: quoque *K* ex *hab.* *CK*: *om.* *BT* 14 Lucusta *CT*: Locustae *K*: Langusta *Isid.*? velut *BK* 15 ea *T* astaco *T*: astago *B*: astapo *K*: hastaco *C* 16 appellent *C* 17 multae (-te) *CKOX* 18 in aquam *T*: *om.* *K* 21 eculeo *T* quod] quia *BC* 22 carne *KT*[1] ut] et *T* 23 Scenifes *K*: Scinifes *TC* muscae *om.* *C* sunt] sed *K* 24 aegypti *K* caes. est pop. *C* 27 tavanos *K* Bibones *CT* sunt *om.* *T*

tur, quos vulgo mustiones a musto appellant. Vnde et Afranius (407):

Cum ad me spectas et fabulare incipis,
ex ore in oculis tuis bibiones involant.

Gurgulio dicitur, quia pene nihil est aliud nisi guttur. 17

1 musciones *DTU* et *om. BDF* 3 a me *BCDFKMOP* (*non UV*) expectas *codd.* (*etiam MOPUV*) expectasset f. *BDF* famulare *M* (-re *etiam DFOPUVX*) incipes *K* (*non MO*) : incipias *P* 4 oculos tuos *dett.* (*non DFMOPUVX*) bibones *CTUV* (*non DFMOP*) 5 Curculio *C* est *om.* B^1

LIBER XIII

DE MVNDO ET PARTIBVS

In hoc vero libello quasi in quadam brevi tabella quasdam caeli causas situsque terrarum et maris spatia adnotavimus, ut in modico lector ea percurrat, et conpendiosa brevitate etymologias eorum causasque cognoscat.

1 De mvndo. Mundus est caelum et terra, mare et quae in
eis opera Dei. De quo dicitur (Ioh. 1, 10): 'Et mundus per
eum factus est.' Mundus Latine a philosophis dictus, quod in
sempiterno motu sit, ut caelum, sol, luna, aer, maria. Nulla
enim requies eius elementis concessa est, ideoque semper in
2 motu est. Vnde et animalia Varroni videntur elementa. 'Quo-
niam per semetipsa,' inquit, 'moventur.' Graeci vero nomen
mundo de ornamento adcommodaverunt, propter diversitatem
elementorum et pulchritudinem siderum. Appellatur enim
apud eos κόσμος, quod significat ornamentum. Nihil enim
3 mundo pulchrius oculis carnis aspicimus. Quattuor autem
esse climata mundi, id est plagas: Orientem et Occidentem,
4 Septentrionem et Meridiem. Oriens ab exortu solis est nun-
cupatus. Occidens, quod diem faciat occidere atque interire.
5 Abscondit enim lumen mundo et tenebras superinducit. Se-
ptentrio autem a septem stellis axis vocatur, quae in ipso revo-
lutae rotantur. Hic proprie et vertex dicitur, eo quod vertitur,
sicut poeta ait (Virg. Aen. 2, 250):

Vertitur interea caelum.

6 Meridies, vel quia ibi sol faciat medium diem, quasi medidies,
vel quia tunc purius micat aether. Merum enim purum dicitur.
7 Ianuae caeli duae sunt, Oriens et Occasus; nam una porta sol

1 vero *om.* *T* (*non F*) quodam *K* 5 cael. ter. *B* 6 eis sunt op. *B* 7 quod *om.* C^1 8 motus *K* a. et mare K^1 9 eius] eis *C* 10 vid. esse el. *B* 11 se ipsa *T* 12 ornatu *K Phill.* aeris comodaverunt *Phill.* 16 climata] elementa *CK* Or. Occ. *C* 20 vocatus *T* 24 facit *C* qu. medies *T* 25 aeher T^1: dies *B*

procedit, alia se recipit. Cardines autem mundi duo, Septen- 8
trio et Meridies: in ipsis enim volvitur caelum.

De atomis. Atomos philosophi vocant quasdam in mundo II
corporum partes tam minutissimas ut nec visui pateant nec
τομήν, id est sectionem, recipiant; unde et ἄτομοι dicti sunt.
Hi per inane totius mundi inrequietis motibus volitare et huc
atque illuc ferri dicuntur, sicut tenuissimi pulveres qui infusi
per fenestras radiis solis videntur. Ex his arbores et herbas et
fruges omnes oriri, ex his ignem et aquam et universa gigni
atque constare quidam philosophi gentium putaverunt. Sunt 2
autem atomi aut in corpore, aut in tempore, aut in numero. In
corpore, ut lapis. Dividis eum in partes et partes ipsas dividis
in grana, veluti sunt harenae; rursumque ipsa harenae grana
divide in minutissimum pulverem, donec, si possis, pervenias
ad aliquam minutiam, quae iam non sit quae dividi vel secari
possit. Haec est atomus in corporibus. In tempore vero sic 3
intellegitur atomus. Annum, verbi gratia, dividis in menses,
menses in dies, dies in horas; adhuc partes horarum admit-
tunt divisionem, quousque venias ad tantum temporis pun-
ctum et quandam momenti stillam, ut per nullam morulam
produci possit; et ideo iam dividi non potest. Haec est
atomus temporis. In numeris, ut puta octo dividuntur in quat- 4
tuor, rursus quattuor in duo, deinde duo in unum. Vnus
autem atomus est, quia insecabilis est. Sic et littera: nam
orationem dividis in verba, verba in syllabas, syllabam in litteras.
Littera, pars minima, atomus est, nec dividi potest. Atomus
ergo est quod dividi non potest, ut in geometria punctus. Nam
τόμος divisio dicitur Graece, ἄτομος indivisio.

1 mundi *om.* B 4 nec tamen T 5 unde athomi C 6 volutari T 7 ferre B[1]K infuse K 8 et frutes T: frugesque C 9 or. et ex BC gigni] generari C 11 corpore] pore B[1] num.] animo B[1] 13 velut har. K 16 in corp. at. C 19 divisiones T venies K 20 ut qu. C[1]: et quendam T: et ipsam quendam K *Phill.* momentis T stellam B ut per . . . iam *om.* T 22 In num. *om.* T puto K dividantur octo C[1] 24 quia] quod C insec. est] secari non potest B sicut et litt. B nam et or. C: or. K 25 ver. autem in C syll. autem in C: syllabas in K 26 litt. autem pars C 28 τομὴ *Arev.* dic. div. C

III De elementis. Ὕλην Graeci rerum quandam primam materiam dicunt, nullo prorsus modo formatam, sed omnium corporalium formarum capacem, ex qua visibilia haec elementa formata sunt; unde et ex eius derivatione vocabulum acceperunt. Hanc ὕλην Latini materiam appellaverunt, ideo quia omne informe, unde aliquid faciendum est, semper materia nuncupatur. Proinde et eam poetae silvam nominaverunt, nec in-
2 congrue, quia materiae silvarum sunt. Graeci autem elementa στοιχεῖα nuncupant, eo quod sibi societatis concordia et communione quadam conveniant. Nam sic ea inter se naturali quadam ratione iuncta dicuntur, [ut] modo originem ab igni repetentes usque ad terram, modo a terra usque ad ignem, ut ignis quidem in aera desinat, aer in aquam densetur, aqua in terram crassescat; rursusque terra diluatur in aquam, aqua
3 rarescat in aera, aer in ignem extenuetur. Quapropter omnia elementa omnibus inesse, sed unumquodque eorum ex eo quod amplius habet accepisse vocabulum. Sunt autem divina providentia propriis animantibus distributa: nam caelum angelis, aerem volucribus, mare piscibus, terram hominibus ceterisque animantibus Creator ipse inplevit.

IV De caelo. Caelum vocatum eo quod, tamquam caelatum vas, inpressa lumina habeat stellarum veluti signa. Nam caelatum dicitur vas quod signis eminentioribus refulget. Distinxit enim eum Deus claris luminibus, et inplevit; sole scilicet et lunae orbe fulgenti et astrorum micantium splendentibus signis
2 adornavit. [Alias autem a superiora caelando.] Hic autem Graece οὐρανὸς dicitur ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι, id est a videndo, eo quod aer perspicuus sit et ad speculandum purior. Caelum autem in Scripturis sanctis ideo firmamentum vocatur, quod sit

1 qu. rer. primam *C* quondam *K* 4 form. s. un. *om. K* 5 qu. in om. inf. *K* 8 quia] quod *C* materies silv. *K* 9 nunc.] vocant *B* 11 ut *hab. BK*: *om. CT* 14 terra *om. C* 15 aer ignem *B* 18 propriis *om.* *C*[1] 19 terr. hom. *om. K Phill.* ceteris *C*[1] 20 ipse *om. B*[1] 22 luminaria *K* 23 refulgeat *BK* 25 luna *K* 26 alias . . . caelando *hab. TU*: *om. BCK* a *om. T* celandum *T* Hoc *K* 28 sit ad sp. *T* 29 sanc.] divinis *B* vocatum quod *C*: vocatum eo quod *B*

cursu siderum et ratis legibus fixisque firmatum. Interdum et 3
caelum pro aere accipitur, ubi venti et nubes et procellae et
turbines fiunt. Lucretius (4, 133):

Caelum, quod dicitur aer.

Et Psalmus (79, 2; 104, 12): 'Volucres caeli' appellat, cum
manifestum sit aves in aere volare; et nos in consuetudine
hunc aerem caelum appellamus. Nam cum de sereno vel nu-
bilo quaerimus, aliquando dicimus, 'qualis est aer?', aliquando,
'quale est caelum?'

De partibvs caeli. Aether locus est in quo sidera sunt, V
et significat eum ignem qui a toto mundo in altum separatus
est. Sane aether est ipsud elementum, aethra vero splendor
aetheris, et est sermo Graecus. Sphaera caeli dicta eo quod 2
species eius in rotundum formata est. Sed et quidquid tale
est, a volubilitate sphaera a Graecis dicitur, sicut [et] pilae
quibus ludunt infantes. Nam philosophi dicunt caelum in
sphaerae figuram undique esse convexum, omnibus partibus
aequalem, concludentem terram in media mundi mole libratam.
Hunc moveri dicunt, et cum motu eius sidera in eo fixa ab
oriente usque ad occidentem circumire, septentrionibus breviores
gyros iuxta cardinem peragentibus. Axis est Septentrionis linea 3
recta, quae per mediam pilam sphaerae tendit; et dicta axis
quod in ea sphaera ut rota volvitur, vel quia ibi plaustrum est.
Cardines extremae partes sunt axis; et dictae cardines eo quod 4
per eos vertitur caelum. Poli sunt circuli qui currunt per axem. 5
Horum alter est Septentrionalis, qui numquam occidit, appel-
laturque Boreus; alter Australis, qui numquam videtur, et Au-
stronotius dicitur. Et dicti poli quod sint axium cycli, ex usu

1 cursus dierum *K* (*non Phill.*) et rat. le. fi. *om. K* (*non Phill.*) firmamentum *KT* (*non Phill. U*) 2 eare *T* proc. turb. T^1 4 caelo *Lucr.* aera *T* 10 sunt sid. caeli *B* 11 mundo *om.* B^1 12 sa. et aeth. B^1 *vel* αἴθρα: aethera *codd.* 13 dic.] vocata *B* 14 sed qu. *K* 15 sp. Graec. *T* et *hab. CT*: *om. BK* 18 congruentem terr. *K* 19 movere (mob-) *BK* 20 sept. partibus bre. *B* 21 septentrionalis *dett.* (*cf.* III. xxxvi) 22 per diam T^1 23 quod] quia *BK* in ea sp. *om. K* vol.] tenditur *B* 24 dicta *B*: dicti *CT* eo *om. B* 25 eas *B* volvitur *B* per ax. curr. *B* 26 alt. sept. *C* appellatur Bor. *T* 27 austronothus *K*

plaustrorum, a poliendo scilicet nominati. Sed polus Boreus
semper videtur, Austronotius numquam; quia dextra caeli al-
6 tiora sunt, pressa austri. Convexa extrema caeli sunt, a cur-
vitate dicta. Nam convexum curvum est et inclinatum, et in
7 modum circuli flexum. Lacteus circulus via est quae in sphaera
videtur, a candore dicta, quia alba est. Quam aliqui dicunt
viam esse qua circuit sol, et ex splendoris ipsius transitu ita
lucere.

VI De circvlis caeli. Habitatio ista caeli circulorum di-
stincta zonis quasdam partes temperie sua incolere permisit,
quasdam negavit enormitate frigoris aut caloris. Zonae autem
ipsae quinque sunt, quae ideo zonae vel circuli appellantur eo
2 quod in circumductione sphaerae existunt. Quorum primus
circulus ideo ἀρκτικὸς appellatur eo quod intra eum Arctorum
signa inclusa prospiciuntur, quae a nostris in ursarum speciem
3 ficta Septentriones appellantur. Secundus circulus ex eo θερινὸς
τροπικὸς dicitur quia in eo circulo sol Aquilonis finibus aestatem
faciens ultra eum circulum non transit, sed statim revertitur; et
4 inde τροπικὸς appellatur. Tertius circulus ἡμερινός, qui a Latinis
ideo aequinoctialis appellatur eo quod sol, cum ad eum orbem
pervenerit, aequinoctium facit. Ἡμερινὸς enim Latine dies di-
citur atque nox, quo circulo dimidia sphaerae pars constituta
5 respicitur. Quartus circulus ἀνταρκτικὸς vocatur eo quod con-
6 trarius sit circulo quem ἀρκτικὸν nominamus. Quintus circulus
χειμερινὸς τροπικός, qui a Latinis hiemalis sive brumalis appella-
tur, ideo quia sol cum ad eum circulum pervenerit, hiemem his,
qui ad Aquilonem sunt, facit, aestatem autem his, qui Austri

1 sed solus *K* 2 austronothus *K* quia] quod *C* 4 curvum] caelum *K Phill.* : *om. C* est incl. *C* 5 circuli *dett.* : circum *codd.* 6 quam] quod *B* alii dic. *K* 7 quam *Phill.* : omnia *K* *cap.* VI (*cf.* III. XLIV) Hab. c. *B* : Tertia hab. c. *K* 11 cal. aut frig. *B* 15 sig. incl. p. *om. T* prospiciuntur *KO Phill.* : praespiciuntur (pre-) *BDX* : persp. *CT* quae a nostris *X* : que ansis *T* (*pro* a n̄sis, *i. e.* a nostris) : qui ansis C^1 : quae mansis *BF* : quem ansis *D* : quae axis *KO Phill.* (axis *in ras.*) 16 fictae *B* septentrionales C^1 17 quia] quod *B* 20 id. noctialis *B* 21 faci*t B^1 23 resp.] praespicitur (pre-) *CT* : prospicitur *K* : praescribitur *B* 23 vocatus *B* 26 pervenerit *TK ante corr.* : pervenit *CK ex corr.* : venerit *B* 27 aest.] statim B^1 qui ad austr. *B*

partibus commorantur. Zodiacus [autem] circulus est . . . 7

De aere et nvbe. Aer est inanitas plurimum habens VII admixtum raritatis quam cetera elementa. De quo Vergilius (Aen. 12, 354):

Longum per inane secutus.

Aer dictus ἀπὸ τοῦ αἴρειν, ab eo quod ferat terram, vel ab eo quod feratur. Hic autem partim ad terrenam, partim ad caelestem materiam pertinet; nam ille subtilis, ubi ventosi ac procellosi motus non possunt existere, ad caelestem pertinet partem; iste vero turbulentior, qui exhalationibus humidis corporescit, terrae deputatur; quique ex se multas species reddit. Nam commotus ventos facit; vehementius concitatus ignes et tonitrua; contractus nubila; conspissatus pluviam; congelantibus nubilis nivem; turbulentius congelantibus densioribus nubilis grandinem; distentus serenum efficit. Nam aerem densum nubem esse, nubem rarefactam et solutam aerem. Nubes 2 dictae ab obnubendo, id est operiendo, caelum; unde et nuptae, quod vultus suos velent; unde et Neptunus, quod nubat, id est mare et terram tegat. Nubes autem aeris densitas facit. Venti enim aerem conglobant nubemque faciunt; unde est illud (Virg. Aen. 5, 20):

Atque in nubem cogitur aer.

De tonitrvo. Tonitruum dictum quod sonus eius terreat; VIII nam tonus sonus. Qui ideo interdum tam graviter concutit omnia ita ut caelum discississe videatur quia, cum procella vehementissimi venti nubibus se repente inmiserit, turbine invalescente exitumque quaerente, nubem, quam excavavit, im-

1 autem *hab.* *CT* : *om.* *BK* 2 plurimum *ex* plummum *T ut vid.* 6 vel ab eo . . . terrenam *om.* *T* 7 p. a terrena p. a caelesti *K* 8 illi B^1 subt. ubi *om.* B^1 ventos ac procellos *K* 9 part. pert. *C* : scilicet part. *B* 10 vero *om.* *K* exaltationibus *T* 12 commodos vent. *K Phill.* concitatos B^1 : concitatur in *T* : excitatus *K Phill.* 14 nub. niv. turb. cong. *om.* B^1 nubilis *CT* : nubibus *B* : ****bus *Phill.* : *om.* *K* nivem] venit *T* turbulentus C^1 nubilis *CT* : nubibus *BK* 15 effecit *KT* aer *T* densam C^1 16 solutum *B* Nubem ab obnuuendo *K* : Nubem ab nuendo *Phill.* 17 aperiendo B^1 20 nuuesque fac. unde et ill. *K* 22 atque in *om.* B^1 24 ideo *om.* *C* 25 discessisse *K* : discisse *T* procellae *B* 26 vehementissime *B* : -mus C^1 inmiserint *K* 27 exitum C^1 incavavit *K*

petu magno perscindit, ac sic cum horrendo fragore defertur
2 ad aures. Quod mirari quis non debeat, cum vesicula quamvis parva magnum tamen sonitum displosa emittit. Cum tonitruo autem simul et fulgura exprimi: sed illud celerius videtur, quia clarum est; hoc autem ad aures tardius pervenire. Lux autem quae apparet ante tonitruum fulgetra vocatur. Quae, ut diximus, ideo ante videtur quia clarum est lumen; tonitruum autem ad aures tardius pervenit.

IX De FVLMINIBVS. Fulgur et fulmen, ictus caelestis iaculi, a feriendo dicti; fulgere enim ferire est atque percutere. Fulmen autem conlisa nubila faciunt. Nam omnium rerum conlisio ignem creat, ut in lapidibus cernimus, vel attritu rotarum, vel in silvis arborum: simili modo in nubibus ignis, unde et
2 prius nubila sunt, deinde ignes. Vento autem et igni fulmina in nubibus fieri et inpulsu ventorum emitti. Ideo autem fulminis ignem vim habere maiorem ad penetrandum, quia subtilioribus elementis factus est quam noster, id est qui nobis in usu est. Tria sunt autem eius nomina, fulgus, fulgor et fulmen: fulgus, quia tangit; fulgor, quia incendit et urit; fulmen, quia findit; ideo et cum ternis radiis finguntur.

X De ARCV ET NVBIVM EFFECTIBVS. Arcus caelestis dictus a similitudine curvati arcus. Iris huic nomen proprium est. Et dicitur iris quasi aeris, id est quod per aera ad terras descendat. Hic autem a sole resplendet, dum cavae nubes ex adverso radium solis accipiunt et arcus speciem fingunt; cui varios colores illa dat res, quia aqua tenuis, aer lucidus, et nubes cali-
2 gantes, inradiata ista varios creant colores. Pluviae dictae quod

1 praescindet *B*: praescindit *T*: rescindit *C*: proscindit *K* differtur *K* 3 emittat BT^{2} tonitrua au. *T* 4 frigora *B* exprimitur C^{1} illa cel. videntur *K* quia] quod *C* 5 pervenit *C* 6 appareat C^{1} fulgora voc. *B*: fulgor voc. *K* 7 vid.] vocatur B^{1} clar. lum *C* 10 fulmen au. *T*: fulmina au. *BCK* 11 nubilia C^{1}: lumina BKC^{2} 12 creat] cremat C^{1} 14 dei. ignis *K* Ex ven. *BC*: In ven. *K* autem] enim *C* 18 fulg. fulg. et fulm. *om. C* fulgor] fulgur *T* (*non XO*) 19 quod *C* fulgor] fulgur *T* (*non XO*) quod *C* 20 et ideo *C* pinguntur *K* 22 a sim. dic. *C* propr. nom. *B* 23 desc. ad ter. *C* 25 accip.] aspiciunt *B* 26 caliginantes *T* 27 inradiat i. *K*: inradiatas C^{1} dic. eo qu. *C*

fluant, quasi fluviae; nascuntur enim de terrae et maris anhelitu.
Quae cum altius elevatae fuerint, aut solis calore resolutae, aut
vi ventorum conpressae, stillantur in terris. Nimbus est densi- 3
tas nubis intempesta et obscura; et inde nimbus a nube. Sunt
autem nimbi repentinae et praecipites pluviae. Nam pluvias
vocamus lentas et iuges, quasi fluvias, quasi fluentes. Imbres 4
autem et ad nubes et ad pluvias pertinent, dictae a Graeco vo-
cabulo quod terram inebrient ad germinandum. Ex his enim
cuncta creantur, unde et Lucretius (1, 715):

> Ex igni, terra atque anima nascuntur et imbri.

Est autem nomen Graecum. Grando appellata quod forma 5
eius granorum similitudinem habeat. Haec autem ventorum
rigore durantur in nube, ac solidantur in nivem, ruptoque aere
solvuntur. Nix a nube, unde venit; et glacies a gelu et aqua, 6
quasi gelaquies, id est gelata aqua. Gelus autem quod eo strin- 7
gatur tellus; γῆ quippe terra dicitur. Tunc autem maiori gelu
stringitur terra, cum fuerit nox serena. Pruina est matutini tem- 8
poris frigus, quae inde pruina nomen accepit quia sicut ignis urit;
πῦρ enim ignis. Vrere enim et ad frigus et ad solem pertinet;
nam uno sermone duo diversa significantur, pro eo quod unum
effectum habent. Similis enim vis est et caloris et frigoris, unde
et utraque saxa rumpunt. Nam calor urit, ut est (Virg. Aen.
4, 68):

> Vritur infelix Dido.

Item frigus urit, ut est (Virg. Georg. 1, 93):

> Aut boreae penetrabile frigus adurat.

1 terra *K*   2 quaecumque alt. C^1 3 conprehense *T*   stellantur B^1 terras *C*   Lymbus *K*   4 in tempestate et *T*   nimbo a *K*: nimbi a *B*   5 nam *om.* *C*   6 lentes C^1: limpidas *KO Phill.*   qu. fluvias qu. fluges B^1 (*non X*): *om.* *KO Phill.*   7 dicti *C*   a] autem *B*: *om.* *T*: autem a *C*   8 inebriant *K*   9 un. Lucr. *B*   10 igne *BK*   imbre *K*   11 est . . . Grae. *post* appellata (§ 5) *T*   13 aere solvantur B^1 15 qu. glaquies *T*: qu. gelacies *BCK*   gelatae (-te) aquae *CT*   autem] enim *C*   16 γῆ] tellus C^1T quippe] enim *B*   dic. ter. *C*   17 stringetur *B*   est] autem *C*   maturi *B*   18 quae] qui *B*: quia C^1 19 πῦρ] piro *codd.*   solem] ignem B^1 21 affectum *T*   est ut cal. *T*   22 ut est illud *B*   24 oritur C^1 25 urit ut ut bor. *T*   26 adaurat *T*: adurit *K*

9 Ros Graecum est, quod illi δρόσος dicunt. Alii putant ros
10 dictum quia rarus est, et non spissus ut pluvia. Nebula inde
dicta, unde et nubila, ab obnubendo scilicet, hoc est operiendo,
terram, sive quod nubes volans faciat. Exhalant enim valles
humidae nebulas et fiunt nubes; inde nubilum, inde nives.
Nebulae autem ima petunt cum serenitas est; summa, cum
11 nubilum. Caligo umbra est de spissitudine aeris effecta. Et
12 dicta caligo quod maxime aeris calore gignatur. Tenebrae di-
cuntur quod teneant umbras. Nihil autem sunt tenebrae, sed
ipsa lucis absentia tenebrae dicuntur; sicut silentium non aliqua
res est, sed ubi sonus non est, silentium dicitur; sic tenebrae
13 non aliquid sunt, sed ubi lux non est, tenebrae dicuntur. Vm-
bra est aer carens solem. Dicta autem quod fiat cum solis obi-
cimur radiis. Est autem mobilis et incerta, et ex solis circuitu
et ex motu ventorum. Namque quotiens movetur in sole,
nobiscum movere videtur; quia ubi quoque loco a radiis solis
obstitimus, perinde lumen illi auferimus. Sic et ingredi nobis-
14 cum umbra et gestus nostros videtur imitari. Lux, ipsa sub-
stantia; lumen, quod a luce manat, id est candor lucis: sed
hoc confundunt auctores.

XI De ventis. Ventus [est] aer commotus et agitatus, et
pro diversis partibus caeli nomina diversa sortitus. Dictus
autem ventus quod sit vehemens et violentus. Vis enim eius
tanta est ut non solum saxa et arbores evellat, sed etiam
2 caelum terramque conturbet, maria commoveat. Ventorum
quattuor principales spiritus sunt. Quorum primus ab oriente
Subsolanus, a meridie Auster, ab occidente Favonius, a se-
ptentrione eiusdem nominis ventus adspirat; habentes geminos

1 diciunt C^1 2 quod rarum est et non spissum *K Phill.* ut est pl. *B* inde *om.* *B* 5 nive *K* 6 s. cum nubilo *K* : nubilum s. *B* 8 quod] quia *C* colore *T* gignantur *B* : densatur *K Phill.* : gignitur *C* 9 umbram *K* sed et ip. C^1 10 luce abs. *B* 11 sic et ten. *K* 12 Ombra *Isid.* ? 13 autem *om.* *C* obicitur *BC* 16 nubis cum movere *B* : nubes (nuves) commovere *K Phill.* : nobis commoveri *C* ibi B^1*K Phill.* quoquo *B* a *om.* *T* 17 abstitimus *C* il. lu. *T* 19 lu. quia *B* : luminum quod *K* 20 hec *K* 21 est *hab.* *CT* : *om.* B^1*K* 22 sortitur *C* : sortitis *T* 24 vellat BC^1 25 terram *C* 28 venti adsp. *K* habens *B*

hinc inde ventorum spiritus. Subsolanus a latere dextro Vul- 3
turnum habet, a laevo Eurum: Auster a dextris Euroaustrum,
a sinistris Austroafricum: Favonius a parte dextra Africum, a
laeva Corum: porro Septentrio a dextris Circium, a sinistris
Aquilonem. Hi duodecim venti mundi globum flatibus cir-
cumagunt. Quorum nomina propriis causis signata sunt: nam 4
Subsolanus vocatus eo quod sub ortu solis nascatur; Eurus eo
quod ab ἠῶ fluat, id est ab oriente; est enim coniunctus
Subsolano; Vulturnus, quod alte tonat. De quo Lucretius 5
(5, 745):

> Altitonans Vulturnus et Auster fulmine pollens;

Auster ab auriendo aquas vocatus, unde et crassum aerem 6
facit et nubila nutrit. Hic Graece *νότος* appellatur, propter
quod interdum corrumpat aerem. Nam pestilentiam, quae
ex corrupto aere nascitur, Auster flans in reliquas regiones
transmittit; sed sicut Auster pestilentiam gignit, sic Aquilo
repellit. Euroauster dictus quod ex una parte habeat Eurum,
ex altera Austrum. Austroafricus, quod iunctus sit hinc et 7
inde Austro et Africo. Ipse et Libonotus, quod sit ei Libs
hinc et inde Notus. [Favonius nuncupatus eo quod foveat 8
fruges ac flores. Hic Graece Zephyrus, quia plerumque vere
flat; unde est illud (Virg. Georg. 1, 44):

> Et Zephyro putris se gleba resolvit.]

Zephyrus Graeco nomine appellatus eo quod flores et germina
eius flatu vivificentur. Hic Latine Favonius dicitur propter
quod foveat quae nascuntur. Austro autem flores solvuntur,
a Zephyro fiunt. Africus a propria regione vocatus; in Africa 9
enim initium flandi sumit. Corus est qui ab occidente aestivo 10

3 Fav. . . . Afr. *om.* *C*[1] dex. par. *B* 4 Corum] eurum *B* Aquil. a sin. *B* 6 cau.] ex cau. *BC*: pro cau. *K*: *om.* *T* signa *B*[1] 8 ἠῶ (*vel* ἠοῖ)] eo *codd.* (*etiam OX Phill.*): Eoo *dett.* fluat *B*[1]*K Phill. O*: flat *TX* est or. *K Phill.* 9 quod] quia *B* 11 fulmineo *T* terrens *K* (*teste Kleinio*) (*non N*) 13 facit] habet *B* propt. int. *T* 16 pestilentias gig. *K* 18 ab alt. *K* Aust. eo qu. *T* 19 ipse Lib. *K* ei libs] elips *BKO*: lips *X* 20 Fav. . . . resolvit *hab.* *CT*: *om.* *BK* 21 hinc *T* zaffirus *T*: *fort. scribend.* zeverus *aut* zeferus (*aliter Sadée*, p. 24) 27 Africas *C*[1]

flat. Et vocatus Corus quod ipse ventorum circulum claudat,
et quasi chorum faciat. Hic antea Caurus dictus, quem
plerique Argesten dicunt, non ut inprudens vulgus Agrestem.
11 Septentrio dictus eo quod circulo septem stellarum consurgit,
12 quae vertente se mundo resupinato capite ferri videntur. Cir-
cius dictus eo quod Coro sit iunctus. Hunc Hispani Gallicum
vocant, propter quod eis a parte Galliciae flat. Aquilo dictus
13 eo quod aquas stringat et nubes dissipet; est enim gelidus
ventus et siccus. Idem et Boreas, quia ab Hyperboreis monti-
bus flat; inde enim origo eiusdem venti est; unde et frigidus
est. Natura enim omnium septentrionalium ventorum frigida
14 et sicca est, australium humida et calida. Ex omnibus autem
15 ventis duo cardinales sunt: Septentrio et Auster. Etesiae
autem flabra Aquilonis sunt, quibus nomen inditum est quod
certo anni tempore flatus agere incipiunt; ἐνιαυτὸς enim Graece,
annus Latine dicitur. Haec autem cursum rectum a Borea in
16 Aegyptum ferunt, quibus Auster contrarius est. Duo sunt
autem extra hos ubique spiritus magis quam venti: aura et
17 altanus. Aura ab aere dicta, quasi aeria, quod lenis sit motus
aeris. Agitatus enim aer auram facit; unde et Lucretius (5,503):

Aerias auras.

18 Altanus, qui in pelago est, per derivationem ab alto, id est
mari, vocatus. Nam alter est flatus in ripis quem diximus
19 auram; nam aura terrae est. Turbo est volubilitas ventorum;
et turbo dictus a terra, quotiens ventus consurgit et terram in
20 circuitum mittit. Tempestas aut pro tempore dicitur, sicut
ubique historiographi solent, dum dicunt, 'ea tempestate';
aut ab statu caeli, quia magnitudine sui multis diebus
oritur. Verno autem et autumnali tempore quam maximae
fiunt tempestates, quando nec plena est aestas, nec plena

4 qu. a circ. *T* circolos *K* surgit *K* 5 vertentes se *K* ferre *K* 8 dissepit *K* 9 boreus *CKT* qui ab *B* 10 eius inventa est *K* 12 sicca aust. *K* autem *om.* *T* 15 certus *K* enim *om.* *T* 17 au. sunt *B* 19 ab aera *T* 24 t. esse *B*: terra est *T* volubitas *T* 25 dictus *om.* *K* (*non Phill.*) surgit *K* 26 Temp. autem *T Phill.* 28 aut sub sta. *C*[1] multos *T*: certis *K Phill.* 29 quam maxime *CT*: maxime *K Phill.* 30 te. fi. *B* pl. aestas *K*

hiems; unde et medium et confine utriusque temporis ex
coniunctione aerum contrariorum efficiuntur tempestates.
Fragor a fractarum rerum nominatus est sonitu, quia sicca 21
quaeque et arida facile frangit. Procella ab eo quod percellat, 22
id est percutiat et evellat; est enim vis venti cum pluvia. Pro-
cellae enim aut de fulminibus, aut de ventis fiunt. Nihil autem
velocius ventis; unde et propter celeritatem tam ventos quam
fulmina alata fingunt poetae, ut (Virg. Aen. 8, 430):

Alitis Austri.

De aqvis. Aqua dicta quod superficies eius aequalis sit; XII
hinc et aequor appellatum, quia aequaliter sursum est. Duo 2
autem validissima vitae humanae elementa ignis et aqua; unde
graviter damnantur quibus ignis et aqua interdicitur. Aquarum 3
elementum ceteris omnibus imperat. Aquae enim caelum
temperant, terram fecundant, aerem exhalationibus suis incor-
porant, scandunt in sublime et caelum sibi vindicant. Quid
enim mirabilius aquis in caelo stantibus? Parum sit in tantam 4
pervenisse altitudinem; rapiunt et secum piscium examina;
effusae omnium in terra nascentium causa fiunt. Fruges gig-
nunt, arbores, frutices herbasque produnt, sordes detergunt,
peccata abluunt, potum cunctis animantibus tribuunt.

De diversitate aqvarvm. Aquarum naturae diversitas XIII
multa est: aliae enim salis, aliae nitri, aliae aluminis, aliae
sulphuris, aliae bituminis, aliae curam morborum adhibentes.

1 un. med. *T* utrisque *C* un. med. et conf. utr. temp. ex coni. rerum contrariarum efficit temp. *Servius ad Georg.* 1, 311 2 coniunct.] condicione *K Phill.* aerum *ex* earum *B* 3 fractorum B^1T est] a *K* quia] quod *B*: quae C^1 5 vis] unius B^1KO *Phill.* 6 de fluminibus aut de montibus *Serv. ad Aen.* 5, 772 nihil . . . ventis *om. T* autem] enim *C* 7 velocitatem *K Phill.* 8 flumina *BTC* pingunt *K* 9 alatis *K Phill.* *Sequitur figura ventorum, suprascripto* DVODECIM VENTI. MVNDI ROTA CIRCVMDAT, *in T* 11 quia] quod *C* 12 au. sunt val. *K* igne *K* un. et gr. *K* 14 aqua en. c. temperat t. fecundat *T* 15 aerem . . . incorp. *om.* C^1 16 ascendunt *T* 17 mirabilis C^1 Parvum sit *C*: Quarum si *K* 18 pervenisset *K* et] eo *Plin. N. H.* 31, 2 exagmina C^1: exanima *T* 19 causae K^1 frug. producunt *B*: flores gignuntur *K*: *om.* T^1 20 frut.] fruges *K* producunt *BC* 22 *Hoc capitulum edidit Rich. Gropius* (*Weilburg.* 1889), *pluribus collatis codicibus* natura *K*

2 Nam iuxta Romam Albulae aquae vulneribus medentur. In
Italia fons Ciceronis oculorum vulnera curat. In Aethiopia
lacus est quo perfusa corpora velut oleo nitescunt. Zamae fons
in Africa canoras voces facit. Ex Clitorio lacu Italiae qui
3 biberint vini taedium habent. In Chio insula fontem esse quo
hebetes fiant. In Boeotia duo fontes; alter memoriam, alter
4 oblivionem adfert. Cyzici fons amorem Veneris tollit. Boeotiae
lacus furialis est, de quo qui biberit ardore libidinis exardescit.
In Campania sunt aquae quae sterilitatem feminarum et viro-
rum insaniam abolere dicuntur. In Aethiopiae fonte Rubro
5 qui biberit lymphaticus fit. Leinus fons Arcadiae abortus fieri
non patitur. In Sicilia fontes sunt duo, quorum unus sterilem
fecundat, alter fecundam sterilem facit. In Thessalia duo sunt
flumina: ex uno bibentes oves nigras fieri, ex altero albas, ex
6 utroque varias. Clitumnus lacus in Vmbria maximos boves
gignit. Reatinis paludis aquis iumentorum ungulas indurari.
In Asphaltite lacu Iudaeae nihil mergi potest, quidquid animam
7 habet. In Indis Siden vocari stagnum, in quo nihil innatat,
sed omnia merguntur. At contra in Africae lacu Apuscidamo
omnia fluitant, nihil mergitur. Marsidae fons in Phrygia saxa
egerit. In Achaia aqua profluit e saxis Styx appellata, quae
8 ilico potata interficit. Gelonium stagnum Siciliae tetro odore
abigit proximantes. Fons est in Africa circa templum Ammonis,
qui humoris nexibus humum stringit: favillas etiam in cespitem
solidat. Fons Iob in Idumaea quater in anno colorem mutare
dicitur: id est pulverulentum, sanguineum, viridem et limpi-
dum; ternis mensibus in anno tenens ex his unum colorem.

1 metentur *K* 3 olivo *T* 5 Chio] Cea *Plin. N. H.* 31, 15 6 fiunt *C* duos *K* 7 adferat *K*: afferet *U* humorem *K* et Boe. *C* 9 stelitatem *T* vivorum *B*[1] 11 Lethinus *C*: Lethnus *BT*: Lethanus *K* 13 tessalonia *K* 15 utraque *C* 16 indurare *BK* 18 vocare *B*: vocatur *K* 19 Africae] alce *BCK Mon.* (*et Isid.*): alche *T* Apusc.] per porcidamum *codd.* (posc- *Mon.*) 20 inmergitur *K* 21 geret *T*: gerit *BCK* profl. exaxis *K* quia *B*: quod *CT* 22 siliciae *C* tet. ordine adficit *C*[1] 24 nixibus *B* humum] limum *K* 25 solitat *K* quater] qui ter *B* 26 pulberentum *T* videm limp. *B*[1] 27 ex his un. col. *om. KOP*

In Trogodytis lacus est; ter [in] die fit amarus et deinde 9
totiens dulcis. Fons Siloa ad radicem montis Sion non iugibus
aquis, sed in certis horis diebusque ebullit. In Iudaea quon-
dam rivus sabbatis omnibus siccabatur. In Sardinia fontes 10
calidi oculis medentur, fures arguunt; nam caecitate detegitur
eorum facinus. In Epiro esse fontem in quo faces extinguntur
accensae et accenduntur extinctae. Apud Garamantes fontem
esse ita algentem die ut non bibatur, ita ardentem nocte ut non
tangatur. Iam vero in multis locis aquae manant perpetim 11
ferventes, tanta vi ut balnea calefaciant. Quaedam enim terrae sunt quae multum sulphuris et aluminis habent. Itaque cum per venas calentes aqua frigida venit, vicino sulphuris calore contacta excandescit, nec talis ab origine effluit, sed permutatur dum venit. Sulphur enim alumenque secum ferunt aquae; utramque materiam igne plenam minimisque motibus incalescentem.

De mari. Mare est aquarum generalis collectio. Omnis XIV
enim congregatio aquarum, sive salsae sint sive dulces, abusive
maria nuncupantur, iuxta illud (Genes. 1, 10): 'Et congrega-
tiones aquarum vocavit maria.' Proprie autem mare appel-
latum eo quod aquae eius amarae sint. Aequor autem vocatum 2
quia aequaliter sursum est; et quamvis aquae fluctuantes velut
montes erigantur, sedatis rursus tempestatibus adaequantur.
Altitudo enim maris diversa est, indiscreta tamen dorsi eius
aequalitas. Ideo autem mare incrementum non capere, cum 3
omnia flumina, omnes fontes recipiat, haec causa est: partim quod influentes undas ipsa magnitudo eius non sentiat: deinde, quod amara aqua dulce fluentum consumat; vel quod ipsae nubes multum aquarum ad se attrahant; sive quod illum

1 trogoditis *BCT*: trocoditis *K* in *hab. BKT*: *om. C* 3 diebus eb. *K* 4 omnibus *om.* *B*[1] 7 accensa *K* 8 bibatur . . . ut non *om.* *C*[1] 9 tangantur *C*[1] manent *C*[1] 11 sulph.] fulgoris *B* 12 vicinus *B* sulph.] fulgoris *B* 13 scandescit *T*: caliscit *KOP*: candescit *B* fluit *K* 14 sulphur] flumen *B* secum] sexum *F*: *om. B* 15 mirisque *KOP* 18 congr.] generatio *B* salsi *K* 21 aqua *K* 22 rursum *CK* 25 non *om.* *B*[1] 26 omnesque fon. *K* 27 magn.] multitudo *K* 28 quia am. *K* fluentem *C*[1] consummat *K* 29 trahant *C* illum *BT*[1] *ut vid.*: illud *KT*[2] *ut vid.*: illam *C*

partim auferant venti, partim sol exsiccet; postremum, quod per occulta quaedam terrae foramina percolatus, et ad caput amnium fontesque revolutus recurrat. Maris autem certum ⟨non⟩ esse colorem, sed pro qualitate ventorum mutari; nam modo flavum est, modo lutulentum, modo atrum.

XV De oceano. Oceanum Graeci et Latini ideo nominant eo quod in circuli modum ambiat orbem. [Sive a celeritate, eo quod ocius currat.] Item quia ut caelum purpureo colore nitet: oceanus quasi κυάνεος. Iste est qui oras terrarum amplectitur, alternisque aestibus accedit atque recedit; respirantibus enim in profundum ventis aut revomit maria, aut resorbet.
2 Quique a proximis regionibus diversa vocabula sumpsit: ut Gallicus, Germanicus, Scythicus, Caspius, Hyrcanus, Athlanticus, Gaditanus. Nam Gaditanum fretum a Gadibus dictum, ubi primum ab Oceano maris Magni limen aperitur; unde et Hercules cum Gadibus pervenisset, columnas ibi posuit, sperans illic esse orbis terrarum finem.

XVI De mediterraneo mari. Mare Magnum est quod ab occasu ex Oceano fluit et in meridiem vergit, deinde ad septentrionem tendit; quod inde magnum appellatur quia cetera maria in conparatione eius minora sunt. Iste est et Mediterraneus, quia per mediam terram usque ad orientem perfundi-
2 tur, Europam et Africam Asiamque disterminans. Cuius primae partis sinus, qui in Hispaniis perfunditur, Ibericus et Balearicus appellatur. Deinde Gallicus, qui Narbonensem provinciam adluit. Mox Ligusticus, qui iuxta Genuam urbem est proximus. Post haec Tyrrhenus, qui Italiam adtingit; quem Graeci Ionium, Itali Inferum vocant. Inde Siculus, qui a Sicilia usque ad Cretam vadit. Deinde Creticus, qui in Pamphyliam et Aegy-

1 exsiccit postr. *K*: exs. et postr. *T* 3 incertum *C*: certum non *dett.* (*cum Serv. ad Aen.* 5, 2) 5 luculentum *B* 6 Oc. et Gr. et *CT* 7 in *om. K* sive a cel. . . . curr. *hab. TUX*: *om. BCKO* 8 ut *om. B* 10 alternis aest. *KO*: abternisque aest. *T*: alternis cladibus *B*: ab alternisque aest *X* 11 profundis *K* revomet *KTU*: removet *BC*[1]*T* resolvit *K*: resolvet *B* 16 volumnas *K* sibi *C*[1] potuit *B* 17 orbem *K* finem *om. T* 18 est *om. K* 19 ex] in *K* 21 istud *C* mediterreus *C*[1] 23 As. africamque *B* 24 qui *om. K* hispaniam *K* 26 adludit *B ante corr.* proximus *ex* positus *K*

ptum pertendit. Deinde Hellespontus, qui in septentrionem 3
retorquens, anfractibus magnis iuxta Graecias et Illyricum in
angustias septem stadiorum stringitur; quo Xerses ponte
navibus facto in Graeciam commeavit: ibi est Abydos. Inde
diffusus aequore patenti rursus stringitur et facit Propontidem;
qui mox in quingentos passus coartatur, fitque Bosphorus
Thracius, quo Darius copias transportavit. Inde Ponticus 4
sinus amplissimus a tergo Maeotidis paludibus; quod mare ex
multitudine fluminum dulcius quam cetera, nebulosumque et
brevius. Vnde et Pontum vocatum, quod sit pervius; atque
eo praeter phocas et thynnos atque delphinos, alias beluas
maiores non patitur. Sicut autem terra dum una sit, pro 5
diversis locis variis appellatur vocabulis, ita et pro regionibus
hoc mare magnum diversis nominibus nuncupatur: nam Iberi-
cum et Asiaticum a provinciis dictum; ab insulis Balearicum,
Siculum, Creticum, Cyprium, Aegeum, Carpatium. Nam inter
Tenedum et Chium saxum est in mare potius quam insula,
quod visentibus procul caprae simile creditur, quam Graeci
αἶγα nuncupant, unde et Aegeum mare est dictum; sic et
Carpatium mare inter Aegyptum et Rhodum ab insula Car-
pato illic posita. A gentibus Gallicum, Ausonium, Dalmatium, 6
Ligusticum. Ab oppidis Argolicum, Corinthium, Tyrium,
Adriaticum. Nam Adria quaedam civitas Illyrico mari proxima
fuit, quae Adriatico mari nomen dedit. A positione caeli, ut 7
Superum et Inferum; quod sit oriens superior, occidens inferior;
est autem Tuscum et Adriaticum. A memoria regis, ut Ionium.
Io quippe rex fuit Graeciae, unde [et] Iones Athenienses. Hoc
mare et Tyrrhenum dictum, sive quod Tusciam adluit, id est
Tyrrheniam, sive a Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare prae-

2 retroquens *C* magnis] multis *K* graeciam (gre-) *BK* 3 exerses *K* 5 rursum *K* 6 fitque] sicque *B* 7 que Dar. *B*: quadrius *T* transportabit *T*: transportabat *K* 8 a tergo *om. C* paludis *dett.* 10 brevius (breb-) *BCDFGT*: pervium *KNO* ponticum *C* brevius *B* 11 bellas *C*[1] 13 et pro] e *K* 15 asicum *B*[1] 16 Aegeum *om. T* 18 quod Grae. *B* 19 un. egeum *C* 20 rodanum *T* carpado *K* 22 libusticum *BCT* ab] ob *C* 24 no. ma. *K* 27 et *hab. BC*: *om. KT* 28 dictum] dicitur *T* sive quia *B* adludit *B ante corr.*

cipitaverunt. Et sciendum Ionium sinum esse inmensum, ab
Ionia usque ad Siciliam, et huius partes esse Adriaticum,
Achaicum et Epiroticum. A moribus accolarum Euxinus,
8 Axenus ante appellatus. A casibus hominum qui deciderunt
in mare, ut Hellespontum, Icarium, Myrteum. Nam Myrteum
mare dictum a Myrtili lapsu, quod illic ab Oenomao praecipi-
tatus sit. Icarus vero Cretensis, ut fabulae ferunt, altiora petens,
pinnis solis calore solutis mari, in quo cecidit, nomen inposuit.
Phrixus quoque cum Helle sorore sua fugiens insidias novercales
conscendit navem signum arietis habentem, qua liberatus est.
Helles autem soror eius perpessa naufragium decidit in mare,
9 et mortua Hellesponti mari nomen dedit. Ab ordine fluenti
Propontis. Nam dictum Propontum quia Pontum praevenit.
Item et a transitu vel angustis meatibus boum Bosphorus.
Aegyptius autem pelagus Asiae datur, Gallicus Europae,
Africus Libyae: his ut quaeque proxima sunt, venerunt in
10 partes. Pelagus autem est latitudo maris sine litore et portu.
Graeco nomine ἀπὸ τοῦ πλαγίου, hoc est a latitudine, dictus;
unde et plagia, eo quod sint inportuosa.

XVII De sinibus maris. Sinus dicuntur maiores recessus maris,
ut in mari Magno Ionius, in Oceano Caspius, Indicus, Persicus,
Arabicus, qui et mare Rubrum, qui Oceano adscribitur.
2 Rubrum autem mare vocatum eo quod sit roseis undis in-
fectum; non tamen talem naturam habet qualem videtur
ostendere, sed vicinis litoribus vitiatur gurges atque inficitur;
quia omnis terra, quae circumstat pelago, rubra est et san-
guineo colori proxima. Ideoque inde minium acutissimum

1 sciend. est Ion. *C* 4 antea *BT* decederunt *K*: deciderint *U*: ceciderunt *T* 5 ut Hell. Icar. *om.* *K* 6 la. qui quod *T* pr. s. ab Oen. *K* 7 a. petentes *C*: alatiora ferens *B* 8 solutus *T* mare quo *K* 11 percussa naufragio *K* decedit *K* 12 Hellesponto *dett.* ded. nom. *B* 13 propontidis nam *codd.* 14 idem *codd.* vel] per *T* meatis *C*[1] boum] locum *T* 15 egiptus *T* datus *BK* gallicis *B* 16 uti *T* prox. qu. *B* 17 partes partium *Arev.* (*ex Solin.* 23, 16) 20 Senibus *K* secessus *B* 22 et] ad *K*: et in *C* oceanum adscribet *K* 24 nat.] naturalem *K* 27 acustissimum *T*

excernitur, et alii colores quibus pictura variatur. Ergo cum 3
terra hanc habeat naturam, fluctibus subinde diluitur, et quid-
quid adesum est, in colorem cadit. Ob hoc etiam in his litori-
bus gemmae rubrae inveniuntur. Lapillus enim eiusmodi humo
involutus cum inter arenas attritus est, et terrae colorem habet
et maris. Hoc mare in duos sinus scinditur. Ex his, qui ab 4
oriente est, Persicus appellatur, quia ora illius Persae inhabitant.
Alter vero Arabicus dicitur, quod sit circa Arabiam.

De aestibvs et fretis. Aestus ad Oceanum pertinet, XVIII
fretus ad utrumque mare. Nam aestus est maris accessus vel
recessus, id est inquietudo; unde et aestuaria, per qua mare
vicissim tam accedit quam recedit. Fretum autem appellatum 2
quod ibi semper mare ferveat; nam fretum est angustum et quasi
fervens mare, ab undarum fervore nominatum, ut Gaditanum vel
Siculum; nam freta dicta Varro (L. L. 7, 22) ait quasi fervida,
id est ferventia, et motum fervoris habentia. Fretum Siciliae, 3
quod Rhegium dicitur, Sallustius tali ex causa vocari scribit
dicens (Hist. 4, 26) Italiae olim Siciliam coniunctam fuisse, et
dum esset una tellus, medium spatium aut per humilitatem
obrutum est aquis, aut per angustiam scissum. Et inde Ῥήγιον
nominatum, quia Graece abruptum hoc nomine nuncupatur.
Est autem artissimum trium milium spatio Siciliam ab Italia
dividens, fabulosis infame monstris, cuius hinc inde Scylla et
Charybdis ostenditur. Scyllam accolae saxum mari inminens 4
appellant, simile celebratae formae procul visentibus. Vnde
et monstruosam speciem fabulae illi dederunt, quasi formam
hominis capitibus caninis succinctam, quia conlisi ibi fluctus
latratus videntur exprimere. Charybdis dicta quod gurgitibus 5
occultis naves obsorbeat; est enim mare verticosum, et inde

1 excerpitur *C* picta *B* 2 sub. fluct. *B* et] e *T* 5 tritus *K* habet maris *K* 7 quia] qui *K* 8 vero *om.* *K* 10 est *om.* *C* 11 aestuaria] est maria *B* quae *BC*: quam *K* 13 ma. sem. *B* et angust. *C*[1] 16 Fretus *K* 17 vocare *B* 18 adiunctam *K* 20 obruptum *T* 21 greci *K* abrutum *T*[1]: obruptum *B* 22 spatium *K* Siciliam *om.* *C*[1] 25 videntibus *C* 26 il. nomen ded. *B* 27 cap. succ. can. quorum latr. conl. *C*[1] 28 videantur *K* 29 absorbeat *K* et inde] proinde *K*

ibi laniata naufragia profundo emergunt. Ter autem in die
erigit fluctus, et ter obsorbet; nam accipit aquas ut vomat,
6 vomit ut rursus accipiat. Syrtes sunt harenosa in mari loca.
Syrtes autem Sallustius (Iug. 78, 3) a tractu vocari dicit, quod
omnia ad se trahant, et adpropinquanti vadoso mari haereant.
Haec autem ad mare Aegyptium vicinae sunt, et pariter admis-
cuntur. Vada vero sunt per qua in mari vel in fluminibus
homines vel animalia pedibus vadunt, quae Vergilius (Aen.
1, 111) brevia appellat, Graeci βραχέα.

XIX De lacis et stagnis. Sunt autem et quaedam maria
quae non miscuntur Oceani fluctibus aut mari Magno, et
2 dicuntur lacus et stagna. Lacus est receptaculum in quo aqua
retinetur nec miscetur fluctibus, ut lacus Asphalti, ut lacus
Benacus et Larius, et ceteri quos Graeci λίμναι, id est stagnos,
vocant. Nam fontes labuntur in fluviis; flumina in freta dis-
currunt; lacus stat in loco nec profluit. Et dictus lacus
3 quasi aquae locus. Lacus Asphalti idem et mare Mortuum
vocatum propter quod nihil gignit vivum, nihil recipit ex genere
viventium. Nam neque pisces habet neque adsuetas aquis et
laetas mergendi usu patitur aves, sed et quaecumque viventia
mergenda temtaveris, quacumque arte demersa statim resiliunt,
et quamvis vehementer inlisa confestim excutiuntur; sed neque
ventis movetur resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnis
stagnatur, neque navigationis patiens est, quia omnia vita
carentia in profundum merguntur, nec materiam ullam sustinet,
4 nisi quae bitumine inlustratur. Lucernam accensam ferunt
supernatare, extincto demergi lumine. Hoc et mare Salinarum
dicitur, sive lacus Asphalti, id est bituminis; et est in Iudaea
inter Iericho et Zoaran. Longitudo eius usque ad Zoaras

2 absorbet *B* 3 rursum *C* 5 trahuant *K* adpropinquante *B*[1] 6 haec] hoc *T* 7 maria *BKT* vel in] et *K* 8 vel] et *K* 10 et *om.* *B*[1] 11 aut] ut *T* 14 λίμναι] limen *codd.* 15 fontes *om.* *K* fluviis] fluminibus *T* 16 profluet *T*: fluit *K* 18 gign**it *T* recepit *K* 20 sed quaecumq. *T* 21 demissa *B* 23 resistentibus *K* quo aqua *ex* qua oqua *T* 24 navigationi *T* 25 carenti *T* mergit *K* 26 quae] qui *K* 27 extinctam l. mergi *K*: extinctam dimergi flumine *B*[1]

Arabiae dirigitur stadiis septingentis octuaginta; latitudo
stadiis centum quinquaginta usque ad viciniam Sodomorum.
Lacus Tiberiadis ab oppido Tiberiade vocatus, quod quondam 5
Herodes in honorem Tiberii Caesaris condidit. Est autem in
Iudaea omnibus lacis salubrior, et ad sanitatem corporum
quodammodo efficacior. Circuit stadia . . . Genesar lacus 6
amplissimus in Iudaea longitudine centum quadraginta extenditur stadiis, latitudine quadraginta diffunditur, crispantibus aquis,
auram non ventis, sed de se ipso sibi excreans. Vnde et
Genesar dicitur Graeco vocabulo, quasi generans sibi auram;
denique per diffusiora spatia lacus frequentibus auris spirantibus
agitatur; unde et purior haustus eius, et ad potandum dulcis
et habilis. Benacus lacus Italiae in Venetia, de quo fluvius 7
nascitur Mincius; qui lacus magnitudine sui tempestates imitatur marinas. Lucrinus et Avernus lacus Campaniae sunt. 8
Lucrinus autem dictus quia olim propter copiam piscium
vectigalia magna praestabat. Avernus autem lacus vocatus
quod aves ibi supervolare non possent; nam antea silvarum
densitate sic ambiebatur ut exhalantis inde per angustias aquae
sulphureae odor gravissimus supervolantes aves halitu suo
necaret: quam rem Augustus Caesar intellegens, deiectis silvis
ex pestilentibus amoena reddidit loca. Lacus autem idem et 9
stagnus, ubi inmensa aqua convenit. Nam dictus est stagnus
ab eo quod illic aqua stet nec decurrat.

De abysso. Abyssus profunditas est aquarum inpenetra- XX
bilis, sive speluncae aquarum latentium, e quibus fontes et flumina procedunt; vel quae occulte subter eunt, unde et abyssus
dictus. Nam omnes aquae, sive torrentes, per occultas venas
ad matricem abyssum revertuntur. Fluctus dicti quod flatibus 2
fiant. Ventorum enim inpulsu agitatae aquae fluctuant. Aqua

2 vicinia *BT*: vicina *C*: viniam *K* 3 quondam] quidam *K* 4 honorem] opere *K* 6 quodamm.] quemadmodum *B* circuit stadia *om. K* (*non N*) 9 se *om. K* 12 un. eo pur. *T* 13 lacus *bis T* 17 vocatur *BCK* 18 possint *BK* nam et an. *T* 19 exhalans *Serv. ad Aen.* 3, 442 20 av. alitu s. negari *K* 22 Locus *K* item *C*: *om. T*[1] 24 currat *K* 25 aqua inp. *T* 26 patentium *K* 27 subter reunt *T* unde et . . . sive *om. K* 29 revertunt *K* 30 fiat *K* agitante *T*

3 est stativa et sine motu aequalis. Vnda vero, eminens liquor qui semper in motu est. Lucretius (2, 151):

Aerias undas,

id est motus, et corpus illud quod refluctuat. Nam nec unda per se aqua est, sed aqua in motu quodam et agitatione, quasi
4 ab eundo et redeundo, unda vocata. Latex proprie liquor
5 fontis est; et dicta latex quod in venis terrae lateat. Gutta est quae stat, stilla, quae cadit. Hinc stillicidium, quasi stilla cadens. Stiria enim Graecum est, id est gutta: inde fit diminutivum, ut dicamus stilla: dum autem stat, aut pendet de tectis vel arboribus, quasi glutinosa gutta est;
6 dum ceciderit, stilla est. Spuma dicta [est] ab eo quod spuatur; sordes enim sunt undarum; unde et mustum et ea quae coquuntur spuma purgantur. Hinc et sputum.

XXI De fluminibus. Fluvius est perennis aquarum decursus, a fluendo perpetim dictus. Proprie autem flumen ipsa aqua, fluvius cursus aquae. Prius autem flumen quam fluvius, id est prior aqua quam decursus. Duo autem sunt fluminum genera: unum torrens, alterum vivum. De quo Vergilius (Aen. 2, 719):

Donec me flumine vivo
abluero.

2 Torrens est aqua veniens cum impetu. Dictus autem torrens quia pluvia crescit, siccitate torrescit, id est arescit. De quo Pacuvius (13):

Flammeo vapore torrens torret.

Cui Graeci ab hieme nomen dederunt, nos ab aestate; illi a
3 tempore quo succrescit, nos a tempore quo siccatur. Amnis fluvius est nemore ac frondibus redimitus, et ex ipsa amoenitate

1 Vndae *K* 2 qui *om.* *K* 3 varias *C* fundas K^1 6 voc. est *C* 7 et *om.* *C* 8 hinc et st. *K* 9 cad. est *C* stria T^1 (*cf.* XVII. viii. 5) 10 aut] vel *C* 11 quasi *om.* C^1 glutino *K* 12 Spuma] stilla *B* est *hab.* *CT* : *om.* B^1K quod] quo *T* 13 estuatur *K* 14 coguntur *K* 15 perennem B^1 cursus *K* 17 cursus] cuius *BK* prius] prior *BCOTX* 18 sunt au. *B* : sunt *K* 19 alter *C* : *om.* *K* 22 abluere *T* 26 flammeo] flammoque *T* (*non U*) vap. te torrens torret *M* : vaporem quod succresscit *N* (*non OPDF*) 29 est *om.* *B*

amnis vocatus. Decursus proprie finis cursus, sive aquarum sit 4
seu quarumlibet rerum. Rivi dicti quod deriventur ad inri-
gandum, id est ad inducendum aquas in agris; nam inrigare
inducere est. Gurges proprie locus altus in flumine. Puteus 5
est locus defossus ex quo hauritur aqua, a potatione dictus.
Fons caput est aquae nascentis, quasi aquas fundens. Quidam 6
autem fluviorum propriis ex causis nomina acceperunt, ex quibus
nonnulli notandi sunt qui in historiis celebres memorantur.
Geon fluvius de Paradiso exiens atque universam Aethiopiam 7
cingens, vocatus hoc nomine quod incremento suae exundatio-
nis terram Aegypti inriget; γῆ enim Graece, Latine terram signi-
ficat. Hic apud Aegyptios Nilus vocatur propter limum quem
trahit, qui efficit fecunditatem; unde et Nilus dictus est, quasi
νέαν ἰλύν: nam antea Nilus Latine Melo dicebatur. Apparet au-
tem in Nilide lacu, de quo in meridiem versus excipitur Aegypto,
ubi Aquilonis flatibus repercussus aquis retroluctantibus in-
tumescit, et inundationem Aegypti facit. Ganges fluvius, quem 8
Phison sancta Scriptura cognominat, exiens de Paradiso pergit
ad Indiae regiones. Dictus autem Phison, id est caterva, quia
decem fluminibus magnis sibi adiunctis inpletur et efficitur
unus: Ganges autem vocatus a rege Gangaro Indiae. Fertur
autem Nili modo exaltari, et super Orientis terras erumpere.
Tigris fluvius Mesopotamiae de Paradiso exoriens et pergens 9
contra Assyrios, et post multos circuitus in mare Mortuum
influens. Vocatus autem hoc nomine propter velocitatem,
instar bestiae tigris nimia pernicitate currentis. Euphrates 10
fluvius Mesopotamiae de Paradiso exoriens, copiosissimus
gemmis, qui per mediam Babyloniam influit. Hic a frugibus,
vel ab ubertate nomen accepit, nam Hebraice Ephrata fertili-

1 vocatur *T* Decurrens *C*[1] 3 nam rigare *K* 4 lacus *BCT* 5 lacus *B*[1]*C* auriatur *C* 6 est cap. *K* 8 mem.] nominantur *K* 9 a. versam terram Aeth. *K* 10 inundationis *K* 13 effecit *K* 15 Nilide] nilo *C*[1] exc. in Aeg. *C* 16 repercussus repressus (*delet.*) *C* 18 cognominatur *C*[1]: commemorat *K* 21 vocatur *C* 22 Nili] nilusquelini (*delet.*) nili *K* modo] mo *C*[1] exaltare *BT*: exalare *K* terram *T* 26 tigri *C*[1]: *om.* *B*[1] currenti *T* 27 oriens *C* 28 hic frug. *T*[1] 29 accipit *C* euphrata (-f-) *codd.*

tas interpretatur: Mesopotamiam enim in quibusdam locis
ita inrigat, sicut Nilus Alexandriam. Sallustius autem, auctor
certissimus, asserit (Hist. 4, 77) Tigrim et Euphraten uno fonte
manare in Armenia, qui per diversa euntes longius dividuntur
spatio medio relicto multorum milium; quae tamen terra, quae
ab ipsis ambitur, Mesopotamia dicitur. Ex quo Hieronymus
(sit. et nom. 202) animadvertit aliter de Paradisi fluminibus in-
11 tellegendum. Indus fluvius orientis, qui Rubro mari accipitur.
12 Hystaspes fuit Medorum rex antiquissimus, ex quo amnis
orientis nomen accepit, qui nunc Hydaspes dicitur. De quo
Lucanus . . . Qui dum sit fluvius Persarum, dicitur tamen contra
13 orientem decurrere. Araris fluvius orientis. De quo Vergilius
(Ecl. 1, 63):

Aut Ararim Parthus bibet.

14 Currit enim per Parthiam et Assyriam. Bactrus fluvius orientis
a rege Bactro vocatus fertur; a quo et Bactriani et urbs eorum.
15 Choaspis Persarum fluvius, vocatus eorum lingua quod miram
aquae dulcedinem habeat, adeo ut Persici reges quamdiu inter
ripas Persidis fluit, sibi ex eo pocula vindicarunt. Ex hoc amne
16 quidam Cydnum Ciliciae fluvium derivari existimant. Araxis
amnis Armeniae, qui ab uno monte cum Euphrate diversis
specubus oritur, dictus quod rapacitate cuncta prosternit.
Vnde et cum Alexander eum transgredi vellet, ponte fabricato,
tanta vi inundavit ut pontem dirueret. Hic brevibus intervallis
ab Euphratis ortu caput tollit, ac deinde Caspium fertur in
17 mare. Fluvius Syriae qui vocatur Orontes iuxta Antiochiae

1 enim *KT*: etenim *BC* 2 autem *om. C* 5 spatio] stadio *K* 6 Mes. dic. *om. T* 7 aliter advertit *B*: animadvertit *K* de] in *K* 8 Inde C^1 quae *B* 9 Histaspes *T*: Staspes *BDU*: Stasper C^1: Staspis *K*: Stapis *N* 10 idaspis *codd.* *Lucani versus* (3, 236 *et* 8, 227–8) *add. dett.* (*non DOUX*) 11 fluv. orientis Pers. *C* dicitur *om.* C^1 14 ut Arar. *T* araritus parta *K* 15 Parth. ad asiam *K* 18 quamd. . . . sibi *om.* C^1 19 Persidis] persicas *K* fluit] fuerunt *B* vindicarint *dett.* 20 cignum *codd.* 21 diversa specie *BKT*: in diversis specubus *C*: diversa specu *Schwarz* 22 prosternat *C* 24 inabundavit *T* 25 ac deinde *om. T* 26 mari Icam (§ 17) *KOP*: maricam *N* (*non DFU*) (*ex* mari cā, *i. e. capitulum novum*) Or.] orientis *codd.* (*etiam FN*: origentis *DU*)

muros decurrens, qui a solis ortu oriens non longe ab urbe
mari conditur, quem de originis suae tractu Orontem veteres
Latine appellavere. Cuius fluentis ex ipso impetu frigidioribus,
et zephyris assidue ibi spirantibus tota civitas momentis prope
omnibus refrigeratur. Iordanis Iudaeae fluvius, a duobus fon- **18**
tibus nominatus, quorum alter vocatur Ior, alter Dan. His
igitur procul a se distantibus in unum alveum foederatis, Ior-
danis deinceps appellatur. Nascitur autem sub Libano monte,
et dividit Iudaeam et Arabiam; qui per multos circuitus iuxta
Iericho in mare Mortuum influit. Eusis Caucaseis montibus **19**
fusus cum pluribus aliis in Eusinum se praecipitat mare; unde
et nuncupatur. Cydnus amnis Ciliciae e Tauro monte progre- **20**
diens, miram aquarum habens suavitatem, et quia quidquid
candidum est, 'cydnum' gentili lingua Syri dicunt. Vnde et
amni huic nomen datum, quia tumet aestate, quando nives
solvuntur; reliquis anni temporibus tenuis est et quietus.
Hylas fluvius Asiae. Pactolus fluvius Asiae, harenas aureas **21**
trahens: de quo Vergilius (Aen. 10, 142):

Pactolusque inrigat auro.

Quem pro aurato fluore aliter Chrysorrhoam vocant. Hermus **22**
fluvius Asiae qui Smyrneos secat campos, et ipse fluctibus
aureis et harenis plenus; a quo et Smyrna vocata est. Maean- **23**
der amnis Asiae flexuosus, qui recurrentibus ripis inter Cariam
et Ioniam praecipitatur in sinum qui Miletum dividit et
Prienen; Maeander autem vocatus quod sit flexuosus et num-
quam currat rectus. De quo Ovidius (Met. 2, 246):

Curvis ludit Maeander in undis.

1 qui a] qua *T* urb. in mare *C* 2 conditum *codd.* or. s. ortu (*delet.*) tractatu *C*[1] orientem *codd.* (*vix recte*) 3 frigidioris *T* 5 hominibus *T* 6 voc. alt. *C* his *om. K* 8 autem] enim *T* 10 Vsis *KO*: Euxis *X*: Phasis (Fasis) *Arev.* (*ex Ambros. Hexaem.* 2, 3, 12), *vix tamen Isid.* 11 Eusinum (*i. e.* Euxinum)] eusim *C* 12 Citnus *B*[1]: Cignus *CK* siciliae *K* e] et *B*: a *T* 14 cithnum *B*: cignum *CK* *fort.* inde et *om. BK* 15 amni] cigni *K* datum est *C* nive *B* 17 fluvius (*alt.*) *om. K* 20 aliter] alii *K* 22 et (*alt.*) *om. K* 23 fluviosus et rec. *K* Cariam *Arev.* (*ex Solin.* 40, 8): asiam *codd.* 25 prienam *BCT*: tricenam *K* 27 curvus *B* luet *K*

24 Tanus fuit rex Scytharum primus, a quo Tanais fertur fluvius nuncupatus, qui ex Riphaeis silvis veniens dirimit Europam ab Asia, inter duas mundi partes medius currens atque in Pontum
25 fluens. Inachus Achaiae amnis Argolicos inrigans campos, quem rex Inachus a se nominavit, qui exordium Argivae gentis primus dedit. Ibi et Erymanthus ab Erymantho monte de-
26 missus. Padus Italiae fluvius a iugis Alpium fusus ex tribus fontibus oritur; ex quibus uni vocabulum est Padus, qui diffusus in modum stagni amnem sinu digerit; a quo et Padus est nuncupatus. Hic a Graecis Eridanus cognominatus, ab Eridano Solis filio, quem Phaethontem dicunt; qui fulmine percussus in eodem fluvio deiectus est et extinctus. Augetur autem exortu Canis liquescentibus nivibus, et cum accessione triginta fluminum circa Ravennam in Adriaticum mare defertur.
27 Tiberis Italiae fluvius a Tiberino rege Albanorum dicitur appellatus, qui in hunc fluvium cecidit, et de exitu suo nomen dedit. Nam antea Albula antiquum nomen a colore habuit, quod nivibus albus sit. Ipse est autem Tibris, qui et Tiberis; sed
28 Tiberis in cotidiano sermone, Tibris in versu dicitur. Danubius Germaniae fluvius vocari fertur a nivium copia quibus magis augetur. Iste est qui in Europa plus omnibus habet famam. Idem et Ister, quia dum per innumeras vadit gentes, mutat et nomen et maiores sibi ambiendo colligit vires. Oritur a Germanicis iugis et occidentalibus partibus barbarorum, pergens contra orientem: sexaginta in se fluvios recipit: septem
29 ostiis in Pontum influit. Rhodanus Galliae fluvius ab oppido Rhodo cognominatus, quem coloni Rhodiorum locaverunt;

1 primus *om.* *T* 2 nuncupatas *C*[1] 5 rex *om.* *K* in achaia se *B* arcivae *B*: aricive *T* 6 dimissus *CKT* 8 uno voc. *B*: unum vocatum *K* defusus *B* 9 stagni] *an* padulis (*i.e.* paludis)? sinu] nisu *K* digerit] direxit *C*[1]: dirigit *dett.* 10 nunc.] nominatus *K* cogn. est ab *C* 13 autem *om.* *K* Canis] solis *B* aquescentibus *K* 14 circa *om.* *K* in atrico mari *K* differtur *BK* 15 tiberiano *C*[1] Alb. *om.* *B*[1] 16 in *om.* *T*[1] cec. fluv. *B* 17 antiquum] amnis *K* 18 est *om.* *C*[1] au. *om.* *T* au. et Tiberis (*delet.*) Tibr. qui Tib. *K*: au. tiberis qui et tibris *C* 20 nivium *om.* *K* 22 et *om.* *T*[1] 24 a *om.* *T* germanis *K* iugis] burgis *B*[1] *ut vid.* *KOX* 27 col. doriorum *T*[1] vocaverunt *BC*

qui rapido concitus cursu, Tyrrheni aequoris freta scindens,
non modicum saepe navigantium facit periculum, dum inter se
maris fluctus et amnis fluenta decertant. Rhenus a Rhodani 30
societate fertur vocatus, quoniam cum eodem ex una provincia
oritur. Est autem Germaniae fluvius inter tres Europae maxi-
mos fluvios conputatus, qui a iugo Alpium usque in Oceani
profunda cursus suos dirigit.

Iberus amnis, qui quondam totius Hispaniae nomen dedit. 31
Mineus fluvius Galliciae nomen a colore pigmenti sumpsit, qui 32
in eo plurimus invenitur. Durius a Graecis, quasi Doricus. 33
Tagum fluvium Cartago Hispaniae nuncupavit, ex qua ortus
procedit; fluvius harenis auriferis copiosus, et ob hoc ceteris
fluviis Hispaniarum praelatus. Baetus fluvius, qui et Baeticae 34
provinciae nomen dedit. De quo Martialis (12, 98, 1):

> Baetis olivifera crinem redimite corona,
> aurea qui nitidis vellera tingis aquis;

eo quod ibi lanae pulchro colore tinguntur. Baetis autem
dictus eo quod humili solo decurrat: †bitin† enim Graeci
humile vel mersum vocant. Quaedam autem flumina in diluvio 35
soluta mole terrarum praeclusa sunt, quaedam vero, quae non
erant, abyssi tunc ruptis meatibus eruperunt.

DE DILVVIIS. Diluvium dictum quod aquarum clade XXII
omnia quae inundaverit deleat. Primum diluvium extitit sub 2
Noe, quando hominum sceleribus offensus Omnipotens, toto
orbe contecto, deletis cunctis, unum spatium caeli fuit ac pe-
lagi. Cuius indicium hactenus videmus in lapidibus quos in
remotis montibus conchis et ostreis concretos, saepe etiam
cavatos aquis visere solemus. Secundum diluvium fuit in 3

2 navigantibus *B* 4 quoniam] quod *C* eadem *T* 5 maximus flubius *T* 6 fluvios *om.* *K* 8 Iberius *B* 10 plurimum *K*: pluribus *T* Dorius *CK* 12 fulvius *T* aurenis *B* 15 oliae (? ve) fera *T*: olilibae fera *B*: olifera *C* crimen *BK*: cimen *T* coronam *codd.* 16 auream *BK* tingit *C* aquis *om.* *T* 18 bitin *BT*: betin *K*: biten *C*: *βαθύ vel βυθόν Arev.* 19 humilem *B* 20 solita *B* perclusa *T* 21 tum *K* abruptis *C* eruerunt *K* 25 or. terrarum con. *K* contento *K*: contacto B^1 unium *K* ac] et *C* 26 lap.] paludibus *KNOP* (*non DFG*) 27 et ct tostreis *T* 28 ves*cre *B*

Achaia Iacob patriarchae et Ogygi temporibus, qui Eleusinae
4 conditor et rex fuit, nomenque loco et tempori dedit. Tertium diluvium in Thessalia Moysi vel Amphictyonis temporibus fuit, qui tertius post Cecropem regnavit. Cuius temporibus aquarum inluvies maiorem partem populorum Thessaliae absumpsit paucis per refugia montium liberatis, maxime in monte Parnaso; in cuius circuitu Deucalion tunc regno potiebatur, qui tunc ad se ratibus confugientes susceptos per gemina Parnasi iuga fovit et aluit. A quo propterea genus hominum Graecorum fabulae ex lapidibus reparatum ferunt ab eo propter
5 hominum insitam cordis duritiam. Sed et flumina cum insolitis aucta imbribus ultra consuetudinem, vel diuturnitatem vel magnitudinem, redundant multaque prosternunt, et ipsa diluvium dicuntur. Sciendum autem, flumina cum supra modum crescunt, non tantum ad praesens inferre damna, sed etiam et aliqua significare futura.

3 vel Amph.] deucalion C^1 5 part. mai. *B* adsumsit *KT* 7 tunc *om.* *K* 10 ferunt] fuerunt C^1 ab eo *om.* *K* 13 prosternant BK^1 15 damna *om.* *K* et ad al. *K*

LIBER XIV

DE TERRA ET PARTIBVS

De terra. Terra est in media mundi regione posita, I
omnibus partibus caeli in modum centri aequali intervallo
consistens; quae singulari numero totum orbem significat,
plurali vero singulas partes. Cuius nomina diversa dat ratio;
nam terra dicta a superiori parte, qua teritur; humus ab in-
feriori vel humida terra, ut sub mari; tellus autem, quia fructus
eius tollimus; haec et Ops dicta, eo quod opem fert frugibus;
eadem et arva, ab arando et colendo vocata. Proprie autem 2
terra ad distinctionem aquae arida nuncupatur, sicut Scriptura
ait (Genes. 1, 10): 'Quod vocaverit Deus terram aridam.'
Naturalis enim proprietas siccitas est terris; nam ut humida
sit, hoc aquarum affinitate sortitur. Cuius motum alii dicunt
ventum esse in concavis eius, qui motus eam movet. Sallu-
stius (Hist. 2, fr. 28): 'Venti per cava terrae citatu rupti aliquot
montes tumulique sedere.' Alii aquam dicunt genetalem in 3
terris moveri, et eas simul concutere, sicut vas, ut dicit Lucretius
(6, 555). Alii σπογγοειδῆ terram volunt, cuius plerumque latentes
ruinae superposita cuncta concutiunt. Terrae quoque hiatus
aut motu aquae inferioris fit, aut crebris tonitruis, aut de con-
cavis terrae erumpentibus ventis.

De orbe. Orbis a rotunditate circuli dictus, quia sicut rota II
est; unde brevis etiam rotella orbiculus appellatur. Vndique
enim Oceanus circumfluens eius in circulo ambit fines. Divisus

1 pos. reg. *B* 4 cuius] cui *C* 5 ter.] regitur *B*[1] 6 quia] quod *K* 7 dic. est eo *K* 8 eadam *T* et col. *om. T* 9 a distinctione *K* aridae *K* 10 quod] quia *B* 11 siccitatis *CT* est terra *T* 13 movit *K* 14 concava *G* citati *BCDFKMNOP*[1]: praecipitati (pre-) *GTU*: praecipitata *X Mon.* rupti . . . sedere *om. M*: aliquot . . . sedere *om. N* 15 montes *om. KOPC*[1] (*non Mon.*) tumilique *O* (*non P*): tumidique *D* (*non FG Mon.*) venti per cava t. precipitati rupti *codd. Isidori de nat. rer.* 46, 2 genetalem *Arev.* (*ex Serv. ad Georg.* 2, 479): generalem *codd.* 16 ea sim. *K* 17 σπογγ.] spungo idem *C*: sfungo (sp-, *etc.*) eandem *BKT* volunt *CT*: vocant *BK* pleraeque (-re-) *CT* 18 ru. ventis quorum motu sup. *C*[1] concutiuntur *C*[1] 19 aq. in inf. *T* 22 un. et brev. eti. *K* orbicus *C*[1] 23 ambit] habet *K* diversos *K*

est autem trifarie : e quibus una pars Asia, altera Europa, tertia
2 Africa nuncupatur. Quas tres partes orbis veteres non aequa-
liter diviserunt. Nam Asia a meridie per orientem usque ad
septentrionem pervenit ; Europa vero a septentrione usque ad
occidentem ; atque inde Africa ab occidente usque ad meri-
3 diem. Vnde evidenter orbem dimidium duae tenent, Europa
et Africa, alium vero dimidium sola Asia ; sed ideo istae duae
partes factae sunt, quia inter utramque ab Oceano mare Ma-
gnum ingreditur, quod eas intersecat. Quapropter si in duas
partes orientis et occidentis orbem dividas, Asia erit in una, in
altera vero Europa et Africa.

III De Asia. Asia ex nomine cuiusdam mulieris est appellata,
quae apud antiquos imperium tenuit orientis. Haec in tertia
orbis parte disposita, ab oriente ortu solis, a meridie Oceano,
ab occiduo nostro mare finitur, a septentrione Maeotide lacu
et Tanai fluvio terminatur. Habet autem provincias multas et
regiones, quarum breviter nomina et situs expediam, sumpto
2 initio a Paradiso. Paradisus est locus in orientis partibus con-
stitutus, cuius vocabulum ex Graeco in Latinum vertitur hortus :
porro Hebraice Eden dicitur, quod in nostra lingua deliciae
interpretatur. Quod utrumque iunctum facit hortum delicia-
rum ; est enim omni genere ligni et pomiferarum arborum con-
situs, habens etiam et lignum vitae : non ibi frigus, non aestus,
3 sed perpetua aeris temperies. E cuius medio fons prorumpens
totum nemus inrigat, dividiturque in quattuor nascentia flumina.
Cuius loci post peccatum hominis aditus interclusus est ; septus
est enim undique romphea flammea, id est muro igneo accin-
4 ctus, ita ut eius cum caelo pene iungat incendium. Cherubin
quoque, id est angelorum praesidium, arcendis spiritibus malis

2 Afr. quae et libia nu. *C* (*non U*) 3 dixerunt *K* 5 ab orientem *K* 6 orb. medium *K* 7 ve. medium *K* 8 utraque *KT* 9 quod] qui *BT* quapr.] unde *C* 10 part. id est or. *C* in un. alt. *T* *seq. figura orbis terrarum in CT* 12 ex *om.* *T*[1] 21 interpretantur *CT* 23 fr. nec aest. *T* 24 veris *an* aeris *inc.* *T* Hec huius med. *T* : Cuius med. *Ovet. extr.* : Per c. medium *K* 25 inrigans diviturque *K* (*non Ovet. extr.*) 26 sept. en. *K* 27 flamma *T* 28 cum *om.* *K* iungit *K* (*non Ovet. extr.*) incendio *K* 29 praesidio *K*

super rompheae flagrantiam ordinatum est, ut homines flammae,
angelos vero malos angeli submoveant, ne cui carni vel spiritui
transgressionis aditus Paradisi pateat. India vocata ab Indo 5
flumine, quo ex parte occidentali clauditur. Haec a meridiano
mari porrecta usque ad ortum Solis, et a septentrione usque ad
montem Caucasum pervenit; habens gentes multas et oppida,
insulam quoque Taprobanen gemmis et elephantis refertam,
Chrysam et Argyren auro argentoque fecundas, Tilen quoque
arboribus foliam numquam carentem. Habet et fluvios Gangen 6
et Indum et Hypanem inlustrantes Indos. Terra Indiae Fa-
vonii spiritu saluberrima in anno bis metit fruges: vice hiemis
Etesias patitur. Gignit autem tincti coloris homines, elephantos
ingentes, monoceron bestiam, psittacum avem, ebenum quoque
lignum, et cinnamum et piper et calamum aromaticum. Mittit 7
et ebur, lapides quoque pretiosos: beryllos, chrysoprasos et
adamantem, carbunculos, lychnites, margaritas et uniones,
quibus nobilium feminarum ardet ambitio. Ibi sunt et montes
aurei, quos adire propter dracones et gryphas et inmensorum
hominum monstra inpossibile est. Parthia ab Indiae finibus 8
usque ad Mesopotamiam generaliter nominatur. Propter in-
victam enim Parthorum virtutem et Assyria et reliquae proximae
regiones in eius nomen transierunt. Sunt enim in ea Aracusia,
Parthia, Assyria, Media et Persida, quae regiones invicem sibi
coniunctae initium ab Indo flumine sumunt, Tigri clauduntur,
locis montuosis et asperioribus sitae, habentes fluvios Hydaspem
et Arbem. Sunt enim inter se finibus suis discretae, nomina
a propriis auctoribus ita trahentes. Aracusia ab oppido suo 9

1 r. fraglantiam *T*: romphea flagranti *C* 2 angelis subm. *K* carnis *T* vel] ne cui *C* 3 paradi *C*¹ 8 fecundam *C* Tilen] utilem *codd.* : utilen *F* 9 folia *F*: foliis *C* (*non Ovet. extr.*) arentibus *C* Hab. fluv. *T* 10 indun *C*: nidam (-an) *BFKT Ovet. extr.* hipanem (ip-, -en) *codd.* (*etiam Ovet. extr.*) prolustrantes *C* 11 bis in an. *B* 13 minoceron *T* 14 Mit. eb. *C* 15 lapis *B*¹ byrillum chrisophrasum *K* 16 lignites *codd.* 18 adiri *C* gry.] ifas *B*¹ 21 vir. Par. *CK* 22 in ei. nom. transierunt *T*: ei. nom. traxerunt *BCK* *i. e.* Arachosia 24 resumunt *K* 26 enim] autem *C* (*non Ovet. extr.*) inter] a *K* suis *om.* *C* discreti *K* 27 traentum *T*

nuncupata. Parthiam Parthi ab Scythia venientes occupaverunt, eamque ex suo nomine vocaverunt. Huius a meridie Rubrum mare est, a septentrione Hyrcanum salum, ab occidui solis plaga Media. Regna in ea decem et octo sunt, porrecta
10 a Caspio litore usque ad terras Scytharum. Assyria vocata ab Assur filio Sem, qui eam regionem post diluvium primus incoluit. Haec ab ortu Indiam, a meridie Mediam tangit, ab occiduo Tigrim, a septentrione montem Caucasum, ubi portae Caspiae sunt. In hac regione primus usus inventus est purpurae, inde primum crinium et corporum unguenta venerunt et odores, quibus Romanorum atque Graecorum effluxit luxuria.
11 Media et Persida a regibus Medo et Perso cognominatae, qui eas provincias bellando adgressi sunt. Ex quibus Media ab occasu transversa Parthia regna amplectitur, a septentrione Armenia circumdatur, ab ortu Caspios videt, a meridie Persidam. Huius terra Medicam arborem gignit, quam alia regio minime parturit. Sunt autem Mediae duae, maior et minor.
12 Persida tendens ab ortu usque ad Indos, ab occasu Rubrum mare habet, ab aquilone vero Mediam tangit, ab austro Carmaniam, quae Persidae adnectitur, quibus est Susa oppidum nobilissimum. In Persida primum orta est ars magica, ad quam Nebroth gigans post confusionem linguarum abiit, ibique Persas ignem colere docuit. Nam omnes in illis partibus solem
13 colunt, qui ipsorum lingua El dicitur. Mesopotamia Graecam etymologiam possidet, quod duobus fluviis ambiatur; nam ab oriente Tigrim habet, ab occiduo Euphraten. Incipit autem a septentrione inter montem Taurum et Caucasum; cuius a meridie sequitur Babylonia, deinde Chaldaea, novissime Arabia

1 nunc.] nominata *Ovet. extr.* : *om. K* scidia *C*[1] : india *K* (*non Ovet. extr.*) 2 huius] huic *C* 3 saltum *K* occiduo *BT* : -dua *CK* 4 so. *om. K* 9 in hanc regionem *BKT* 10 primum *om. C* 12 Medo] medio *B* cognominata *K* 15 videt *om. K* (*non Ovet. extr.*) mer. quidem Pers. *K* (*non Ovet. extr.*) 16 terram *CKT* 18 ab ort. solis *C* 19 Med.] meridiem *B* Carm.] armeniam *K* 20 persidi *C* 21 in perside (-dae) *TC* : in persa *K* 22 nemroth *B* 24 colent *C*[1] ips.] illorum *K* 25 possedit *K* ambitur *T* 26 habent ab occidente *K*

εὐδαίμων. Babyloniae regionis caput Babylon urbs est, a qua 14
et nuncupata, tam nobilis ut Chaldaea et Assyria et Mesopo-
tamia in eius nomen aliquando transierint. Arabia appellata, 15
id est sacra; hoc enim significare interpretatur; eo quod sit
regio turifera, odores creans: hinc eam Graeci εὐδαίμων, nostri
beatam nominaverunt. In cuius saltibus et myrrha et cinna-
mum provenit: ibi nascitur avis phoenix, sardonyx gemma,
et iris, molochites et paederota ibi invenitur. Ipsa est et Saba,
appellata a filio Chus, qui nuncupatus est Saba. Haec autem
angusto terrae tractu ad orientem versus ad Persicum sinum
extenditur, cuius septentrionalia Chaldaea claudit, occasum
sinus Arabicus. Syriam Syrus quidam perhibetur indigena a 16
suo vocabulo nuncupasse. Haec ab oriente fluvio Euphrate,
ab occasu mari nostro et Aegypto terminatur, tangens a septen-
trione Armeniam et Cappadociam, a meridie sinum Arabicum.
Situs eius porrectus in inmensam longitudinem, in lato angustior.
Habet autem in se provincias Commagenam, Phoeniciam et 17
Palaestinam, cuius pars est Iudaea absque Sarracenos et Naba-
theos. Commagena prima provincia Syriae a vocabulo Com-
magae urbis nuncupata, quae quondam ibi metropolis habe-
batur. Huius est a septentrione Armenia, ab ortu Mesopotamia,
a meridie Syria, ab occasu mare Magnum. Phoenix Cadmi 18
frater de Thebis Aegyptiorum in Syriam profectus apud Sidonem
regnavit, eamque provinciam ex suo nomine Phoeniciam ap-
pellavit. Ipsa est ubi est Tyrus, ad quem Esaias (23) loquitur.
Habet autem ab oriente Arabiam, a meridie mare Rubrum.
Palaestina provincia Philistim urbem metropolim habuit, quae 19
nunc dicitur Ascalon, ex qua civitate omnis circa eam regio
Palaestina est nuncupata. Huius ab oriente mare Rubrum

1 εὐδ.] eodemon *BC*: eodomon *T*: eudemon est *K* regione *T* quo *BC* qu. nuncupatam nob. *T* 3 transierunt *T* 4 significat interpretatum *C* 5 hinc e.] hanc enim *T* eodemon *BC*: eudemon *K*: eodomon *T* 6 salt. mirram *K* 7 sardonia *T* 8 ibi] illic *B* est *om. C* 9 appellata *om. K* a fil.] alio *K* 11 clauditur *K* 12 ind. suo *B* 14 nos. quo Aeg. *K* (*non Ovet. extr.*) 16 porr. inm. *T*: prolatus in inm. *B* 17 Comm. et Phoen. et *C* 18 pars] par *K* 20 habeb.] vocabatur *B* 21 Armenia *om. BK* 24 provinciam *om. K* (*non Ovet. extr.*)

occurrit, a meridiano latere Iudaea excipitur, a septentrionali
plaga Tyriorum finibus clauditur, ab occasu Aegyptio limite
20 terminatur. Iudaea regio Palaestinae ex nomine Iudae appel-
lata, ex cuius tribu reges habuit. Haec prius Chanaan dicta
a filio Cham, sive a decem Chananaeorum gentibus, quibus
expulsis eandem terram Iudaei possiderunt. Initium longitu-
dinis eius a vico Arfa usque ad vicum Iuliadem porrigitur, in
quo Iudaeorum pariter ac Tyriorum communis habitatio est.
Latitudo autem eius a monte Libani usque ad Tiberiadis lacum
21 extenditur. In medio autem Iudaeae civitas Hierosolyma est,
quasi umbilicus regionis totius. Terra variarum opum dives, fru-
gibus fertilis, aquis inlustris, opima balsamis. Vnde secundum
elementorum gratiam existimaverunt Iudaei eam promissam
patribus terram fluentem mel et lac, cum hic illis Deus resur-
22 rectionis praerogativam polliceretur. Samaria regio Palaestinae
ab oppido quodam nomen accepit qui vocabatur Samaria,
civitas quondam regalis in Israel, quae nunc ab Augusti nomine
Sebastia nuncupatur. Haec regio inter Iudaeam et Galilaeam
media iacet, incipiens a vico cui nomen est Eleas, deficiens in
terra Agrabath. Situs eius natura consimili nec ullo differens
23 a Iudaea. Galilaea regio Palaestinae vocata quod gignat can-
didiores homines quam Palaestina. Haec autem duplex est,
superior et inferior, sibi tamen conexae, Syriae et Phoeniciae
adhaerentes. Terra earum opima et ferax et fructibus satis
24 fecunda. Pentapolis regio in confinio Arabiae et Palaestinae
sita, dicta a quinque civitatibus inpiorum quae caelesti igne
consumptae sunt. Terra amplius ab Hierosolymis olim uber-
rima, nunc autem deserta atque exusta; nam pro scelere inco-
larum de caelo descendit ignis, qui regionem illam in cineres
25 aeternos dissolvit. Cuius umbra quaedam et species in favillis

4 a fil. Cham dic. *B* 5 gentibus] regibus *K* (*non Ovet. extr.*) 7 a] e *K* ad vicum *om.* *K* 9 libano *C* 10 iudae *B*: iudaea *T* 14 melle et lac *T*: lacte et melle *BC* resurrectionem *K* 16 quondam *K* nomine acc. *T* 19 nom. eius est *C*[1] 20 ei. et nat. *K* 21 gignit *K* 22 palestinae *C* 23 superiorum et inferiorum *K* sibi] sive *B*: ubi *K* 24 terras *K* eorum *T* 26 dicta] de qua *B*[1] 28 scel. impiorum incol. *B*

et arboribus ipsis etiam adhuc videtur. Nascuntur enim ibi poma virentia sub tanta specie maturitatis, ut edendi desiderium gignant: si carpas fatiscunt ac resolvuntur in cinerem, fumumque exhalant quasi adhuc ardeant. Nabathea regio a Nabeth 26
filio Ismael nuncupata. Iacet autem inter Iudaeam et Arabiam, et surgens ab Euphrate in mare Rubrum porrigitur, et est pars Arabiae. Aegyptus, qui prius Aeria dicebatur, ab 27
Aegypto Danai fratre postea ibi regnante nomen accepit. Haec ab oriente Syriae ac Rubro mari coniuncta, ab occasu Libyam habet, a septentrione mare Magnum, a meridie vero introrsus recedit, pertendens usque ad Aethiopas; regio caeli imbribus insueta et pluviarum ignara. Nilus solus eam circumfluens 28
inrigat, et inundatione sua fecundat; unde et ferax frugibus multam partem terrarum frumento alit; ceterorum quoque negotiorum adeo copiosa ut inpleat necessariis mercibus etiam orbem terrarum. Finis Aegypti Canopea a Canope Menelai gubernatore, sepulto in ea insula quae Libyae principium et ostium Nili facit. Seres oppidum orientis, a quo et genus 29
Sericum et regio nuncupata [est]. Haec ab Scythico Oceano et mari Caspio ad Oceanum orientalem inflectitur, nobilibus frondibus fertilis, e quibus vellera decerpuntur, quae ceterarum gentium Seres ad usum vestium vendunt. Bactriae regionis 30
proprius amnis Bactros vocabulum dedit. Partes huius quae pone sunt Propanisi iugis ambiuntur, quae adversae sunt Indi fluvii fontibus terminantur; reliqua includit Ochus fluvius. Mittit Bactria fortissimos camelos numquam adterentes pedes. Scythia sicut et Gothia a Magog filio Iaphet fertur cognominata. 31

1 enim *om.* *C* 2 poma] longa *K* (*non Ovet. extr.*) ut ed.] utendi *T* 4 a nabath *C* 7 dic. postea aegyptus ab Aeg. Dan. fr. po. *C* 11 aethiopias *C*: ethiopiam *K* 12 ins. pluv. *T* solus *om.* *T* ea ci. *B* 16 fin. Aeg. *om.* *K* (*non Ovet. extr.*) canopia *B* 17 qui *codd.* 18 genes *B*: gens *CKT* 19 est *hab.* *CT*: *om.* *BK* oceno *T* 20 et *om.* *K* ab oceano orientali *K* inplectitur (im-) *KC* nubilibus *B* 21 vellere *C*[1] discerpuntur *K* ceteris gentibus *T* 22 Bactria *K* regione *C ante corr.*: -ni *K* 23 bactrus *CK* 24 pone *Arev.* (*ex Solin.* 49, 2): pene *T*: planae *BCK* propanis *BCFT Ovet. extr.*: propansis *K* ambitur *T*

Cuius terra olim ingens fuit; nam ab oriente India, a septentrione per paludes Maeotides inter Danubium et Oceanum usque ad Germaniae fines porrigebatur. Postea vero minor effecta, a dextra orientis parte, qua Oceanus Sericus tenditur, usque ad mare Caspium, quod est ad occasum; dehinc a meridie usque ad Caucasi iugum deducta est, cui subiacet Hyrcania ab occasu habens pariter gentes multas, propter terrarum infecun-
32 ditatem late vagantes. Ex quibus quaedam agros incolunt, quaedam portentuosae ac truces carnibus humanis et eorum sanguine vivunt. Scythiae plures terrae sunt locupletes, inhabitabiles tamen plures; nam dum in plerisque locis auro et gemmis affluant, gryphorum inmanitate accessus hominum rarus est. Smaragdis autem optimis haec patria est: cyaneus quoque lapis et crystallus purissimus Scythiae est. Habet et flumina magna
33 Moschorum, Phasiden atque Araxen. Hyrcania dicta a silva Hyrcana, quae Scythiae subiacet, habens ab oriente mare Caspium, a meridie Armeniam, a septentrione Albaniam, ab occasu Iberiam. Est autem silvis aspera, copiosa inmanibus feris, tigribus pantherisque et pardis. De qua Vergilius (Aen. 4, 367):

Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.

34 Albania a colore populi nuncupata, eo quod alba crine nascantur. Haec ab oriente sub mare Caspium surgens, per ora Oceani septentrionalis usque ad Maeotides paludes per deserta et inculta extenditur. Huic terrae canes ingentes sunt, tan-
35 taeque feritatis ut tauros premant, leones perimant. Armenia nuncupata ab Armeno Iasonis Thessali comite, qui amisso rege Iasone collecta multitudine eius, quae passim vagabatur, Armeniam cepit, et ex suo nomine nuncupavit. Sita est autem inter

1 indiae (-ie) *KC* (*pro* India est ?) : India terminabatur *Schwarz* 3 us. ad Germ. *om. T* 4 quae *T* siricus *BCT* 5 ad meridiem *CT* 6 cui] cuius *BT* 7 habentes *BC* pariter *om. K* 8 vacantes *K* 10 vivant B^1 12 affluunt *BK* gr. in inm. *T* hominis *C* 13 cinaeus B^1 : cineus *T* 15 oscorum *codd.* hircanique *K* 20 armorum *T* ub. ti.] tigribus ignes *B* 21 albo *CT* nascuntur *K* 22 mari caspio *K* ora *om. K* 23 septentrionis *B* 24 ostenditur *B* tantae *K* 25 veritatis T^1 : severitates T^2 26 tessari *BK* 27 Ias. et coll. *K* : Iason et coll. *B* vacabatur *K* 28 cep. ex *T*

Taurum et Caucasum a Cappadocia usque ad Caspium mare
protensa, habens a septentrione Ceraunios montes, ex cuius
collibus Tigris fluvius nascitur, et in cuius montibus arca post
diluvium sedisse perhibetur. Duplex est autem Armenia,
superior et inferior, sicut duae Pannoniae. Hiberia regio Asiae 36
est, prope Pontum Armeniae iuncta. In hac herbae tincturae
utiles nascuntur. Cappadociam urbs propria nominavit. Haec 37
in capite Syriae sita ab oriente Armeniam tangit, ab occasu
Asiam minorem, ab aquilone mare Cimmericum et Themiscyrios
campos, quos habuere Amazones; a meridie vero Taurum mon-
tem, cui subiacet Cilicia et Isauria usque ad Cilicium sinum,
qui spectat contra insulam Cyprum. Terra eius ante alias
nutrix equorum. Halys amnis per eam fluit, qui quondam
Lydiae regna disiunxit a Persis. Asia minor ab oriente Cap- 38
padocia cingitur, ab aliis partibus undique mare circumdatur;
nam a septentrione pontum Euxinum habet, ab occasu Propon-
tidem, a meridie Aegyptium mare. Habet provincias Bithy-
niam, Phrygiam, Galatiam, Lydiam, Cariam, Pamphyliam, Isau-
riam, Lyciam atque Ciliciam. Prima Asiae minoris Bithynia 39
in Ponti exordio ad partem solis orientis adversa Thraciae iacet,
multis antea nominibus appellata. Nam prius Bebrycia dicta,
deinde Mygdonia, mox a Bithyno rege Bithynia nuncupata.
Ipsa est et maior Phrygia. Nicomedia urbs in ea est, ubi Han-
nibal fugiens veneni haustu animam exspiravit. Galatia dicta 40
a priscis Gallorum gentibus, a quibus extitit occupata. Nam
Galli in auxilium a rege Bithyniae evocati, regnum cum eo parta
victoria diviserunt, sicque deinde Graecis admixti primum Gallo-
graeci, nunc ex antiquo Gallorum nomine Galatae dicuntur; et
eorum regio Galatia nuncupatur. Phrygia dicta a Phrygia Eu- 41

2 extensa *K* e quibus collibus *C*: e quibus *BK* 4 autem *om. K* 6 hanc C^1 7 urbe *K* 10 Taurum *om. K* (*non Ovet. extr.*) 11 cilicum sin. B^1CT 12 expectant *K* 13 Hal.] alius *K* 17 egiptum *T*: aegipti *K* 19 Prime *T* asia *K* 22 a Bith.] ambitino C^1 23 est mai. *T* est *om. K* 24 austi *T* (*non Ovet. extr.*) extuavit *Ovet. extr.* 25 a quibus *om. T* 26 cum *om.* B^1 parta (c *super* t *scripta*) *K*: parta *corr.* peracta *B* (*non Ovet. extr.*) 28 nunc] uno *T* 29 Eur.] esopi *T*

ropis filia. Haec et Dardania a Dardano Iovis filio dicta. De
quo Homerus ait (cf. Il. 20, 215):

Quem primum genuit caelesti Iuppiter arce.

Hic enim profectus de Corytho civitate primus venit in Phry-
giam. Est autem regio Troadi superiecta ab Aquilonis parte
Galatiae; a meridiana vicina est Lycaoniae; ab oriente Lydiae
adhaeret; ab occidente Hellesponto mari terminatur. Huius
regio Troia est, quam ex suo nomine appellavit Tros, Troiano-
rum rex, Ganymedis pater. Duae sunt autem Phrygiae: maior
et minor. Maior Phrygia Smyrnam habet, minor vero Ilium.
42, 43 Lycaonia . . . Cariam Hermus fluvius discernit a Phrygia. Lydia
sedes antiqua regnorum, quam Pactoli unda extulit in divitias
torrentibus aureis. Haec antea Maeonia dicebatur, quae dum
pro brevitate duos fratres reges Lydum et Tyrrhenum ferre non
posset, hinc ex sorte Tyrrhenus cum ingenti multitudine pro-
fectus loca Galliae occupavit, et Tyrrheniam nominavit. Lydia
autem a Lydo regis fratre, qui in provincia remanserat, cogno-
minata est. Coniungitur autem ab occidente minori Phrygiae,
ab ortu Smyrnam urbem habet, quam Helles fluvius cingit;
cuius campos Pactolus et Hermus circumfluunt, arenis aureis
44 ditissimi. Pamphylia. Isauria ex situ loci perhibetur cogno-
minata, quod undique aperta aurarum flatibus pateat. Metro-
45 polim urbem Seleuciam habet. Cilicia a Cilice quodam nomen
traxit, quem ortum Phoenice dicunt, antiquioremque Iove fuisse
adserunt. Plurima iacet campis, recipiens ab occiduo Lyciam,
a meridie mare Issicum, a tergo montis Tauri iuga. Hanc
Cydnus amnis intersecat. Matrem urbium habet Tarsum. In
ea et Corycus oppidum est, unde crocum plurimum et optimum

3 primum] prius *C* 4 Corytho] corinto (-tho) *codd.* 6 vic. et Lyc. *B* 10 vero] autem *C* 11 a Phrygia] africa *T* 12 Pactoli] pacto *K* 15 hinc *om.* *T* ex orte (-tae) *corr.* ex sorte *CT*: exortus *K*: ex arte *B* 18 minoris *BKT* 19 Helles] meles *C*, *recte* 20 pactoli *K* hermulus *T* circumfluant C^1 aureus *B* 24 iovem C^1 25 ads.] dicunt *T* Lyc.] libiam *K* 26 Iss.] siccum *B*: persicum *K* (*non Ovet. extr.*) 27 cignus *codd.* (*etiam Ovet. extr.*) tarsim *BCT* in ea] eniam *K* 28 coriscos *CK*: -cus *B* (*non Ovet. extr.*) cocrum C^1: coccum *ut vid.* *T*

venit, spiramine fraglantiori et colore plus aureo. Lycia nun- 46
cupata quod ab oriente adiuncta Ciliciae sit. Nam habet ab
ortu Ciliciam, ab occasu et meridie mare, a septentrione Cariam.
Ibi est mons Chimaera, qui nocturnis aestibus ignem exhalat:
sicut in Sicilia Aetna et Vesuvius in Campania.

De Evropa. Post Asiam ad Europam stilum vertendum. IV
Europa quippe Agenoris regis Libyae filia fuit, quam Iovis ab
Africa raptam Cretam advexit, et partem tertiam orbis ex eius
nomine appellavit. Iste est autem Agenor Libyae filius, ex qua
et Libya, id est Africa, fertur cognominata; unde apparet prius
Libyam accepisse vocabulum, postea Europam. Europa autem 2
in tertiam partem orbis divisa incipit a flumine Tanai, descendens ad occasum per septentrionalem Oceanum usque in fines
Hispaniae; cuius pars orientalis et meridiana a Ponto consurgens, tota mari Magno coniungitur, et in insulas Gades
finitur. Prima Europae regio Scythia inferior, quae a Maeoti- 3
dis paludibus incipiens inter Danubium et Oceanum septentrionalem usque ad Germaniam porrigitur; quae terra generaliter
propter barbaras gentes, quibus inhabitatur, Barbarica dicitur.
Huius pars prima Alania est, quae ad Maeotidis paludes pertingit; post hanc Dacia, ubi et Gothia; deinde Germania, ubi
plurimam partem Suevi incoluerunt. Germania post Scythiam 4
inferiorem a Danubio inter Rhenum fluvium Oceanumque conclusa cingitur a septentrione et occasu Oceano, ab ortu vero
Danubio, a meridie Rheno flumine dirimitur. Terra dives
virum ac populis numerosis et inmanibus; unde et propter

1 fraglantior *BCT*: flagrantior *K* plus] pulchrior *K* auro *codd.* Libia *K* 3 Cil.] libiam *K* occasum meridianum *K* 4 qui in noct. *K* 6 vertendum (bert-) *BCKM*: vertimus *TU Ovet. extr.* 7 Agen. filius reg. fil. fu. *B*[1] quem *C*[1] ioves (-bes) *T Ovet. extr.* ab Afr.] abet frica *T*[2] 9 iste *om. K* (*non Ovet. extr.*) qua Lib. *C* 10 Lib. . . . prius *om. T* un. et app. *K* 12 tertia *BKT* parte o. *BT*: parte mundi *K*: orbis *C* 13 ab occasu *BCK* in] ad *K* 15 magna *C*[1] 16 a *om. K* 17 danaum *K* (*non Ovet. extr.*) 19 habitatur *T* barbarica *BCT*: -ia *K* 20 meotides *BT*: -das *CK* 21 inde *K* (*non Ovet. extr.*) 23 in renum fluv. Oc. *KN* 24 et occasu . . . terra *om. KNO* (*non DF*) 26 virium *BCDK* (*non U Ovet. extr.*) unde et . . . dicta est *etiam ante* dives *in KNO*

fecunditatem gignendorum populorum Germania dicta est. Gignit aves Hyrcanias, quarum pinnae nocte perlucent; bisontes quoque feras et uros atque alces parturit. Mittit et gemmas, crystallum et sucinum, callaicum quoque viridem, et ceraunium candidum. Duae sunt autem Germaniae: superior
5 iuxta septentrionalem Oceanum, inferior circa Rhenum. Provincias autem quas Danubius a Barbarico ad Mediterraneum mare secludit: prima est Moesia, a messium proventu vocata; unde et eam veteres Cereris horreum nuncupabant. Haec autem ab oriente ostiis Danubii iungitur, ab Euro vero Thraciae, a meridie Macedoniae, ab occasu Histriae copulatur. Post Moesiam autem Pannonia est. Inde Noricus ager frigidus et parcius fructuosus. Post quem Raeticus frugibus ferax, qui
6 excipit Galliam Belgicam. Thraciae Thiras Iaphet filius veniens nomen dedisse perhibetur: alii a saevitia incolarum Thraciam appellatam dixerunt. Huic ab oriente Propontis et urbs Constantinopolis opposita est, a septentrione vero Ister obtenditur, a meridie vero Aegeo mari adhaeret, ab occasu Macedonia illi subiacet. Cuius regionem olim Bessorum populus Massagetae, Sarmatae, Scythae et aliae plurimae nationes incoluerunt; ampla est enim, ideoque plurimas continuit gentes. Ebrum fluvium Thracia fundit, qui etiam gentes
7 barbarorum plurimas tangit. Graecia a Graeco rege vocata, qui cunctam eam regionem regno incoluit. Sunt autem provinciae Graeciae septem: quarum prima ab occidente Dalmatia, inde Epirus, inde Hellas, inde Thessalia, inde Macedonia, inde Achaia, et duae in mari, Creta et Cyclades. Illyricus autem
8 generaliter omnis Graecia. Dalmatia a Delmi maxima eiusdem

2 *pro* Hercyn. 3 bis. . . . part. *om.* *T* visontes *BC*[1] 4 gallaticum *K* 5 autem *om.* *K* 7 danuviis *K* 10 coniungitur *B* ab ero v. *T*: ab austro *C*[1] traciam *K* 11 macedonia *K* 13 partius *B*: partidus *C*[1] postquam *T* reticus *codd.* quia *K* 14 Traciae et iras *K* 17 ve. ostium Ist. *C* 18 vero *om.* *K* (*non Ovet. extr.*) adh. et ab occ. *T* 19 ad cuius *C*[1] bersorum p. *B*: dibersorum p. *T*[2]: diversi populi *C* 20 mesi getae *BC*: mesii gete *T* 21 ideo *B* 23 rege *om.* *B*[1] 24 regnum *K* incoluit. Andromache (*ex* -ce) de pirro molossum genuit, a quo pars epiri molosia dicta est. Sunt autem *C* 26 inde (*prim.*)] deinde *CK* elladas (ela-) *codd.* 27 cretae *K* 28 omne *K* Gr. est *BC*: Gr. appellatur *K*

provinciae civitate traxisse nomen existimatur. Adhaeret autem
ab oriente Macedoniae, a septentrione Moesiae, ab occasu
Histria terminatur, a meridie vero Adriatico sinu clauditur.
Epirus a Pyrrho Achillis filio cognominata. Cuius pars 9
Chaonia, quae antea Molosia dicta est, a Moloso filio Pyrrhi
quem de Andromacha habuit. Sed postquam occisus est
Pyrrhus Orestis insidiis, Andromacham Helenus suscepit
tenuitque regnum privigni qui successerat patri; a quo Mo-
losia dicta est pars Epiri, quam Helenus postea a fratre
Chaone, quem in venatu per ignorantiam dicitur occidisse,
Chaoniam nominavit, quasi ad solacium fratris extincti. Hellas 10
dicta a rege Hellene, Deucalionis et Pyrrhae filio, a quo et prius
Graeci Hellenes nuncupati sunt. Ipsa est et Attica terra Acte
prius dicta. Nam Granus quidam Graeciae indigena fuit, ex
cuius filia Attis nomine Attica terra vocata est. Haec inter
Macedoniam et Achaiam media iacet, Arcadiae a septentrionali
parte coniuncta. Ipsa est et vera Graecia, ubi fuit Athenae
civitas, mater liberalium litterarum et philosophorum nutrix,
qua nihil habuit Graecia clarius atque nobilius. In ea est et
Marathonius campus opinione quondam proelii cruentissimus.
Helladis autem duae sunt provinciae: Boeotia et Peloponnen- 11
sis. Boeotia autem dicta hac ex causa. Dum Cadmus Age-
noris filius Europam sororem a Iove raptam ex praecepto geni-
toris quaereret nec reperiret, patris iram formidans confirmato
animo elegit exilium. Nam bovis forte conspectae secutus
vestigia amplexus est sedem, ubi illa recubaverat, sicque locum

1 exist.] peribetur *T* adhaeret . . . clauditur *om. T* (*non U*) 2 ab occidente *B* Moe.] asiae *B* 3 austria *BK* concluditur *B* *seq. in U* Illiria regio iuxta adriaticum mare in qua dardani sedes habent. Ipsa est et dardania a dardano rege cognominata, homines ex troiana prosapie in mores barbaros efferata 5 aonia *K*: colonia *T* ante *C* 8 et tenuit quae reg. *K* quo *om. K* 10 aone *K* 11 aoniam *K* Elladas *codd.* 12 ellana (-no *C*) *codd.* pyrri *K* Deuc. . . . Graeci *om.* *B*[1] 13 ellanes *T*: ellenius *K* atte *KC*[1] 14 Cranaus *Hieron. chron.* 15 est *om. K* 16 arcadia (-ch-) *KT* 17 est vera *T* athena *C*[1]: -nas *BKT* 19 qua] quia *BT* 21 Elladas *codd.* 23 fil.] fluvius *B* sor. adiuberattam *K* 25 conspecta *K* 26 sedem] sed est *B*

de nomine bovis Boeotiam nominavit; ubi et Thebas urbem
construxit, in qua olim civilia bella detonuerunt, et ubi nati
sunt Apollo et Hercules maior ille Thebanus. Eadem est
Aonia vocata, a fonte quodam Apollini et Musis consecrato,
qui in eadem Boeotia est. Peloponnensis secunda pars Hella-
12 dis a Pelope regnata atque vocata. Thessalia a Thessalo rege
cognominata, quae ad meridianam plagam Macedoniae con-
iuncta est, cuius a tergo Pieria est. Multa in Thessalia flumina
[et civitates] et oppida, inter quae praecipue Thessalonica: ibi
est et mons Parnasus quondam Apollini consecratus. Thessalia
patria Achillis et origo Lapitharum fuit, de quibus fertur quod
hi primo equos frenis domuerunt, unde et Centauri dicti sunt.
In Thessalia primum solidi aurei facti sunt, domandorum quo-
13 que equorum usus primum repertus est. Macedoniae in exordio
ab Emathio rege Emathiae nomen erat, sed Macedo Deucalio-
nis maternus nepos, postquam ibi accepit principatum, mutavit
vocabulum Macedoniamque a suo nomine dixit. Est autem
confinis ab oriente Aegeo mari, a meridie Achaiae, ab occasu
Dalmatiae, a septentrione Moesiae; patria Alexandri Magni,
et regio aureis venis argentique opima. Lapidem quem paea-
niten vocant ista gignit. Mons Olympus in ea est, qui excel-
lenti vertice tantus adtollitur ut in cacumine eius nec nubes nec
14 venti sentiantur. Achaia ab Achaeo rege et urbs et provincia
appellata. Haec pene insula est; nam absque septentrionali
parte, qua Macedoniae iungitur, undique septa est mari. Ab
oriente enim habet Myrteum mare, ab Euro Creticum, a meri-
die Ionium, ab Africo et occasu Cassiopas insulas, a sola

1 ub *K* 2 constr. qua *K* in qua . . . Thebanus *om. T* (*cf. ad* § 12) 4 quadam B^{1} 5 eadem] eam *K* Pel. vero *C* 6 regenata *BK*: rege regnata *C* 7 a meridiana plaga *T* 8 Pieria] paria *K* 9 et civ. *hab. BC*: *om. KT* quas *BCT* praecipua *K* *post* Thess. *add.* (*ex* § 11) et thebas ubi olim . . . Thebanus *T* 10 est mons *K* 11 athellis *corr.* st- *K* 12 primum *K* 13 quoque *om. K* (*non Ovet. extr.*) 14 us. ibi *T*: usu *K* 14 Macedonia *BCK* 15 aemathia nom. *K*: emacio nom. *B* 19 Moe.] asiae B^{1} patriae C^{1}: patri *T* 20 obtima (opt-) *TBC* (*an recte?*) peanitem *B*: peaniten *C*: peanetem *K*: paniten (-em?) *T* 22 ut cac. B^{1} 23 ab acerge ur. *T* urbe B^{1} 24 abs *K* 25 qua] quae *B* 26 crecum *B*: greco *K*

septentrionali parte Macedoniae vel Atticae terrae adiungitur.
Huius caput est urbs Corinthus Graeciae decus. Inachus est
Achaiae fluvius. Arcadia vero sinus Achaiae est, ut platani 15
folium inter Ionium et Aegeum mare exposita, quam Arcas, Iovis
et Callisto filius, Pelasgis in dicionem redactis, ex suo nomine Ar-
cadiam nuncupavit. Ipsa est et Sicyonia, a Sicyone rege, a quo et
regnum Sicyoniorum est dictum. Habet autem Arcadia fluvium
magnum Erimanthum ; asbeston quoque lapidem, qui semel ac-
census numquam extinguitur : candidissimae etiam merulae ibi
nascuntur. Lacedaemonia . . . Pannonia ab Alpibus Appenni- 16
nis est nuncupata, quibus ab Italia secernitur, regio viro fortis et
solo laeta, duobus satis acribus fluviis, Dravo Savoque, vallata.
Coniungitur autem cum Norico et Raetia ; habentes ab oriente
Moesiam, ab Euro Istriam ; ab Africo vero Alpes Appenninos
habent, ab occasu Galliam Belgicam, a septentrione Danubii
fontem, vel limitem qui Germaniam Galliamque secernit.
Istriam Ister amnis vocavit, qui eius terram influit. Ipse est 17
Danubius. Habet autem Istria a septentrione Pannoniam.
Italia olim a Graecis populis occupata Magna Graecia appellata 18
est, deinde a regis nomine Saturnia ; mox et Latium dicta eo
quod idem Saturnus a Iove sedibus suis pulsus ibi latuerit ;
postremo ab Italo Siculorum rege ibi regnante Italia nuncu-
pata est. Cuius situs longitudine amplius quam latitudine a
Circio in Eurum extenditur, a meridie Tyrrheno mare, ab
Aquilone Adriatico clauditur, ab occiduo Alpium iugis finitur,
terra omnibus in rebus pulcherrima, soli fertilitate, pabuli
ubertate gratissima. Habet lacus Benacum, Avernum atque 19

1 iungitur *T* 3 A. v. s. achaia est *C* : Archadias in acha est *K* (*non Ovet. extr.*) platani *ex* platon *T* 4 iunonium *T* 5 calistae (-ll-, -te) *BKT* pelagis *T* 7 siciniorum *BCT* autem *om. K* (*non Ovet. extr.*) 8 abeston *codd.* 9 candidissimi *K* meruli *BK* 10 alpius appinnis *T* 11 nuncupata *om. T* virum *K* : vero *BC* 12 fluvius C^{1} samoque *C* 13 habens *K* 14 Moe.] isiam *B* 15 Belg. Gall. *C* 17 Istriam . . . habet autem *om.* T^{1} Ister] iste *C* huius *C* est et Danu. *K* 18 istriam *T* pannonia *K* 19 Gr. appellata *BCT Ovet. extr.* : Gr. nuncupata *KN* 23 situs est long. *C* 25 calpium *T* fin. iug. *B* 26 hominibus in r. *B* : hom. et r. *K*

Lucrinum; fluvios Eridanum et Tiberim; et tepentes fontibus
Baias. Gignit gemmas syrtitem, lyncurium et corallium;
boam quoque serpentem, lyncem feram et Diomedias aves.
Italia autem et Hispania idcirco Hesperiae dictae quod
Graeci Hespero stella navigent et in Italia et in Hispania.
Quae hac ratione discernuntur; aut enim Hesperiam solam
dicis et significas Italiam, aut addis ultimam et significas Hi-
20 spaniam, quia in occidentis est fine. Tuscia pars Italiae;
Vmbria vero pars Tusciae. Tuscia autem a frequentia sacro-
21 rum et turis vocata, ἀπὸ τοῦ θυάζειν. Vmbria vero, historiae
narrant, eo quod tempore aquosae cladis imbribus superfuerit,
et ob hoc Ὀμβρία Graece cognominata. Est enim in iugis
Appennini montis sita, in parte Italiae iuxta meridiem.
22 Etruria pars Italiae dicta quod eius fines tendebantur usque
ad ripam Tiberis, quasi ἑτερούρια. Nam ἕτερον significat
alterum, ὅρος finis vocatur. Romae enim fines antea unam
tantum Tiberis ripam tenebant. Alii Etruriam dictam ab
Etrusco principe putant. Item et Tyrrhenia a Tyrrheno Lydi
fratre, qui ex sorte cum populi parte de Maeonia venit ad Ita-
liam. Haec est et Tuscia; sed Tusciam dicere non debemus;
quia nusquam legimus. Tuscia autem a frequentia sacrificii et
turis dicta, ἀπὸ τοῦ θῦσαι. Illic et aruspicinam dicunt esse
23 repertam. Apulia [ubi Brundusium, quam Aetoli secuti Dio-
24 medem ducem condiderunt]. Campania [habet terras hieme

1 fonties K^1 2 ligurium B^1CT 5 Hesp.] vespero *BKT fort. recte* 6 qu. duae hac *C* 7 Ital. . . . significas *om. KOP* (*non N*) addis] atis T^1 (satis T^2) *U*: adis N^1 quae . . . Hispaniam *om. Ovet. extr.* Hisp.] italiam *N* 8 quia] quae *K*: que *N* in *om. B* finis *B* 10 θυάζειν] τισιζιν (*et similia*) *codd.* (*etiam Ovet. extr.*) Vmbriam *dett.* vero] autem *C* historia *B* 11 superfuerunt *C* 12 et *om. T* Ὀμβ.] umbria *CK*: imbria *B*: umbriam *T* cogn. est *C*: cognominatam *T* 13 sita *om. K* iux. mer. *om. B* 14 Etr. p. It. *om. B* It. *om.* C^1 15 ἑτερούρια *Serv. ad Aen.* 11, 598: αιτεροσοροι (*sim.*) *codd.* ἕτερον] αιτερο (*sim.*) *codd.* 16 una t. Ti. ripa tenebat *C* 17 dictam *om. B* 18 idem *BKT* lidii *BCT*: libii *K* 19 exorte *T* populo C^1 20 est Tusc. *T* 21 numquam *K* sacrificia *B* tur. et sacr. *K* 22 dic. est CT^2 *ut vid.* θῦσαι] θυσε (ουσε, ευσε) *codd.* 23 ubi . . . cond. *hab. TU*: *om.* BC^1DFKNO *Ovet. extr.* 24 Camp. *om. C* habet . . . blandus *hab. TU Ovet. extr.*: *om. BDFKNOP*: *in C post* vero (§ 26) terra hieme atque aestate vernat sol . . . blandus habet *om. Ovet. extr.*

anni atque aestate vernantes. Sol ibi mitis, grata temperies,
aer purus et blandus]. Gallia a candore populi nuncupata est; 25
γάλα enim Graece lac dicitur. Montes enim et rigor caeli ab
ea parte solis ardorem excludunt, quo fit ut candor corporum
non coloretur. Hanc ab oriente Alpium iuga tuentur, ab oc-
casu Oceanus includit, a meridie praerupta Pyrenaei, a septen-
trione Rheni fluenta atque Germania; cuius initium Belgica,
finis Aquitania est; regio gleba uberi ac pabulosa et ad usum
animantium apta, fluminibus quoque et fontibus rigua, perfusa
duobus magnis Rheno et Rhodano fluviis. Belgis autem civi- 26
tas est Galliae, a quo Belgica provincia dicta [est]. Cisalpina,
quia citra Alpes. Transalpina, id est trans Alpes, contra
septentrionem. Raetia vero, quod sit iuxta Rhenum. Aqui- 27
tania autem ab obliquis aquis Ligeris fluminis appellata, qui ex
plurima parte terminus eius est, eamque pene in orbem cingit.
Hispania prius ab Ibero amne Iberia nuncupata, postea ab 28
Hispalo Hispania cognominata est. Ipsa est et vera Hesperia,
ab Hespero stella occidentali dicta. Sita est autem inter Africam
et Galliam, a septentrione Pyrenaeis montibus clausa, a reliquis
partibus undique mare conclusa, salubritate caeli aequalis,
omnium frugum generibus fecunda, gemmarum metallorumque
copiis ditissima. Interfluunt eam flumina magna: Baetis, Mi- 29
neus, Iberus et Tagus aurum trahens, ut Pactolus. Habet
provincias sex: Tarraconensem, Cartaginensem, Lusitaniam,
Galliciam, Baeticam, et trans freta in regione Africae Tingita-
niam. Duae sunt autem Hispaniae: Citerior, quae in septen- 30
trionis plagam a Pyrenaeo usque ad Cartaginem porrigitur;
Vlterior, quae in meridiem a Celtiberis usque ad Gaditanum

1 anni *om. U Ovet. extr.* 3 enim *om. T* 8 aquitaniae est *K* pab. est ad *C* 9 inrigua *K* 10 fluvius *K* 11 a qua *CK* belgicum *K* est *hab. CT*: *om. BK* 12 qu. ci. Alp. Trans. *om. T* qua *B* citra] circa *codd.* 14 ligeri *BCT* qui *om. K* 15 orbe *BK* 16 ab hispano *C* 18 ab Hespero *Serv. ad Aen.* 1, 530: a vespero *codd.* 19 pirinei *T* cl. rel. *C* 21 gen. opulenta ac fec. *T* 22 magna *om. K* betis *BCT*: betes *K* 23 hiberus *K*: iberis *BCT* 24 terraconensem *codd.* carthaginensem *K* 25 galitiam *C*[1] beticam *codd.* tinguitaniam *B* 26 Duo *C*[1] hispania *K* 27 carthaginem *CK*

fretum extenditur. Citerior autem et Vlterior dicta quasi citra et ultra; sed citra quasi circa terras, et ultra vel quod ultima vel quod non sit post hanc ulla, hoc est alia, terra.

V De Libya. Libya dicta quod inde Libs flat, hoc est Africus. Alii aiunt Epaphum Iovis filium, qui Memphin in Aegypto condidit, ex Cassiopa uxore procreasse filiam Libyam, quae postea in Africa regnum possedit. Cuius ex nomine terra
2 Libya est appellata. Africam autem nominatam quidam inde existimant, quasi apricam, quod sit aperta caelo vel soli et sine horrore frigoris. Alii dicunt Africam appellari ab uno ex posteris Abrahae de Cethura, qui vocatus est Afer, de quo supra (9, 2, 115)
3 meminimus. Incipit autem a finibus Aegypti pergens iuxta meridiem per Aethiopiam usque Athlantem montem. A septentrionali vero parte Mediterraneo mari coniuncta clauditur, et in Gaditano freto finitur, habens provincias Libyam Cyrenensem, Pentapolim, Tripolim, Byzacium, Carthaginem, Numidiam, Mauretaniam Sitifensem, Mauretaniam Tingitanam, et circa solis ardorem
4 Aethiopiam. Libya Cyrenensis in parte Africae prima est, a Cyrene urbe metropoli, quae est in eius finibus, nuncupata. Huic ab oriente Aegyptus est, ab occasu Syrtes maiores et Trogodytae, a septentrione mare Libycum, a meridie Aethiopia et barbarorum variae nationes et solitudines inaccessibiles, quae
5 etiam basiliscos serpentes creant. Pentapolis Graeca lingua a quinque urbibus nuncupata: id est Berenice, Ceutria, Apollonia, Ptolomais, Cyrene; ex quibus Ptolomais et Berenice a regibus nominatae sunt. Est autem Pentapolis Libyae Cyrenensi ad-
6 iuncta, et [in] eius finibus deputata. Tripolitanam quoque provinciam Graeci lingua sua signant de numero trium ma-

1 et ulterior *om.* *T* quasi] quia *K* 2 et (*alt.*) *om.* *K* vel quia *B* 3 vel quia *B* nulla *K* 5 epavum *KT* : apavum *B* 6 cassiota (casi- *B*) *codd.* fil. nomine Lib. *K* 7 quem *C*[1] 8 inde *om.* *K* 9 quod] quo *T* 14 vero *om.* *B*[1] 16 bizacium *BT* : bizaucium *C* : bezazium *K* Maur. Sit. *om.* *T* 17 tingitaniam *codd.* et *om.* *K* 18 partes *BK* 19 qui *T* 20 hinc *B* : *om.* *K* occasu] occidente *T* 21 trogoditae (-te) *BCT* : trochoditae *K* septentrionali *C* 23 basicos *C*[1] 24 nunc. est id est *B* berice et eutrica *C*[1] : Ber. et Teuchira *Arev.* 25 ptolomagis *T* Cyrene *om.* *BT* ptolomagis *T* : pthomais *C* regionibus *K* 27 in *hab.* *CT* : *om.* *B*[1]*K*

gnarum urbium: Oeae, Sabratae, Leptis magnae. Haec habet
ab oriente Syrtes maiores et Trogodytas, a septentrione mare
Adriaticum, ab occasu Byzacium, a meridie Gaetulos et Gara-
mantas usque ad Oceanum Aethiopicum pertendentes. Byza- 7
cena regio ex duobus nobilissimis oppidis nomen sortita est, ex
quibus una Hadrumetum vocatur. Haec sub Tripoli est, patens
passuum ducenta vel amplius milia, fecunda oleis, et glebis ita
praepinguis ut iacta ibi semina incremento pene centesimae frugis
renascantur. Zeugis, ubi Carthago magna. Ipsa est et vera 8
Africa inter Byzacium et Numidiam sita, a septentrione mari
Siculo iuncta, et a meridie usque ad Gaetulorum regionem por-
recta; cuius proxima quaeque frugifera sunt, ulteriora autem
bestiis et serpentibus plena, atque onagris magnis in deserto
vagantibus. Gaetulia autem Africae pars mediterranea est.
Numidia ab incolis passim vagantibus sic vocata, quod nullam 9
certam haberent sedem. Nam lingua eorum incertae sedes et
vagae 'numidia' dicuntur. Incipit autem a flumine Amsiga, in
Zeugitanum limitem definit, habens ab ortu Syrtes minores, a
septentrione mare quod intendit Sardiniam, ab occasu Maure-
taniam Sitifensem, a meridie Aethiopum gentes: regio campis
praepinguis. Vbi autem silvestris est, feras educat; ubi iugis
ardua, equos et onagros procreat; eximio etiam marmore prae-
dicatur, quod Numidicum dicitur. Habet autem urbes prae-
cipuas: Hipponem, Regium et Rusicadam. Mauretania vocata 10
a colore populorum; Graeci enim nigrum μαῦρον vocant. Sicut
enim Gallia a candore populi, ita Mauretania a nigrore nomen

1 oea sabrete *B*: oesa brete *K*: cetabrece *T*: oeas brete atabrace *C* magna *BC*: *om.* *K* 2 orientes *T* trogoditas *BCT*: trochoditas *K* 3 biazicium *B*[1]: bezacium *K*: bizacium *T*: bizantium *C* 4 Bizacena *codd.* 6 unum *K* adrometus *BKT*: adrumetus *C* patens] late *K* 7 milium amp. *K* 8 pinguis *KM* ita pr. ita ut iac. sem. *C* incrementa *B*[1]*CMTU* *fort. recte* pena *T*: pane *U* centesimi *BKMTU* 9 nascantur *K*: nascuntur *M* Zeogis *BK*: Zeucis *T* 10 bizacium *BT*: bezacium *K*: bizantium *C* 12 proximas *K* quoque *BKN*: q̄q̄ *Ovet. extr.* frugifere *B*[1] ulterior *BKT* 14 vacantibus *K* 15 vacantibus *K* quia *B* 16 haberem *K* linguae *K* 17 numidiae *BCK* amisiga *C*: amsica *K* 18 finit *K*: desinit *B* habet *T* 21 iugi *K* 22 exim autem *B*[1] 24 ippone *BC*: ipone *T*: oponi *K* susicadam *BK* vocatur *C* 26 populi] corporis *K*

sortita est. Cuius prima provincia Mauretania Sitifensis est,
quae Sitifi habuit oppidum; a quo et vocabulum traxisse regio
11 perhibetur. Mauretania vero Caesariensis: coloniae Caesareae
civitas fuit, et nomen provinciae ex ea datum. Vtraeque igitur
provinciae sibi coniunctae ab oriente Numidiam habent, a se-
ptentrione mare Magnum, ab occasu flumen Malvam, a meridie
montem Astrixin, qui discernit inter fecundam terram et harenas
12 iacentes usque ad Oceanum. Mauretania Tingitania a Tingi
metropolitana huius provinciae civitate vocata est. Haec ultima
Africae exsurgit a montibus septem, habens ab oriente flumen
Malvam, a septentrione fretum Gaditanum, ab occiduo Oceanum
Athlanticum, a meridie Gaulalum gentes usque ad Oceanum
Hesperium pererrantes: regio gignens feras, simias, dracones et
struthiones. Olim etiam et elephantis plena fuit, quos sola nunc
13 India parturit. Garamantis regionis caput Garama oppidum
fuit. Est autem inter Cyrenensem et Aethiopiam, ubi est fons
14 qui friget calore diei et calet frigore noctis. Aethiopia dicta
a colore populorum, quos solis vicinitas torret. Denique vim
sideris prodit hominum color; est enim ibi iugis aestus; nam
quidquid eius est, sub meridiano cardine est. Circa occiduum
autem montuosa est, arenosa in medio, ad orientalem vero pla-
gam deserta: cuius situs ab occiduo Athlantis montis ad orien-
tem usque in Aegypti fines porrigitur, a meridie Oceano, a
septentrione Nilo flumine clauditur; plurimas habens gentes,
15 diverso vultu et monstruosa specie horribiles. Ferarum quoque
et serpentium referta est multitudine. Illic quippe rhinoceros
bestia et camelopardus, basiliscus, dracones ingentes, ex quorum
cerebro gemmae extrahuntur. Iacynthus quoque et chrysoprasus

1 prinuvincia C^1 2 sitibi hab. C^1 et *om.* *K* 3 caesariae *BK* 4 ex] pro *K* utraeque] ut reliquae (-qua?) *B* : reliqua *K* 5 ab or. *om.* B^1 6 malbam *T* 7 astrixium *C* fecundas terras *K* 8 tingin *T* 9 ultima *ex* ultime *T* 10 exurget T^1 or.] occidente *K* 11 malbam *T* occiduo *om.* *T* 13 gignans *T* 14 etiam el. *C* elephantes (elef-) B^1K quo so. *K* 15 gamara B^1 : garam *T* 16 et *om.* *K* 17 fringet C^1 : riget *T* 18 vicinas B^1 19 hom.] omnium *T* autem ibi *C* : ibi en. *B* 20 occid.] oceanum *C* 22 ab oriente *K* 23 us. ad *K* 26 illic] ibi *C* rinocerota (ricerota *K*) *codd.* 28 crebro B^1 iacinthus *K* : iaquintus *T* : iacintus *C* : yacinctus *B* crisoprasius *BK* : crisobtasius *T*

ibi reperiuntur; cinnamomum ibi colligitur. Duae sunt autem 16
Aethiopiae: una circa ortum solis, altera circa occasum in
Mauretania. Extra tres autem partes orbis quarta pars trans 17
Oceanum interior est in meridie, quae solis ardore incognita
nobis est; in cuius finibus Antipodes fabulose inhabitare pro-
duntur. Proxima autem Hispaniae Mauretania est, deinde
Numidia, inde regio Carthaginensis, post quae Gaetuliam ac-
cipimus, post eam Aethiopiam, inde loca exusta solis ardoribus.
Sciendum sane quod quaedam provinciae primum de nomine 18
auctoris appellatae sunt; postea a provincia gentis nomen est
factum. Nam ab Italo Italia, et rursus ab Italia Italus; et sic
utimur ipsa nomina gentis, quomodo fuit ipsud nomen auctoris,
unde derivatum est nomen provinciae. Ex quo accidit ex uno
nomine nominari et civitatem et regionem et gentem. Provinciae 19
autem ex causa vocabulum acceperunt. Principatus namque
gentium, qui ad reges alios pertinebat, cum in ius suum Romani
vincendo redigerent, procul positas regiones provincias appel-
laverunt. Patria autem vocata quod communis sit omnium, qui
in ea nati sunt. Terra autem significari, ut praediximus (13, 3, 1), 20
elementum: terras vero singulas partes, ut Africa, Italia. Eadem
et loca; nam loca et terrae spatia in orbe terrarum multas in se
continent provincias, sicut in corpore locus est pars una, multa
in se continens membra; sicut et domus, multa in se habens
cubicula: sic terrae et loca dicuntur terrarum spatia, quorum
partes sunt provinciae; sicut in Asia Phrygia, in Gallia Raetia,
in Hispania Baetica. Nam Asia locus est, provincia Asiae 21
Phrygia, Troia regio Phrygiae, Ilium civitas Troiae. Item re-
giones partes sunt provinciarum, quas vulgus conventus vocat,

4 interiorem in *B* nob. incog. *K* 5 antipodas *codd. vel* fabulosae fabosae ant. habitare dicuntur *K* 6 proximo *CK* spania *T* 8 post eam] postea *C* usta *K* 10 app. sunt *om. K* (*vid. infr.*) 11 Italus] italis *B*[1] : itali *K* 12 ipso nomine *K* 13 inde *B* un. der. est] appellatae sunt *K* 14 homine *BC* : *om. K* 17 regiones] nationes *K* 18 quia *B* commune *K* 19 Terram *CT* 21 in se *om. K* 22 continet *C* multas in *K* 23 continent *T* 24 terra et l. *C* : terras et l. *K* : l. et terra *B* quarum *K* 25 in europa gallia in italia retia *C*[1] Rae.] gretia *B* 26 betica *BCT* : boetia *ex* retia *K* 28 vocant *K*

sicut in Phrygia Troia; sicut in Gallicia Cantabria, Asturia.
A rectoribus autem regio nuncupata est, cuius partes territoria
22 sunt. Territorium autem vocatum quasi tauritorium, tritum
bubus et aratro. Antiqui enim sulco ducto et possessionum et
territoriorum limites designabant.

VI De insulis. Insulae dictae quod in salo sint, id est in mari.
Ex his quoque notissimae et maximae, quas plurimi veterum
2 sollerti studio indagaverunt, notandae sunt. Brittania Oceani
insula interfuso mari toto orbe divisa, a vocabulo suae gentis
cognominata. Haec adversa Galliarum parte ad prospectum
Hispaniae sita est; circuitus eius quadragies octies septuaginta
quinque milia; multa et magna flumina in ea, fontes calidi,
metallorum larga et varia copia: gagates lapis ibi plurimus et
3 margaritae. Tanatos insula Oceani freto Gallico, a Brittania
aestuario tenui separata, frumentariis campis et gleba uberi.
Dicta autem Tanatos a morte serpentum, quos dum ipsa nesciat,
asportata inde terra quoquo gentium vecta sit, angues ilico peri-
4 mit. Thyle ultima insula Oceani inter septentrionalem et occi-
dentalem plagam ultra Brittaniam, a sole nomen habens, quia
in ea aestivum solstitium sol facit, et nullus ultra eam dies est.
5 Vnde et pigrum et concretum est eius mare. Orcades insulae
Oceani intra Britanniam positae numero triginta tres, quarum
6 viginti desertae sunt, tredecim coluntur. Scotia idem et Hi-
bernia proxima Brittaniae insula, spatio terrarum angustior,
sed situ fecundior. Haec ab Africo in Boream porrigitur.
Cuius partes priores Hiberiam et Cantabricum Oceanum in-

1 Gall.] gallia *B*: ispania *KN* arturia *B*: *om.* *KN* 4 ducto *om.* *T* 5 territorium *BK* signabant *K* 6 sala B^1 8 indicaverunt *BK* Britannia *C*: In brittania *M* 9 div.] diffusa *M* 13 plurimos B^1: plurimum *K* 14 Tanathos *KMT*: Tanatus *C* fretu *CT*: adspiratur fr. *Schwarz* (*ex Solin.* 22, 8) britania *T*: britannia *C* 15 est varia *BK*: est mari *C* tenuis *BKT* 16 tanathos *TM*: anathos *K* 17 quoque *BTC*: quo *K* v. est (*delet.*) sit *K* perimet *K* 18 Tile *B*: Tyle *C*: Thile *KMT* inter] in *BK* et *om.* *K* plag. et occ. T^1 19 britanniam *C* 21 Arcades *TU* 23 Scottia *BKMN*: Ischotia *T* idem *BCT*: eadem *KM* ibernia *BT*: hibernica *M* 24 britanniae *C* insule *T* 26 iberniam *T* extendunt *KN*

tendunt, unde et Hibernia dicta: Scotia autem, quod ab Scoto-
rum gentibus colitur, appellata. Illic nulla anguis, avis rara,
apis nulla, adeo ut advectos inde pulveres seu lapillos si quis
alibi sparserit inter alvaria, examina favos deserant. Gadis in- 7
sula in fine Baeticae provinciae sita, quae dirimit Europam ab
Africa, in qua Herculis columnae visuntur, et unde Tyrrheni
maris faucibus Oceani aestus inmittitur. Est autem a continenti
terra centum viginti passibus divisa, quam Tyrii a Rubro pro-
fecti mare occupantes [in] lingua sua Gadir, id est septam, nomi-
naverunt, pro eo quod circumsepta sit mari. Nascitur in ea
arbor similis palmae, cuius gummis infectum vitrum ceraunium
gemmam reddit. Fortunatarum insulae vocabulo suo signifi- 8
cant omnia ferre bona, quasi felices et beatae fructuum ubertate.
Sua enim aptae natura pretiosarum poma silvarum parturiunt;
fortuitis vitibus iuga collium vestiuntur; ad herbarum vicem
messis et holus vulgo est. Vnde gentilium error et saecularium
carmina poetarum propter soli fecunditatem easdem esse Para-
disum putaverunt. Sitae sunt autem in Oceano contra laevam
Mauretaniae, occiduo proximae, et inter se interiecto mari dis-
cretae. Gorgades insulae Oceani obversae promontorio, quod 9
vocatur Hesperu Ceras, quas incoluerunt Gorgones feminae
aliti pernicitate, hirsuto et aspero corpore; et ex his insulae
cognominatae. Distant autem a continenti terra bidui naviga-
tione. Hesperidum insulae vocatae a civitate Hesperide, quae 10
fuit in fines Mauretaniae. Sunt enim ultra Gorgadas sitae sub
Athlanteum litus in intimos maris sinus; in quarum hortis

1 ibernia *BT* scottia *BKM* (*non N*): iscotia *U* scottorum *BKNT*: scothorum *M* 2 gentilibus *M* nullus *KNOP* (*non DF*) 3 apis . . . deserant *om. KNOP* (*non DF*) advectus *D*: avectos *T* 4 desiderant C^1 (*non D*) Gades *K*: Gaddis *T* 5 beticae (-ce) *codd.* 6 usentur *K* terreni B^1 7 mare *K* inmittuntur *C* au. continentibus terram *BK* 8 profecto *T* 9 in *hab. BK*: *om.* C^1 *T* gadis *BCT*: gadus *K* id est] idem C^1 septem TB^1: sepem *Arev.* (*ex Solin.* 23, 12) 10 pro *om. K* 11 comis *K* 12 suo *om. B* 13 fere *C* 14 suapte en. nat. *Arev.* 15 ad] et C^1 herbae *B* 16 err. secarium *K* 17 solis *K* 19 occiduae *C* prox. int. se iniecto *K* 20 Gorgodes *BCK* 21 hesperacerus *T*: esperacervus C^1: speracerus *B*: speraceros *K* 25 finibus *CK* gorgades *K*: gorgodas *T*: gargades B^1: gorgodes *C* 26 athlante monte li. *K* li. int. *T* ortu *K*: ostis B^1

fingunt fabulae draconem pervigilem aurea mala servantem.
Fertur enim ibi e mari aestuarium adeo sinuosis lateribus tor-
11 tuosum ut visentibus procul lapsus angueos imitetur. Chryse
et Argyre insulae in Indico Oceano sitae, adeo fecundae copia
metallorum ut plerique eas auream superficiem et argenteam
12 habere prodiderint; unde et vocabula sortitae sunt. Tapro-
bane insula Indiae subiacens ad Eurum, ex qua Oceanus Indi-
cus incipit, patens in longitudine octingentis septuaginta quin-
que milibus passuum, in latitudine sescenta viginti quinque
milia stadiorum. Scinditur amni interfluo; tota margaritis re-
pleta et gemmis: pars eius bestiis et elephantis repleta est,
partem vero homines tenent. In hac insula dicunt in uno anno
duas esse aestates et duas hiemes, et bis floribus vernare locum.
13 Tiles insula Indiae, virens omni tempore folia. Hucusque
14 Oceani insulae. Item insulae quae Hellesponto usque ad Gades
in mare Magno sunt constitutae. Cypros insula a civitate
Cypro, quae in ea est, nomen accepit; ipsa est et Paphos Veneri
consecrata in Carpathio mari, vicina Austro, famosa quondam
divitiis, et maxime aeris. Ibi enim prima huius metalli inventio
15 et utilitas fuit. Creta Graeciae pars est iungens contra Pelo-
ponnensem. Haec primum a temperie caeli Macaronnesos ap-
pellata est; deinde Creta dicta a Crete quodam indigena, quem
aiunt unum Curetum fuisse, a quibus Iuppiter ibi absconditus
est et enutritus. Est autem insula Graeciae inter ortum et oc-
casum longissimo tractu porrecta, a septentrione Graeciae aesti-
bus, ab Austro Aegyptiis undis perfusa. Fuit autem quondam
16 centum urbibus nobilis; unde et Hecatompolis dicta est. Prima

1 auream alam *K* 2 e] hie *K* (*pro* in *corr.* e?) 3 anguis *K* Crisae *BK* : Crissae *C* : Crise *T* 4 argirae *BCK* : argire *T* indie *T* 6 prodiderunt *T* : crediderint *K* Thaprobane *T* : Taprobanae *C* : Taporbana *B* : Tabrobana *K* 7 insule *T* ex] in *K* : a *C* quo *BCK* 8 sept. qu.] xxv *C* 13 loco *T* 14 Vtilis *codd.* insulae] insula *B*[1] : inle *T*[1] 15 qu. ab Hell. *T* gadis *B* 17 pafon *codd.* veneris *T* 18 carpatio *codd.* 20 Cr. Gr. insula *B* : Cr. insula Gr. *C* ingens *Arev.* : *vix* iacens 21 macaronneson (*vel sim.*) *codd. et fort. Isid.* 22 crete] rege *C* quondam *T* 23 curetarum (cre- *B*) *codd.* 24 nutritus *BC* Gr.] regie *T*[1] inter] ad *K* 25 porrigenda *K*

etiam remis et sagittis claruit, prima litteris iura finxit, equestres
turmas prima docuit; studium musicum ab Idaeis dactylis in
ea coeptum. Capris copiosa, cervos eget; lupos et vulpes alia-
que ferarum noxia nusquam gignit; serpens nulla ibi, nulla
noctua, et si inveniatur, statim emoritur. Larga est autem viti-
bus et arboribus: dyctamnos herba in Creta nascitur et alimos,
quae admorsa diurnam famem prohibet. Phalangos autem
venenatos gignit et lapidem qui Idaeus dactylus dicitur. Aby- **17**
dos insula in Europa super Hellespontum posita, angusto et
periculoso mari separata, et Ἄβυδος Graece dicta quod sit in-
troitus Hellesponti maris, in quo Xerxes pontem ex navibus
fecit, et in Graeciam transiit. Coos insula adiacens provinciae **18**
Atticae, in qua Hippocrates medicus natus est; quae, ut Varro
testis est, arte lanificii prima in ornamento feminarum inclaruit.
Cyclades insulae antiquitus Graeciae fuerunt, quas inde Cy- **19**
clades autumant dictas quod, licet spatiis longioribus a Delo
proiectae, in orbem tamen circa Delum sitae sint; nam orbem
κύκλον Graii loquuntur. Quidam vero non quod in orbem
digestae, sed propter scopulos qui circa eadem sunt, dictas putant
Cyclades. Haec in Hellesponto inter Aegeum et Maleum mare **20**
constitutae circumdantur etiam pelago Myrtoo. Sunt autem
numero quinquaginta tres, tenentes a septentrione in meridiem
milia quingenta, ab oriente in occasum milia ducenta. Metro-
polis earum Rhodos. Delos insula in medio Cycladum sita. **21**
Et dicta Delos fertur, quod post diluvium, quod Ogygi tempori-
bus notatur, cum orbem multis mensibus continua nox inum-
brasset, ante omnes terras radiis solis inluminata est; sortitaque
ex eo nomen, quod prima manifestata fuisset visibus; nam
δῆλον Graeci manifestum dicunt. Ipsa est et Ortygia, eo quod

1 fixit *TX* : *vix* vinxit (*cum codd. plerisque Solini* 11, 5) 3 capreis *Schwarz* 4 numquam *K* serp. nullus *K* 5 noct. est *C* invehatur *A rev.* 7 diuturnam *C* famam *T* perhibet *B* sfalangos *BT*: spalangos *C*[1]*K* 10 quod] que *B* (*i. e.* quae) 16 quod] quia *B* 17 nam urbem *K* 18 greci *C*: grece *K* 19 eandem *BCT* 20 Haec *om.* *C*[1] 21 mirteo *codd.* au. omnes nu. *BC* 22 tendentes *dett.* 25 quod (*alt.*)] quae *B* 26 in umbra esset *T* 27 portitaque *C*[1] : sortita *K* 28 vis. humanis nam *K* 29 dicitur *K*

primum ibi visae sunt coturnices aves, quas Graeci ὄρτυγας vocant. In hac insula Latona enixa est Apollinem et Dianam.
22 Delos autem et civitas dicitur et insula. Rhodos Cycladum prima ab oriente, in qua rosae capitulum dicitur esse inventum, dum ibi civitas conderetur, ex quo et urbs et insula Rhodos est appellata. In hac urbe Solis colossus fuit aereus septuaginta cubitorum altitudine; fuerunt et alii centum numero in eadem
23 insula colossi minores. Tenedos una ex Cycladibus a septentrione sita, in qua olim civitas a Tene quodam condita est. Vnde nomen urbis illius vel potius insulae fuit; nam Tenes iste infamatus quod cum noverca sua concubuisset, [et] fugiens hanc insulam vacuam cultoribus obtinuit; unde et Tenedos dicta est. Sic Cicero (2 Verr. 1, 49): 'Tenen ipsum, cuius ex
24 nomine Tenedos nominatum.' Carpathos una ex Cycladibus a meridie posita contra Aegyptum; a qua Carpathium mare appellatum est, vocata propter celerem fructuum maturitatem. Est enim inter Aegyptum et Rhodum. Ex hac insula dicuntur
25 et carpasiae naves, magnae et spatiosae. Cytherea insula una ex Cycladibus a parte occidua sita, cuius Porphyris antea nomen fuit. Cytherea autem vocata quod ibi Venus sit orta.
26 Icaria insula una de Cycladibus, quae Icario mari nomen dedit. Haec inter Samum et Myconum procurrentibus saxis inhospitalis est, et nullis sinibus portuosa. Dicitur autem Icarum Cretensem ibi naufragio interisse, et de exitu hominis inpositum
27 nomen loco. Naxos insula a Dionysio dicta, quasi Dionaxos, quod fertilitate vitium vincat ceteras. Est autem a Delo decem et octo milia passuum separata, ex qua olim Iovis fertur adver-
28 sus Titanas fuisse profectus. Melos ex numero Cycladum, una

1 quas] qua *K* 2 laton *BKT* 4 capitolum *B*: capitolium *K* 5 fundaretur *K* urbs ins. *B*[1] 6 urbe] insula *K* aureus *K* sept.] LX *K* 7 et *om.* *K* 8 ad septentrionem *BCK* 9 a tenne (-nae) *BT*: attenne *K*: ad tenue *C*[1] 10 tennes *codd.* 11 infamatur *B* quod] quia *B* et *hab.* *BK*: *om.* *CT* 12 un. Ten. *T* (*cf. Serv. ad Aen.* 2, 29) 13 sic cero *C*[1] thenen *T*: teten *K* 14 tenedum *K* nominatam *C*: -tur *Cic.* Carpatos *BT*: Carpatus *CK* 15 carpatium *codd.* 17 inter] vel *K* ex] ab *K* 18 Citera *C* 21 Icria *C*[1] icaro ma. *K* 23 nicarum *K* 24 ubi *B* interesse *K* 25 Naxon *codd.* dionaxon *KT*: -an *B*: -ion *C* 26 quod] quia *B* 27 ioves *T* 28 provectus *C*[1] una ab om. *B*

omnium insularum rotundissima; unde et nuncupata. Historia 29
dicit ex Ias⟨i⟩one natum fuisse Philomelum et Plutum, ex
Philomelo Pareantum genitum, qui de suo nomine Paron in-
sulam et oppidum appellavit: prius autem Minoia, deinde Paros
dicta. De qua Vergilius (Aen. 3, 126):

Niveamque Paron.

Gignit enim marmor candidissimum, quod Parium dicunt.
Mittit et sardam lapidem marmoribus quidem praestantiorem,
et inter gemmas vilissimum. Chios insula Syra lingua appella- 30
tur eo quod ibi mastix gignitur; Syri enim masticem 'chio'
vocant. Samos insula est in mari Aegeo, ubi nata est Iuno; 31
ex qua fuit Sibylla Samia et Pythagoras Samius, a quo philo-
sophiae nomen inventum est. In hac insula reperta prius fi-
ctilia vasa traduntur; unde et vasa Samia appellata sunt. Sici- 32
lia a Sicano rege Sicania cognominata est, deinde a Siculo Itali
fratre Sicilia. Prius autem Trinacria dicta propter tria *ἄκρα*,
id est promontoria: Pelorum, Pachinum et Lilybaeum. Trina-
cria enim Graecum est, quod Latine triquetra dicitur, quasi in
tres quadras divisa. Haec ab Italia exiguo fretu discreta, Africum
mare prospectans, terris frugifera, auro abundans, cavernis ta-
men et fistulis penetrabilis, ventisque et sulphure plena; unde
et ibi Aethnae montis extant incendia. In cuius fretu Scylla
est et Charybdis, quibus navigia aut absorbuntur aut conlidun-
tur. Fuit autem quondam patria Cyclopum, et postea nutrix 33
tyrannorum; frugum fertilis, ac primum terris omnibus com-
missis seminibus aratro proscissa. Principem urbium Syracu-
sas habet, fontem Arethusam et Alpheum fluvium 'magnorum

2 ex] et *T* 3 pariantam *BK* 4 oppidum upidum app. *K* mironia C^1 6 niveumque *C*: niviumque *ut vid.* B^1 Paron] pazen *K* 8 quidem *om. B* praest. int. *K* 9 Cion *BCK*: Cyo *T ex corr.* 10 cio *C*: icio *BK*: cyo *T* 11 Samo *codd.* geo *T* 12 Pyth. samias B^1 15 Siculo] sicalo *B* 16 dicta propter triaca *add. in mg. T* *ἄκρα*] cara *B*: agra *K* 17 idem pr. C^1 libeum BC^1T: lium *K* 18 triquedra *BT*: diquadra C^1 20 conspectans *K* 21 sulforis *K* 22 et libia vethne *K* extans *T* 23 obsorbuntur B^1: sorbuntur *K* 24 Cycl.] cocoplum C^1 25 fructum fert. *K* primo *C* commisis T^1: commisisse B^1: commissa C^1 26 Syracusis (ser-, sir-) *codd.* 27 Areth.] aridosam *B*

generatorem equorum' (cf. Virg. Aen. 3, 704). In ea insula
34 primum est inventa comoedia. Achaten lapidem ipsa primum
ex Achate flumine dedit. Parturit et mare eius corallium;
gignit et sales Agrigentinos in igne solubiles, crepitantes in
aquis. Omnis ambitus eius clauditur stadiorum tribus milibus.
Sallustius (Hist. 4, 26) autem dicit Italiae coniunctam fuisse Sici-
liam, sed medium spatium impetu maris divisum et per angustiam
35 scissum. Thapsus insula stadiis decem a Sicilia remota iacens
et planior, unde et nuncupata. De qua Vergilius (Aen. 3, 689):

Thapsumque iacentem.

36 Aeoliae insulae Siciliae appellatae ab Aeolo Hippotae filio,
quem poetae finxerunt regem fuisse ventorum: sed ut Varro
dicit, rector fuit istarum insularum, et quia ex earum nebulis et
fumo futuros praedicebat flatus ventorum, ab inperitis visus est
ventos sua potestate retinuisse. Eaedem insulae et Vulcaniae
37 vocantur, quod et ipsae sicut Aethna ardeant. Sunt autem
novem habentes propria nomina. Quarum primam Liparus
quidam Liparen vocavit, qui eam ante Aeolum rexit; altera
Hiera vocatur, quod sit collibus eminentissimis; reliquae vero,
id est Strongyle, Didyme, Eriphusa, Hephaestia, Phaenicusa,
Euonymos, Tripodes, Sonores, quoniam nocte ardent, Aeoliae
sive Vulcaniae dicuntur. Ex his quaedam ab initio non
38 fuerunt; postea mare editae usque [ad] nunc permanent. Stoe-
chades insulae Massiliensium sexaginta milium spatio a con-
tinenti in fronte Narbonensis provinciae, qua Rhodanus fluvius
in mare exit. Dictae autem Graece Στοιχάδες, quasi opere in

1 equorem C^1 2 Acatin *B*: Acatem *CT*: Agaten *K* 3 acate *BCT*: agate *K* corallum *BK* 4 Agr. et ig. *K* 5 trium milium *codd.* 6 italiam *B* 7 div. per *K* 8 Tapsum *BCK*: Thapsum *T* iac. plan. *K* 10 tapsumque *BCK*: thabsumque *T* 13 ex] in *K* 14 futuro *T* praedicabat (pre-) *BT* 15 vento sua *B* eeadem *K*: eadem *T* insula *K* 16 vocatur *B* ardeat C^1 17 lyparis *K* 18 liparem *BCT*: lypar *K* vexit *K* 19 hiram *corr.* hier- *T*: gera *K*: geram *B*: higera *C* eminentibus *K* reliqua *B* 20 id est] id *C* strangilae *B* festia *codd.* fenicussa *C* 21 euonimon *BKT*: euonimons *C* stripodes *K*: stripodis *B*: istripodes *T*: tripodas *C* ardens BC^1 22 non *om.* *K* 23 ad *hab.* *BT*: *om.* *CK* Stoecades *BC*: Istoecades *T*: Stocades *K* 24 spatia cont. *T* 25 frontem *codd.* 26 stoecades *BC*: istoecades *T*: stocades *K*

ordinem sint positae. Sardus Hercule procreatus cum magna 39
multitudine a Libya profectus Sardiniam occupavit, et ex suo
vocabulo insulae nomen dedit. Haec in Africo mari facie
vestigii humani, in orientem quam in occidentem latior promi-
net, ferme paribus lateribus quae in meridiem et septentrionem
vertunt; ex quo ante commercium a navigantibus Graecorum
Ἴχνος appellata est. Terra patet in longitudine milia centum 40
quadraginta, in latitudine quadraginta. In ea neque serpens
gignitur neque lupus, sed solifuga tantum, animal exiguum
hominibus perniciosum. Venenum quoque ibi non nascitur,
nisi herba per scriptores plurimos et poetas memorata, apiastro
similis, quae hominibus rictus contrahit et quasi ridentes interi-
mit. Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medellam prae-
bentes, furibus caecitatem, si sacramento dato oculos aquis eius
tetigerint. Corsicae insulae exordium incolae Ligures dederunt 41
appellantes eam ex nomine ducis. Nam quaedam Corsa no-
mine Ligus mulier, cum taurum ex grege, quem prope litora
regebat, transnatare solitum atque per intervallum corpore aucto
remeare videret, cupiens scire incognita sibi pabula, taurum
a ceteris digredientem usque ad insulam navigio prosecuta est.
Cuius regressu insulae fertilitatem cognoscentes Ligures ratibus
ibi profecti sunt, eamque nomine mulieris auctoris et ducis ap-
pellaverunt. Haec autem insula Graece Κύρνη dicitur, a Cyrno 42
Herculis filio habitata. De qua Vergilius (Ecl. 9, 30):

Cyrnea taxos.

Dividitur autem a Sardinia viginti milium freto, cincta Ligu-
stici aequoris sinu ad prospectum Italiae. Est autem multis
promuntoriis angulosa, gignens laetissima pabula et lapidem
quem catochiten Graeci vocant. Ebosus insula Hispaniae 43

1 ordine *CK* Sardes *K* 5 furmae *K* 6 ex qua *K* Gr. icchos *K*: Gr. icos *C*: Gr. hicnus *T*: grecorachus *B* 7 est *om.* *K* 8 in lat. quadr. *om.* *C* 11 et po.] appellata *K* memoratas *B*: memota *T* 12 qui *T*: quia *C* 14 fur.] peiuris *KNX*^{1}: periuriis (-ris) *OPX*^{2} (*non DGU*) 17 ligus mul. *C*: liguris mul. *K* 18 transnatura *T* intervallo *BT* auctum *K* 20 ceteris] ce *K* ad sulam *C*^{1} 21 regressus *BK* 22 sunt *om.* *K* auct. mul. *T* 23 dicitur cirne *C* 25 -eas *Virg.* 26 div.] dicitur *K* freta *C* (*pro* -tu ?) 27 multus *B*

dicta quod a Zanio non procul sit, quasi abozus; nam septua-
ginta stadiis ab ea distat. Cuius terram serpentes fugiunt.
44 Huic contraria est Colubraria, quae feta est anguibus. Baleares
insulae Hispaniae duae sunt: Aphrosiades et Gymnaside, maior
et minor; unde et eas vulgus Maioricam et Minoricam nuncu-
pant. In his primum insulis inventa est funda qua lapides
emittuntur, unde et Baleares dictae; βάλλειν enim Graece
mittere dicitur; unde et ballista, quasi missa, et fundibalum.
Vergilius (Georg. 1, 309):

Balearis verbera fundae.

VII De Promvntoriis. Commune est insulis ut promineant.
Inde et loca earum promuntoria dicuntur. Sic Sallustius de
Sardinia (Hist. 2, fr. 2): 'In Orientem quam in Occidentem
2 latior prominet.' Sigeum promuntorium Asiae, ubi Hellespon-
tus apertius dilatatur. Dictum autem Sigeum propter Herculis
taciturnitatem, quia prohibitus hospitio a Laumedonte Troiano-
rum rege, simulavit abscessum, et inde contra Troiam cum
3 silentio venit, quod dicitur σιγή. Maleum promuntorium Grae-
ciae, quod intrat mare, et per milia quinquaginta protenditur;
ubi unda ita saeva est ut persequi navigantes videatur. Hoc
autem promuntorium a Maleo rege Argivorum nomen accepit.
4 Pelorum promuntorium Siciliae respiciens Aquilonem, secun-
dum Sallustium (Hist. 4, 39) dictum a gubernatore Hannibalis
5 illic sepulto. Pachynum promuntorium Siciliae Austrum spe-
ctans, ab aeris crassitudine dictum; nam παχὺς est pinguis et
6 crassus: Austro enim perflatur. Lilybaeum promuntorium
Siciliae, solis occasum intendens, vocatum ab eiusdem nominis

1 dictae quia a *B* a Zan.] bifzanio *C*[1] qu. ebozus *CK*: qu. ebozos *B*[1]: *an* quasi apozas? 3 feta] ferta *KO*: referta *T*: freta *BC* Deleares *B* 4 *fort.* Aphrodisiades gemnaside (-dae) *BKT*: gemnasside *C* 6 fundamenta *C*[1] qua] quibus *BC* 7 emittere *BK* 8 fundibulum *B*: fondivolum *K* 12 sic] unde et *KP* 13 oriente *KP* in (*alt.*) *om. B* in or. la. pr. q. in oriente (-tem *P*) *KP* 14 ubi *om. K* 16 qui proh. *Serv. ad Aen.* 2, 312 17 reges *T* 18 quod] quam *B* Malium *K* 19 quae *B* int. in ma. *BC* extenditur *K* 20 prosequi *K* 21 ab amilio *K* 24 Pacinum *codd.* 25 nam ita παχυς *T* est *om. K* 26 flatur *B* Libeum *codd.* 27 extendens *K* nomine civitatis *K*

civitate, quae ibi est sita. Borion promuntorium Numidiae, 7
vocatum ita quod Aquilonem intendat. Hoc Hipponem Re-
gium postea dictum, pro eo quod sit aequore interruptum.
Calpis Hispaniae promuntorium.

DE MONTIBVS CETERISQVE TERRAE VOCABVLIS. Montes VIII
sunt tumores terrarum altissimi, dicti quod sint eminentes.
Quidam autem propriis ex causis vocati sunt, ex quibus no-
tandi sunt qui opinione maximi celebrantur. Mons Caucasus 2
ab India usque ad Taurum porrectus, pro gentium ac linguarum
varietate quoquo versum vadit, diversis nominibus nuncupatur.
Vbi autem ad orientem in excelsiorem consurgit sublimitatem,
pro nivium candore Caucasus nuncupatur. Nam orientali
lingua 'caucasum' significat candidum, id est nivibus densissi-
mis candicantem. Vnde et eum Scythae, qui eidem monti
iunguntur, Croacasim vocaverunt. 'Casim' enim apud eos can-
dor sive nix dicitur. Mons Taurus a plerisque idem vocatur 3
et Caucasus. Libanus mons Phoenicum altissimus, cuius 4
meminerunt prophetae; dictus a ture, quia ibi colligitur. Cuius
ea pars, quae est super eum ad orientalem plagam respiciens,
Antilibanus appellatur, id est contra Libanum. Ararat mons 5
Armeniae, in quo arcam historici post diluvium sedisse testan-
tur. Vnde et usque hodie ibidem lignorum eius videntur
vestigia. Acroceraunii montes propter altitudinem et fulminum 6
iactus vocati sunt; Graece enim fulmen κεραυνὸς dicitur. Sunt
autem inter Armeniam et Iberiam, incipientes a portis Caspiis
usque ad fontem Tigridis fluvii. Hyperborei montes Scythiae, 7
dicti quod supra, id est ultra, eos flat Boreas. Riphaei montes 8
in capite Germaniae sunt, a perpetuo ventorum flatu nominati;

1 sita est *B* Boreon *BK* 2 ippone *BCT*: ipponi *K* 3 aequor *T* interrupto *K* 6 quod] quid *T* 8 maxima *K*: maxime *C* Cau. mo. *BT* 10 versus *K* 12 propter ni. candorem *C* nam in or. *T* 13 caucasus *B* 14 idem *T* 15 crouecasim *C* casin *B*: capsim *C* 16 idem *om.* *K* 17 caucasum *K* altissimum *K* 20 appellabatur *BK* Ararath *C* 21 historia *C* testatur *C* 22 ibidem *om.* *B*[1] 23 Acrocerauneі *K* f. ictus *C*: fulminis iactu *K* 24 flumen *C* 25 caspis *B* 27 id est] idem *C*[1] boreus *K* Rifei (-ph-) *codd.* 28 nom.] nuncupati *C*

9 nam ῥιφὴ Graece impetus et ὁρμὴ dicitur, ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν.
Olympus mons Macedoniae nimium praecelsus, ita ut sub illo
nubes esse dicantur. De quo Vergilius (Lucan. 2, 271):

Nubes excessit Olympus.

Dictus autem Olympus quasi Ololampus, id est quasi caelum.
10 Hic mons Macedoniam dividit a Thracia. Athos mons Mace-
doniae, et ipse altior nubibus, tantoque sublimis ut in Lemnum
umbra eius pertendat, quae ab eo septuaginta sex milibus sepa-
11 ratur. Parnasus mons Thessaliae iuxta Boeotiam, qui gemino
vertice est erectus in caelum. Hic in duo finditur iuga:
Cyrrham et Nissam; unde et nuncupatus; eo quod in singulis
iugis colebantur Apollo et Liber. Haec iuga a duobus fratri-
bus Cithaeron et Helicon appellantur. Nam Helicon dictus
12 ab Helicone fratre Cythaeronis. Item Ceraunii sunt montes
Epiri, a crebris dicti fulminibus. Graece enim fulmen κεραυνὸς
13 dicitur. Appenninus mons appellatus quasi Alpes Poeninae,
quia Hannibal veniens ad Italiam easdem Alpes aperuit. Vnde
et Vergilius (Aen. 10, 13):

Alpes inmittit apertas;

has enim Hannibal post bella Hispaniae aceto rupit; Iuvenalis (10, 153):

Et montem rupit aceto.

Et inde loca ipsa, quae rupit, Appenninae Alpes vocantur.
14 Mons Aethna ex igne et sulphure dictus; unde et Gehenna.
Constat autem hunc ab ea parte, qua Eurus vel Africus flat,
habere speluncas plenas sulphuris et usque ad mare deductas,
quae speluncae recipientes in se fluctus ventum creant, qui

5 dic. au. Ol. *om.* B^1 Olol.] ὁλολαμπὴς *edd. Servii ad Aen.* 4, 268 7 et ipse *om.* *K* lemno *codd.* 8 sept.] octoginta *codd. Solini*, 11, 33 sex] septem *K* 9 boretiam *T* gemine *B* 10 hic duo *T* finguntur *B* 11 cirra *BCT*: cerra *K* nissa *BCT*: nisa *K* nuncupatur *KC ut vid.* 12 a *om.* *T* 13 citeron *codd.* elicon *BCT*: ilicon *K* (*ubique*) 14 citeronis *CT*: ciceronis *BK* Inter *T*: *om.* *K* ceraunei *K*: -ni *C*: -nia *Servius ad Georg.* 1, 332 mo. sunt *K* 15 dictis *B* fluminibus TC^1 elim *T* 16 Apenninus *B*: Appinninus *K* appellatur *CT* Poen.] penice *BCT*: pinicae *K* 23 appinninae *K*: Poeninae *Serv. ad Aen.* 10, 13 24 Ae. mons *K* ethna *BKT*: etna *C* geenna *T*: genna CB^2: gena B^1 25 ea *ex* e *T* flant hab. sp. et pl. *Serv. ad Aen.* 3, 571 26 plenas *om.* *K* 27 creat *K*

agitatus ignem gignit ex sulphure; unde est quod videtur in-
cendium. Pyrenaeus et ipse a crebris fulminum ignibus nun- 15
cupatus; Graece enim ignis πῦρ vocatur. Iste est qui inter
Galliam atque Hispaniam quasi de industria munimentum inter-
iacet. Solurius a singularitate dicitur, quod omnibus Hispaniae 16
montibus solus altior videatur [sive quod oriente sole ante
radius eius quam ipse cernatur]. Calpes mons in ultimis fini- 17
bus Oceani, qui dirimit Europam ab Africa, quem Athlantis
finem esse dicunt. De quo Lucanus (1, 555):

Hesperiam Calpem, summumque implevit Athlantem.

Athlans frater Promethei fuit et rex Africae, a quo astrologiae
artem prius dicunt excogitatam; ideoque dictus est susti-
nuisse caelum. Ob eruditionem igitur disciplinae et scientiam
caeli nomen eius in montem Africae derivatum est, qui nunc
Athlans cognominatur: qui propter altitudinem suam quasi
caeli machinam atque astra sustentare videtur. Alpes autem 18
proprie montes Galliae sunt. De quibus Vergilius (Georg.
3, 474):

Aerias Alpes;

et dicendo aerias verbum expressit a verbo. Nam Gallorum
lingua 'alpes' montes alti vocantur. Haec sunt enim quae
Italiae murorum exhibent vicem. Colles sunt praeminentiora 19
iuga montium, quasi colla. Iuga autem montium ex eo appellata 20
sunt quod propinquitate sui iungantur. Tumulus est mons 21
brevis, quasi tumens tellus. Item tumulus terra congesta, ubi
nulla memoria est. Valles sunt humilia loca, quasi vulsa. 22
Hinc et convalles depressa loca terrarum inter montes. Cam- 23
pus est terrarum planities. Dictus autem campus quod brevis
sit pedibus, nec erectus, ut montes, sed patens et spatio suo

1 un. fit q. *C*: un. et quia *B* 2 Pirineus *codd.* ign. ful. *K* nuncupatur *C* 4 atque] et *T* ind. nuncupatur (*delet.*) mun. *K* 5 Solorius *K* 6 videtur *C* sive quod . . . cern. *hab. TU*: *om. BCKO* 7 cernitur *U* 10 hesperiem (esp-) *TB* 11 fratre *K* rex] ex *B* 12 primum *K* 13 erudionem eius disc. *K* 14 dirivativum *K* 15 suam *om.* *B*[1] 16 videatur *K* 17 galileae *B* 21 lingua *om.* *B* 22 exhibent] exerent *K* prominentiora *K*: praeeminentiora *C* 24 sunt *om.* *B* 25 terra] terga *C*[1] 26 qu. valsa *K* 28 sit brevis *C*: brevis *T* 29 rectus *T* pa. spa. *T*

porrectus et iacens; unde et Graece πεδίον dicitur. Sumpsit
autem nomen ex Graeca etymologia; χαμαὶ enim Graeci breve
24 dicunt. Solum est omne quod sustinet, a soliditate dictum
scilicet. Vnde et de mari Vergilius ait (Aen. 5, 199):

Subtrahiturque solum.

25 Saltus sunt vasta et silvestria loca, ubi arbores exiliunt in
26 altum. Fauces sunt aditus angustorum locorum inter arduos
montes, loca angusta et brevia, dicta a faucium similitudine,
27 quasi foces. Confrages loca in qua undique venti currunt ac
sese frangunt. Vt Naevius ait (trag. 58):

In montes ubi venti frangebant locum.

28 Scabra sunt loca situ aspera. Vnde et scabies dicitur, a cor-
29 poris asperitate. Lustra obscura latibula ferarum et luporum
cubilia sunt. Vnde et lupanaria lustra dicuntur, per contrarium
30 videlicet, quia parum inlustrantur. Lucus est locus densis ar-
boribus septus, solo lucem detrahens. Potest et a conlucendo
crebris luminibus dici, quae ibi propter religionem gentilium
31 cultumque fiebant. Deserta vocata quia non seruntur et ideo
quasi deseruntur; ut sunt loca silvarum et montium, contraria
32 uberrimarum terrarum, quae sunt uberrimae glebae. Devia
sunt loca secreta et abdita, quasi extra viam. Ipsa sunt et
invia. Inde et aviaria secreta loca et a via remota, aut tantum
adibilia avibus. Vnde est illud (Virg. Georg. 2, 430):

Inculta rubent aviaria bacis.

33 Amoena loca Varro dicta ait eo quod solum amorem praestant
et ad se amanda adliciant. Verrius Flaccus, quod sine munere
sint nec quicquam his officia, quasi amunia, hoc est sine fructu,

1 porr. ia. *T* 2 χα.] cami *codd.* brevem *K* 3 omne] nomen *T* 4 et *om. C* ait *om. B* 7 itinera . . . in. duos mo. locata ang. et pervia *Serv. ad Aen.* 11, 516 8 loca] locata *BT* angustate br. *K* 9 voces *T*: fauces *K* 10 sese] sepe *K* nivius *K* 11 montem *C* (*non Mon.*) 12 sunt] ster *K* (*pro* st̄. *i. e.* sunt) 15 inlustratur *K* 16 situs C^{1} soli *C* 17 qui ibi *T*: quibus *B* gentium *K* 18 serantur *C* 19 deserentur *K* contrarie *T*: contrarii *BK*: contrariae *C* 20 Devie *T* 21 ext. via *BT* 22 viaria sec. *BK* 24 vacis *B*: vagis *KNP* 25 solo *KOP* (*non NDF*) amore *OP* praestent *Arev.* 26 adliceant *ex* adiaceant *ut vid. T* verius *CT* 27 sint id est sine officio quasi *C* (*non DF*)

unde nullus fructus exsolvitur. Inde etiam nihil praestantes
inmunes vocantur. Aprica loca quae sole gaudent, quasi ἄνευ 34
φρίκης, id est sine frigore; sive quod sint aperto caelo. Opaca 35
vero loca, quasi operto caelo, aprico contraria. Lubricum dici 36
locum ab eo quod ibi quis labitur; et lubricum dicitur non
quod labitur, sed in quo labitur. Aestiva sunt loca umbrosa, 37
quibus per aestatem vitant pecora solis ardorem. Statius
(Theb. 1, 363):

Et umbrosi patuere aestiva Lycaei.

Navalia sunt loca ubi naves fabricantur. Hoc et textrinum 38
vocatur. Statio est ubi ad tempus stant naves; portus, ubi 39
hiemant; inportunum autem, in quo nullum refugium, quasi
nullus portus. Portus autem locus est ab accessu ventorum 40
remotus, ubi hiberna opponere solent: et portus dictus a deportandis commerciis. Hunc veteres a baiolandis mercibus
baias vocabant, illa declinatione a baia baias, ut a familia familias. Litus est terra aquae et mari vicina: et dictum litus quia 41
fluctu eliditur, vel quod aqua adluitur. Cicero in Topicis (32):
'Litus est qua fluctus eludit.' Circumluvium locus quem aqua 42
circumluit; adluvium consumptio riparum ex aquis. Margo
est pars cuiuslibet loci, utputa maris; unde et nomen accepit.
Maritima quasi maris intima. Ostia ab ingressu et exitu fluminis dicta in mari. Continens perpetua terra nec ullo mari 43
discreta, quem Graeci ἤπειρον vocant.

De inferioribvs. Specus est fossa sub terra qua prospici potest; σπήλαια Graece, speluncae Latine. Spiracula IX 2
appellata omnia loca pestiferi spiritus, quae Graeci Χαρώνεια

1 un. et nul. *KMNOPU* (*non DF*) 2 dicuntur *corr.* vocantur *D* (*non F*) soli *K*: solo *B* ἄνευ φρ. id est *om. K* 3 fricore *K* quae *B* aperta *T* 4 operta (oporta *B*) *codd.* contria *B* 5 quod] quia *B* non qo lab. in quo *B*¹ 6 stiva *K* 9 licet *B*¹ 10 loca sunt *K* extrinum (*ex* extrenum) *K* 11 stat navis *K* 14 hib.] adversa *K* 16 declinatio *K* ut a filia familias *K* 17 terrae *K* ma. litora vi. *K*: ma. vicinia *T* 18 fluctus *K* vel quia *B* 19 qua] aqua *B*: aqua qua *K*: quae *ex* aquae *T* eludit *ex* elidit *ut vid. T* locum quod *K* 20 ex] in *K* 21 et] vel *T* 22 fluminas *B*¹ 23 cont.] confinies *K* 25 perspici *BK* 26 spelunca *CK* 27 spiritu *ex* -tus *T* quem *K*: quam *T* . paronia *BCT*: paroneam *K*

appellant vel Ἀχερόντεια. Etiam Varro spiraculum dicit
huiuscemodi locum; et spiracula ex eo dicuntur loca qua
3 terra spiritum edit. Hiatus praeruptio terrae profunda, quasi
itus. Proprie autem hiatus est hominis oris apertio, translata
4 a feris quarum aviditas oris adapertione monstratur. Profun-
dum proprie quasi cuius porro sit fundus. Abusive autem pro-
fundum vel sursum vel deorsum dicitur, ut (Virg. Aen. I, 58):

Maria ac terras caelumque profundum.

5 Baratrum nimiae altitudinis nomen est: et dictum baratrum
6 quasi vorago atra, scilicet a profunditate. Erebus inferorum
profunditas atque recessus. Styx ἀπὸ τοῦ στυγερός, id est a
tristitia, dicta, eo quod tristes faciat vel quod tristitiam gignat.
7 Cocytus locus inferi, de quo Iob ita loquitur . . . Cocytus autem
8 nomen accepit Graeca interpretatione, a luctu et gemitu. Tar-
tarus vel quia omnia illic turbata sunt, ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, aut,
quod est verius, ἀπὸ τῆς ταραχῆς, id est a tremore frigoris, quod
est algere et rigere, scilicet quia lucem solemque caret; quia
neque illic vapores sunt, qui ex solis luce gignuntur, neque
flatus, qui eiusdem motibus incitatur, sed perpetuus stupor;
ταρταρίζειν enim horrere et tremere apud Graecos legitur. Illic
9 enim 'fletus et stridor dentium' (cf. Matth. 8, 12). Gehenna
est locus ignis et sulphuris, quem appellari putant a valle idolis
consecrata, quae est iuxta murum Hierusalem, repleta olim
cadaveribus mortuorum; ibi enim Hebraei filios suos inmo-
labant daemonibus, et appellabatur locus ipse Gehennon.
Futuri ergo supplicii locus, ubi peccatores cruciandi sunt,
huius loci vocabulo designatur. Duplicem autem esse Gehen-

1 acerontea *codd.* spiraculo di. *K* 3 proruptio *K* terra *T*[1] qu. ictus *B*[1] : *om. K* 4 omnis *BT* aperti *B*[1] 5 avitas *K* or. per apertionem oris m. *K* 6 porro] procul *K* 8 mari *T*: mare *BCK* terra *BK* 9 et dic. bar. *om. K* 10 voracum *K* 11 stix *C*: istix *T*: itix *K*: istrix *B* στυγεροῦ *codd. opt. Servii* a *om. B* 13 loq. dulcis fuit glareis cociti. Coc. *C* (*cf. Iob* 21, 33) autem *om. K* 14 a] ac *T*[1] 15 quia o. i. t. s. ἀπὸ τῆς ταραχῆς aut q. e. v. ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν *Servius* quia] quod *C* aut] ut *B*: vel *C* 16 quod (*alt.*)] quae *B* 17 cariet *K* quia] quasi *B*: nam *C* 19 montibus *B* perpetuis *K* 23 consecrate *B*: consecreta *C* 24 morum *C*[1] immolant *C*[1] 27 esse *om. B*[1]

nam et ignis et frigoris. Inferus appellatur eo quod infra sit. 10
Sicut autem secundum corpus, si ponderis sui ordinem teneant, inferiora sunt omnia graviora, ita secundum spiritum inferiora sunt omnia tristiora; unde et in Graeca lingua origo nominis, quo appellatur inferus, ex eo quod nihil suave habeat resonare
perhibetur. Sicut autem cor animalis in medio est, ita et 11
inferus in medio terrae esse perhibetur. Vnde et in Evangelio legimus (Matth. 12, 40): 'In corde terrae.' Philosophi autem dicunt quod inferi pro eo dicantur quod animae hinc ibi ferantur.

1 fr. legimus *C* Infernus *T* eo *om.* *T* 3 ita et sec. *K* 4 tristitiora *C*[1] 5 ex *om.* *T* nihil *om.* *C*[1] 7 infernus *BCT* 9 dicantur *BK*: dicuntur *CT* 10 feruntur *C*

LIBER XV

DE AEDIFICIIS ET AGRIS

1 De civitatibvs. De auctoribus conditarum urbium plerumque dissensio invenitur, adeo ut nec urbis quidem Romae origo possit diligenter agnosci. Nam Sallustius dicit (Cat. 6): 'Vrbem Romam, sicuti ego accepi, condere atque habitare initio Troiani et cum his Aborigines.' Alii dicunt ab Evandro, secundum quod Vergilius (Aen. 8, 313):

Tunc rex Evandrus Romanae conditor arcis.

Alii a Romulo, ut (Virg. Aen. 6, 781):

En huius, nate, auspiciis illa inclita Roma.

2 Si igitur tantae civitatis certa ratio non apparet, non mirum si in aliarum opinione dubitatur. Vnde nec historicos nec commentatores varia dicentes imperite condemnare debemus, quia antiquitas ipsa creavit errorem. Sane quasdam, de quibus aut sanctae Scripturae aut historiae gentium certam originem
3 referunt, paucis admodum verbis retexere oportet. Primus ante diluvium Cain civitatem Enoch ex nomine filii sui in Naid condidit, quam urbem sola multitudine suae posteritatis
4 implevit. Primus post diluvium Nembroth gigans Babylonem urbem Mesopotamiae fundavit. Hanc Semiramis regina Assyriorum ampliavit, murumque urbis bitumine et cocto latere fecit. Vocabulum autem sumpsit a confusione, eo quod ibi confusae sint atque permixtae linguae aedificantium turrem.
5 Iudaei asserunt Sem, filium Noe, quem dicunt Melchisedech, primum post diluvium in Syria condidisse urbem Salem, in qua regnum fuit eiusdem Melchisedech. Hanc postea tenue-

2 nec] ne *T* (*cum Serv. ad Aen.* 7, 678) 4 condire B^1: condidere *C* (*cum Serv.*) habitavere *C* 5 in ini. *B* ab origine KTB^2 (-ne* B^1) 6 sec. quos quod C^1: sec. quos *Serv.* 7 romae C^1 8 ut virgilius en *C* 9 ennius huius nam ausp. *K* Roma *om. K* 10 ig.] autem *T* tantae *om. K* creta *B* 11 aliorum *CK* 12 variam *B* imperitiae *C* (*cum Serv.*) 13 creabit *T* 14 cretam *B* 16 in Naid] in india *BCK*: india *T* 17 quae ur. B^1 18 nebroth *CT*: nebrodh *K* 22 sunt *C* 24 reg. in qua *C*

runt Iebusaei, ex quibus et sortita vocabulum est Iebus; sicque duobus nominibus copulatis Iebus et Salem vocata est Hierusalem, quae postea a Salomone Hierosolyma quasi Hierosolomonia dicta est. Haec et corrupte a poetis Solyma nuncupata est, et postmodum ab Aelio Hadriano Aelia vocitata est. [In] Ipsa est et Sion, quae Hebraice interpretatur speculatio, eo quod in sublimi constructa sit, et de longe venientia contempletur. Hierusalem [autem] pacifica in nostro sermone transfertur.

Oppida nobilia, qvi vel qvae constitvervnt.

Dionys[i]us, qui et Liber pater, cum Indiam victor perambulas- 6
set, Nysam urbem ex suo nomine iuxta Indum fluvium condidit,
et quinquaginta milibus hominum adimplevit. Medus autem 7
Aegei filius Mediam construxit; unde et regio eius Mediae
nomen sortita est. Persepolim urbem caput Persici regni 8
Perseus †Adeae† filius condidit famosissimam confertissimam-
que opibus; a quo et Persida dicta est. Ctesiphontem quoque 9
Parthi apud Parthiam condiderunt in aemulationem Babyloniae
urbis. Susis oppidum Persidae aiunt Memnonis fratrem con- 10
stituisse. Dicta autem Susis quod inmineat Susae fluvio.
Ibi est regia Cyri, lapide candido et vario cum columnis aureis
et lacunaribus gemmisque distincta, continens etiam simu-
lacrum caeli stellis micantibus praesignatum, et cetera humanis
mentibus incredibilia. Bactrum oppidum Bactriani condi- 11
derunt, ex proprio amne eum cognominantes, qui Bactros
vocatur. Carra civitas Mesopotamiae trans Edessam condita 12
a Parthis, ubi quondam Romanus est caesus exercitus, et

1 est voc. *B* 3 quae postea . . . dicta est *om. T* qu. hierusalimonia *C*[1] 5 nunc. et po. *K* postmodo *C* vocata *K* 6 in *hab. BK*: *om. C*[1]*T* 10 opp. autem nob. *CK* qui vel co. *C*: quaeque co. *K* 12 nisam (-an *C*, nisiam *T*) *codd.* iuxta nis Ind. fl. ex suo nom. cond. *K* 13 milia *codd.* implevit *KT* 14 moediam *T*: medam *K* inde *C* media *C* 15 Perseopoli *K*: Persipolim *C* 16 aede* *B*[1]: pathae *C*: adiae *K*: athei *T*: Danaes *Arev.* confertissimam *om. T* 19 patrem *T* 20 dictum *B*: dictus *CT* susis *codd.*: *fort.* Susa susi *K* 21 condito *K* cum *om. C*[1] 25 ex] et *B*: et a *K* (*non F*) qui bactrus *K*: quibus actros *B* 26 hedessam *T*: edissam *BCK* conditam *BK* 27 partes *B*[1]

13 Crassus dux captus. Edessam urbem Mesopotamiae condidit
Nembroth, filius Chus, postquam de Babylone migravit, in qua
et regnavit; quae antea Arach cognominata est. Ipse con-
struxit et Chalannen, quae postea verso nomine a Seleuco rege
dicta est Seleucia. Philadelphiam urbem Arabiae condidit
Raphaim, gens antiquissima, quam interfecerunt filii Loth.
14 Seleucus, unus ex posteris Alexandri, post mortem eiusdem
Alexandri occupato regno orientis urbem in Syria condidit,
eamque ex Antiochi patris sui nomine Antiochiam nuncupavit,
et Syriae caput instituit. Ipse quoque Laudiciam et Seleuciam,
15 ipse Apamiam et Edessam urbem construxit. Damascum
Syriae conditam et nuncupatam a Damasco dispensatoris
Abrahae filio. Haec antea in omni Syria tenuit principatum;
necdum enim florebant ibi Antiochia, Laudicia et Apamia,
quas urbes post Alexandrum constructas esse cognoscimus.
Hic est Damascus quem Abraham futurum sibi heredem
16 dixerat, antequam esset illi promissus Isaac. Gazam oppidum
Palaestinae condiderunt Evei, in qua habitaverunt Cappadoces
pristinis cultoribus interfectis. Vocata autem Gaza eo quod
ibi Cambyses rex Persarum thensauros suos posuit, cum
bellum Aegyptiis intulisset; Persarum enim lingua thesaurum
17 'gaza' nominatur. Philistim urbem condiderunt Allophyli;
ipsa est Ascalon, de qua superius memoravimus, nuncupata
ex nomine Cesloim, qui fuit nepos Cham et filius Mesraim.
18 Dor urbs fuit quondam potentissima; et versa vice Stratonis
turris, postea ab Herode, rege Iudaeae, in honorem Caesaris
Augusti Caesarea nuncupata. In qua Corneli domum Christi

1 crassatus *B* Hedessam *T* 2 nebroth *BKT*[2] cus *BT* in qua et reg. *om. K* 3 antea lare *B*: ante lare *C*: antea iare *K*: antea harec *T* ipsa *B* 4 chalannae *B*: calanae *C*[1]: callanae *K*: calanne *T* 6 rabam *T* ingens *T* 7 posteris *K*: pueris *BCT* post . . . Alex. *om. C*[1] 10 laudociam (-oti-) *TB* et Sel. *om. T* 11 ipse *om. BK* edissam *B*: edesam *T* urbes *T*: *om. C* 13 ante *C* 14 efflorebant *C* laudocia *BT* 18 ebei *B*[1] in quo *T* 22 nominat *B* allophili *C*: allofili *BT*: alophili *K* 23 nominavimus *B* 24 ceslom *C*[1]: cesloim *B* cam *T*: cain *K*: kam *B* et fil. *om. K* mesrain *BK* 26 Iud. in quae hon. *B*[1] caesar *B* 27 cesaria est nu. *T* domus *K*

vidit Ecclesia, et Philippi aediculas, et cubiculum quattuor
virginum prophetarum. Ioppe oppidum Palaestinae maritimum 19
idem Palaestini aedificaverunt; ubi saxum ostenditur quod
vinculorum Andromedae vestigia adhuc retinet; cuius beluae
forma eminentior elephantis fuit. Iericho a Iebusaeis condita 20
traditur, a quibus et nomen traxisse perhibetur. Hanc sub-
vertit Iesus. Post quam instruxit aliam, Ozam de Bethel ex
tribu Ephraim. Sed et haec eo tempore quo Hierusalem
obpugnabatur a Romanis, propter perfidiam civium capta
atque destructa est; propter quam tertia aedificata est urbs,
quae hodieque permanet. Sichem Samariae urbem, quae 21
Latine et Graece Sichima vocatur, aedificavit Emor, appel-
lavitque eam nomine Sichem filii sui. Ipsa est nunc Neapolis,
civitas Samaritanorum. Bethel urbem Samariae condiderunt 22
Iebusaei, quae prius vocabatur Luza; sed postquam dormiens
ibi Iacob vidit scalam innitentem caelo et dixit (Genes. 28, 17),
'Vere hic domus Dei est et porta caeli,' hac ex causa nomen
locus accepit Bethel, id est domus Dei. Quando autem ibi
Ieroboam vituli aurei fabricati sunt, vocata est Bethaven, id
est domus idoli, quae antea vocabatur domus Dei. Bethleem 23
Iuda, civitas David, quae mundi genuit salvatorem, a Iebusaeis
condita fertur et vocata primum E[u]phrata. Quando autem ibi
Iacob pecora sua pavit, eidem loco Bethleem nomen quodam
vaticinio futuri inposuit, quod domus panis interpretatur, pro-
pter eum panem qui ibi de caelo descendit. Chebron civitas 24
Iudaeae, quae quondam vocabatur Arbe, condita est a giganti-

3 sagum *T* quo *BKT* 5 Hiericho *BCK*: Ierico *T* iesubusaeis *K* 6 hunc C^1 7 Post quam] pro qua *Arev.* (*ex Hieron. de Loc. Hebr.* 40) 10 propter quam] pro qua *Hieron.* 11 hodie usque *T*: *om. BK* Sicem *BT* urb. Sam. T^1: Sam. urbs *K* 12 sicima *C*: sicina *B*: sicimam *K* emmor *K* 13 ea *K* sicem *B* 14 urbs samaritanorum *K* 15 vocatur C^1 loza *K* 17 dom. dei est hic *K* et po. cae. *om. T* hic ex c. *T*: ex hac c. *B* 18 Dei *om. K* ibi a Ier. *B*: ibi a rege Ier. *C* 19 vitulae aureae fabricatae *K* bethaben *C*: betheum (-um) *KT*: beteun *B* 20 quae . . . Dei *om.* C^1 quae] quod *B* Bethlem *CT* 21 iudae KT^2 *ut vid.* 22 eufrata *B*: eufraten C^1: eufrate *KT* 23 bethlem *codd.* quoddam *B* 25 caelis *K* Cebron *BK*: Ebron *C* 26 iudae *BC* arbae *C*

bus ante septem annos quam ab eis Tanis urbs Aegypti con-
deretur. Ipsa est Arbe a numero ita vocata, quod ibi tres
patriarchae sepulti sunt et quartus Adam. Ipsa est et Mambre
25 vocata ex uno amico Abrahae. Samariam, a qua omnis regio
quae circa eam fuit nomen accepit, Sennacherib rex Assyriorum
construxit vocavitque Samariam, id est custodiam, quia, quando
Israel transtulit in Medos, ibi custodes constituit. Hanc
obsidione captam Antiochus solo coaequavit. Quam postea
Herodes a fundamentis instaurans in honorem Augusti Augu-
stam, id est Sebastiam Graeco sermone, vocavit. Ibi siti sunt
Heliseus et Abdias Prophetae, et, quo maior inter natos mulie-
26 rum non fuit, Baptista Iohannes. Tiberiadem vero Herodes
27 alius in Iudaea in nomine Tiberii Caesaris condidit. Tyrus
urbs Phoenicum condita a Phoenicibus fuit. Haec est civitas
ex qua aurum regi Salomoni deferebatur; in qua optima
purpura tinguitur: unde et Tyria dicitur nobilis purpura.
28 Phoenices a Rubro profecti mare Sidonem urbem opulentissi-
mam condiderunt, quam a piscium copia Sidon appellaverunt.
Nam piscem Phoenices 'sidon' vocant. Ipsi etiam Tyrum
in Syria, ipsi Vticam in Africa, Hipponem, Leptim aliasque
29 urbes in ora maritima condiderunt. Ipsi Thebas in Boeotia
duce Cadmo; ipsi postremo in ultima orbis tendentes urbem
in Oceano construxerunt, eamque lingua sua Gades nomina-
verunt. Nam mos erat antiquus Phoenicum gentis multis
simul mercandi causa a domo proficisci, et cum incolarum
animos conmercio rerum his ante incognitarum sibi concilias-
sent, loca quae condendis urbibus idonea videbantur capere.
30 Ex his profecta et Dido in litus Africae urbem condidit, et

1 ante *om.* *K* thannis urbis *T* 2 arbae *B* a] ex *K* 5 sennacerib (-ip) *CB*: sinnacherim (-ce-) *KT* 6 custodem *BCT* 7 tr. Med. *B* 8 obsidie C^1 10 sabastiam *BKT* siti] sepulti *K* 11 mul. *om.* *B* 13 in Iud. nom. *C* 15 re. Sal. *CT*: Sal. re. *BK* 18 co. pis. *B* 19 ipsum et. *C* 20 Vtic. Afr. C^1 22 ult. urbis *K* 23 condiderunt *B* (*non Bern. frag.*) 24 antiquis TC^1 gentes *C* *Bern. frag.* multos *C* 26 consiliassent C^1 27 conditis *K* (*non Bern. frag.*) videbant *K* (*non Bern. frag.*) capuere *T* 28 lidus *B*: lidos *Bern. frag.* urbis *B*

Carthadam nominavit; quod Phoenica lingua exprimit civi-
tatem novam; mox sermone verso Carthago est dicta: hanc
Scipio delevit. Quae autem nunc est, postea a Romanis con-
dita est. Carthago autem antea Byrsa, post Tyrus dicta est,
deinde Carthago. Memphin civitatem Aegypti aedificavit 31
Epaphus Iovis filius, cum in secunda Aegypto regnaret. Haec
est urbs ubi charta nascitur, ubi etiam optimi mathematici
fuerunt. Nam hanc urbem magicis artibus deditam pristini
usque ad praesens tempus vestigia erroris ostendunt. Tanis 32
metropolis Aegypti, ubi Pharao fuit, et Moyses cuncta signa
fecit quae in Exodo scribuntur. Hanc construxisse perhibentur
Titanes, id est gigantes, et ex nomine suo nuncupaverunt.
Heliopolis urbs Aegypti, quae Latine interpretatur solis civitas, 33
sicut septuaginta interpretes arbitrantur. Aedificata est autem
a filiis Israel, in qua Petephres sacerdos fuit, cuius meminit
Ezechiel. Vrbem Alexandriam condidit Alexander Magnus, 34
cuius et nomen detinet. Hanc enim [idem] in terminis
Africae et Aegypti constituit, et caput esse regionis Aegypti
iussit. Interiacet autem inter Aegyptum et mare, quasi clau-
strum, inportuosa. Haec est urbs Aegypti Noo, postea versa
in Alexandriam. Thebas Aegyptias condidit Cadmus, quae 35
inter Aegyptias urbes numero portarum nobiliores habentur,
ad quas conmercia Arabes undique subvehunt. Hinc regio
Aegypti Thebaica dicta est. Thebae autem et Boeotiae sunt
et Aegyptiae, uno tamen auctore conditae. Ptolomais et 36
Berenice a regibus Aegyptiis nominatae, a quibus et aedificatae

1 cartadam *codd.* (*etiam Bern. frag.*) quod] quam *B* 4 birsa *BCT Bern. frag.* 5 Memfim *BC*: Mēfin *T*: Memphem *K* 8 pristinius quae ad *Bern. frag.*: pristinus ad *K* 9 Thanis *T* 10 metr. est Aeg. *ut vid. K*[1] 11 fecit *om. B*[1] struxisse *B* perhibent *K* (*non Bern. frag.*) 12 et *om. B* 13 Eliopolis *codd.* (*etiam Bern. frag.*) 15 putifres *B*[1]: petefres *CT*: pedefres *K Bern. frag.* 17 detenet *Bern. frag.* (*m.* 1) idem *Bern. frag.*: et idem *C*: id est *B*: *om. KT* 18 et Aeg. *om. K* (*non Bern. frag.*) Aeg. reg. *C* (*non Bern. frag.*) 19 plaustrum *T* 20 Noo *om. B* 21 qui *B* 22 numeroque *C*[1] 23 ad qua *T* subveunt *DF*: subeunt *BKOP*: subveniunt *T* (*non Bern. frag.*) 24 thebaita *Bern. frag.*: -da *C* thebea *BK Bern. frag.* 25 Ptolomais *C Bern. frag.*: Ptholomais *B*: Pholomais *K*: Pthomagis *T* et berenicae *B Bern. frag.*: et berennicae *C*: et beris et *K* 26 regis *K* et *om. C*

37, 38 fuerunt. Caesarea Cappadociae . . . Tarsum Ciliciae Danaes
proles Perseus aedificavit. De qua civitate fuit Paulus Apo-
stolus (Act. Apost. 22, 3); 'Natus' inquit, 'Tarso Ciliciae.'
Quidam etiam locus Indiae Tarsus vocatur. Seleuciam
Isauriae condidit Seleucus, qui et Antiochiam. Ilus autem
39 Apollonis filius in Phrygia Ilium condidit. Amazones Ephe-
sum in Asia construxerunt. Theseus vero Smyrnam construxit,
quae Homero poetae patria extitit; et vocata Smyrna quod
40 eius campos Ermus fluvius secat. Dioscoriam Colchorum
urbem Amphitus et Cercius aurigae Castoris et Pollucis fabri-
caverunt, ex eorum nomine eam cognominantes; nam Castor
41 et Pollux Graece Διόσκουροι appellantur. Nicomedia a Nico-
medo rege Bithyniae aedificata est. Bithynia condita a Phoe-
42 nice, quae primum Mariandyna vocabatur. Constantinopolim
urbem Thraciae Constantinus ex nomine suo instituit, solam Ro-
mae meritis et potentia adaequatam. Hanc conditam primum
a Pausania rege Spartanorum, et vocatam Byzantium, vel quod
tantum patet inter Adriaticum mare et Propontidem, vel quod
sit receptaculum terrae marisque copiis. Vnde et eam Con-
stantinus aptissimam condere iudicavit, ut et receptaculum sibi
terra marique fieret. Vnde et nunc Romani imperii sedes et
43 totius caput est orientis, sicut et Roma occidentis. Epirum
44 civitas Thraciae condita est a Pyrrho et cognominata. Athenas
in Hellade Cecrops condidit, et ex suo nomine Cecropiam
nominavit. Hanc Amphictyon, idem qui in Graecia tertius
post Cecropem regnavit, Minervae sacravit et nomen civitati
Athenas dedit; nam Minerva Graece 'Αθήνη dicitur. Vnde et

1 fuerint B^{1} Cessaria *Bern. frag.*: Caesaream *B*: Cesaream *T* 3 inq. in Tar. *C* (*non Bern. frag.*) 4 india et tharsus *T* 6 apollinis *C* (*non Bern. frag.*) 7 smirnam *C*: ismirnam *T Bern. frag.* (*m.* 1): zmirnam *K* 8 smirna *BCT*: zmirna *K* 9 ermis *K* Dioscoram *K*: Dioscuriaden (-cor-) *Solini codd.* 10 amphitiatus *K*: amfiatus *B* certius *B*: circitus *C*: circitius *K*: circius *T* pollicis C^{1} fabr. et ex *T* 14 mirandina *codd.* 17 pausina *BKT*: pausana C^{1} bizantium *codd.* 18 quod possit C^{1}: quia sit *B* 19 recepta celum *T* marique *CKT* et eam *CT*: et *B*: eam *K* 20 et ut *B*: ut *T* ibi terrae *K* 22 si. Ro. est occ. *T* 24 elladas *codd.* 25 anfixion i. $B^{1}K$: anfixion id est *C*: anfixionides *T* 26 civitatis *C* 27 nam . . . dic. *om. T*

Minervam Graeci inventricem multarum artium asserunt, quia
et litterae et artes diversorum studiorum et ipsa philosophia
veluti templum Athenas habuerunt. Corinthum in Achaia 45
condidit Corinthus Orestis filius. Hanc Graeci Corintheam
vocant, hoc est administrationem reipublicae. Thebas Boeotiae 46
Cadmus veniens a Phoenicibus condidit, Thebis Aegyptiis prius
ab eo constructis. Mycenas [civitatem Graeciae]. Lacedae- 47
monia condita a Lacedaemone Semelae filio. Sparta ab Sparto
filio Phoronei vocata, qui fuit filius Inachi. Ipsam autem esse
Spartam quam et Lacedaemoniam civitatem, atque inde Lace-
daemonios Spartanos dici. Achaia ab Achaeo constructa: 48
Pelops, qui apud Argos regnavit, Peloponnensem urbem con-
didit: Cecrops in insula Rhodo Rhodum aedificavit: Carpathus
Coum: Aeos Typhonis filius Paphum: Angeus Lycurgi filius
Samum: Dardanus autem condidit Dardaniam: Thessalonicam
Thessalus Graeci filius aedificavit, in qua etiam et regnavit.
Brundisium construxerunt Graeci: Brundisium autem dictum 49
[est] Graece quod brunda caput cervi dicatur: sic est enim
ut et cornua videantur et caput et lingua in positione ipsius
civitatis. In Italia autem a Iano Ianiculum, a Saturno Saturnia 50
atque Latium conditum, eo quod ibi fugiens latuisset co-
gnominatum. Ab Hercule in Campania Pompeia, qui victor 51
ex Hispania pompam boum duxerat. Aeneas autem post 52
excidium Troiae in eadem Italia veniens, ab uxoris nomine
Lavinium condidit. Ascanius vero relicto Laviniae novercae 53
suae regno, Albam Longam aedificavit. Alba autem vocata
propter colorem suis; Longa, quia longum oppidum est, iuxta
prolixitatem collis in quo sita est. Ex hac etiam urbe reges

1 in verticem *T* 3 hab. Ath. T^1 4 corenteam B^1 : corinthiam *K* : corintiam *C* 6 thebas Aeg. *T* 7 constructus *T* civitates Gr. *hab.* *T* : *om.* *BCK* 9 foronei *CT* : forones *B* : corones *K* Inachi] enasi *K* (B^1 *n. l.*) 10 Sp.] partiam T^1 : partem *B* quam *om.* *K* Lacedaemonam *Orosius* 1, 21, 12 11 dicit *B* 14 eos *T* : eus *K* pavum *BKT* : paphium *C* 16 eti. reg. *C* 18 est *hab.* *BK* : *om.* *CT* eo quod *K* : quam *B* est *om.* B^1 19 ut *om.* B^1 21 latinum *T* eo] et *T* 22 pompeiam *codd.* 23 duxerunt *T* 24 italiae *B* 25 laviniam (lab-) *CB* 27 sues *K* : sui *B* 28 quo posita *C* hac] qua *B* urbes *K*

54 Albanorum appellari coeperunt. Capuam Capys Silvius rex
Albanorum construxit, appellatam a nomine conditoris; licet
sint qui dicant a capacitate eam Capuam dictam, quod eius
terra omnem vitae fructum capiat: alii a locis campestribus
in quibus sita est. Est autem caput urbium Campaniae, inter
tres maximas Romam Carthaginemque numerata; ex qua et
55 provincia Italiae Campania dicta est. Romulus cum interfecto
apud Albam Amulio avum Numitorem in regnum restituisset,
in eum locum ubi nunc Roma est devenit, ibique sedes posuit,
moenia construxit, urbemque ex nomine suo Romam vocavit.
Hanc autem antea Evander dicitur condidisse, ut est illud
(Virg. Aen. 8, 313):

Tunc pater Evandrus Romanae conditor arcis.

56 Ancus Marcius ex filia Numae Pompilii natus: hic urbem in
exitu Tiberis condidit quae et peregrinas merces exciperet et
57 hostem moraretur, quam ab ipso situ Ostiam appellavit. Galli
quidam intestina discordia et assiduis dissensionibus suorum
permoti, sedes novas quaerentes Italiam profecti sunt, sedibus-
que propriis Tuscis expulsis, Mediolanum atque alias urbes
condiderunt. Vocatum autem Mediolanum ab eo quod ibi sus
58 medio lanea perhibetur inventa. Historiis placet a Messapo
Graeco Messapiae datam originem, versam postmodum in
nomen Calabriae, quam in exordio Oenotri frater Peucetius
59 Peucetiam nominaverat. Manto Tiresiae filia post interitum
Thebanorum dicitur delata in Italiam Mantuam condidisse:
est autem in Venetia, quae Gallia Cisalpina dicitur: et dicta

1 capis (-pi *K*) *codd.* 2 apellata *KT*: appellata *B* a *om. BC* 3 a capac. *om.* C^1 quod] quia *B* 6 num.] nominata *K* 7 italia *B* interfecti *B* 8 amullio *B*: amunio T^1 9 in eo loco *K* sede *T* pos. et moe. *K* 10 urbem quae *B*: urbem *K* 11 ante ea C^1 cond. dic. *C* 14 marcus *BCT* pampili *B* 15 acciperet *C* 16 ab *om. K* 17 densonibus C^1 18 permotis *T* sedibus pro. *B* 21 mediu *K*: media *BT* inv. per. *C* Histonis *K* mesalo *K* 22 grece C^1: primum *K* messapia *T*: mesaliae *K* versam *Solin.* 2, 12: versa *codd.* in *om.* C^1 23 eunotri *K*: cenotri *BT*: onotori C^1 24 peuceteam *B* nominavit *T* Mantoa *K* post *om. K* 26 venientia *B*

Mantua quod manes tuetur. Parthenope a Parthenope quadam 60
virgine illic sepulta Parthenope appellata; quod oppidum postea
Augustus Neapolim esse maluit. Ad promuntorium Leucaten, 61
in quo Actii Apollinis templum fuit, bellum Augustus contra
Antonium gessit. Quo victo, urbem in Actiaco sinu condidit,
quam a victoria Nicopolim appellavit. Phalantus Partheniorum 62
dux Parthenios constituit. Taras Neptuni filius fuit, a quo
Tarentum civitas et condita et appellata est. Cum Cyrus mari- 63
timas urbes Graeciae occuparet, et Phocaeenses ab eo ex-
pugnati omnibus angustiis premerentur, iuraverunt ut profuge-
rent quam longissime ab imperio Persarum, ubi ne nomen quidem
eorum audirent; atque ita in ultimos Galliae sinus navibus
profecti, armisque se adversus Gallicam feritatem tuentes,
Massiliam condiderunt et ex nomine ducis nuncupaverunt.
Hos Varro trilingues esse ait, quod et Graece loquantur et
Latine et Gallice. Narbonam et Arelatum et Pictavis coloni 64
proprii condiderunt. Burdigalim appellatam ferunt quod
Burgos Gallos primum colonos habuerit, quibus antea
cultoribus adimpleta est. Terraconam in Hispania Scipiones 65
construxerunt; ideo caput est Terraconensis provinciae.
[Caesaraugusta Terraconensis Hispaniae oppidum a Caesare 66
Augusto et situm et nominatum, loci amoenitate et deliciis
praestantius civitatibus Hispaniae cunctis atque inlustrius,
florens sanctorum martyrum sepulturis.] Afri sub Hannibale 67
maritima Hispaniae occupantes, Carthaginem Spartariam con-
struxerunt, quae mox a Romanis capta et colonia facta, nomen
etiam provinciae dedit. Nunc autem a Gothis subversa atque

1 quod] quia *B* inanes *B* : inanis *K* : in inanes *T* Parthenopea a Parth. *C*[1] : Parthenopia a Parth. *BT* (*vix recte*) : Parthenope a parthenopia *K* 2 partenopea *T* : parthinopia *K* quam *B* 3 a promuntorio (-ium *T*) *KT* leucanen *K* 5 gessit] misit *K* 6 Palantus *BCT* : Palanthus *K* 8 et cond. app. est *B*[1] : est cond. et app. *C* 9 focenses *codd.* 11 quam] quia *B* 12 ultimae *K* navibus] vibus *T* 14 et nom. *C* 15 quod Gr. *K* 17 Burdicale *K* : Burdogalam *ex* Burdegulam *ut vid. C* appellatum quia *K* 19 tarraconensis *K* § 66 *hab. TUVW etiam ceteri codd. Hispanici* (*Escor. P. I.* 8, *Matrit. Bibl. Acad. Hist.* 25 *et* 76, *Matrit. Bibl. Nac.* Tol. 15, 9, *etc.*), *Mon.* : *om. BCFKMOP* 26 mox *om. C* et in col. *T*

68 in desolationem redacta est. Saguntum Graeci ex insula Zacyn-
tho profecti in Hispania condiderunt; quam Afri postea bello
69 inpetitam deleverunt. Emeritam Caesar Augustus aedificavit,
postquam Lusitaniam et quasdam Oceani insulas cepit, dans ei
nomen ab eo quod ibi milites veteranos constituisset. Nam
70 emeriti dicuntur veterani solutique militiae. Olisipona ab Vlixe
est condita et nuncupata; quo loco, sicut historiographi dicunt,
71 caelum a terra et maria distinguuntur a terris. Hispalim Caesar
Iulius condidit, quam ex suo et Romae urbis vocabulo Iuliam
Romulam nuncupavit. Hispalis autem a situ cognominata est, eo
quod in solo palustri suffixis in profundo palis locata sit, ne lubri-
72 co atque instabili fundamento cederet. Gades oppidum a Poenis
conditum, qui etiam et Carthaginem Spartariam condiderunt.
73 Septe oppidum a montibus septem, qui a similitudine Fratres
74 vocati Gaditano inminent fretu. Tingis civitatis et Lix Antaeus
auctor est, quem Hercules fertur luctae certamine superatum in-
terfecisse. Lix autem a Lixo flumine Mauretaniae nuncupata,
ubi Antaei regia fuit, et Sala, quod inmineat Salae flumini. Cae-
75 saream Mauretaniae oppidum Iuba rex Maurorum in honorem
Caesaris Augusti condidit, quam ex eius nomine Caesaream ap-
pellavit; sicut Herodes aliam Caesaream in Palaestina, quae nunc
76 urbs est clarissima. Icosium Caesariensis Mauretaniae oppidum,
Hercule illuc transeunte, viginti a comitatu eius discindentes
construxerunt. Hanc ne quis inposito a se nomine privatim
gloriaretur, de condentium numero urbi Icosio nomen datum.
77 Cyrene regina fuit Libyae quae ex suo nomine civitatem Cy-
renen condidit, ex qua et Libyam Cyrenensem vocavit.

1 iacinto (-ncto) *BCT* : *om. KM* 2 hispaniam (sp-) *BC* quam] quia *B* 6 mil.] a militia *K* Olisepona *BK* olixe *CT* : olixa *K* : olexe *B* 7 cond.] dicta *KP* 8 cael. et ter. *K* distinguitur *T* Inspalim *B* : Isp. *C* 9 Iul.] tullius *K* quam] quod *B* ex suo nomine et Ro. ur. *C* roma *K* tulliam *KOP* 10 hispalo (sp-) *codd.* 11 paludestri *BK* subfixa profundo *BCK* sit *ex corr. T* 12 caderit *K* Cades *K* : Gaddes *T* a] o *C* 13 et *om. K* 14 Septem *codd.* 15 inminet *T* : eminent *K* civitas *C*[1] et] e *KT* lixae *C* 18 Antaei] antea *BC* flumine *BK* 20 ex] pro *K* 21 palestino *BT* 22 Hicosium *codd.* 23 illic *C* descendentes *B* : discedentes *CT* 25 hicosio *BC* : hicosium *K* 27 et qua ex *K* : a qua et *T*

DE AEDIFICIIS PVBLICIS. Civitas est hominum multitudo II
societatis vinculo adunata, dicta a civibus, id est ab ipsis incolis
urbis [pro eo quod plurimorum consciscat et contineat vitas].
Nam urbs ipsa moenia sunt, civitas autem non saxa, sed habi-
tatores vocantur. Tres autem sunt societates: familiarum, 2
urbium, gentium. Vrbs vocata ab orbe, quod antiquae civitates 3
in orbe fiebant; vel ab urbo parte aratri, quo muri designaban-
tur; unde est illud (Virg. Aen. 3, 109; 1, 425):

Optavitque locum regno et concludere sulco.

Locus enim futurae civitatis sulco designabatur, id est aratro.
Cato (Orig. 1, 18): 'Qui urbem,' inquit 'novam condit, tauro
et vacca arat; ubi araverit, murum facit; ubi portam vult esse,
aratrum substollit et portat, et portam vocat.' Ideo autem urbs 4
aratro circumdabatur, dispari sexu iuvencorum, propter com-
mixtionem familiarum, et imaginem serentis fructumque red-
dentis. Vrbs autem aratro conditur, aratro vertitur. Vnde
Horatius (C. 1, 16, 20):

Inprimeretque muris
hostile aratrum.

Oppidum quidam ab oppositione murorum dixerunt; alii ab 5
opibus recondendis, eo quod sit munitum; alii quod sibi in eo
conventus habitantium opem det mutuam contra hostem. Nam
primum homines tamquam nudi et inermes nec contra beluas
praesidia habebant, nec receptacula frigoris et caloris, nec ipsi
inter se homines ab hominibus satis erant tuti. Tandem 6
naturali sollertia speluncis silvestribusque tegumentis tuguria
sibi et casas virgultis arundinibusque contexerunt, quo esset

1 hom.] omnium *T* 2 inculis *C*: singulis *D* 3 pro . . . vitas *hab. TUVX*: *om.* $BC^1DFKNOP$ 5 familia *K* 6 quod] quia *B* 7 orbem *Serv. ad Aen.* 1, 12 *i. e.* urvo: orvo *corr.* urve *K*: urbe *BC* designantur *BK* 11 condit *KNOP Mon.*[2]: condet *BCFTU*: condidit *D Mon.*[1] 12 arat (T^1?) *T*: arit *OP*: aret *BCDFMNU Mon.* facit $BDFKMNOPT^1$: faciet *C*: faciat T^2U *Mon.* 13 sustollit *KMOP*: sustullit *N*: substollat *F*: sustollat *BCTU Mon.*: subtollat *D* portat *KMOP*: portam *N*: portet *BCDFTU Mon.* (*ex* -tit) et] a *N* vocat *KOP*: vacat *M*: vocant *N*: vocet *BCDFTU Mon.* 14 circumdatur *K* 15 ferentes *B* 16 ev. *Arev.* 18 -reque *B* 19 rostrile *T* 21 quod (*alt.*)] quia *B* sibi] sit *BCK* 23 ne con. *KT* 26 tecuria *K*

vita tutior, ne his, qui nocere possent, aditus esset. Haec est
origo oppidorum, quae quod opem darent, idcirco oppida
nominata dixerunt. Oppidum autem magnitudine et moenibus
7 discrepare a vico et castello et pago. Civitates autem aut coloniae,
8 aut municipia, aut vici, aut castella, aut pagi appellantur. Civitas
proprie dicitur, quam non advenae, sed eodem innati solo con-
diderunt. Ideoque urbes a propriis civibus conditae civitates,
9 non coloniae nuncupantur. Colonia vero est quae defectu
indigenarum novis cultoribus adimpletur. Vnde et colonia a
10 cultu agri est dicta. Municipium est quo manente statu civitatis
ius aliquod minoris aut maioris officii a principe inpetrat. Dictum
autem municipium a muniis, id est officiis, quod tantum munia,
id est tributa debita vel munera, reddant. Nam liberales et
famosissimae causae, et quae ex principe proficiscuntur, ibi non
11 aguntur. Haec enim ad dignitatem civitatum pertinent. Vici
et castella et pagi hi sunt qui nulla dignitate civitatis ornantur,
sed vulgari hominum conventu incoluntur, et propter parvitatem
12 sui maioribus civitatibus adtribuuntur. Vicus autem dictus ab
ipsis tantum habitationibus, vel quod vias habeat tantum sine
muris. Est autem sine munitione murorum; licet et vici
dicantur ipsae habitationes urbis. Dictus autem vicus eo quod
sit vice civitatis, vel quod vias habeat tantum sine muris.
13 Castrum antiqui dicebant oppidum loco altissimo situm, quasi
casam altam; cuius pluralis numerus castra, diminutivum ca-
stellum est [sive quod castrabatur licentia inibi habitantium, ne
14 passim vaga hosti pateret]. Pagi sunt apta aedificiis loca inter
agros habitantibus. Haec et conciliabula dicta, a conventu et
15 societate multorum in unum. Conpita sunt ubi usus est con-

1 qui] quae *B* possunt *K* 2 quae quod] quae quia *B* : quod *K* : quia eo quod *C*[1] 4 castella *B* Civitas *C*[1] 6 quam] quia *B* 7 civ. non *om.* *K* 10 cultura ag. *B* quod *dett.* 11 mai, aut min. *K* inpertit *K* 12 a muneris *K* quod] quia *B* 14 in pr. proficiscentur *K* 16 hi *om.* *K* quae *T* : quae in *K* 19 quod] quia *B* habeant *T* 22 vel quod . . . muris *om.* *K* quod] quia *B* 23 locum altissimum quasi *K* 24 castellus *TC*[1] 25 sive quod . . . pat. *hab.* *TUV* : *om.* *BCDKP* 27 hab.] a civitatibus *KN* (*non D*) 28 in un. *om.* *KN* (*non D*) Conpeta *CK*

ventus fieri rusticorum; et dicta conpita quod loca multa in
agris eodem conpetant; et quo convenitur a rusticis. Suburbana 16
sunt circumiecta civitatis aedificia, quasi sub urbe. Moenia 17
sunt muri civitatis, dicta ab eo quod muniant civitatem, quasi
munimenta urbis, id est tutamenta. Munium autem dictum, 18
quasi manu factum: sic et munus. Muri a munitione dicti,
quasi muniri, eo quod muniant et tueantur interiora urbis.
Moenia autem duplicem habent significationem; nam interdum
moenia abusive dici omnia aedificia publica civitatis, ut (Virg.
Aen. 2, 234):

> Dividimus muros, et moenia pandimus urbis;

proprie autem moenia sunt tantum muri. Murus autem turri- 19
bus propugnaculisque ornatur. Turres vocatae quod teretes
sint et longae; teres est enim aliquid rotundum cum proceritate,
ut columna. Nam et quamvis quadratae aut latae construantur,
procul tamen videntibus rotundae existimantur; ideo quia
omne cuiusque anguli simulacrum per longum aeris spatium
evanescit atque consumitur, et rotundum videtur. Propugnacula 20
pinnae murorum sunt, dicta quia ex his propugnatur. Pro- 21
murale vero, eo quod sit pro munitione muri. Est enim murus
proximus ante murum. Porta dicitur qua potest vel inportari 22
vel exportari aliquid. Proprie autem porta aut urbis aut castro-
rum vocatur, sicut superius dictum est. Vicus, ut praedictum
est, ipsae habitationes urbis sunt; unde et vicini dicti. Viae
ipsa spatia angusta quae inter vicos sunt. Plateae perpetuae 23
ac latiores civitatum viae sunt, iuxta proprietatem linguae
Graecae a latitudine nuncupatae; πλατύς enim Graeci latum

1 conpeda *K*: -ta *C* quod] quia *B* 2 competunt *BC* et quod conveniuntur *TC* 4 sunt urbis (*expunct.*) muri *C* dicti *K* quod] quia *B* muniat *B* 5 totamenta *T* 6 munus *om. CT* 7 munire *C*[1]: muniti *dett.* eo quod] quia *B* 9 puplicae *K* 11 div.] dicitur *K* 12 Muri *K* 13 ornantur *K* quia terrentes sint *B* 15 nam qu. *C* 16 existimanda sunt *B* 17 omne *dett.*: omnis *BCT*: unius *K* 19 dictae autem quia *KOP* propugnantur *KOP* (*non M*) § 21 *om. KOP* (*non MN*) 20 ve. est eo *T* 21 proximum *MN* qua] quia *KPT* 22 au. dicta por. *B* 23 nuncupata *K* 27 platus *K*: -tos *BCT* (*cf.* XVII. vii. 37) grecae *B*: greci (i *ex corr.*) *T*

24 dicunt. Quintana pars plateae quinta est, qua carpentum pro-
25 gredi potest. Cloacae dictae quod his percolantur aquae. Has
primum Romae fecisse Tarquinium Priscum ut, quotiens
pluviarum inundatio existeret, per eas aquae extra civitatem
emitterentur, ne maximis perpetuisque tempestatibus planitiem
26 vel fundamenta urbium strages aquarum subverteret. Imboli,
vel quia subvolumina sunt, vel quia sub his ambulant. Sunt
27 enim portici hinc inde platearum. Forus est exercendarum
litium locus a fando dictus [sive a Phoroneo rege, qui primus
Graecis legem dedit]. Haec loca et prorostra vocantur ideo
quod ex bello Punico captis navibus Carthaginiensium rostra
ablata sunt, et in foro Romano praefixa ut esset huius insigne
28 victoriae. Curia dicitur eo quod ibi cura per senatum de
29 cunctis administretur. Praetorium, quod ibi praetor resideat
30 ad discutiendum. Gymnasium generalis est exercitiorum locus.
Tamen apud Athenas locus erat ubi discebatur philosophia et
sapientiae exercebatur studium; nam *γυμνάσιον* Graece vocatur,
quod Latine exercitium dicitur, hoc est meditatio. Sed et
balnea et loca cursorum et athletarum gymnasia sunt, eo quod
31 illic homines in suae artis studio exercitentur. Capitolium
Romae vocatum eo quod fuerit Romanae urbis et religionis
caput summum. Alii aiunt, cum Tarquinius Priscus Capitolii
fundamenta Romae aperiret, in loco fundamenti caput hominis
litteris Tuscis notatum invenit, et proinde Capitolium appellavit.
32 Arces sunt partes urbis excelsae atque munitae. Nam quae-
cumque tutissima urbium sunt, ab arcendo hostem arces vo-
33 cantur. Vnde et arcus et arca. Circum Romani dictum putant

1 dicitur *K* Quintanae (-ne) *codd.* pars *om.* *B*[1] regredi *K* 2 quod] quia *B* has] nam *K* 4 eas] has *C* 5 perpetuis temp. *K* 6 subverterent *K* Inboli *T*: Imbuli *BCK* 7 sub volumine *dett.* ambolant *K* 8 porticus *K* 9 sive . . . dedit *hab. TUX*: *om. BCDFKNOP* 10 haec loca *om. KNOP* (*non DF*) prorustra *KNP*: prostra *BDF* (*non Mon.*) 11 quod *CT*: quia *BK* ex *BDFT*: in *K*: *om. C* cartaginiensibus *C* rustra *K* 13 per sen. *ex* presentatum *B* 14 Pr. eo quod *C* illic *C* praeceptor *C*[1] redeat *K* (*pro* sedeat?) 15 est *om. K* 17 sapientia *K* vocatum *C* 19 bannea *T* 20 studium *BCT* 21 Rom. fu. ur. *C* regionis *K* 23 hom. *om. C*[1] 24 invenerit *T* nominavit *C* 27 arcus et *om. K*

a circuitu equorum, eo quod ibi circum metas equi currant.
Theatrum autem ab spectaculo nominatum, ἀπὸ τῆς θεωρίας, 34
quod in eo populus stans desuper atque spectans ludos scenicos
contemplaretur. Amphitheatrum vero vocatum quod ex duobus 35
sit theatris conpositum. Nam amphitheatrum rotundum est,
theatrum vero ex medio amphitheatrum est, semicirculi figuram
habens. Labyrinthus est perplexis parietibus aedificium, qualis 36
est apud Cretam a Daedalo factus, ubi fuit Minotaurus inclusus;
in quo si quis introierit sine glomere lini, exitum invenire non
valet. Cuius aedificii talis est situs ut aperientibus fores toni-
truum intus terribile audiatur: descenditur centenis ultra gradi-
bus; intus simulacra et monstrificae effigies, in partes diversas
transitus innumeri per tenebras, et cetera ad errorem ingredien-
tium facta, ita ut de tenebris eius ad lucem venire inpossibile
videatur. Quattuor sunt [autem] labyrinthi; primus Aegyptius,
secundus Creticus, tertius in Lemno, quartus in Italia; omnes
ita constructi ut dissolvere eos nec saecula quidem possint.
Farum turris est maxima quam Graeci ac Latini in commune 37
ex ipsius rei usu farum appellaverunt, eo quod flammarum in-
dicio longe videatur a navigantibus, qualem Ptolomaeus iuxta
Alexandriam construxisse octingentis talentis traditur. Vsus
eius est nocturno navium cursu ignes ostendere, ad pronuntianda
vada portusque introitus, ne decepti tenebris navigantes in
scopulos incidant; nam Alexandria fallacibus vadis insidiosos
accessus habet. Hinc igitur in portubus machinas ad prae-
lucendi ministerium fabricatas pharos dicunt. Nam φῶς lux
est, ὅρος visio dicitur. Vnde et Lucifer Graece Φωσφόρος ap-

2 expectaculo *K* ἀπὸ τῆς θε. *om. K* 3 qu. ex eo popolo *K* at. prospectans *K* 6 theatrum] theatro *K* med. anfiteatro *TC* semicirculo figura *K* 7 Laberinthus (-tus) *codd.* (*etiam D*) conplexis *K* (*non D*) 8 ad italo fac. *K* 9 introerit *K* li. exire non *K* (*non D*) 11 intus] in *C*[1] discinditur *K* 13 ten. cet. *C* 14 inp. esse vi. *C* 15 sunt au. *BC*: au. sunt *K*: sunt *T* laberinthi (-ti) *codd.* 16 tertium *C*[1] 17 nec] ne *T*: nec ulla *C* 18 *i.e.* Pharum 19 usus *B* 22 ei. et noc. *T*: ei. noc. est *BK* navium *codd. in* XX. x. 10: navigium *BT*: navigantium *C*: navicantibus *T* 23 ne decti *T*[1] 24 incedant *K* fallentibus *K* 25 portibus *dett.*: porticibus *codd.* 26 fabricato *B*

38 pellatur. Cocleae sunt altae et rotundae turres; et dictae
cocleae quasi cycleae, quod in eis tamquam per circulum or-
bemque conscendatur; qualis est Romae centum septuaginta
39 quinque pedibus. Thermas appellatas quod caleant; Graeci
40 enim *θερμὸν* calorem vocant. Balneis vero nomen inditum
a levatione maeroris; nam Graeci *βαλανεῖον* dixerunt, quod
anxietatem animi tollat. Haec et gymnasia dicuntur, quia ibi
athletae uncto corpore et perfricato manibus exercitantur;
41 nam *γυμνάσιον* Graece, Latine exercitium dicitur. Apodyterium,
ubi lavantium vestimenta ponuntur, ab exuendo scilicet dictum;
42 *ἀποδύειν* enim Graece exuere dicitur. Propina Graecus sermo
est, quae apud nos corrupte popina dicitur: est autem locus
iuxta balnea publica, ubi post lavacrum a fame et siti reficiuntur.
Vnde et propina et propinare dicitur. *Πεῖνα* enim Graece
43 famem significat, eo quod hic locus famem tollat. Tabernae
olim vocabantur aediculae plebeiorum parvae et simplices in
vicis, axibus et tabulis clausae; unde et tabernariae, quod ibi
solebant consedere. Dictae autem tabernae quod ex tabulis
lignisque erant constructae, quae nunc et si non speciem,
44 nomen tamen pristinum retinent. Macellum dictum quod ibi
45 mactentur pecora quae mercantibus venundantur. Mercatum
autem a conmercio nominatum. Ibi enim res vendere vel
emere solitum est; sicut et teloneum dicitur ubi merces
navium et nautarum emolumenta redduntur. Ibi enim vecti-
galis exactor sedet pretium rebus inpositurus, et voce a merca-
46 toribus flagitans. Carcer est a quo prohibemur exire, et dictus

2 quod] quia *B* per ciclum *K* urbemque K^1 4 Gr. *post* voc. *K* 5 enim *om.* *K* Balnei *K*: Banneis *T* 6 lev. *dett.*: labatione *BKT*: lavatione *C* Graece *om.* *K* 9 Apoletherium *CK*: Apoleterium *B*: Apoletrium *K* 10 exeundo C^1 dic. sc. *B* 11 *ἀπο.*] apodeterin *BCT*: apoletheri *K* Popina *C* 12 propina (-inna *K*) *codd.* 13 balneas publicas *C* feme C^1 14 probina *K* 15 sign. . . . famem *om.* C^1 16 ediculi *B* 17 saxibus *T* tabulae *K* claus (*sic*) *T* tabernarii *K* quod] quia *B* 18 considere *C*: consedire *T* quod] quia *B* 19 ligneis quae B^1 et *om.* *C* speciae *K* 23 toloneum *BCK*: tholoneum *T* 25 exactio *K* inpositurum vo. *K* clamatoribus *K* (*non Monac. frag.*) 26 prohibentur *K* (*non Monac. frag.*)

carcer a coercendo. [Hinc Fronto (frag. 12): 'Et pergraecari
potius amoenis locis quam coerceri carcere viderentur.']
De habitacvlis. Habitatio ab habendo vocata, ut 'habi- III
tare casas' (Virg. Ecl. 2, 29). Domus ex Graeca appellatione
vocata; nam δώματα Graeci tecta dicunt. Est autem domus
unius familiae habitatio, sicut urbs unius populi, sicut orbis
domicilium totius generis humani. Omne aedificium antiqui 2
aedem appellaverunt. Alii aedem ab edendo quiddam sum-
psisse nomen existimant, dantes exemplum de Plauto (Poen. 529):

Si vocassem vos in aedem ad prandium.

Hinc et aedificium, eo quod fuerit prius ad edendum factum.
Aula domus est regia, sive spatiosum habitaculum porticibus 3
quattuor conclusum. Atrium magna aedes est, sive amplior et 4
spatiosa domus; et dictum atrium [eo] quod addantur ei tres
porticus extrinsecus. Alii atrium quasi ab igne et lychno atrum
dixerunt; atrum enim fit ex fumo. Palatium a Pallante prin- 5
cipe Arcadum dictum, in cuius honore Arcades Pallanteum
oppidum construxerunt, et regiam in ipsius nomine conditam
Palatium vocaverunt. Thalamum hac ex causa vocatum ferunt. 6
Cum enim raptae fuissent a Romanis Sabinae, ex quibus cum
una ante alias specie nobilis cum magna omnium admiratione
raperetur, Thalamoni duci eam oraculo responsum est dari; et
quoniam hae nuptiae feliciter cesserant, institutum est ut in
omnibus nuptiis thalami nomen iteretur. Aegyptii quoque
lingua sua loca, in quibus nubentes succedunt et cubant, 'thala-
mum' nominant. Coenaculum dictum a communione vescendi; 7

1 hinc . . . vid. *hab. TUV Mon.*: *om. BCDFKMNO* et *T*: ut *UV* 2 carceres *TU* (*non V*) 3 ut aut (*delet.*) ut hab. *T.* 4 app.] interpretatione *B* (*non D Monac. frag.*) 6 uni *B* 8 quidam *BCT*: quidem *Monac. frag.* 9 exist. nom. *K* (*non Monac. frag.*) 10 in ede (ae-) ad *BCFTU*: in eodem ad *M*: in idem *N* (*non DOP Monac. frag.*) 12 porticibusque qua. *C* 14 dic. est atr. *T* eo *hab. CT*: *om. BK* 15 aliis *C* lychno *dett.*: ligno *BCT*: lignis *K* 16 ex] pro *K* a Pal.] appallante C^1: appellante *T* 17 honores *CT* pallantea *K*: appellant eum *T* 18 et regi eam ips. *T* 19 hec *K* 22 talamoni *T*: thalomoni *K*: talomoni *B*: Talassioni *Arev.* 23 qu. hac] quae humanae *K* gesserant *K*: cessarat *T* 24 thalami] thalassii *Arev.* 25 et incubant *C Monac. frag.* talamum *BT*

unde et coenobium congregatio. Antiqui enim publice et in commune vescebant, nec ullius convivium singulare erat, ne in
8 occulto deliciae luxuriam gignerent. Triclinium est coenaculum, a tribus lectulis discumbentium dictum. Apud veteres enim in loco, ubi convivii apparatus exponebatur, tres lectuli strati erant, in quibus discumbentes epulabantur. Κλίνη enim Graece lectus vel adcubitus dicitur, ex quo confectum est ut
9 triclinium diceretur. Cella dicta quod nos occultat et celat. Cubiculum vero, quod eo cubamus ibique dormientes requiescimus. Cubile autem cubandi locus est. Secessus, quod
10 sit locus secretus, id est sine accessu. Diversorium dictum eo quod ex diversis viis ibi conveniatur. Hospitium sermo Graecus est, ubi quis ad tempus hospitali iure inhabitat, et iterum inde transiens migrat. Inde et metatum, quia mutatur. Vnde et legitur: 'castra metati sunt,' pro mutaverunt; non enim illic
11 permanet exercitus, sed [per]transit. Moenius collega Crassi in foro proiecit materias, ut essent loca in quibus spectantes insisterent, quae ex nomine eius Moeniana appellata sunt. Haec et solaria, quia patent soli. Post haec alii lapide, alii materia aedificavere porticibus moeniana, et foribus et domibus
12 adiecerunt. Tabulata olim ligneae domus fiebant. Inde nomen permanet tabulatorum. Hypogeum est constructum sub terris aedificium, quod nos antrum vel speluncam dicimus. Solarium, quod soli et auris pateat, qualis fuit locus in quo David Beth-

1 congrecatio *K* 2 vescebantur *CK* ullis C^1 ne *ex* non *B* 3 luxoriae *K* 5 enim *om.* *T* ubi *om.* *K* 6 clinon *BCT*: clinion *K* 7 lectum *BKT*: *om.* C^1 adacubitus C^1: accubitum (adc-) *BKT* 8 quod] quae *B* celet *K* 9 quia in eo *B* ibique] atque *K* (*non Monac. frag.*) 9 requiescamus *CT* 10 cubicule B^1T au.] vero *Monac. frag.* 12 ex *om.* C^1 conveniantur *T* 13 a temp. *K* 14 qu. metatur C^1 un. et leg. *T*: un. leg. et *BC*: un. leg. *K* 16 pertransit *BCT*: transit *KNO* Moenianus *BCDFOPTU*: Menianus *KN* grassi *KOP* 17 materia *KOP*: -iam *N* (*non DFU*) es. in lo. in *KNOP* (*non DFU*) expectantes (exsp-) *CKT* 18 insiderent *KOP*: -rant *N* (*non DFU*) nomineius *B* meniana *K*: moniana *OP* 19 haec est *BDFT*(T^1?)*U*: hoc est *KNOP* h. alia alii *KOP* (*non NDFU*) 20 aedificare (ed-) *BFT* meniana *K*: moenia C^1 21 adiacerunt *T*: adiecerant C^1 Tabulate (*i.e.* -tae) *T* 22 perm. et tab. *K* Apogeum *codd.* 24 auri *B*: aurae *K*

sabee lavantem aspexit et adamavit. Cum Hierosolymam 13
Antiochus obsideret, Hyrcanus princeps Iudaeorum reserato
David sepulcro, tria milia auri talenta inde abstraxit, ex quibus
trecenta Antiocho dedit, ut obsidionem relinqueret; atque ut
facti invidiam demeret, fertur ex reliqua pecunia instituisse
primus xenodochia, quibus adventum susciperet pauperum et
peregrinorum; unde et vocabulum sumpsit. Nam ex Graeco
in Latinum ξενοδοχεῖον peregrinorum susceptio nuncupatur.
Vbi autem aegrotantes de plateis colliguntur, νοσοκομεῖον Graece
dicitur; in quo consumpta languoribus atque inediis miserorum
membra foventur.

De aedificiis sacris. Sacra sunt loca divinis cultibus IV
instituta, utpote ea in quibus altaria litantibus de more ponti-
ficibus consecrantur. Sancta iuxta veteres exteriora templi 2
sunt. Sancta autem sanctorum locus templi secretior, ad quem
nulli erat accessus nisi tantum sacerdotis. Dicta autem Sancta
sanctorum quia exteriori oraculo sanctiora sunt, vel quia sancto-
rum conparatione sanctiora sunt; sicut Cantica canticorum,
quia cantica universa praecellunt. Sanctum autem a sanguine
hostiae nuncupatum; nihil enim sanctum apud veteres dice-
batur nisi quod hostiae sanguine esset consecratum aut con-
sparsum. Item sanctum, quod extat esse sancitum. Sancire
est autem confirmare et inrogatione poenae ab iniuria defendere;
sic et leges sanctae et muri sancti esse dicuntur. Propitia- 3
torium [quasi propitiationis oratorium; propitiatio enim placatio
est]. Oracula dicta eo quod inde responsa redduntur; et ora-
cula ab ore. Penetralia secreta sunt oraculorum; et penetralia 4
dicta sunt ab eo quod est penitus, hoc est pene intus. Ora-
torium orationi tantum est consecratum, in quo nemo aliquid

1 amavit *TC* 5 inv.] insidia *K* 6 susceperit *K* 9 de plat. aegr. *K* (*non Monac. frag.*) 9 νοσ. *om. T* dic. Gr. *BK* (*non Monac. frag.*): *om. T* 10 laboribus *K* 14 iu. veteriora tem. *B*[1] 16 sacerdoti *C* 17 quia ascorum *K* 20 dicebant *K* 21 aut asparsum *K*: *om. T* 22 quod *CT*: quia *BK* *fort.* stat: constat *dett.* sanctum *C*[1] 23 et ab inr. po. et ab *K* 24 muri *XCT*: mores *BKO* 25 quasi ... plac. est *hab. TUX*: *om. BC*[1]*KOMonac. frag.* 26 dictae *B* 27 or. quasi ab *K* 28 sunt *om. C* 29 oratione *K*

agere debet nisi ad quod est factum ; unde et nomen accepit.
5 Monasterium unius monachi habitatio est. Μόνος enim apud
6 Graecos solus, στηριον statio ; id est solitarii habitatio. Coe-
nobium ex Graeco et Latino videtur esse conpositum. Est
enim habitaculum plurimorum in commune viventium ; κοινὸν
7 enim Graece commune dicitur. Templi nomen generale ; pro
locis enim quibuscumque magnis antiqui templa dicebant : et
templa dicta quasi tecta ampla. Sed et locus designatus ad
orientem a contemplatione templum dicebatur. Cuius partes
quattuor erant : antica ad ortum, postica ad occasum, sinistra
ad septentrionem, dextra ad meridiem spectans. Vnde et
quando templum construebant, orientem spectabant aequino-
ctialem, ita ut lineae ab ortu ad occidentem missae fierent partes
caeli dextra sinistra aequales ; ut qui consuleret atque pre-
8 caretur rectum aspiceret orientem. Fana dicta a Faunis, ui-
bus templa error gentilium construebat unde consulentes
9 daemonum responsa audirent. Delubra veteres dicebant templa
fontes habentia, quibus ante ingressum diluebantur ; et appel-
lari delubra a diluendo. Ipsa sunt nunc aedes cum sacris
fontibus, in quibus fideles regenerati purificantur : et bene
quodam praesagio delubra sunt appellata ; sunt enim in ablu-
10 tionem peccatorum. Fons autem in delubris locus regenera-
torum est, in quo septem gradus in Spiritus sancti mysterio
formantur ; tres in descensu et tres in ascensu : septimus vero
is est qui et quartus, id est similis Filio hominis, extinguens

1 accipit *C* 2 *μόνος*] mono *codd.* 3 *στη.*] sterio *BK Harl. extr. Monac. frag.*: sterio* *C*: steria *T* solidatii C^1 (*non Harl. extr. Monac. frag.*) C. vero ex *T*: C. et ex *C* (*non Monac. frag.*) 4 et Lat. *om. T* vid.] dicitur *K* (*non Monac. frag.*) 5 *κοι. . . .* dic. *om. K* 6 enim *om. C* greci co. dicunt *T* (*non Harl. extr. Monac. frag.*) 7 quibusque *K* 8 tecta] templa *K* 9 contentatione B^1 10 portica *BK* 11 a septentrione *K* expectans *codd.* 12 tem. quan. *T* expectabant *codd.* et qui noctialem *B* 14 ac (hac *B*) deprecaretur *BCT* 15 a funis *B*: a funibus *K* 16 construebant *K* un. et consu. *C* 17 del. *BC* (*fort. recte*) : diluebatur *K* 19 deluendo *C* (*fort. recte*) ipsae (-se) *codd.* caedes *K* 20 fontibus *om.* B^1 21 ablutione *BKT* 22 regerandorum *K* (*pro* regenerandorum) 23 gradibus C^1 Spiritu *B* 25 is] his *BT*

fornacem ignis, stabilimentum pedum, fundamentum aquae; in
quo plenitudo divinitatis habitat corporaliter. Basilicae prius 11
vocabantur regum habitacula, unde et nomen habent; nam
βασιλεὺς rex et basilicae regiae habitationes. Nunc autem ideo
divina templa basilicae nominantur, quia ibi regi omnium Deo
cultus et sacrificia offeruntur. Martyrium locus martyrum 12
Graeca derivatione, eo quod in memoria martyris sit con-
structum, vel quod sepulchra sanctorum ibi sint martyrum.
Aram quidam vocatam dixerunt quod ibi incensae victimae 13
ardeant. Alii aras dicunt a precationibus, id est quas Graeci
ἀρὰς dicunt; unde contra inprecatio κατάρα dicitur. Alii
volunt ab altitudine aras, sed male. Altare autem ab altitu- 14
dine constat esse nominatum, quasi alta ara. Pulpitum, quod 15
in eo lector vel psalmista positus in publico conspici a populo
possit, quo liberius audiatur. Tribunal, eo quod inde a sacer- 16
dote tribuantur praecepta vivendi. Est enim locus in sublimi
constitutus, unde universi exaudire possint. Alias tribunal a
tribu denominatum, quod ad illud tribus convocetur. Ana- 17
logium dictum quod sermo inde praedicetur; nam λόγος Graece
sermo dicitur; quod et ipsud altius situm est [ut in eo lector
vel psalmista positus in publico conspici a populo possit, quo
liberius audiatur].

De repositoriis. Sacrarium proprie est locus templi in V
quo sacra reponuntur; sicut donarium est in quo conlocantur
oblata; sicut lectisternia dicuntur ubi homines sedere consue-
verunt. Ab inferendis igitur et deportandis sacris sacrarium
nuncupatur. Donaria vero, eo quod ibi dona reponantur quae 2

1 stabilimento *K* 2 conparaliter *C*[1] Basilica *K* 4 *vel* et βασιλικαί 5 qu. regio om. deo cultum ibi et sacrificio *K* (*non Harl. extr.*) 6 Ma. loc. martyrii (-ti-) *CBK* 7 quod *CT*: quia *BK* 8 martyris *ex* -rum *K* 10 a precibus *Serv. ad Aen.* 2, 515 est *om. K* 11 κατ.] satura *C*: statura *B* 12 ar. dici sed *T* 13 nominatam *C* quod] quia *B* 15 quo] quod *B Harl. extr.*: ut *K* 17 un. et uni. exaudiri *K* possunt *C* 18 tribus den. *BC*: tributa enominatum *K* illum *BCT* (*et Isid.*?) 19 dictum *om. K* 20 quod ips. *B*[1]*K* ipso alt. sit situm *K* ut] vel *T* ut in . . . aud. *hab. CT*: *om. BK* (*cf.* § 15) 21 in publ. *om. T* pop. sit quod lib. *C*[1] 23 pro. loc. *K* 25 ablata *BKT* 27 nuncupantur *CT* reponant *K*

3 in templis offerre consueverunt. Aerarium vocatum quia prius
aes signatum ibi recondebatur. Hoc enim olim in usu erat
auro argentoque nondum signato : ex quorum metallis quamvis
postea facta fuisset pecunia, nomen tamen aerarii permansit ab
4 eo metallo unde pecunia [nomen] initium sumpsit. Armarium
locus est ubi quarumcumque artium instrumenta ponuntur.
Armamentarium vero, ubi tantum tela armorum. Vnde Iuve-
nalis (13, 83):

Quidquid habet telorum armamentaria caeli.

Dicta autem utraque ab armis, id est brachiis, quibus exercentur.
5 Bibliotheca est locus ubi reponuntur libri ; βίβλος enim Graece
6 liber, θήκη repostorium dicitur. Promtuarium dictum eo quod
7 inde necessaria victui promuntur, hoc est proferuntur. Cel-
larium, quod in eo colligantur ministeria mensarum, vel quae
necessaria victui supersunt. Inter promtuarium autem et
cellarium hoc interest quod cellarium est paucorum dierum,
8 promtuarium vero temporis longi est. Apotheca autem vel
horrea a Graeco, verbum e verbo repostoria vel reconditoria
dici possunt, eo quod in his homines elaboratas fruges reponunt.
Vnde et enthecam Graeco nomine repositam rei copiosam
substantiam appellamus.

VI De operariis. Ergasterium locus est ubi opus aliquod
fit. Graeco enim sermone ἔργα opera, στηριον statio ; id est
2 operarii statio. Ergastula quoque et ipsa a Graeco vocabulo
nuncupantur, ubi deputantur noxii ad aliquod opus faciendum ;
ut solent gladiatores et exules, qui marmora secant et tamen
3 vinculorum custodiis alligati sunt. Gynaeceum Graece dictum

1 consuerunt *T* § 3 (*cf.* XVI. xviii. 5) 2 aes] est *B* 3 signatum *T* ex] et *B* quorum] quibus *K* 5 nomen in. *K* : nomen et in. *B* : in. *CT* 6 quarumque *BK* 7 armentarium *BT* 9 habent *dett.* armentaria *T* 10 utramque *T* est a br. *K* 11 βιβλ.] biblus *K* : biblio *BCT* 12 Prumtuarium *K* : Proptuarium *C*[1] 14 in eo] inde *C* mens. . . . nec. *om.* *C*[1] vel *om.* *K* 15 neces-sario *BC*[2] promptuarium *C* 17 promptuarium *C* temp. lo.] est *B* 18 a *om.* *B* : a Graeco *om.* *K* 19 possint *K* laboratas *K* reponant *K* 20 enticam *BCT* : inticam *K* positam *K* 22 opus] locus *T* 23 sterio *BCT* : isterium *K* : sterios *U* stat. . . . est *om.* *K* : statio *om.* *C* 25 depotantur *K* (*pro* deport- ?) 27 Ge-niceum *BCT* : Genigeum *K*

eo quod ibi conventus feminarum ad opus lanificii exercendum
conveniat. Mulier enim Graece γυνὴ nuncupatur. Pistrinum 4
quasi pilistrinum, quia pilo antea tundebant granum. Vnde et
apud veteres non molitores sed pistores dicti, quasi pinsores, a
pinsendis granis frumenti; molae enim usus nondum erat, sed
granum pilo pinsebant. Vnde et Vergilius (Georg. 1, 267):

Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.

Clibanus [a clivo dictus, ab eo quod in erectione sit collectus; 5
clivum enim ascensum dicimus sive flexuosum]. Furnum per 6
derivationem a farre dictum, quoniam panis ex eo factus ibi
coquitur. Torcular dictum eo quod ibi uvae calcentur atque 7
extortae exprimantur. Forus est locus ubi uva calcatur, dictus 8
quod ibi feratur uva, vel propter quod ibi pedibus feriatur:
unde et calcatorium dicitur. Sed hoc nomen multa significat:
prima species fori locus in civitate ad exercendas nundinas
relictus; secunda, ubi magistratus iudicare solet; tertia, quem
supra diximus, quem calcatorium nominavimus. Quarta,
spatia plana in navibus, de quibus Vergilius (Aen. 6, 412):

Laxatque foros.

Lacus dictus quia ibi decurrit frugum liquor.

De aditibvs. Aditus ab eundo dictus, per quem ingre- VII
dimur et admittimur. Vestibulum est vel aditus domus 2
privatae, vel spatium adiacens aedibus publicis. Et vestibulum
dictum eo quod eo vestiuntur fores, aut quod aditum tecto
vestiat, aut ab stando. Porticus, quod transitus sit magis 3
quam ubi standum sit, quasi porta; et porticus, eo quod sit

2 conveniant *B* enim *om. T* nunc.] vocatur *B* 3 ante *B* tondebant *CT*: adtondebant *B* un. ap. *K* 4 qu. pensores B^1: qu. finsores CB^2 5 pisendis *KO*: findendis *BCT* frumento C^1 6 filo *T*: in pila *Servius ad Aen.* 1, 179 findebant *BCK*: -bat *TO* 7 torrite *K* igni] flammis B^1 8 Clibanum *BFKOP* a clivo ... flex. *hab. TUX*: *om. BCDFKOP* 9 Fornum *CKOP* 10 fare *T* quoniam *CFT*: quod *BDKOP* 12 Torus *K* uve (*ex corr.*) calcantur *T* 15 specie *BC* 16 quae sup. *K*: quod sup. *B* 17 quae calc. *K* nominamus *BC* 20 quia] quod *C* frugum] uvarum *C* 21 ab adeundo *Serv. ad Aen.* 6, 43 per] ad *K* 22 aditum *BKT* 23 sedibus *T* 24 dictum *om. K* eo (*alt.*) *om. T* 26 sit (*alt.*)] si *K*

4 apertus. Ianua a Iano quodam appellatur, cui gentiles omne
introitum vel exitum sacraverunt. Vnde Lucanus (1, 62):

Ferrea belligeri conpescat limina Iani.

Est autem primus domus ingressus; cetera intra ianuam ostia
vocantur generaliter. Ostium est per quod ab aliquo arcemur
ingressu, ab ostando dictum [sive ostium, quia ostendit aliquid
intus]. Alii aiunt ostium appellari quia ostem moratur; ibi
enim adversariis nos obicimus: hinc et Ostia Tiberina, quia
ostibus sunt opposita. Fores et valvae claustra sunt; sed fores
dicuntur quae foras, valvae, quae intus revolvuntur, et duplices
conplicabilesque sunt. Sed generaliter usus vocabula ista
5, 6 corrupit. Claustra ab eo quod claudantur dicta. Fenestrae
sunt quibus pars exterior angusta et interior diffusa [est], quales
in horreis videmus, dictae eo quod lucem fenerent: lux enim
Graece φῶς dicitur: vel quia per eas intus positus homo videt.
Alii fenestram putant dictam eo quod domui lucem minestret,
conpositum nomen ex Graeco Latinoque sermone; φῶς enim
7 Graece lux est. Cardo est locus in quo ostium vertitur et
semper movetur, dictus ἀπὸ τῆς καρδίας, quod quasi cor homi-
nem totum, ita ille cuneus ianuam regat ac moveat. Vnde et
8 proverbiale est: 'In cardine rem esse.' Limina ostiorum
dicta eo quod transversa sint ut limes, et per ea sicut in agro
9 aut introeatur aut foris eatur. Postes et antae quasi post et
ante: et antae quia ante stant, vel quia antea ad eas accedimus
prius quam domum ingrediamur; postes eo quod post ostium
stent.

1 aperta *C* 2 un. et Luc. *K* 3 limina] menia *K*: menicam *N* 4 ianua os. vocatur *K* 5 est] autem *K* arcetur *K* 6 sive . . . intus *hab. CTUX*: *om. BKO Harl. extr.* 8 nos adv. obiciumus (*sic*) *T* ostie tiberine *T* 10 quae] quia *K* fo. sunt val. *T* 12 corrumpit *B* 13 est *hab. CT*: *om. BK* 14 dicta *T* eo *om. C* ferrent *T* 15 eas] ea *B*: eam *T* ho. foris fidet *C*: *an* ho. extra (estra) videt (fi.)? 16 dic. put. *C* ministrat *CT* 17 φῶς . . . est *om. K*: *fort. hic substituenda illa priora* lux . . . dicitur 19 movet *K* τῆς] to *codd.* (*pro* τοῦ?) quod] quia *B* 20 totum *om. K* 22 transversae (-se) *codd.* 23 Po. et antes *K*: Po. *C* 24 et antae] stantes *K*: stantium *B*: *om. CDT* iam ante stante *D*: *om. K*: qu. an. st. vel *om.* *B*[1] vel qua *D* antea] ante *C* (*non D*) ascendimus *C*[1]*D* 25 prius *om. K* qu. postium sint *K*

DE PARTIBVS AEDIFICIORVM. Fundamentum dictum quod VIII
fundus sit domui. Idem et caementum a caedendo dictum,
quod caeso crasso lapide surgat. Paries nuncupatus quia sem- 2
per duo sunt pares, vel a latere vel a fronte. Sive enim tetra-
gonum sive hexagonum sit, qui se conspiciunt ex pari erunt.
Aliter enim structura facta deformis est. Parietinas dicimus 3
quasi parietum ruinas : sunt enim parietes stantes sine tecto,
sine habitantibus. Angulus, quod duos parietes in unum con- 4
iungat. Culmina dicta sunt quia apud antiquos tecta culmo
tegebantur, ut nunc rusticani. Hinc tecti summitas culmen
dicitur. Camerae sunt volumina introrsum respicientia, appel- 5
latae a curvo ; καμουρ enim Graece curvum est. Laquearia 6
sunt quae cameram subtegunt et ornant, quae et lacunaria di-
cuntur. Principaliter autem lacus dicitur, ut Lucilius (1290):

Resultant aedesque lacusque.

Cuius diminutio lacunar facit, ut Horatius (C. 2, 18, 1) :

Neque aureum
mea renidet in domo lacunar.

Inde fit alia diminutio lacunarium ; et per ἀντίστιχον laquearium
facit. Absida Graeco sermone, Latine interpretatur lucida, eo 7
quod lumine accepto per arcum resplendeat. Sed utrum absi-
dam an absidem dicere debeamus, hoc verbi genus ambiguum
quidam doctorum existimant. Testudo est camera templi ob- 8
liqua. Nam in modum testudinis veteres templorum tecta
faciebant ; quae ideo sic fiebant ut caeli imaginem redderet,
quod constat esse convexum. Alii testudinem volunt esse lo-

1 (*cf.* XIX. x. 2) dic. eo qu. *K* quia *B* 2 domus *BC* 3 caeso *om. codd.* nuncupatas *T*: -ta *K* 4 vel (*prius*)] ve *K* tetra-comum sive exacomum *K* 5 sint *K*: fit *C* prospiciunt *K* 6 enim *om.* *B*[1] 7 tectu *BT* tec. et si. *C* 8 *fort.* Ang. quasi undulus quod duo *K* coniungunt *BK* 10 rusticani *K Harl. extr.*: rusticam *D*: rustica *BCT* tectis *T* 11 Camarae *B* volumine *T* 12 camur *codd.* est] dicitur *C* 13 subtegant *C*[1] 15 resultat *T* (*non M Harl. extr.*) 16 deminuto *B* oratio *B* 17 neque] atque *C* 18 renitet *BCK* 19 dim. lacun. antesticon laque. fa. *B*: dim. laque. per antisticon fa. *K* lacunarum *BC* 20 fecit *C* Abs. a Gr. *C* 21 absidam] absidą *B* 23 subliqua *K* (*non Harl. extr.*) 25 fiebat *BCT* redderent *K* 26 quod] quae *B*

9 cum in parte atrii adversum venientibus. Arcus dicti quod
10 sint arta conclusione curvati; ipsi et fornices. Pavimenta
originem apud Graecos habent elaborata arte picturae; litho-
strota parvulis crustis ac tessellis tinctis in varios colores. Vo-
cata autem pavimenta eo quod paviantur, id est caedantur.
11 Vnde et pavor, quia caedit cor. Ostracus est pavimentum te-
staceum, eo quod fractis testis calce admixto feriatur; testa
12 enim Graeci *ὄστρα* dicunt. Conpluvium dictum quia aquae
partibus, quae circa sunt, eo conveniunt. Tessella sunt e qui-
bus domicilia sternuntur, a tesseris nominata, id est quadratis
13 lapillis, per diminutionem. Bases fulturae sunt columnarum,
quae a fundamento consurgunt et superpositae fabricae susti-
nent pondus. 'Bases' autem nomen petrae est fortissimae Syro
14 sermone. Columnae pro longitudine et rotunditate vocatae, in
quibus totius fabricae pondus erigitur. Antiqua ratio erat
columnarum altitudinis tertia pars latitudinum. Genera rotun-
darum quattuor: Doricae, Ionicae, Tuscanicae, Corinthiae,
mensura crassitudinis et altitudinis inter se distantes. Quin-
tum genus est earum quae vocantur Atticae, quaternis angulis
15 aut amplius, paribus laterum intervallis. Capitolia dicta quod
sint columnarum capita, sicut super collum caput. Epistolia
sunt quae super capitella columnarum ponuntur; et est Grae-
cum [id est supermissa]. Tegulae, quod tegant aedes; et im-
16 brices, quod accipiant imbres. Lateres et laterculi, quod lati
formentur circumactis undique quattuor tabulis. Canalis ab
eo quod cava sit in modum cannae. Sane canalem melius
17 genere feminino quam masculino proferimus. Fistulae aqua-
rum sunt dictae quod aquas fundant et mittant; nam *στολα*

3 pictura *T* 4 crustiis ac stellis *T* variis *B*[1] 5 id] hoc *C* 6 unde . . . cor *om. K* cedet *B*[1]*TU* (*non Harl. extr.*) 7 tectis *C*[1] testam *dett.* 8 ostra *codd.*: *ὄστρακα dett.* dictum *om. B* aquae *om. K*: *fort.* aquae e 9 conveniant *C* Tessellae *dett.* sunt] est *C*[1] e *om. T* 12 et] hae *K* pon. sust. *K* 13 petreae *K* 16 -nes *K* 18 et latitudinis *K* 20 aut amp. . . . int. *om. KP* (*non Harl. extr.*) Capitolla *C*: Capitella *dett.* (*cf.* XIX. x. 24) quod . . . Epist. *om. C*[1] 23 id est sup. *hab. T*: *om. BCK* quia *B* et imbr. *om. T* 24 quia *B* accipient *T* imbrices *C*[1] later-culae *C*[1] 25 circumacutis *T* 27 femino *CT* qu. masc. *om. K* 28 fundunt *K* emittant *BK* stolae *B* (*vix pro στολή*)

Graece mittere est. Formae earum pro magnitudine aquae et
capacitatis modo fiunt.

De mvnitionibvs. Munitum vel munimentum dictum IX
quia manu est factum. Cohors vocata vel quod coartet cuncta
quae interius sunt, id est concludat, vel quod coerceat obiectu
suo extraneos et adire prohibeat. Vallum est quod mole ter- 2
rae erigitur, ut custodia praetendatur. Dictum autem vallum
a vallis; nam valli fustes sunt, quibus vallum munitur. Et
valli dicti quod figantur et vellantur. Intervalla sunt spatia
inter capita vallorum, id est stipitum quibus vallum fit; unde
et cetera quoque spatia dicunt, ab stipitibus scilicet. Agger 3
est cuiuslibet rei acervatio, unde fossae aut valles possint repleri.
Agger proprie dicitur terra aggesta quae vallo facto propius
ponitur; sed abusive et muros et munimenta omnia aggerem
dicimus. Maceriae sunt parietes longi quibus vineae aliquae 4
clauduntur; longum enim Graeci μακρὸν dicunt. Formatum, 5
sive formacium, in Africa et Hispania parietes e terra appellant,
quoniam in forma circumdatis duabus utrimque tabulis infer-
ciuntur verius quam instruuntur. Aevis durant incorrupti ventis,
ignibus omnique caemento fortiores. Sepes munimenta sato- 6
rum sunt; unde et appellatae. Caulas munimenta ovium vel
sepimenta ovilium. Est autem Graecum nomen C [littera]
detracta; nam Graeci αὐλὰς vocant animalium receptacula.

De tentoriis. Tabernacula tentoria sunt militum, qui- X
bus in itinere solis ardores tempestatesque imbrium frigorisque

4 quia] quod *B* Coors T^1: Cors *BCKT*^{2} vocat *T* quod] quia *B* 5 quod] quia *B* cohereat *B* 7 egeritur *K* autem *om. K* vallum *om. C* 8 valli] vallis *K* sunt fortes C^1 9 et evellantur *K* 11 cet. queque *K* dicuntur *C* 12 est *om. K* possunt *BC* (*cum Serv. ad Aen.* 9, 564) recreari *K* 13 aggerem B^1K dicimus *K* agesta *B* proprius *T*: propivius *B* 14 mauros T^1 15 par. *om. K* longae *K* 17 formatium *BK*: fornacium *C* et in spania *T* e] de *K*: *om. B* 18 quando *KN* utrique *T*: undique *K* infertiunt *K* 19 quam] que B^1 struuntur *Plin. N. H.* 35, 169 incorruptae *K* 20 omniaque *D*: *om. B* cemente *BD* satorum *BCFTU*: saxorum *D*: agrorum *KNOP* 21 sunt *om. N* un. et app. *om. KOP* (*non NDF*) Caul. . . . ovilium *om. KOP*: vel sep. ovilium *om. N* (*non DF*) 22 littera *hab. KNOP*: *om. BCT* 25 ardoris *B*: ardorem *K*

iniurias vitant. Dicta autem tabernacula quod cortinae dis-
tentae funibus tabulis interstantibus adpenderentur, quae
2 tentoria sustinerent. Tentorium vocatum eo quod tendatur
3 funibus atque palis; unde et hodie praetendere dicuntur. Papili-
ones vocantur a similitudine parvuli animalis volantis, quae
maxime abundant florentibus malvis. Haec sunt aviculae quae
lumine accenso conveniunt, et circa volitantes ab igne proxime
interire coguntur.

XI De sepvlchris. Sepulchrum a sepulto dictum. Prius
autem quisque in domo sua sepeliebatur. Postea vetitum est
legibus, ne foetore ipso corpora viventium contacta inficerentur.
Monumentum ideo nuncupatur eo quod mentem moneat ad
defuncti memoriam. Cum enim non videris monumentum,
illud est quod scriptum est (Psalm. 31, 12): 'Excidi tamquam
mortuus a corde.' Cum autem videris, monet mentem et ad
memoriam te reducit ut mortuum recorderis. Monumenta
2 itaque et memoriae pro mentis admonitione dictae. Tumulus
dictus quasi tumens tellus. Sarcophagus Graecum est nomen,
eo quod ibi corpora absumantur; σάρξ enim Graece caro, φαγεῖν
3 comedere dicitur. Mausolea sunt sepulchra seu monumenta
regum, a Mausol[e]o rege Aegyptiorum dicta. Nam eo defuncto
uxor eius mirae magnitudinis et pulchritudinis extruxit sepul-
chrum in tantum ut usque hodie omnia monumenta pretiosa ex
4 nomine eius Mausolea nuncupentur. Pyramides genus sepul-
chrorum quadratum et fastigiatum ultra omnem excelsitatem
quae fieri manu possit, unde et mensuram umbrarum egressae
nullam habere umbram dicuntur. Tali autem aedificio surgunt

1 autem *om.* *T* 2 adstantibus *K* 4 unde . . . dic. *om.* *C* dicitur *Arev.* Pap. voc. *om.* *T*[1] 5 parvole *T*: parvulae *B* qui *BK* 6 floribus *K* vicule *T* 7 lumini *K* circum volantes *K* pro. ab ig. *K* proximo *dett.* 10 vet. esse legimus *C* 12 a def. *K* 14 qu. scrip. est *om.* *K* excidii *T*: excedit *K* 15 mon. men.] monementum *T* et *om.* *C*[1] 16 reducet ut morti *K* 18 Sarcofagum (-cum) *TK*: -gom *B* 19 corp. ibi *T* adsumantur *codd.* sarcia *codd.* fagus (-cus *K*) *codd.* 22 et pulcritudine *T*: *om.* *K* 23 ut *om.* *T* 24 Piram id est ge. *K* 26 possunt *CKT* mensura una umb. *KO*: mensurae unam umb. *B*[1]: mensurae una membrarum *D* 27 tale *BK*

ut a lato incipiant et in angusto finiantur sicut ignis; πῦρ enim
dicitur ignis. Hos Aegyptus habet. Apud maiores enim po-
tentes aut sub montibus aut in montibus sepeliebantur. Inde
tractum est ut super cadavera aut pyramides fierent, aut
ingentes columnae conlocarentur.

De aedificiis rvsticis. Casa est agreste habitaculum XII
palis atque virgultis arundinibusque contextum, quibus possint
homines tueri a [vi] frigoris vel caloris iniuria. Tugurium 2
casula est quam faciunt sibi custodes vinearum ad tegimen sui,
quasi tegurium, sive propter ardorem solis et radios decli-
nandos, sive ut inde vel homines vel bestiolas, quae insidiare
solent natis frugibus, abigant. Hunc rustici capannam vocant,
quod unum tantum capiat. Tescua quidam putant esse tugu- 3
ria, quidam loca praerupta et aspera. Magalia aedificia Numi- 4
darum agrestium oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium
carinae sunt, sive rotunda in modum furnorum. Et magalia
dicta quasi magaria, quia 'magar' Punici novam villam dicunt,
una littera commutata L pro R, magalia, magaria.

De agris. Ager Latine appellari dicitur eo quod in eo XIII
agatur aliquid. Alii agrum ex Graeco nominari manifestius
credunt. Vnde et villa Graece † coragros † dicitur. Villa a vallo, 2
id est aggere terrae, nuncupata, quod pro limite constitui solet.
Possessiones sunt agri late patentes publici privatique, quos 3
initio non mancipatione, sed quisque ut potuit occupavit atque
possedit; unde et nuncupati. Fundus dictus quod eo funda- 4
tur vel stabiliatur patrimonium. Fundus autem et urbanum

1 ut] a *K* incipiunt *K* finiuntur *K* πῦρ] pir *codd.* 3 sepeliuntur C^1 4 supra *K* pira ide *B*: piram *K* 7 virgis *K* contexta *K* 8 omnes *T* a *KT*: avi *CD*: aut *B* vel] aut *B*: *om.* (*in spat.*) *K* 9 quae fa. *K* ad] a *B* 11 ut inde] unde *T* 12 cavannam B^2 (*non M*) 13 capiant *K* 14 proroptua *B* 15 agr. ab obl. *K* materibus K^1 tenta *KOP* 16 sunt *om.* *KNOP* 17 villam *BCDFT*: cellam *KOP* 18 magaria et magaliam *N*: maria et magalia *KOP*: magaria tuguria *BCTU*: magoria tuguria *DF* 19 appellare *BT* 20 alii *om.* *K* 21 coragus (r *superscr.*) *K* 22 quod] quia *B* pro] prope *K* consituti *C* 23 publice C^1 quos in initio *K* 24 occ.] ut occ. *T*: nuncupavit *K* 25 nuncupate (*ex* -tie) *KB ex corr.* dic. est eo quod *C* fundantur C^1: fundetur *Schwarz* 26 vel stab. *om.* *T* patrim.] patri momentum *BT*

5 aedificium et rusticum intellegendum est. Praedium, quod ex omnibus patrifamilias maxime praevidetur, id est apparet, quasi praevidium; vel quod antiqui agros, quos bello ceperant, ut
6 praedae nomine habebant. Omnis autem ager, ut Varro docet, quadrifarius dividitur: aut enim arvus est ager, id est sationalis; aut consitus, id est aptus arboribus; aut pascuus, qui herbis tantum et animalibus vacat; aut florus, quod sunt horti apibus congruentes et floribus. Quod etiam Vergilius in quattuor
7 libros Georgicorum secutus est. Rura veteres incultos agros dicebant, id est silvas et pascua; agrum vero, qui colebatur. Nam rus est quo mel, quo lac, quo pecus haberi potest; unde et rusticus nominatur: haec agrestium prima et otiosa felicitas.
8 Seges ager est in quo seritur; unde et Vergilius (Georg. I, 47):

Illa seges demum votis respondet avari
agricolae.

9 Conpascuus ager dictus qui a divisoribus agrorum relictus est
10 ad pascendum communiter vicinis. Alluvius ager est quem
11 paulatim fluvius in agrum reddit. Arcifinius ager dictus est qui a certis linearum mensuris non continetur, sed arcentur fines eius obiectu fluminum, montium, arborum; unde et in his agris
12 nihil subsicivorum intervenit. Novalis ager est primum proscissus, sive qui alternis annis vacat novandarum sibi virium causa. Novalia enim semel cum fructu erunt et semel vacua.
13 Squalidus ager quasi excolidus, quod iam a cultura exierit;
14 sicut exconsul, quod a consulatu discesserit. Vliginosus ager

1 quod] quia *B* 2 patrisfamilias *K* maxime *om. K* providentur *T* apparent *T* 3 qu. ant. qui ag. *T* 5 quadrifariam *Serv. ad Georg. init.* div.] dicitur *KOP* (*non D*) rationalis *C*: rationabilis *T* 6 qui] quae *C* 7 florens *C*: floreus *Servius* (*non DFNOPU*) quod sit (sint *N*) ap. aptus congruentibus flo. *KNOP* (*non DFU*) quod] quia *B* apibus *om. B* 8 quod] quia *B* quarto libro *K* 11 mel vel quo *T* 12 agr. praetiosa fel. *K* 13 est ager *C* et *om. C* 14 domum *B* 18 reddet *K* Arcefinius *K*: Arcifanius *T* (*non D*) *vel* quia c.: quod c. *B* 19 minsuris non tinetur *N* arcetur *BD*: arcitur *K* fin. eius] in is est *K* 20 in *om. T* sacris *K* 21 subciborum *B* est *om. C* proscisus *BCK* 22 quia al. *codd.* vocat *T* 23 novali en. *K* erant *T* 24 Isqualidus *T* scolidus *B* iam cult. *T* 25 quod cons. *C*

est semper uvidus. Nam humidus dicitur qui aliquando sicca-
tur. Vligo enim humor terrae est naturalis, ab ea numquam
recedens. Subseciva sunt proprie quae sutor de materia prae- 15
cidens quasi supervacua abicit. Inde et subsiciva, agri quos in
pertica divisos recusant quasi steriles vel palustres. Item sub-
seciva quae in divisura agri non efficiunt centuriam, id est
iugera ducenta. Area dicitur tabularum aequalitas. Dicta au- 16
tem area a planitie atque aequalitate ; unde et ara. Alii aream
vocatam dicunt quod pro triturandis frugibus eradatur, vel quod
non triturentur in ea nisi arida. Pratum est cuius feni copia 17
armenta tuentur, cui veteres Romani nomen indiderunt ab eo
quod protinus sit paratum, nec magnum laborem culturae desi-
deret. Prata autem esse quae secari possunt. Paludes dictae 18
a Pale pastorali dea, quod paleam, id est pabula, nutriant
iumentorum.

DE FINIBVS AGRORVM. Fines dicti eo quod agri funicu- XIV
lis sint divisi. Mensurarum enim lineae in terrarum partitione
tenduntur ut dimensionis aequalitas teneatur. Limites appel- 2
lati antqiuo verbo transversi, nam transversa omnia antiqui lima
dicebant ; a quo et limina ostiorum, per quae foris vel intus
itur, et limites, quod per eos in agros foris eatur. Hinc et
limus vocabulum accepit, cingulum quo servi publici cinge-
bantur obliqua purpura. Termini dicti quod terrae mensuras 3
distinguunt atque declarant. His enim testimonia finium in-
telleguntur, et agrorum intentio et certamen aufertur. Limites 4
maximi in agris duo sunt : cardo et decumanus. Cardo, qui a

1 uvidus] umidus *C* 2 est *om.* *K* 3 Subsiciva *BCK* quae divisor praec. *K*: quae su. de maria praec. *B* 4 unde *C* (*etiam* T^1 ?) quos] que *K* (*i.e.* quae) 5 divitores rec. *K* subsiciva *BCK* 6 centura *K*: contraria *B* 8 atque *om.* *K* 9 voc. dic.] vocant *K* quod *CT*: quia *BK* eradantur *K* aut quia *K* 12 paratus *BC* cultu resideret *T* 13 Padules *B* 14 a *om.* *T* past. a quo pal. *T* pastore C^1 dea] de ea BK^2 nutriunt *T* 16 eo *om.* *K* agra *BT* 17 divisa *B* partione *K*: portione *T* 18 demensionis *CK* equitas *BT* 19 lima] limina *K* 20 per quas *BK* : per quos *CT* 21 quod *om.* *T* in *om.* *K* agro *T* hinc . . . accepit *om.* *T* 22 limus] mens *KO* publice *T* 24 distinguant *K* 25 contentio *C* 26 maxime *K* car. est qui *T* *vel* quia : quia a *K* : qui *C*

septentrione directus a cardine caeli est ; nam sine dubio caelum
vertitur in septentrionali orbe. Decumanus est qui ab oriente
in occidentem per transversum dirigitur, qui pro eo quod for-
mam X faciat decumanus est appellatus. Ager enim bis divi-
5 sus figuram denarii numeri efficit. Arca ab arcendo vocata :
fines enim agri custodit eosque adire prohibet. Trifinium
dictum eo quod trium possessionum fines adstringit. Hinc et
quadrifinium, quod quattuor. Reliqui limites angustiores et
inter se distant inparibus intervallis et nominibus designatis.

XV De mensvris agrorvm. Mensura est quidquid pondere,
capacitate, longitudine, altitudine, latitudine, animoque finitur.
Maiores itaque orbem in partibus, partes in provinciis, provin-
cias in regionibus, regiones in locis, loca in territoriis, territoria in
agris, agros in centuriis, centurias in iugeribus, iugera in clima-
tibus, deinde climata in actus, perticas, passus, gradus, cubitos,
pedes, palmos, uncias et digitos dividerunt ; tanta enim fuit illo-
2 rum sollertia. Digitus est pars minima agrestium mensurarum.
Inde uncia habens digitos tres. Palmus autem quattuor digitos
habet, pes sedecim, passus pedes quinque, pertica passus duos,
3 id est pedes decem. Pertica autem a portando dicta, quasi
portica. Omnes enim praecedentes mensurae in corpore sunt,
ut palmus, pes, passus, et reliqua ; sola pertica portatur. Est
enim decem pedum ad instar calami in Ezechielo templum men-
4 surantis. Actus minimus est, latitudine pedum quattuor, longi-
tudine centum viginti. Climata quoque undiqueversum pedes
habent sexaginta, ita (*sequitur figura*). Actus quadratus undi-
que finitur pedibus centum viginti, ita (*seq. fig.*). Hunc Baetici
5 arapennem dicunt, ab arando scilicet. Actus duplicatus iuge-

1 sine duo *K* 3 per *om.* *T* pro] ex *K* 4 facit *T* 5 vocata *BCT* : dicta *KP* 6 adiri *T* : ad hoc ire C^1 7 stringit *K* 8 ang. int. *T* 9 dist. et inp. *B* omnibus *K* 13 regiones] regionibus *K* 14 agros] agra *BT* centurias] -ia *K* 15 deinde] de *T* : *om.* *K* in acetus acetus in per. perticas in (*etc.*) *K* particas *T* passis C^1 16 enim *om.* *C* eorum *BC* 17 mensuram *K* 20 pedes *om.* *K* 23 *vel* decempedum peduum *KT* 24 peduum qu. lat. *K* qu. et long. *B* 26 habet *BCT* 27 fin. LX ped. *BT* 28 arapenne *K* (*non Col. Mon.*)

rum facit; ab eo quod est iunctum iugeri nomen accepit. Iuge-
rum autem constat longitudine pedum ducentorum quadraginta,
latitudine centum viginti, ita (*seq. fig.*). Actum provinciae Bae-
ticae rustici acnuam vocant. Porcam idem Baetici triginta pe- **6**
dum latitudine et octuaginta longitudine definiunt (*seq. fig.*).
Sed porca est quod in arando extat; quod defossum est, lira.
Galli candetum appellant in areis urbanis spatium centum pe-
dum, quasi centetum. In agrestibus autem pedes centum quin-
quaginta quadratum iustum candetum vocant. Porro stadialis
ager habet passus CXXV, id est pedes DCXXV; cuius men-
sura octies conputata, miliarium facit, qui constat quinque milia
pedibus. Centuria autem ager est ducentorum iugerum, qui **7**
apud antiquos a centum iugeribus vocabatur, sed postea dupli-
cata est nomenque pristinum retinuit. In numero enim cen-
turiae multiplicatae sunt, nomen mutare non potuerunt.

DE ITINERIBVS. Mensuras viarum nos miliaria dicimus, XVI
Graeci stadia, Galli leugas, Aegypti schoenos, Persae parasangas.
Sunt autem proprio quaeque spatio. Miliarium mille passibus **2**
terminatur; et dictum miliarium quasi mille adium, habens
pedes quinque milia. Leuga finitur passibus mille quingentis. **3**
Stadium octava pars miliarii est, constans passibus centum
viginti quinque. Hunc primum Herculem statuisse dicunt,
eumque eo spatio determinasse quod ipse sub uno spiritu con-
fecisset, ac proinde stadium appellasse quoniam in fine respiras-
set simulque et stetisset. Via est qua potest ire vehiculum; **4**
et via dicta a vehiculorum incursu. Nam duos actus capit,
propter euntium et venientium vehiculorum occursum. Omnis **5**

4 agnus *B*: agrum *C*: agnos *K*: anum *T*, *quae omnia ad* agnum (*ita Col. D*) *redire possunt* 5 long. oct. *K* finiunt *T*: dicunt *K* 6 est *om. K* constat *B* 7 ca. app. Gal. *K* canditum *K*: camdentum *T*: candidum *B* aureis *B* 9 quadratorum *BCT* canditum *BK* porro . . . pedibus *hab. BCDFTU*: *om. KNP* 12 Centuri *C*[1]*K* quia *K* 13 centum *om. B*[1] 15 sunt] sed *K*: set *N* 17 leuvas *BKT* signes (es- *C*[1]) *codd.* 18 quoque *T* 19 *an* mille ad eum? 20 Leuva *BKT* quingentibus *T* 22 hunc *ex* hinc *T* 23 conficisse *K* 24 appellasset *BT* quoniam] quod *K* 27 occursu *T*: incursu *K*: incursum *B*

autem via aut publica est aut privata. Publica est quae in solo
publico est, qua iter, actus populo patet. Haec aut ad mare
aut ad oppida pertinet. Privata est quae vicino municipio data
6 est. Strata dicta quasi vulgi pedibus trita. Lucretius (1, 315):

Strataque iam vulgi pedibus detrita viarum.

Ipsa est et delapidata, id est lapidibus strata. Primi autem
Poeni dicuntur lapidibus vias stravisse; postea Romani eas per
omnem pene orbem disposuerunt, propter rectitudinem itine-
7 rum et ne plebs esset otiosa. Agger est media stratae emi-
nentia coaggeratis lapidibus strata, ab aggere, id est coacervatione
dicta; quam historici viam militarem dicunt, ut (Virg. Aen.
5, 273):

Qualis saepe viae deprensus in aggere serpens.

8 Iter vel itus est via qua iri ab homine quaquaversum potest.
Iter autem et itiner diversam significationem habent. Iter
[enim] est locus transitu facilis; unde appellamus et itum. Itiner
autem est itus longae viae, et ipse labor ambulandi ut quo velis
9 pervenias. Semita itineris dimidium est, a semiitu dicta. Semita
10 autem hominum est, calles ferarum et pecudum. Callis est iter
pecudum inter montes angustum et tritum, a callo pedum voca-
tum, sive a callo pecudum praeduratum. Tramites sunt trans-
versa in agris itinera, sive recta via, dicta quod transmittat.
11 Divortia sunt flexus viarum, hoc est viae in diversa tendentes.
Idem diverticula sunt, hoc est diversae ac divisae viae, sive
12 semitae transversae quae sunt a latere viae. Bivium, quia

2 quae iter *T*: quae inter *BK* actus] agros *K* haec autem aut ad *T*: haec autem ad *B* 3 pert.] pergit *C* 4 quia si *K*: quas *T* detrita *T* 6 lapidata *C* 7 Poeni] pena *B* via stratuisse *K* 8 iterum *C*[1] 9 Ager *BC*[1]*T* 10 coacervatis *K* ab accire *K* est a coac. *K* 11 dicti *C*[1] 13 depraehinsus in aere *K* 14 It. veitus *B*: Inter vallatus *C*[1] ire *KT* 15 habent] berent *ut vid.* *K* 16 enim *hab.* *BT*: *om.* *CK* app. exitum *C*[1] 17 itus *om.* *K* quod *T* 18 dim.] medium *K* est *om.* *C* semeitu *K*: semicitu *T*: semivia *C* 19 callis f. aut p. *K* 20 a collo peduum *T* 21 sive ca. *K*: sive a collo *T* pedum *KT* perduratum *BC*: duratum *K* 22 d. quia transmittant *C* 23 flexu *K*: flexua *N* vias in d. *BKT*: viam in diversam *N* 24 sive . . . viae *om.* *KN* 25 a lat.] altere (-ae) *TC* Divium *KNP*

duplex est via. Conpeta, quia plures in ea conpetunt viae, quasi triviae, quadriviae. Ambitus inter vicinorum aedificia locus, duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus, et ab ambulando dictus. Orbita vestigium carri, ab 13
orbe rotae dicta. Porro actus, quo pecus agi solet. Clivosum iter flexuosum. Vestigia sunt pedum signa primis plantis expressa, vocata quod his viae praecurrentium investigentur, id est agnoscantur.

1 Conpeta ... quadriviae *om. KP* : quasi tr. quadr. *om. N* 2 quadr. quasi triv. *C* 4 et ab amb. dic. *om. KNP* ab *om. CU* (*non DF*) Orbeta *BT* vestigia carrus *T* 5 rota *T* dictae K^1 6 inter *K* Visgia *K* expresse *T* 7 quod] quia *C* instigentur *BCT* id est agn. *om. KNP*

LIBER XVI

DE LAPIDIBVS ET METALLIS.

I De pulveribus et glebis terrae. Pulvis dictus quod
vi venti pellatur. Tollitur enim eius flatu nec resistit nec stare
novit, sicut ait propheta (Psalm. 1, 4): 'Tamquam pulvis, quem
2 proicit ventus a facie terrae.' Limus vocatus quod lenis sit.
Caenum est vorago luti. Cinis ex incendio dicitur; ab eo enim
fit. Favilla, quod per ignem effecta sit; nam φῶς ignis est.
3 Gleba, quod sit globus; pulveris enim collectione conpingitur
et in uno glomere adunatur. Terra autem ligata gleba est, soluta
4 pulvis. Labina, eo quod ambulantibus lapsum inferat, dicta
per derivationem a labe. Lutum vocatum quidam per anti-
phrasin putant, quod non sit mundum; nam omne lotum
5 mundum est. Volutabra appellata quod ibi apri volutentur.
Vligo sordes limi vel aquae sunt. Sabulum levissimum terrae
6 genus. Argilla ab Argis vocata, apud quos primum ex ea vasa
confecta sunt. Creta ab insula Creta, ubi melior est. Creta
Cimolia candida est, a Cimea Italiae insula dicta; quarum
altera vestimentorum pretiosos colores emollit, et contristatos
sulphure quodam nitore exhilarat, altera gemmis nitorem prae-
stat. Creta argentaria, et ipsa candida, appellata eo quod nitorem
7 argento reddat. Terra Samia a Samo insula dicta, glutinosa et
candida et linguae lenis, medicamentis et vasculis necessaria.
8 Pulvis Puteolanus in Puteolanis Italiae colligitur collibus, opponi-
turque ad sustinenda maria fluctusque frangendos. Nam mersus
aquis protinus lapis fit, undisque cottidie fortior effectus in saxum
9 mutatur; sicut argilla igne in lapidem vertitur. Sulphur voca-

1 quod] quia *B* 2 ventis *B* 3 pulverem proiecit *C* 5 fit en. *C* 6 quod] quia *B* 7 conpingitur *BT*: pingitur C^1: constitur *N*: construitur *K* 9 Lavvina *T* 10 a lave *T*: a luae *K* 11 omne *om.* *K* lutum *T* 12 apri] pari *B*: porci *KN* 13 sordes] sedes (-dis) *KN* vel] um *KN* 14 quos] quo B^1 15 confectae *ut vid.* T^1 ins. crete *T* 16 insule *T* 17 confricato *K*: contrito *C* 18 alter *B* 20 glut. et cand. *om.* *KP* (*non N*) 21 cand. ling. *B* lingua C^1 22 collibus *om.* *T* 25 ignem lapite *K*

tum quia igne accenditur; πῦρ enim ignis est. Nam vis eius
et in aquis ferventibus sentitur, neque alia res facilius accenditur.
Nascitur in insulis Aeoliis inter Siciliam et Italiam, quas ardere
dicunt. Invenitur et in aliis locis effossum. Huius genera 10
quattuor. Vivum, quod foditur, translucetque et viret, quem
solum ex omnibus generibus medici utuntur. Alterum, quod
appellant glebam, usibus tantum fullonum familiare. Tertium
liquor est; usus eius ad lanas suffiendas, quoniam candorem
mollitiemque praestat. Quartum ad lychnia maxime confi-
cienda aptum. Sulphuris tanta vis est ut morbos comitiales
deprehendat nidore suo inpositus ignibus ardescens. In calice
vini prunaque subdita circumferens exardescentis repercussu
pallorem dirum velut defunctorum effundit.

De glebis ex aqva. Bitumen in Iudaeae lacu Asphaltite 11
emergit, cuius glebas supernatantes nautae scaphis adpropin-
quantes colligunt. In Syria autem limus est passim aestuans a
terra. Spissantur autem utraque et densitate coeunt, et utra-
que Graeci πισσάσφαλτον appellant. Natura eius ardens et
ignium cognata, et neque aqua neque ferro rumpitur, nisi solis
muliebribus inquinamentis: utilis ad conpages navium. Alu- 2
men vocatum a lumine, quod lumen coloribus praestat tinguen-
dis. Est autem salsugo terrae, efficiturque hieme ex aqua et
limo, et aestivis solibus maturatur. Huius species duae sunt:
liquidum et spissum. Sal quidam dictum putant quod in igne 3
exiliat. Fugit enim ignem, dum sit igneum, sed naturam se-

1 πῦρ] ur *codd.* 2 et aq. *B*: ex aq. *K* 3 ardore *T* 5 vivum] unum *K*: una *B* quod] quae *B* funditur *T*: effoditur *Plin. N. H.* 35, 175 6 generibus *om. B* quod] quae *B* 8 sulfindas *BK*: sulfora indas *T*: sulfendas *C* quoniam] quo C^1 (*pro* quō, *i.e.* quoniam): quod *BK* 9 quartus . . . abtus *T* ellychnia *Plin. N. H.* 35, 175: licinia *codd.* conf. max. *K*: max. confingenda *T* 11 nitore *BKT* inp.] vel positus *T* 12 circumfereris *T* exardescentibus repercusso *codd.* 13 pallorum *B* effundet *KT*: effunditur *B* 14 in deae la. T^1: in indiae la. *B* 15 nautes cavis *T* 16 extuans *BT*: exestuans *K* 17 spissatur *CT*: spissatura *BK* utraque *om. K* et (*prius*) *om. T* 18 spissa asfalton *codd.* (spissasfaltum *C*) eius *om. K* 19 cognota C^1 et nequaquam fe. *Arev.* 20 mulieribus B^1C^1 21 voc. *om. K* 23 estibus T^1 24 in *om. T* 25 ignem *om. K* igneus *K*

quitur, quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt. Alii sal a salo et sole vocatum existimant; nam aquis maris sponte gignitur, spuma in extremis litoribus vel scopulis derelicta et sole decocta. Sunt et lacus et flumina et putei e quibus auritur. Dehinc in salinis ingestus sole siccatur; sed et flumina densantur in salem, amne reliquo sub gelu fluente. Alibi quoque detractis arenis colligitur, crescens cum luna noctibus; nam in Cyrenaea ammoniacus sub arenis invenitur. Sunt et montes nativi salis, in quibus ferro caeditur, ut lapis, renascens maius: tantae alicubi duritiae ut muros domosque massis salis faciant,
4 sicut in Arabia. In natura quoque salis differentiae [sunt]. Nam alibi suave, alibi salsissimum: commune sal in igne crepitat; Tragasaeum nec crepitat in igne nec exilit; Agrigentinum Siciliae flammis patiens in aqua exilit, in igne fluit contra na-
5 turam. Sunt et colorum differentiae. Memphiticus rufus est; in parte quadam Siciliae, ubi Aetna est, purpureus; item in eadem Sicilia in Pachyno adeo splendidus et lucidus ut imagines
6 reddat; in Cappadocia crocinus effoditur. Salis natura necessaria est ad omnem escam. Pulmentis enim saporem dat, excitat aviditatem, et appetitum in omnibus cibis facit. Ex eo quippe omnis victus delectatio et summa hilaritas. Hinc et salus nomen accepisse putatur; nihil enim utilius sale et sole: denique cornea videmus corpora nauticorum. Quin etiam pecudes, armenta et iumenta sale maxime provocantur ad pastum, multo largiores lacte multoque gratiores casei dote. Corpora etiam sal adstringit, siccat et alligat. Defuncta etiam a putre-
7 scendi labe vindicat ut durent. Nitrum a loco sumpsit vocabulum; nascitur enim in oppido vel regione Aegypti Nitria, ex quo et medicinae fiunt et sordes corporum vestiumque lavantur.

1 imica *K* 5 salinis] saliginis *B* densentur *C*[1] 7 lunae (-ne) *BCT* 8 sunt mon. *C*: sed et mon. *K* 9 ren.] et nascens *K* 11 sunt *hab. CK*: *om. BT* 12 al. suavis *BCT*: alibis (*sic*) *K* salsimus *C*[1]: salsimum *K* communis *K* 13 Tra. . . . crep. *om. T* tracaseum *K* 15 rubeus *T* (*cf. Plin. N. H.* 31, 86) 16 ubi *om. T* 19 dat] reddat *C*[1] 20 omnis cibis *T* 23 etiam et pec. *T* 24 et ium. *om. K* 25 largiore . . . gratiore *Plin. N. H.* 31. 88 dote] docte *C*[1] 27 vindicant *KT* 28 vel] et *T*

Huius natura non multum a sale distat; habet enim virtutem
salis et similiter oritur canescentibus siccitate litoribus. Aphro- 8
nitrum Graece, Latine spuma nitri est. De quo quidam ait
(Mart. 14, 58):

Rusticus es? nescis quid Graeco nomine dicar:
spuma vocor nitri. Graecus es? aphronitrum.

Colligitur autem in Asia in speluncis distillans, dehinc siccatur
sole. Optimum putatur si minime fuerit ponderosum et maxime
friabile, colore pene purpureo. Chalcantum dictum quia chal- 9
citis est thymum, id est flos; unde et apud Latinos aeris flos
appellatur. Fit autem nunc multis in regionibus; olim in Hi-
spaniae puteis vel stagnis id genus aquae habentibus, quam de-
coquebant et in piscinas ligneas fundebant, adpendentes super
eas restes lapillis extentas, quibus limus in similitudinem vitreis
acinis adhaerebat, sicque eiectum siccabatur diebus triginta.
Fit autem nunc alibi in speluncis, quod liquide collectum dehinc 10
diffusum in quosdam botros solidatur: fit et in scrobibus cavatis,
quorum e lateribus decadentes guttae coalescunt: fit et salis
modo ex flagrantissimo sole. Adeo autem constrictae virtutis
est ut in leonum et ursorum ora sparsum tantam vim habeat
adstringendi ut non valeant mordere.

De lapidibus vulgaribus. Lapis a terra tamquam densior III
etiam vulgo discernitur. Lapis autem dictus quod laedat pe-
dem. Lapis mollis est et sparsus; saxa haerent et a montibus
exciduntur; petra Graecum est; silex est durus lapis, eo quod

2 Afro enim nitrum *B* 3 spama *B*[1] 6 Gr. es afronitru *BCT*: Gr. est afronitro *K* 9 Calecantinum *T* calcidis *BK* *fort.* quasi χαλκὸς, id est aes, et ἄνθος, id est flos 11 nunc *CTU*: non *BK* 12 quando coquebant (quo-) *codd.* 13 et . . . fund. *om. K* lineas *codd.* (*etiam U*) 14 eas] arenas *K* (*non V*) retes *T* lapillas *B* extendentes *C*: extentis *V* similitudine vitrei acini *K* (*non V*) 15 adherebant *BC*: aderebant *T* effectum *K*: exemptum *Plin. N. H.* 34, 123 17 defusum *BC*[1]*TV* et] etiam *C* cautis *B*[1] 18 calescunt *TV* 19 nodo et fraglantissimo *T* 20 et in urs. *K* o. aspersum *C*: oras passum *B* tantum *B* 21 ad stringendum (strig-) *BCT*: stringendi *K*: in adstringendo *Plinius* 23 quod] quia *B* 24 molis *K*: mobilis *Arev.* est spa. *K* a *om. C*[1] 25 pe. gr. est *om. K* dura *K*: dirus *B*[1]

2 exiliat ab eo ignis dictus. Scopulus a saxo eminenti, quasi ab
speculando dictus; sive a tegimento navium, ἀπὸ τοῦ σκέπειν.
Σπήλαια Graece, speluncae Latine. Est autem rupis cavata.
3 Crepido extremitas saxi abrupta; unde et crepido vocata quod
sit abrupti saxi altitudo, sicut 'haeret pede pes densus' (Virg.
Aen. 10, 361); unde et vocatur. Cautes aspera saxa in mari,
dictae a cavendo, quasi cautae. Murices petrae in litore similes
4 muricis vivis, acutissimae et navibus perniciosae. Icon saxum
est, qui humanae vocis sonum captans, etiam verba loquentium
imitatur: icon autem Graece, Latine imago vocatur, eo quod
ad vocem respondens alieni efficitur imago sermonis; licet hoc
quidem et locorum natura evenit, ac plerumque convallium.
5 Calculus est lapillus terrae admixtus, rotundus atque durissimus,
et omni puritate lenissimus. Dictus autem calculus quod sine
molestia brevitate sui calcetur: cuius contrarius est scrupus,
lapillus minutus et asper, qui si inciderit in calciamentum, nocet
et molestia est animo; unde et animi molestiam scrupulum dici-
6 mus: hinc et scrupea saxa, id est aspera. Cotis nomen accepit
quod ferrum ad incidendum acuat; †cotis† enim Graeco sermone
incisio nominatur. Ex his aliae aquariae sunt, aliae oleo in-
digent in acuendo, sed oleum lenem; aquae aciem acerrimam
7 reddunt. Pumex vocatur eo quod spumae densitate concretus
fiat; et est aridus, candore parvus, tantamque naturam refrige-
8 randi habens ut in vas missus musta fervere desinant. Rudus

1 ab eo ig. *CT*: ig. ab eo *BK* est dic. *B* xaxo *B* 2 σκέπειν] skepin *K*: skerin *BCT*: σκεπάζειν *Serv. ad Aen.* 1, 45 4 saxi *om. B* arubta *T* (*non U*) 5 sicut . . . voc. *del. Arev. Isidori famae consulens* densor *K*: densus (*expunct.*) densusque viro vir *C* 6 vocatus *K* asp. sunt sa. *B* 7 cavando *BCK* cavatae *K* simile *B* 8 murices *B*: muricibus *dett.* Icon] Echo *Arev.* (*cf. Plin. N. H.* 36, 100), *quod sane vult dicere Isid.* 9 quod nomine *K* voces *BK* sonu captas *K* 10 icon *BC*: ico *T*: igon *K*: εἰκὼν *dett.*, *quod sane vult dicere Isid.* vocantur *B*[1] 11 ad *om. T* aliae *K* 13 lapis *B* terra *T* 14 quod] quia *B* 15 cui cont. *BK* scrupulus *K*: iserupus (*sic*) *T* 16 qui] quia *B* in *om. T* calciamento *BK* 17 iserupulum *T* 18 Cutex *B*: Cutis *KT*, *et fort. Isid.* 19 cote *codd. infra* (26, 6, *q. v.*): cutis *codd. hoc loco* enim *om. K* 20 aliae (*alt.*)] ne *T* 21 lene *BT* 23 iamiamque *K* 24 ut *om. B* vasso *B*[1]: vase *C*: vasu *K* defervere *BCT* desinat *K* § 8 (*cf.* XIX. x. 27) Rodus *K*: Rudos *BCT*

artifices appellant lapides contusos et calce admixtos, quos in
pavimentis faciendis superfundunt; unde et rudera dicuntur.
Gypsum cognatum calci est; et est Graecum nomen. Plura 9
eius genera; omnium autem optimum lapidi speculari. Est
enim signis aedificiorum et coronis gratissimus. Calcis viva 10
dicta quia dum sit tactu frigida, intus occultum continet ignem,
unde et perfusa aqua statim latens ignis erumpit. Natura eius
mirum aliquid facit. Postquam enim arserit, aquis incenditur,
quibus solet ignis extingui; oleo extinguitur, quo solet ignis
accendi. Vsus eius structuris fabricae necessarius. Nam lapis
lapidi non potest adhaerere fortius nisi calce coniunctus. Calcis
e lapide albo et duro melior structuris, ex molle utilis tectoriis.
Arena ab ariditate dicta, non ab adhaerendo in fabricis, ut 11
quidam volunt. Huius probatio, si manu inpressa stridet, aut
si in vestem candidam sparsa nihil sordis relinquat.

De lapidibvs insignioribvs. Magnes lapis Indicus ab IV
inventore vocatus. Fuit autem in India primum repertus, clavis
crepidarum baculique cuspide haerens, cum armenta idem
Magnes pasceret; postea et passim inventus. Est autem colore
ferrugineus, sed probatur cum ferro adiunctus eius fecerit raptum.
Nam adeo adprehendit ferrum ut catenam faciat anulorum:
unde et eum vulgus ferrum vivum appellat. Liquorem 2
quoque vitri ut ferrum trahere creditur; cuius tanta vis est, ut
refert beatissimus Augustinus (Civ. 21, 4), quod quidam eundem
magneten lapidem tenuerit sub vase argenteo, ferrumque super
argentum posuerit, deinde subtermovente manu cum lapide

§ 9 (*cf.* XIX. x. 20) 3 Gypsus cognatus *K* 4 lapidis sp. *K*: lapidis peculiari *B*: lapidis speculare *C*[1]: e lapide speculari *Plin. N. H.* 36, 182 5 enim] autem *C* § 10 (*cf.* XIX. x. 19) 6 tacti *T* 7 erumpens *T* 10 structurae fa. *KT*: in structuris fa. *codd. altero loco* lapis *om. K* 11 adere *KT* ni. calcoiunctus *T* 12 du. et al. *K* melium *T* structurus *C*[1] § 11 (*cf.* XIX. x. 21) 13 ad abherendo *B*: ab inherendo *C* 14 expressa *K* stridat *K* aut . . . vest. *om. T* 15 relinquid *T* 17 in India] an ida *T*: in Ida *Plin. N. H.* 36, 127 gravis *K* 18 crepiditarum *C*[1] baculisque *K*: bactili qui *T* 19 et] vero *K* 20 sed] et *T* ferro . . . adpr. *om. T* 21 ferr. adpr. *C* 22 appellant *B*[1] Aliquorem (-re *T*[2]) vi. *T*: Liquoremque vi. *K* 26 imposuerit *C*

ferrum cursim desuper movebatur. Vnde factum est ut in quo-
dam templo simulacrum e ferro pendere in aere videretur. Est
quippe et alius in Aethiopia magnes qui ferrum omne abigit
respuitque. Omnis autem magnes tanto melior est quanto magis
3 caeruleus est. Gagates lapis primum inventus est in Sicilia,
Gagatis fluminis fluore reiectus; unde et nominatus, licet in
Brittania sit plurimus. Est autem niger, planus, levis et ardens
igni admotus. Fictilia ex eo scripta non delentur; incensus
serpentes fugat, daemoniacos prodit, virginitatem deprehendit;
4 mirumque, accenditur aqua, oleo restinguitur. Asbestos Ar-
cadiae lapis ferrei coloris, ab igne nomen sortitus eo quod ac-
census semel numquam extinguitur. De quo lapide mechanicum
aliquid ars humana molita est, quod gentiles capti sacrilegio
mirarentur. Denique in templo quodam fuisse Veneris fanum,
ibique candelabrum et in eo lucernam sub divo sic ardentem ut
5 eam nulla tempestas, nullus imber extingueret. Pyrites Persicus
lapis fulvus, aeris simulans qualitatem, cuius plurimus ignis,
siquidem facile scintillas emittit: hic tenentis manum, si vehe-
mentius prematur, adurit, propter quod ab igne nomen accepit.
Est alius pyrites vulgaris, quem vivum lapidem appellant, qui
ferro vel lapide percussus scintillas emittit, quae excipiuntur
sulpure vel aliis fungis vel foliis, et dicto celerius praebet ignem.
6 Hunc vulgus focarem petram vocant. Selenites, qui Latine
lunaris interpretatur, eo quod interiorem eius candorem cum
7 luna crescere atque deficere aiunt, gignitur in Persida. Diony-

1 cursum *B*: cursu *K*: curri *T* 2 sim. efferro C^1 3 omne abigit *Arev.* (*ex Plin. N. H.* 36, 130): non ambigit *BT et fort. Isid.*: nomambet *K*: non rapit *C* 4 melius *K* 5 primi *T*: primus *C* Sic.] Cilicia *Arev.* (*ex Dioscor.* 5, 146): Lycia *Plin. N. H.* 36, 141 6 gagates C^1: Gagis *Plin.* flum. *om. K* fluere *B* 8 ig. et motus *K* 9 fugiat B^1 10 mi. *Plin.*: mirum qui *K*: m. quo (*ex corr.*) *T*: m. quod *C*: m. quia *B* restringitur C^1 Abeston *codd.* 11 ferri *B* 12 metanicum *B* 13 ars al. T^1 oblita est quia *B* gentili *K* capiti C^1 14 quoddam *B* fa. dicunt ib. *B* 16 nullum imb. *K* Piritis *CT*: Peritis *BK* 17 fulvis B^1 plurimi *B* 18 hinc *B*: in C^1 ten. si (*delet.*) ma. si *T* 20 piritis *CT*: peritis *BK* 22 sulpure *dett.*: fulgore (-ure *T*) *codd.* vel aridis f. *Arev.* (*ex Plin. N. H.* 36, 138): *fort. pro* vel f. *cum glossa* alii sfungiis (*i.e.* spongiis) vel fol. *om. K* et di.] aedito (ed.) *BK* 23 fogarem *K*: vocare C^1 vocat *BC* 24 interior B^1 25 crescere *om.* C^1

sius lapis fuscus et rubentibus notis sparsus. Vocatur autem ita
quia, si aquae mixtus conteratur, vinum fragrat, et quod in illo
mirum est, ebrietati resistit. Thracius niger et sonorus; nasci- 8
tur in flumine cuius nomen est Pontus in Equitia. Phrygius 9
lapis ex loco traxit vocabulum; nascitur enim in Phrygia, colore
pallidus, mediocriter gravis. Est autem gleba pumicosa. Vritur
antea vino perfusus flatusque follibus donec rubescat, ac rursus
dulce vino extinguitur ternis vicibus, tinguendis vestibus tantum
utilis. Syrius lapis a Syria, ubi reperitur, appellatus: hic integer 10
fluctuari traditur, comminutus mergi. Arabicus similis est eboris 11
sine ulla macula. Hic defricatus ad cotem sucum dimittit croco
similem. Iudaicus lapis albus est atque in schemate glandis, 12
scripturis subinvicem modulatus, quas Graeci γραμμὰς vocant.
Samius a Samo insula, ubi reperitur, vocatus: et est gravis et 13
candidus, poliendo auro utilis. Memphitis vocatus a loco 14
Aegypti; et est gemmantis naturae. Hic tritus atque in his
quae urenda sunt et secanda ex aceto inlinitus ita obstupescere
facit corpus ut non sentiat cruciatum. Sarcophagus lapis dictus 15
eo quod corpora defunctorum condita in eo infra quadraginta dies
absumuntur; σορὸς enim Graece arca dicitur, φαγεῖν comedere.
Nascitur autem in Troade, fissilique vena scinditur. Sunt et
eiusdem generis in oriente saxa, quae etiam viventibus alligata
erodunt corpora. Mitiores autem servandis corporibus nec 16
absumendis haematites appellatus, eo quod cote resolutus in
colorem veniat sanguinis. Est autem ammodum lividus; est et
ferrugineus. Nascitur in ultima Aegypti, Babylonia et Hispania.

1 autem *om.* *B* 2 mixtus] exitus *T* fraglat *T*: flagrat *BCK* quod illum *T* 3 resistat C^1 4 equicia *BK*: Scythia (Squitia *vel* Esquitia) *Arev.* 6 auritur *T* 8 dul. vinum *B* instinguitur *K* 9 Syria] Syro insula *Plin. N. H.* 36, 130 reppertur appellatur *K* 10 fluctuare *C* simili *T* ebori *dett.* 11 cutem *BKT* sucus *K* 13 voc.] appellant *T* 15 poliendi aurum *BCT*: polienti aurum *dett.* Memfiti *K* 16 et *om.* *T* 17 arenda *ut vid.* *T* 20 adsumuntur (ass-) *BKT*: adsumantur *C* soros *CT*: soror *B*: sarcorus *K* *vix pro σάρξ corr.* (*ex* VIII. xi. 85) *σορός* arca] caro *dett.* fagus (-gos *K*) *codd.* 21 in traia (*delet.*) troadae *K* 22 viventia *K* 23 erudunt *K*: erodiant (-unt?) *T* Mit. . . . abs. *del.* *Arev.* aut *CKTU* 24 adsumendis *K*: -tis *B*: -tes *TU*: absumentes *C* cute *codd.* 25 liv. et ferr. *CK*: liv. est ferr. *U* 26 Aegypto *dett.* babiloniae et ispaniae *C*

17 Androdamantus colore niger, pondere et duritia insignis, unde et nomen traxit, praecipuus reperitur in Africa. Trahere autem in se argentum vel aes dicitur, quique adtritus, ut haematites, in
18 colorem redigitur sanguinis. Schistos invenitur in ultima Hi-
19 spania, croco similis, cum levi fulgore, facile friabilis. Amiantos appellatus a veteribus eo quod, si ex ipso vestis fuerit contexta, contra ignem resistat et igni inposita non ardeat, sed splendore accepto nitescat; et est scissi aluminis similis, veneficiis resistens
20 omnibus, specialiter magorum. Batrachites similis est testae laminis scissibilis. Galactites colore cinereus, gustu suavis; sed ideo vocatus quod quiddam de se lacteum adtritus dimittat.
21 Obsius lapis niger est translucidus et vitri habens similitudinem. Ponitur in speculis parietum propter imaginum umbras reddendas. Gemmas multi ex eo faciunt: nascitur in India et in Sam⟨ni⟩o Italiae. Mithridax lapis Euphratis sole [re]percussus
22 coloribus micat variis. Aetites lapides reperiuntur in nidis aquilarum. Aiunt binos inveniri, marem et feminam, nec sine his parere aquilas: horum masculus durus, similis gallae, subrutilis; femineus vero pusillus ac mollis. Alligati partus celeritatem faciunt, etiam aliquibus aliquid vulvae excidunt, niso cito par-
23 turientibus auferantur. Phengites Cappadociae lapis, duritia marmoris, candidus atque translucens; ex quo quondam templum constructum est a quodam rege foribus aureis, quibus clausis

1 Andromatus *K*: Androdomatus *B*: Androdamanta (*acc. casu*) *Plin. N. H.* 36, 146 color *T* et] pro *K* 3 ematitis *K*: amatites *T*: ematites *BC* 4 Iscistos *B*: Iscistus (*ex* Isciscitus) *K*: Icistos *T*: Escistos *C* 5 friabilis *CK*: fricabilis *BT* Amianthus (*ex* -tu-) *K*: Amantos *T*: Amianthos *BC* 6 appellatur *ut vid. C* contincta C^1 7 igne *B* 8 veneficis *T* 9 Batrices *B*: Ostracites *Arev.* (*sed Isidori error subest*) 10 laminis scissibilis *K*: laminis aescissibilis B^1: laminose scissibilis *T*: lamminosae aescis similis C^1: laminosus scissibilis *Dioscorides latinus* Galacontes *K* 11 id. sic voc. *K* quo quidam *T* de se *om.* B^1 12 Obsius B^1KT: Obsidius *C* nig. lap. est *B* 13 speluncis *C* reddens *B* 15 samo *codd.*: Samnio *Plin. N. H.* 36, 197 Mitridas *BT*: Mitritas *K*: Mitredas C^1 percussus *codd.* XVI. XII. 2 16 aquarum C^1 17 invenire BC^1K 18 pare *K* aquilam *C* durus *om. K* subrutilus *C*: subrutulis *K* 19 vero vero pu. *K* alligatus C^1 20 a quibus *B*: *om. T* 21 Fingites *codd.* duritiae *B* 23 a quondam re. *B*

claritas intus diurna erat. ⟨Ch⟩emites ebori similis, in quo 24
Darium conditum ferunt, Parioque similis candore et duritia,
minus tantum ponderosus, qui porus vocatur. Ostracites vocatus 25
quod similitudinem testae habeat: usus eius pro pumice. Me- 26
lanites lapis dictus est eo quod melleum et dulcem sucum
emittat. Smyris lapis asper et indomitus et omnia adterens, ex 27
quo lapide gemmae teruntur. Chrysites colore similis ochrae 28
invenitur in Aegypto. [H]ammites similis nitro, sed durior, 29
gignitur [in] Aegypto vel [in] Arabia. Thyites nascitur in 30
Aethiopia veluti viridis, sed lacteus cum resolvitur, remordens
vehementer. Coranus albus est duriorque Pario. Molotius 31, 32
veluti viridis et gravis invenitur in Aegypto. Tusculanus, a 33
loco Italiae dictus, dissilire igni traditur. Sabinus fuscus addito 34
oleo etiam lucere fertur. Est et quidam viridis lapis vehementer
igni resistens. Siphnius mollis et candidus, excalfactus oleo 35
nigrescit atque durescit. Lapides quoque medicinalium mor- 36
tariorum et pigmentorum usibus apti: etesius praecipuus et
inde chalazius; Thebaicus quoque et basanites lapides nihil ex
sese remittentes. Specularis lapis vocatus est quod vitri more 37
transluceat; repertus primum in Hispania citeriori circa Sego-
bricam urbem. Invenitur enim sub terra et effossus exciditur
atque finditur in quamlibet tenues crustas.

1 diuturna *K* Chernites *edd.*: C(h)emites *codd. Plinii N. H.* 36, 132: Emites *codd.* (*pro* Cemites, *tanquam* C, *i.e. capitulum novum*, emites?) eboris *B* 2 arium *T* pario sim. *C* duria *T* 3 tantum] tamen *C* purus *K* Ostracides *BK* 4 habeat *BCK*: habet *T* Melitinus *Plin. N. H.* 36, 140 5 est *om. C* dulce sucus *K* 6 remittat *Plin.* Hismiris B^1 *ut vid. KT*: Ismiris *C* atterrens *CK* 7 lapides *K* teruntur *BCK*: tundantur *T* Crisites *codd.*: Chrysitis *Plin. N. H.* 37, 179 C. lapis col. *K* ocreae (-ree) *codd.* 8 Amnites *codd.* (Amanites *B*) 9 in *hab. K*: *om. BCT* in *hab. T*: *om. BCK* Thyites *Arev.* (*ex Dioscor.*): Vi (*vel VI*) *T*: *VI* C^1: *om. BK* *Quae quomodo explicem haereo* 11 Molotius *BKT*: Moloctius *C*: Morocthius (?) *Arev.* (*ex Dioscor.*) 12 veluti *om. T* et gravis *T*: et grandis *CD*: et grans B^1: *om. K* Tuscanus *C* 13 disiliri *K* fuscus] lapis *K* 14 fetr T^1 15 Sifnius *T*: Sifinius *BCK* ca. sed exc. *K* 16 atque] aqua *K* mortarium et pulmentorum *K* 17 ethesius *T*: edesius *BCK* praec. *om. T* et in.] deinde *K* 18 chal.] colaticus *codd.* basanitis *T*: basanitus C^1: bosanites *K* 19 se *KT* (*ex corr., ut vid.*) 21 enim *om. K* effossum *K* 22 quaslibet *K* tenuas *T*

V De marmoribus. Post lapidum genera veniemus ad mar-
mora. Nam inter lapides et marmora differentia est. Nam
marmora dicuntur eximii lapides, qui maculis et coloribus com-
mendantur. Marmor sermo Graecus est a viriditate vocatus,
et quamvis postea et alii coloris inveniantur, nomen tamen
2 pristinum a viriditate retinuerunt. Marmorum colores et genera
innumerabilia sunt. Non tamen omnia e rupibus exciduntur,
sed multa sub terra sparsa sunt et pretiosissimi generis, sicut
Lacedaemonium viride cunctisque hilarius, repertum prius apud
3 Lacedaemonios, unde et vocabulum traxit. Ophites serpentium
maculis simile, unde et vocabulum sumpsit. Duo eius genera:
4 molle candidum, nigrum durum. Augusteum et Tiberium in
Aegypto Augusti ac Tiberii primum principatu reperta sunt.
Differentia eorum est ab ophite, quum illud, ut praediximus, ser-
pentium maculis sit simile, haec maculas diverso modo colligunt.
Nam Augusteum undatim est crispum in vertices; Tiberium
5 sparsa, non convoluta, canitie. Porphyrites in Aegypto est ru-
bens, candidis intervenientibus punctis. Nominis eius causa
6 quod rubeat [ut] purpura. Basanites ferrei coloris sive duritiae;
unde et nomen ei datum est: inventus in Aegypto et Aethiopia.
7 Alabastrites lapis candidus, intertinctus variis coloribus, ex
quo Evangelici illius unguenti vasculum fuit. Cavant enim hunc
ad vasa unguentaria, quoniam optime servare incorrupta dicitur.
Nascitur circa Thebas Aegyptias et Damascum Syriae, ceteris
8 candidior, probatissimus vero in India. Parius candoris eximii,
lygdinus cognomento: hic apud Paron insulam nascitur, unde

1 veniamus *K* 2 nam (*alt.*) *om. K* 3 quae (que) mac. *BT* 4 Gr. ser. *C* vocatum *K* 5 quodvis *B* coloris *BT*: colores *CK* tamen] autem *B* 8 sicut] sunt *T* 9 viridiore *K* cunctis rep. (*om.* hil.) *BK* 11 similes *K*: similis *B*: simile est *C* 12 Auguste vel et *B* 13 aegypti C^1 ac] et *C* principatus *B* 15 similis *codd.* maculis *BK* 16 undatum *T* vertice *T* 17 convolata C^1 Porphireticum *K*: Purpuritis *BCT* in] ex *BCT* ru. et cand. *K* 18 candidus *BT*: candidum *C* 19 ut *hab. CK*: *om. BT* ferreo *K* colore *BK* duritia (-cia) *BCK* 20 ei nomen *B* inventum *K*: inventum est *C* 21 Alabastritus B^1K: Alabastris *CT* interinstinctus *B*: interextinctus *T* (*haec pro* interstinctus) 22 angelicae B^1 (*pro* Evangelicae) 25 probatissimum *K* in *om. T* 26 ligdinus *codd.*

et Parius nuncupatus. Magnitudo eius, qua lances craterasque
non excedat; unguentis et ipse aptus. Coralliticus in Asia reper- 9
tus, mensurae non ultra cubita bina, candore proximo eboris et
quadam similitudine. E diverso niger Alabandicus terrae
suae nomine nuncupatus, purpurae aspectu similis. Iste in
oriente igni liquatur atque ad usum vitri funditur. Thebaicus 10
interstinctus aureis guttis invenitur in parte Aegypti adscripta,
coticulis ad terenda collyria quadam utilitate naturali conveniens.
Syenites circa Syenem vel Thebas nascitur. Trabes ex eo fecere 11
reges. Marmora autem, quae in officinis rupibusque gignuntur: 12
ex quibus Thasius diversi coloris maculis distinctus, cuius pri-
mum usum insulae Cyclades dederunt. Lesbius lividior est 13
paulo huic, sed et ipse diversi coloris maculas habens. Corin- 14
theus ammoniacae guttae similis cum varietate diversorum co-
lorum. Corintho primum repertus. Ex eo columnae ingentes
liminaque fiunt ac trabes. Caristeum viride, optimum; nomen 15
ab aspectu habens, eo quod gratus sit his qui gemmas sculpunt;
eius enim viriditas reficit oculos. Numidicum marmor Numidia 16
mittit: ad cutem sucum dimittit croco similem, unde et nomen
accepit; non crustis, sed in massa et liminum usu aptum. Lu- 17
culleum marmor nascitur in Melo insula; cui Lucullus consul
nomen dedit, qui delectatus illo primus Romam invexit; solum-
que pene hoc marmor ab amatore nomen accepit. Est et Lu- 18
nensis. Tephrias appellatus a colore cineris, cuius lapidis alligatio

1 et *om. T* nuncupatur (*ut vid.*) *C* quae *K* 2 excidat *B* Corallitus *ex* -tiis *K* 3 proxima *C*[1] et *Plin. N. H.* 36, 62: ad (*pro* at?) *BCK*: *om. T* 4 quodam s. *T*: quandam similitudinem *CK* e] a *C*[1] alabantdicus *B* 5 suo *T* purpureo *C* 7 intertinctus *C*: interinstinctus *BT* in Africae parte Aegypto adscripta *Plin. N. H.* 36, 63 8 codiculis *B*: codicolis *K*: cudiculis *C*[1] terrenda *BC* naturae *K* 9 Sienis *K* sien ** vel *B*[1]: sienum *K* facere *T* 10 officiis *B* gignitur *K ante corr.* 11 itasius *codd.* (*pro* i *vel* primum Tha.?) colores *K* miraculis *B*[1] 12 ciclade *B*: c*iclade *T*[1] 13 hoc *dett.* ipse et *C* div. colores *K* (*pro* diversicolores?): versicolores *Plin. N. H.* 36, 44 Corinteus *BT*: Corintius *CK* 17 sculfiunt *T*: sculp*unt *B* 19 ad . . . dimittit *om. T* cute *K*: cotem *C* 20 usum (hu-) *KT* 21 Melo *Plin. N. H.* 36, 50: theo *BK*: ceo *C*[1]: chio *T* cuius *B* 22 quia *C* 23 et est *T* luniensis *CT*: liniensis *B*[1]*K* 24 tefrian *KT* (*et Isid.*): tefrina *B*: tefria *C*[1] allegatio *C*[1]

19 contra serpentes laudatur. Ebur a barro, id est elephanto, dictum. Horatius (Epod. 12, 1):

Quid tibi vis, mulier, nigris dignissima barris?

VI De gemmis. Post marmorum genera gemmae secuntur, quae multum auri decorem tribuunt venustate colorum. Primordia eius a rupe Caucaso. Fabulae ferunt Prometheum primum fragmentum saxi eius inclusisse ferro ac digito circum-
2 dasse, hisque initiis coepisse anulum atque gemmam. Genera gemmarum innumerabilia esse traduntur, e quibus nos ea tantum quae principalia sunt sive notissima adnotavimus. Gemmae vocatae quod instar gummi transluceant. Pretiosi lapides ideo dicti sunt quia care valent, sive ut a vilibus discerni possint, seu quod rari sint. Omne enim quod rarum est magnum et pretiosum vocatur; sicut et in Samuelis volumine legitur (1 Reg. 3, 1): 'Et sermo Domini pretiosus erat in Israel,' hoc est rarus.

VII De viridioribvs gemmis. Omnium gemmarum virentium smaragdus principatum habet, cui veteres tertiam post margaritas et uniones tribuunt dignitatem. Smaragdus a nimia viriditate vocatus; omne enim satis viride amarum dicitur. Nullis enim gemmis vel herbis maior huic austeritas est; nam herbas virentes frondesque exsuperat, inficiens circa se viriditate repercussum aerem. Sculpentibus quoque gemmas nulla gratior oculorum refectio est. Cuius corpus si extentum est, sicut speculum ita imagines reddit. Quippe Nero Caesar gladia-
2 torum pugnas in smaragdo spectabat. Genera eius duodecim, sed nobiliores Scythici, qui in Scythica gente reperiuntur. Secundum locum tenent Bactriani: colliguntur enim in commissuris saxorum flante Aquilone; tunc enim tellure deoperta

1 aelefanto *T*: ab elefanto *K*: elefanti *B* 5 auro *K* decore *K* venustatem *B* 6 caucasea *K*: caucasi *Plin. N. H.* 37, 2 fuerunt *T* 7 fragmenta *K* 8 his qui *T* 9 e] de *K* 11 quia in instar *B* 13 possunt *BC*[1] seu quia *B* raro *K* sunt *C* 14 sicut in *K* 18 cuius *T* margaritos *B*[1]*T* 20 vocatus *BCT*: dictus *K* 22 viriditatem repercusso aere *K* percussum *T*[1] 23 gemmis *B* 25 seculum *K* gladiorum *K* 26 exspectabat *B* 27 meliores *K* Scythici *om. T* scithaga *K* 28 locum *om. K*: lucem *ut vid. T*[1] bractiani *B*[1] commissoriis *T*

intermicant, quia his ventis arenae maxime moventur. Tertium
Aegyptii habent. Reliqui in metallis aerariis inveniuntur, sed
vitiosi; nam aut aeri, aut plumbo, vel capillamentis, vel sali[s]
similes notas habent. Smaragdi autem mero et viridi pro-
ficiunt oleo, quamvis natura inbuantur. Chalcosmaragdus 3
dicta quod viridis sit et turbida aereis venis. Haec in Aegypto
vel Cypro insula nascitur. Prasius pro viridanti colore dictus, 4
sed vilis. Cuius alterum genus sanguineis punctis abhorret.
Tertium distinctum virgulis tribus candidis. Beryllus in India 5
gignitur, gentis suae lingua nomen habens, viriditate similis
smaragdo, sed cum pallore. Politur autem ab Indis in sex-
angulas formas, ut hebetudo coloris repercussu angulorum
excitetur; aliter politus non habet fulgorem. Genera eius
novem. Chrysoberyllus dictus eo quod pallida eius viriditas 6
in aureum colorem resplendeat. Et hunc India mittit. Chryso- 7
prasus Indicus est, colore . . ., porri sucum referens, aureis
intervenientibus guttis, unde et nomen accepit. Quem quidam
beryllorum generi adiudicaverunt. Iaspis de Graeco in Lati- 8
num viridis gemma interpretatur: ias quippe viride, pinasin
gemma dicitur. Est autem smaragdo subsimilis, sed crassi
coloris. Species eius decem et septem. Volunt autem quidam
iaspidem gemmam et gratiae et tutelae esse gestantibus, quod
credere non fidei, sed superstitionis est. Topazion ex virenti 9
genere est omnique colore resplendens, inventa primum in
Arabiae insula, in qua Trogodytae praedones fame et tempestate
fessi quum herbarum radices effoderent, eruerunt. Quae insula

1 qu. vi venti *K* 2 reliqua C^{1}*T*: reliqua genera *Plin. N. H.* 37, 66 3 aere *BCT* lapillamentis *codd.* (*et Isid.*?) 5 Calcumsmaragdus *BK* 6 aeres B^{1} haec *om. T* 7 viriditati *K* 8 vili *K* punctis] guttis *K* 9 distinctis *K* 10 sua *T* a vir. *C* 11 sexangulos B^{1}: -li *C* 12 bitudo *T* repercussum *T*: repercusso *B* 14 Clisoberillus *T* 16 col. pallidiore *Plin. N. H.* 37, 77 ferens *T* 18 gen. adiud. *Solinus* 52, 62: generis iudicaverunt *BCK*: generi vindicaverunt *T* 19 viride] viridis *K* pinasin *KT* (-in *an* -im *incert.*): pinnasin *C*: pinnasim *B* 20 similis *K* 21 speciem *T* 22 tut.] utile *B* gustantibus *K* quod] que (*i.e.* quae) *B* 23 Topation *KT* 25 trogoditae *B*: trocodite *K*: tragoditae (-te) *CT* praedone C^{1} 26 radicem *K*

postea quaesita nebulis cooperta tandem a navigantibus inventa.
Sed ob hoc locus et gemma nomen ex causa accepit; nam
τοπάζειν Trogodytarum lingua significationem habet quaerendi.
Est autem amplissima gemmarum; eadem sola nobilium limam
10 sentit. Genera eius duo. Callaica colore viridi, sed pallens et
nimis crassa; nihil iucundius aurum decens; unde et appellata.
Nascitur in India vel Germania in rupibus gelidis, oculi modo
11 extuberans. Molochites spissius virens et crassior quam
smaragdus a colore malvae nomen accepit, in reddendis lau-
12 data signis. Nascitur in Arabia. Heliotropia viridi colore et
nubilo, stellis puniceis supersparsa cum sanguineis venis. Causa
nominis de effectu lapidis est; nam deiecta in labris aeneis
radios solis mutat sanguineo repercussu; extra aquam autem
speculi modo solem accipit, deprehenditque defectus eius sub-
euntem lunam ostendens. Magorum inpudentiae manifestissi-
mum in hoc quoque exemplum est, quoniam admixta herba
heliotropio quibusdam additis precationibus gerentem conspici
negent. Gignitur in Cypro et Africa, sed melior in Aethiopia.
13 Sagda gemma prasini coloris apud Chaldaeos. Cuius tanta vis
est ut permeantes naves e profundo petat, et carinis ita tena-
14 citer adhaereat ut nisi abrasa parte ligni vix separetur. Myrrhites
dicta est quod in ea myrrhae color est. Conpressus autem
usque ad calorem nardi spirat suavitatem. Aromatitis reperitur
in Arabia vel Aegypto, myrrhae coloris et odoris; unde et
15 nomen habet. Melichros bicolor ex una parte viridis, ex

1 neb. operta *C*: nebulusque operta *T* 3 topazin *T* (*cf. Plin. N. H.* 37, 108): topezim *K*: topazim *B*: topazion *C* trogoditarum *BCT*: trocoditarum *K* ha. querenti *T*: querentis ha. *K*: ha. quaerentis *BC* 5 Calalica *T*: Callica C^1 colorem *T* vi. et *K*: viridis et *BT*: viridens et C^1 pa. nim. T^1 6 auro *K* appella *K* 7 in (*alt.*)] de *K* 8 urens BC^1 quamvis sm. *K* (*pro* quam ism.) 10 Eliotropia *CT*: Elictropia *B*: Electropia *K* 11 superasparsa *T*: persparsa *K* 12 nomini *BC* lapidum *B* 13 radio *B* sanguine C^1 14 so. recipit *C* 15 magnorum *B* impudentia *C* 16 quoniam] quod *K* 17 eliotropio *CT*: elictropio *B*: electropio *K* quidam *K* atitis *T* praecantationibus *K* 18 nequent *K* 19 Sagada *T*: Sacida B^1K 20 e *om. T* 21 abra *K* 22 eo *B* congressus *K* 23 colorem *BK* spira *T* aromatidis *BK* 24 morrae *K*: murraei (-ei) *BC* 25 Melicros *C*: Melecros *KT*: Meletros *B*

altera melli similis. Choaspitis a flumine Persarum dicta est, 16
ex viridi fulgoris aurei.

De rvbris gemmis. Corallius gignitur in mari, forma VIII
ramosus, colore viridi sed maxime rubens. Bacae eius candidae
sub aqua et molles; detractae confestim durantur et rubescunt,
tactuque protinus lapidescunt. Itaque occupari evellique retibus
solet, aut acri ferramento praecidi, qua de causa corallius voci-
tatus. Quantum autem apud nos margaritum Indicum pretio-
sum est, tantum apud Indos corallium. Hunc magi fulminibus
resistere adfirmant, si creditur. Sardius dicta eo quod reperta 2
sit primum a Sardis: haec rubrum habet colorem marmoribus
praestans, sed inter gemmas vilissima. Genera eius quinque.
Onyx appellata quod habeat in se permixtum candorem in 3
similitudinem unguis humanae. Graeci enim unguem ὄνυχα
dicunt. Hanc India vel Arabia gignit: distant autem invicem;
nam Indica igniculos habet albis cingentibus zonis, Arabica
autem nigra est cum candidis zonis. Genera eius quinque.
Sardonyx ex duorum nominum societate vocata; est enim ex 4
onychis candore et sardo. Constat autem tribus coloribus;
subterius nigro, medio candido, superius mineo. Haec sola
in signando nihil cerae avellit. Reperitur autem apud Indos
et Arabes detecta torrentibus. Genera eius quinque. Haema- 5
tites rubore sanguineus, ac propterea haematites vocatus; αἷμα
quippe sanguis est. Gignitur in Aethiopia quidem principalis,
sed in Arabia et in Africa invenitur. De qua promittunt magi
quiddam ad coarguendas barbarorum insidias. Sucinus, quem 6
appellant Graeci ἤλεκτρον, fulvi cereique coloris, fertur arboris

1 Coaspitis *BT ut vid.*: Coaspites *C*: Choaspides *K* 4 *vel* viridis et bacae *C*: bene (*i.e.* venae) *T*: viae *BK* (*pro* uvae?) 5 aqua mollis detractus *K* duratur et rubiscet *K* 6 lapidiscit *K*: lapides fiunt *C*[1] occupari *BCT* (*cum codd. Plin. N. H.* 32, 22): aucupari *K* 7 acri *om. K* voc. est *K*: vocitatur *B* 9 corallius *K* 10 Sardus *BT* 11 rubum *T* 12 gemmis *B*[1] vil. est *C* 13 ca. et sim. *K* 14 grece *C*[1] 16 hab. et alb. *K* 19 sarda *Plin. N. H.* 37, 86 au. et trib. *T* 20 superi minio *K* 21 avellit *CT*: evellit *BK* 23 αἷμα] emat *BKT*: emath *C* 24 sed princ. *BCK* 25 sed et in *Plin. N. H.* 37, 169 26 quidam *BT*: quoddam *K* barb. *BCK*: labrorum *T* quam *T* 27 cerei *Plin. N. H.* 37, 33: certique *codd.* (*ex* ceroque *K*)

sucus esse et ob id sucinum appellari. Electrum autem vocari
fabulosa argumentatio dedit. Namque Phaethonte fulminis
ictu interempto sorores eius luctu mutatas in arbores populos,
lacrimis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum
amnem; et electrum appellatum quoniam sol vocitatus sit
Elector plurimi poetae dixere. Constat autem eum non esse
sucum populi, sed pineae arboris; nam accensus taedae nidore
7 fragrat. Nascitur autem in insulis Oceani septentrionalis sicut
gummis, densaturque ut crystallum rigore vel tempore. Ex ea
fiunt decoris gratia agrestium feminarum monilia. Vocari
autem a quibusdam harpaga, eo quod adtritu digitorum accepta
caloris anima folia paleasque et vestium fimbrias rapiat, sicut
magnes ferrum. Quocumque autem modo libeat tinguitur;
8 nam anchusae radice conchylioque inficiuntur. Lyncurius
vocatus quod fiat ex urina lyncis bestiae tempore indurata. Est
autem, sicut et sucinum, fulva, adtrahens spiritu folia propinquantia.

IX De purpureis. Inter purpureas gemmas principatum
amethystus Indicus tenet. Amethystus purpureus est permixto
violacio colore; et quasi rosae nitor, et leniter quasdam flammulas fundens. Alterum eius genus descendit ad iacinthos.
Causam nominis eius afferunt quia sit quiddam in purpura
illius non ex toto igneum, sed vini colorem habens. Est autem
2 sculpturis facilis: genera eius quinque. Sapphirus caeruleus
est cum purpura, habens pulveres aureos sparsos; optimus apud
3 Medos, nusquam tamen perlucidus. Iacinthus ex nominis sui
flore vocatus. Hic in Aethiopia invenitur, caeruleum colorem
habens. Optimus, qui nec rarus est nec densitate obtunsus,

1 app.] vocari *C* 2 fluminis *T ante corr.* C^1 3 int. ic. *C* 4 beridanum *K* 6 su. non esse *K* 7 piniae *B*: pini *K* nitore *T*: nitorem *K* 8 fraglat *CT*: flagrat *K* in *om.* C^1 9 gummi *C* tepore *CKT* 12 coloris C^1 14 inficitur *C* 15 tepore *C* 16 sicut *om.* T^1 spiritum *T* 20 nitior B^1 21 iaquintos *BKT* (-tus): iacintos *C* 22 eius *om. B* quoddam *T* 23 uni *T* 25 optimos B^1 26 numquam *T* perlucidum *B* Iachinthus *K*: Iacintus *B*: Yacintus C^1: Iaquintus *T* 27 fulgore *C* vocatur *B* 28 rarus] russus *T*: clarus *Schwarz*

sed ex utroque temperamento lucet purpuraque refulgens; hic
autem non rutilat aequaliter. Sereno enim perspicuus atque
gratus est, nubilo coram oculis evanescit atque marcescit, in
os missus frigidus est, in sculpturis durissimus, nec tamen
invictus. Nam adamante scribitur et signatur. Iacinthizonta
Indicus et iacinthum prope referens. Quidam autem eorum
crystalli similes capillamentis intercurrentibus obscurantur; ex
quo etiam vitio illorum nomen est. Amethystizontas appellatus 5
quia eius extremus igniculus in amethysti violam exit. Cheli- 6
donia ex hirundinum colore vocata; et duorum est generum,
quarum una ex altera parte purpurea, et alia purpurea nigris
intervenientibus maculis. Cyanea Scythiae gemma caeruleo 7
coruscans nitore, pura, interdum et punctulis intermicantibus
auratis pulvisculis varians. Rhoditis rosea est; et ex eo nomen 8
accepit.

De candidis. Margarita prima candidarum gemmarum, X
quam inde margaritum aiunt vocatum quod in conchulis maris
hoc genus lapidum inveniatur; inest enim in carne cochleae
calculus natus, sicut in cerebro piscis lapillus: gignitur autem
de caelesti rore, quem certo anni tempore cocleae hauriunt.
Ex quibus margaritis quidam uniones vocantur, aptum nomen
habentes, quod tantum unus, numquam duo vel plures simul
reperiantur. Meliores autem candidae margaritae quam quae
flavescunt. Illas enim aut iuventus aut matutini roris conceptio
reddit candidas; has senectus vel vespertinus aer gignit obscuras.
Paederos secunda post margaritum candidarum gemmarum. 2
De qua quaeritur in quo colore numerari debeat totiens iactati
per alienas pulchritudines nominis, adeo ut decoris praerogativa

1 sed *om.* *K* utraque *B* luce *CT*: lucis (?) *Solin.* 30, 32 5 et scrib. et *T* signitur *K* Iacintizonta *CK*: Iaquintizonta *T*: Iacointizonta *B* (-tas *acc. plur.*, *Solin.* 52, 63; *hinc error Isidori*) 6 illorum *T* 8 vitia C^1 Am.] *Isidori error ex Plin. N. H.* 37, 93 *ortus est* appellatur *C*: appellatas B^1 10 erundino *K* 11 purp. al. purp. *C* 14 pulvusculis $B^1 T$ Rotidis *BT* et *om.* *K* 17 quem *BT* marinis *K* 18 invenitur *K* 21 uniores C^1 aptum *om.* *K* 22 duo vel tres vel pl. *C* 24 flavae sunt *K* inventus C^1 iuv. matutino *K* 25 candidas *om.* *K* 26 Pedoros *BCT*: Pedorus *K* secundam *K*: -das C^1

3 vocabulo facta sit. Asterites candida est, inclusam lucem con-
tinens veluti stellam intus ambulantem, redditque solis candi-
4 cantes radios; unde et nomen invenit. Galactitis lacteus est,
qui adtritus reddit sucum album ad lactis saporem, feminis
nutrientibus inligata fecundat ubera; infantium quoque collo
suspensa salivam facere fertur, in ore autem liquescere et
memoriam adimere. Mittunt eam Nilus et Achelous amnes.
Sunt qui smaragdum albis venis circumligatum galactiten vocant.
5 Chalazias grandinis et candorem praefert et figuram, duritia
quoque invicta, ut adamas; etiam in ignes posita manere suum
6 frigus. Solis gemma candida est, traxitque nomen quod ad
7 speciem solis in orbem fulgentis spargit radios. Selenites
translucet candido melleoque fulgore, imaginem continens lunae;
quam iuxta cursum astri ipsius perhibent in dies singulos minui
8 atque augeri. Nascitur in Persida. Cinaedia invenitur in
cerebro piscis eiusdem nominis, candida et oblonga. Prae-
sagare his ferunt maris signa tranquillitatis vel tempestatis.
9 Beli oculus albicans pupillam cingit nigram e medio aureo ful-
gore lucentem, et propter speciem Assyriorum regi Belo dica-
10 tam; unde et appellata. Epimelas dicitur quum in candida
11 gemma superne nigricat color; unde et nomen habet. Exebenus
speciosa et candida, qua aurifices aurum poliunt.

XI De nigris. Achates reperta primum in Sicilia iuxta
flumen eiusdem nominis, postea plurimis in terris. Est autem
nigra, habens in medio circulos nigros et albos iunctos et
variatos, similis haematiti. Magi suffitu earum, si creditur,

1 Asteritis *K* luce *K* 2 albulantem *K* reddet quae B^1: reddet quasi *K* 3 Galactites *C* 4 ad *BCK*: et *T* 5 fecunda *K* 6 suspenso C^1 7 acelaus *T*: acelaos *C*: acelonus *B* 8 vocent *C* 9 Galatias *codd.* grandinum *codd. infra* (XIII. 4) profert *T* et fig. et du. *C* duritiam *BK* 10 invictam *K* adamans *BKT* ignem *B*: igne *CK* sucum C^1 11 traxit quoque *K* 12 orbe *C* fulgentes *BT* Solenitis *KT*: -tes B^1 14 quae *K*: quod *B* diem *K ante corr.* 15 Cimedia *BCT*: Cimidia *K* 16 praesagire *Plin. N. H.* 37, 153 17 feruntur *Schwarz* maris *Plin.*: magis *BKT*: magi *C fort. recte* 18 Belloculus *BCT*: Belliculus *K* pupilla cingens *K* areo *K* 19 bello *T* 20 Epimela *C*: Epimalas *K* 21 super *KT* nigriscat *K*: nigriget *B* 22 quam *B* 25 iuncto *K* 26 magis *T*

tempestates avertunt, flumina sistunt. Apsyctos nigra et ponde- 2
rosa, distincta venis rubentibus. Haec excalefacta igni septem
diebus calorem tenet. Aegyptilla nigra est radice, caerulea 3
facie, ex Aegypto, ubi invenitur, vocata. Media nigra est, a 4
Media illa fabulosa inventa. Habet venas aerei coloris;
sudorem reddit croci, saporem vini. Veientana Italica gemma 5
est, Veis reperta, nigra facie, albis intermicantibus notis.
Bariptos nigra est cum sanguineis et albis notis. Mesomelas 6
nigra vena quemlibet colorem secante per medias. Veneris
crines nigerrimi nitoris, continens in se speciem rufi crinis.
Trichrus ex Africa nigra est, sed tres sucos reddit, ab radice 7
nigrum, e medio sanguineum, e summo ochrae. Dionysia 8
nigra mixtis rubentibus notis ex aqua trita vinum fragrat, et
odore suo ebrietati resistere putatur. Pyritis nigra quidem, sed
adtritu digitos adurit.

De variis. Panchrus varius ex omnibus pene coloribus XII
constans; unde et nominatus. Olca barbari nominis ex fulvo
et nigro viridique et candido est. Mithridax sole percussa 2
coloribus micat variis. Gignitur in Persida. Drosolithus
varius. Nominis causa quia si ad ignem adplicetur, velut sudo-
rem mittit. Opalus distinctus diversarum colore gemmarum. 3
Est enim in eo carbunculi tenuior ignis, amethysti fulgens pur-
pura, smaragdi nitens viriditas, et cuncta pariter sub quadam

1 fulmina *K* Absictos *codd.* 2 di. a ve. *K* calefacta *K* ignis *B* decem (x) *K* 3 colorem *K* nigra *om.* *C*[1] 4 a *om.* *T* 5 medea *B* aereas *C*[1]: aeris *B*: aurei *Plin. N. H.* 37, 173 6 crocei *BK* Vegentana *codd.* italia *B* 7 Veis] ab eis *BCK* 8 Baroptenus sive baripe *Plin. N. H.* 37, 150: Baroptis *Arev.* Meramelas *C*[1]: Mesomolas *K* 9 venas *BCK* quamlibet *C* secantem *CK* medium *Plin. N. H.* 37, 174 Veneriae (-ie) *KB* 10 crines *om.* *T* continent *Plin. N. H.* 37, 184 rube cr. *T*: rufrinis *B*[1]: rufe (*i.e.* -fae) cr. *B*[2] (*et Isid.*?) 11 Tricruus *CK*: Tricuus *BT*[1] est ni. *C* sed *om.* *K* sucus *BT* 12 emiodio *T* ocreae (-cer-, -ee) *BKT*: ocrem *C* (*pro* ochreum?): ochrum *Plin. N. H.* 37, 183 13 nigris *BK* fraglat *CT*: flagrat *BK* 14 ebrietate *K* put. *om.* *K* q. est sed *Plin. N. H.* 37, 189 15 digitis *BT* 16 Pancrus *T*: Pangrus *BCK* 18 canditu *K* Mitridax *BCT*: Mitritas *K* 19 Droselitus *codd.* 21 Opallus *K*: Oppalus *BT*: Oppallus *C*[1] adversarum *K* 22 est] et *K* pura *K* 23 viriditas *om.* *B*

varietate lucentia. Nomen habet ex patria; sola enim eum
4 parturit India. Ponticae a Ponto dicuntur, genere diverso, nunc sanguineis, nunc auratis guttis micantes, aliae habentes
5 stellas, aliae longis colorum ductibus lineatae. Hexecontalithos in parva magnitudine multicolor; unde et hoc sibi nomen adoptavit. Tam diversis enim notis sparsus est ut sexaginta gemmarum colores in parvo orbiculo eius deprehendantur.
6 Nascitur autem in Libya apud Trogodytas. Murrina apud Parthos gignitur, sed praecipua in Carmania. Humorem sub terra putant calore densatum; unde et nomen sumpsit. Varietas eius in purpuram candoremque et ignem cum quosdam colorum repercussus, quales in caelesti arcu spectantur. Cuius contraria causa crystallum facit, gelu vehementiori concreto.

XIII De crystallinis. Crystallus resplendens et aquosus colore. Traditur quod nix sit glacie durata per annos; unde et nomen ei Graeci dederunt. Gignitur autem in Asia et Cypro, maxime in septentrionum Alpibus, ubi nec aestate sol ferventissimus invenitur; ideoque ipsa diuturna et annosa duritia reddit hanc speciem quae crystallus dicitur. Hic oppositus radiis solis adeo rapit flammam ut aridis fungis vel foliis ignem praebeat. Vsus eius etiam ad pocula destinatur: nihil autem
2 aliud quam frigidum pati potest. Adamans Indicus lapis parvus et indecorus, ferrugineum habens colorem et splendorem crystalli, numquam autem ultra magnitudinem nuclei Avellani repertus. Hic nulli cedit materiae, nec ferro quidem nec igni, nec umquam incalescit; unde et nomen interpretatione Graeca indomita vis accepit. Sed dum sit invictus ferri ignisque con-

1 licentia *B*[1] nomine *B*[1] eum] ea *K* 3 guttit *C*[1] alia *T* 4 stillas *K* aliae] abe *T* longis] lanae *K* coloris *T* dotibus *K* Exocontalitus (-tos) *codd.* 5 parva] patria *K* hoc sibi] vi vocaboli *K*: hoc *B* (*non D*) 6 sparsus *ex* sparsis *T*: sparsum *BK* (*et Isid.*? *cf. Solin.* 31, 3) 9 partus *B* germania *codd.* (*et Isid.*?) hum. . . . dens. *om. K* 10 colore *T* (*non UV*) 11 igne *B* cum] et *Plin. N. H.* 37, 22: *an* tum? 12 expectantur *T* cui contrariam causam *K* 15 calore *C*[1] glaties *K* 19 quae] qua *T*: et *K* 22 quam *om. C*[1] 24 avallanae repperitur *K* 26 interpretationem grecam *K* 27 dum sit] sumpsit *K* ignique *T*: igneque *B*[1]

temptor, hircino rumpitur sanguine recenti et calido maceratus,
sicque multis ictibus ferri perfrangitur. Cuius fragmenta scul-
ptores pro gemmis insigniendis perforandisque utuntur. Hic 3
autem dissidet cum magnete lapide in tantum ut iuxta positus
ferrum non patiatur abstrahi magnetem, aut si admotus magnes
conprehenderit, rapiat atque auferat. Fertur quoque in electri
similitudine venena deprehendere, metus vanos expellere, male-
ficis resistere artibus. Genera eius sex. Chalazias grandinum 4
et candorem et figuram adamantinae duritiae habet. Etiam
in ignes posita manere suum frigus. Cerauniorum duo genera 5
sunt. Vnum, quod Germania mittit, crystallini simile, splendet
tamen caeruleo, et si sub divo positum fuerit, fulgorem rapit
siderum. Ceraunium alterum Hispania in Lusitanis litoribus
gignit, cui color e pyropo rubenti, et qualitas ut ignis. Haec
adversus vim fulgurum opitulari fertur, si credimus. Dicta
autem ceraunia quoniam alibi non inveniatur quam in loco
fulmine icto proximo; Graece enim fulmen κεραυνὸς dicitur.
Iris apud Arabiam in mari Rubro nascitur, coloris crystallini, 6
sexangulata, dicta ex argumento iris. Nam sub tecto percussa
sole species et colores arcus caelestis in proximos parietes imi-
tatur. Astrion ex India est, crystallo propinqua, in cuius centro 7
stella lucet fulgore lunae plenae. Sumpsit autem nomen quod
astris opposita fulgorem rapit ac regerit. Electria, quasi ale- 8

1 maceratus *ut vid.* *T*: -tur *BCK* 2 multis] magnis *K* 3 pro *om.* *K* forandisque *K*: forambisque *N* Hic . . . abstrahi *om.* *K* (*non N*) 4 desidet *N*: insidet *U*: discordat T^2 ut *om.* *T* (*non U*) 5 non] nomen *T* (*non U*) abstrahit *N* magnetem *fort. delend.*: magniti *K*: a magnete *C* 6 compraederit *C*: conprehederint *K* rapit *BK* auferit *K* 7 maleficiis *BCT* 8 art. res. *C* Calatia *CT*: Galatia *BK*: Galatiam *N* 9 frigora *K* adamantini *BK*: adamanti *T* 10 in *om.* *K* igne *B*: igni *K* positum *K*: positus *B* Cerauniorum *ex* Ceraunium *K* 11 quem *BCT* cristalli *T* similem *BCT* (*ex corr.* ?) 12 positus *BCT* capit *K*: reddit *B* 13 sidereum *BK* lusitaniis *BK* 14 cum col. *BK*: concolor *C* e *om.* *CKT* purenti C^1 et *om.* *T* 15 fulgorum *BT*: fulgorem C^1 16 quoniam] quod *K*: quia *B* invenitur *T* 17 fulminis *K* ictu *BK* ic. . . . ful. *om.* *T* dicunt *T* 18 cristallinis exang. *BT* 19 tectu *BK* 20 emittit *Arev.* 22 pleno *Plin. N. H.* 37, 132 23 regit *TD*: retinet *K*: remittit *C* Alectria *Arev.* electoria *codd.*

ctoria; in ventriculis enim gallinaciis invenitur, crystallina specie,
magnitudine fabae. Hac in certaminibus invictos fieri magi
9 volunt, si credimus. Enhydros ab aqua vocata; exundat enim
aquam, ita ut clausam in ea putes fontaneam scaturriginem.

⟨XIV De ignitis.⟩ Omnium ardentium gemmarum principatum
carbunculus habet. Carbunculus autem dictus quod sit ignitus
ut carbo, cuius fulgor nec nocte vincitur; lucet enim in tene-
bris adeo ut flammas ad oculos vibret. Genera eius duodecim,
sed praestantiores qui videntur fulgere et veluti ignem effundere.
Carbunculus autem Graece ἄνθραξ dicitur. Gignitur in Libya
2 apud Trogodytas. Anthracitis vocatus quod sit et ipse coloris
ignei ut carbunculus, sed candida vena praecinctus; cuius pro-
prium est quod iactatus igni velut intermortuus extinguitur, at
3 contra aquis perfusus exardescit. Sandasirus nascitur in Indis,
loco eiusdem nominis. Species eius quod veluti in tralucido
igne intus fulgent aureae guttae. Constat inter omnes, quantus
4 numerus stellarum accedit, tanto et pretium accedere. Lychnis
ex eodem genere ardentium est, appellata a lucernarum flagrantia:
gignitur in multis locis, sed probatissima apud Indos. Quidam
eam remissiorem carbunculum esse dixerunt. Huius duplex
facies; una quae purpura radiat, alia quae cocci rubore. A
sole excalefacta aut digitorum adtritu paleas et chartarum fila
ad se rapere dicitur; sculpturis resistit, ac si quando sculpta
est, dum signa inprimit, quasi quodam animali morsu partem
5 cerae retentat. Genera eius quattuor. Carchedonia hoc quod
et lychnis facere dicitur, quamquam multo vilior praedictis.
Nascitur apud Nasamonas imbre, ut ferunt, divino: invenitur

3 Enidros *B*: Enitros *CK*: Endros *T* exudat *Solin.* 37, 24 4 aqua *K* 5 Omnem *T* 6 carb. *ante* Omn. *K* 7 fulgore nec noctem *T* 9 vid. fulgorem *C* et . . . eff. *om. K* 10 Antracitis *T*: -dis *K*: Antracites *BC* 13 igne *C* inter mortuos *codd.* 14 inardescit *K* Sandasirus *KT*: Scandasirus *B*: Sandarius *C* 16 fulgente *B*: fulgiente *K*: fulgentes *C* co. autem in. *C* 17 still. *Arev.* accendet T^2 (T^1 *n. l.*) pretio *K* qu. numero st. accedat tantum et pretio *Plin. N. H.* 37, 101 Licnis *K*: Lignis *BT*: Lignes C^1 21 ruboris *B*: roboris *K* 22 aut dig. adt. *om. K* 23 sculptori* *B*: sculptoribus *K*: scalpturis *Solin.* 52, 60 resculta *K* 26 lignis *codd.* multum *BCT*

ad repercussum lunae plenae. Omnia autem genera sculpturae
resistunt. Alabandina dicta ab Alabanda Asiae regione, cuius 6
color ad carchedoniam vadit, sed rarus. Dracontites ex cere- 7
bro draconis eruitur. Quae nisi viventi abscisa fuerit, non
ingemmescit; unde et eam magi dormientibus draconibus
amputant. Audaces enim viri explorant draconum specus,
spargunt ibi gramina medicata ad incitandum draconum sopo-
rem, atque ita somno sopitis capita desecant et gemmas detra-
hunt. Sunt autem candore translucido. Vsu earum orientis
reges praecipue gloriantur. Chrysoprasus Aethiopicus est; 8
quem lapidem lux celat, prodit obscuritas. Nocte enim igneus
est, die aureus. Phlogites ex Persida est, ostentans intra se 9
quasi flammas aestuantes, quae non exeant. Syrtitis vocata 10
quoniam in litore Syrtium inventa primum est. In parte Luca-
niae color huius croceus, intus stellas continens languidas, et
sub nubilo renitentes. Hormiscion inter gratissimas aspicitur, 11
ex igneo colore radians auro portante[m] secum in extremitati-
bus candidam lucem.

De avreis. Sunt quaedam gemmarum genera ex specie XV
metallorum vel lapidum cognominata. Chrysopis aurum tantum 2
videtur esse. Chrysolithus auro similis est cum marini coloris
similitudine. Hunc [et] Aethiopia gignit. Chryselectrus similis 3
auro, sed in colorem electri vergens, matutino tantum aspectu
iucundus, rapacissimus ignium, et, si iuxta fuerit, celerrime
ardescens. Chrysolampis ex auro et igne vocata; aurea est 4
enim die, et noctu ignea. Hanc Aethiopia gignit. Ammo- 5

2 Alabandina (in *ex corr.*) *T*: Alabandicus *Plin. N. H.* 37, 92 alabando *BC*: alabundo *K* 3 calcedonium *BK*: calcidonium *CT* Dracontidis *K* 5 ingemescit *B* magi] maxime *K* 6 explora *K* spe. et spa. *K* 7 invitandum *K* 8 soporatis *T* 9 usus *B*: husuque *T* 10 Crisoprasius *ut vid.* B^1: Crisoptasius *C*: Crisopatius *K*: Crisobtasius *T* 12 Flogites *BCT*: Fulgites *K* ostentas B^1T 13 aestu (*expunct.*) aestuantes *C*: aes *K* quae non ex. *om. K* Sirtites B^1CT 15 col. eius *C* elanguidas *BC* 16 Ermiscion *codd.* gratissimus *T* 17 ra. au.] raro *K* *vix* aurum 20 tantum *om. C* (*cf. Plin. N. H.* 37, 156) 22 et *hab. BT*: *om. CK* Criselectrus *BC*: Criselectus *KT* 24 si *om.* B^1K 25 Crisolamsis *codd.* igneo 26 nocte *C* hanc et Aeth. *T*

chrysus harenis auro intermixtus nunc brattearum, nunc pul-
6 veris habet quadrulas. Gignitur in Persida. Leucochrysus
colore aureo interveniente candida vena. Melichrysus dicta
quod veluti per aurum ⟨sincerum mel⟩, sic haec gemma trans-
7 luceat. Chrysocolla gignitur in India, ubi formicae eruunt
aurum. Est autem auro similis et habet naturam magnetis,
nisi quod augere aurum traditur ; unde et nuncupatur. Argyrites
8 similis argento, habens stigmata aurea. Androdama⟨s⟩ argenti
nitorem habet et pene adamans, quadrata semper tesseris. Magi
putant nomen inpositum ab eo quod animorum inpetus vel
iracundias domare et refrenare dicatur, si credimus. Gignitur
9 in mari Rubro. Chalcitis aerei coloris est. Chalcophonos
10 nigra est, sed lapidi inlisa aeris tinnitum reddit. Balanites: duo
genera sunt, subvirides et Corinthiae aeris similitudine, mediam
11 secante flammea vena. Sideritis a contemplatione ferri nihil
dissonat. In maleficiis quoquo modo inferatur discordias
12 excitat. Idaeus dactylus ex insula Creta est, ferrei coloris.
13 Causa nominis eius quia pollicem humanum exprimit. Aethio-
picus ferrei coloris est, qui dum teritur, nigrum sucum emittit.
14 Zmilanthis in Euphrate alveo legitur Proconnesio marmori
similis, medio colore glauco, veluti oculi pupilla internitens.
15 Arabica ex patria dicta aspectu eburnea est. Hephaestitis
speculi naturam habet in reddendis imaginibus, quamquam
rutilet. Experimentum eius, si ferventi aqua statim addita refri-

1 intermixtos *B*[1]: -to *Plin. N. H.* 37, 188 2 Leocrisus *CKT*: Leocrissus *B* 3 intervente *K* Melecrisis *T*: Melectrisis *BCK* 4 sinc. mel *Plin. N. H.* 37, 128: *om. codd.* (*propter homoeotel.* ?) sic *BCT*: ita *K* 7 quod] quia *B* Argaritis *C*[1] 8 stemmata *C*: istamata *B*[1] 12 Calcitis *BT*: Calcetis *C*: Calcidis *K* Calcofanus *codd.* 13 sed *om. CK* lapidi *BT*: lapide *C*: lapidibus *K* redit *K* 14 -dis *K* aeri *K* similitudinem *BC* media *T* Balanitae . . . subviridis et Corinthii aeris similitudine . . . medias *Plin. N. H.* 37, 149 16 maleficis *B* quoque *BC* mo. si. inf. disc. generat *K* 17 Deus *K* 18 eius] est *K* § 13 *post* § 14 *K* § 14 *hinc usque ad finem libri raro citatur testis C* 20 Zmilannitius *B*[1]: Zimilanitius *K*: Z*milantius *T*: Zmilantius *CU* elegitur *K* Proc. . . . intern. *om. K* marmoris *B*[1] 21 velati *B*[1] pupula *Solin.* 37, 7 24 rutile *B*: rutila *Plin. N. H.* 37, 166 eius] est *Plin.* refrigeret *T*

gerat, aut si soli adposita aridam materiam accendat. Nascitur
in Coryco. Ostracites lapidosus colore, testacio durior. Altera 16
achatae similis, nisi quod achates politura pinguescit. Duritiae
tanta inest vis ut aliae gemmae sculpantur fragmentis eius.
Glossopetra similis est linguae humanae; unde et nomen sum- 17
psit: fertur autem deficiente luna caelo cadere. Cui non
modicam magi tribuunt potestatem; nam ex eo lunares motus
excitari putant. Sunt et quaedam gemmarum genera cogno- 18
minata ab animalibus: echites vipereas maculas exprimit; car-
ciniae marini cancri color est; scorpitis scorpionem et colore 19
et effigie refert; myrmecitis formicae reptantis effigiem imitatur;
taos pavoni est similis; hieracitis accipitris colore, aetitis aquilae;
aegopthalmos caprino oculo similis; lycopthalmos quattuor 20
colorum, ex rutilo sanguinea, in medio nigrum candido cingit,
ut luporum oculi; meconites papaver exprimit. Sunt et quae- 21
dam gemmae quas gentiles in superstitionibus quibusdam utun-
tur. Liparea suffita omnes bestias evocare tradunt. Ananci- 22
tide in hydromantia daemonum imagines evocari dicunt.
Synochitide umbras inferorum evocatas teneri aiunt. Chelo- 23
nitis oculus est Indicae testudinis, varius et purpureus. Hunc
magi inpositum linguae futura pronuntiare finguntur. Brontea 24
a capite testudinum; e tonitribus cadi putatur, et restinguere
fulminis ictus. Hyaenia lapis in oculis hyaenae bestiae inveni- 25

1 solis *BT* so. opposita *BK*: in sole adp. *Plin.* arida materia *K* 2 coriclo *K* Ostracides *BK* alter *K* 3 achate *K*: acate *BT* quia *B* achati *K*: acadis *B*: acates *T* duriori *BT* 4 fragmenta *B*: fragmentu *K* 5 Glosupetra *K*: Colosapetra *B* 6 cui] cuius *BT* 8 quadam *B* genera *BCT*: nomina *K* cognata *K* 9 viperas *T* Carcinie *T*: Carcinae *B*¹: Carcine *K* 10 colore est *K*: colori est *B* colorem et effigiem *K* 11 Mirmicitis *T*: Mirmititis *BK* 12 Taos] Pavus *K* coloris *K* 13 Licoptalmos *T*: -mus *B*: Ligoptalgus *K* 14 medium *B* cando *K*: candide *T* 15 oculis *T*: oculos *BK* papavera *Plin. N. H.* 37, 173 Sed et ibi quidam gemmis gent. *K* (*non C*) 16 suprestititionibus *T*: superrestitionibus *B*¹: superstitutionibus *K* 17 Liperea *B*¹*K* traduntur *T* Anancitidae *B*: Anamcitidae *K* 18 in *om. T* nicromantia *B*: neoromantia *K* evocare *BK* 19 Sinocitide *T*: -dae *B*: Sinociditae *K* tenere *BK* Caelonites *B* 21 pronuntiari *K*: praenuntiari *B* figuntur *B*¹ Bronia *codd.* 23 ictum *K* Hienia *BT*: Ienia *K* hieniae (-ie) *BT*: geniae *K*

tur; qui si sub lingua hominis subditus fuerit, futura eum
praecinere dicunt. Sed et corallius tempestati et grandini
26 resistere fertur. Pontica est gemma quaedam livore perlucida,
habens stellas rubeas, interdum et aureas. Dicunt per eam inter-
27 rogare daemones et fugare. In quibusdam gemmarum generi-
bus veras a falsis discernere magna difficultas est, quippe quum
inventum sit ex vero genere alterius in alia falsa transducere;
ut sardonyches, quae ternis glutinantur gemmis ita ut depre-
hendi non possint. Fingunt enim eas ex diverso genere: nigro,
candido mineoque colore. Nam et pro lapide pretiosissimo
smaragdo quidam vitrum arte inficiunt, et fallit oculos subdole
quadam falsa viriditas, quoadusque non est qui probet simula-
tum et arguat; sic et alia alio atque alio modo. Neque est
28 sine fraude ulla vita mortalium. Omnes autem non translucidas
gemmas caecas appellari, eo quod densitate sua obscurentur.
XVI De vitro. Vitrum dictum quod visui perspicuitate trans-
luceat. In aliis enim metallis quidquid intrinsecus continetur
absconditur; in vitro vero quilibet liquor vel species qualis est
interius talis exterius declaratur, et quodammodo clausus patet.
Cuius origo haec fuit. In parte Syriae, quae Phoenice vocatur,
finitima Iudaeae circa radices montis Carmeli palus est, ex qua
nascitur Belus amnis, quinque milium passuum spatio in mare
fluens iuxta Ptolomaidem, cuius arenae de torrente fluctu
2 sordibus eluuntur. Hic fama est pulsa nave mercatorum nitri,
cum sparsim per litus epulas pararent, nec essent pro adtol-
lendis vasis lapides, glebas nitri e nave subdiderunt; quibus
accensis permixta arena litoris, translucentes novi liquoris
3 fluxisse rivos: et hanc fuisse originem vitri. Mox, ut est

2 praedicere *K* corallus *BT* 3 quadam *T* 4 stillas *BK* per ea *K* 5 In quibus quidam *T* 6 vera *K*: veris B^1 quippe] quique *T* 7 ex] in *K* gen. in alt. *K* 8 quae] quod *B* 9 figunt B^1 11 vitri *ex* vitr* *T* 13 et ad al. *K* atque alio *om.* T^1 15 eo ... obs. *om. K* (*non CU*) 16 usui *T ante corr.* 17 met.] et alliis *K* 18 quaelibet liquorum sp. *K* qualius ext. talis int. *K* 20 vocabatur *K* 21 finima *T*: finitimae *B* radicis *K*: radicem *BT* paludis *K* 23 fluctus *BK* 24 evolvuntur *B* adpulsa *Plin. N. H.* 36, 191 nutri *K* 25 epulas *om. K* parerent B^1K 26 e *om. BK* naves *BK* 27 translucentis *K*

ingeniosa sollertia, non fuit contenta solo nitro, sed et aliis mixturis hanc artem [condire] studuit. Levibus enim aridisque lignis coquitur, adiecto cypro ac nitro continuisque fornacibus ut aes liquatur, massaeque fiunt. Postea ex massis rursus funditur in officinis, et aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo caelatur. Tinguitur etiam multis modis, ita ut iacinthos sapphirosque et virides imitetur et onyches vel aliarum gemmarum colores; neque est alia speculis aptior materia vel picturae adcommodatior. Maximus tamen honor 4
in candido vitro, proximoque in crystalli similitudine; unde et ad potandum argenti metalla et auri pepulit vitrum. Olim fiebat et in Italia, et per Gallias et Hispaniam arena alba mollissima pila molaque terebatur. Dehinc miscebatur tribus partibus, nitri pondere vel mensura, ac liquata in alias fornaces transfundebatur, quae massa vocabatur ammonitrum; atque haec recocta fiebat vitrum purum et candidum. In genere vitri 5
et obsianus lapis adnumeratur. Est autem virens interdum et niger aliquando et translucidus, crassiore visu et in speculis parietum pro imagine umbras reddente; gemmas multi ex eo faciunt. Hunc lapidem et in India et in Italia et ad Oceanum in Hispania nasci tradunt. Ferunt autem sub Tiberio Caesare 6
quendam artificem excogitasse vitri temperamentum, ut flexibile esset et ductile. Qui dum admissus fuisset ad Caesarem, porrexit phialam Caesari, quam ille indignatus in pavimentum proiecit. Artifex autem sustulit phialam de pavimento, quae conplicaverat se tamquam vas aeneum; deinde marculum de sinu protulit et phialam correxit. Hoc facto Caesar dixit artifici: 'Numquid alius scit hanc condituram vitrorum?'

1 contempta *B* vitro *K* et] ex *T* 2 condiri *T*: *om. BK* 3 coq.] conquaeritur *K*: conqui**tur B^1 abiecto *T* ac vitro *K* 4 russus *T* 6 argumenti *T*: ardenti *D* ting. enim in mu. *C* 7 iaquintos *T*: iacinctos B^1 saffiros qua et vir. *T*: sappirosque vir. *K* emitetur *K*: mittetur *B* et on.] eonicis *K* 10 proximaque *B* (*non* C^1) *fort. recte* (*cf. Plin. N. H.* 36, 198): maximaque *K* 10 cristallis *B* 11 optandum *B* 15 transfundebantur *K* aque *T* 18 crassiorem v. *B*: grossiorem visum *K* (*non C*) 19 par. et ad imaginem *K* (*non C*) 20 et Ind. *K* 24 quam] quod *B* 28 vitreorum *T*

Postquam ille iurans negavit alterum hoc scire, iussit illum Caesar decollari, ne dum hoc cognitum fieret, aurum pro luto haberetur et omnium metallorum pretia abstraherentur; et revera, quia si vasa vitrea non frangerentur, melius essent quam aurum et argentum.

XVII De metallis. Metallum dictum Graece παρὰ τοῦ μεταλλᾶν, quod natura eius sit ut ubi una vena apparuerit, ibi spes sit alterius inquirendi. Septem sunt autem genera metallorum: aurum, argentum, aes, electrum, stagnum, plumbum et, quod domat omnia, ferrum.

XVIII De avro. Aurum ab aura dictum, id est ab splendore, eo quod repercusso aere plus fulgeat. Vnde et Vergilius (Aen. 6, 204):

Discolor inde auri per ramos aura refulsit,

hoc est splendor auri. Naturale enim est ut metallorum splendor plus fulgeat luce alia repercussus. Hinc et aurarii
2 dicti, quorum fulgor splendidos reddit. Obryzum aurum dictum quod obradiet splendore; est enim coloris optimi, quod Hebraei 'ophaz', Graeci κιρρὸν dicunt. Brattea dicitur tenuissima lamina, ἀπὸ τοῦ βρεμετοῦ, qui est ὀνοματοποιεία crepitandi, ἢ ἀπὸ τοῦ
3 †βρατυν† lamina. Pecunia prius de pecudibus et proprietatem habebat et nomen; de corio enim pecudum nummi incidebantur et signabantur. Postea a Saturno aereus nummus inventus; ipse enim signare nummos et scribi constituit.
4 Propterea et aerarium Saturno a gentilibus consecratum est. Alii, ut superius, pecuniam a pecudibus appellaverunt, sicut a iuvando iumenta sunt dicta. Omne enim patrimonium apud

1 hoc *om.* *K* 4 esset *T* 7 naturae *K* vena *om.* *K* (*non C*) 8 sit *om.* *K* au. sunt *C* 11 dic. ab aura *K* (*non C*) 14 refulgit *B* 16 ararii *T* 17 favor *Serv. ad Aen.* 6, 204 Obrizum *K*: Obridium *BT* 19 ofaz *T*: opuz *B*: obuz *K* cairon *BK* Brattea *KM*: Bractea *BTU* 20 *απουετρεμετοι* *K*: *απωυτρεμετων* *M*: *απουθρεμετοι* *T*: *ατιουθρεμετοτ* *U*: *απουετρεμστοι* *B* *ονοματοποια* *T* (*non U*) *ηναπιατουβρατιιν* *BK*: *ννανπνατωνβρατιιν* *M*: *ναπο* *T*: *ναιτατουβρατυν* *U*: ἀπὸ τοῦ βραχεῖν *edd.* 21 lamnia *T*: lumina *M* pecoribus *K* 22 de *om.* *K* core *B* pecorum *K* 23 saturnino *B*[1] 24 et scr.] inscribi *T* 25 gentibus *B*[1]*K* 26 aliis ut *B*: aliud *T* pecoribus *K*: pedibus *B* 27 adiuvando *B*

antiquos peculium dicebatur a pecudibus, in quibus eorum con-
stabat universa substantia; unde et pecuarius vocabatur qui
erat dives, modo vero pecuniosus. Antiquissimi nondum auro 5
argentoque invento, aere utebantur. Nam prius aerea pecunia
in usu fuit, post argentea, deinde aurea subsecuta est, sed ab
ea, qua coepit, et nomen retinuit. Vnde et aerarium dictum,
quia prius aes tantum in usu fuit, et ipsud solum recondebatur,
auro argentoque nondum signato; ex quorum metallis quamvis
postea fuisset facta pecunia, nomen tamen aerarii permansit ab
eo metallo unde initium sumpsit. Thesaurum iuxta Graecam 6
proprietatem ἀπὸ τῆς θέσεως, a positione, hoc est a reposito,
nominatur. Num θέσις positio dicitur, et est nomen ex Graeco
Latinoque sermone conpositum. Nam θες Graeci repositum
dicunt, Latini aurum, quod iunctum sonat repositum aurum.
Auraria nomen habet ab auro. Tributa vero, eo quod antea 7
per tribus singulas exigebantur, sicuti nunc per singula terri-
toria. Sic autem in tres partes divisum fuisse Romanum
populum constat, ut etiam qui praeerant in singulis partibus
tribuni dicerentur: unde etiam sumptus, quos dabant populi,
tributa nominarunt. Vectigalia sunt tributa, a vehendo dicta. 8
Stipendium ab stipe pendenda nominatum; antiqui enim
adpendere pecuniam soliti erant magis quam adnumerare.
Moneta appellata est quia monet ne qua fraus in metallo vel in
pondere fiat. Nomisma est solidus aureus vel argenteus sive 9
aereus, qui ideo nomisma dicitur quia nominibus principum
effigiisque signatur. Prius nummus ἄργυρος nuncupabatur, quia
quam plurimum ex argento percutiebatur. Nummi autem a 10
Numa Romanorum rege vocati sunt, qui eos primum apud

1 dicibantur *K* pecoribus *K* 3 vero *om.* *T* 4 aerea] aeraria *B* 5 sed ab] sub *T* 6 quae cepit *BK* 11 ἀπὸ τ. θ.] atis tereos *K* hoc . . . rep. *om.* *T* 13 thes *T*: tes *BK* Gr. conpositum *T* 15 eo *om.* *T* 17 in] per *T* 18 etiam qui *Serv. ad Aen.* 5, 560: ea quae *BK*: eequam qui *T* preerat *T*: erant *BK* 22 pecunia app. *K* (*non C*) adnumerari *BK* (*non C*) 23 quia] qua *B*[1]*K* (*non C*) 24 aut arg. *K* (*non C*): *om.* *T* 25 ideo . . . quia *om.* *K* (*non C*) idem *U* princ. . . . ἀργ. *om.* *B*[1] principium *T* 26 signatur *etiam C* *pro* ἀργύριον nuncupatur *C ante corr.*: nuncupatus est *K* quia quam] quamquam *B*

Latinos imaginibus notavit et titulo nominis sui praescripsit.
11 Folles dicuntur a sacculo quo conduntur, a continente id quod
12 continetur appellatum. In nomismate tria quaeruntur: metal-
lum, figura et pondus. Si ex his aliquid defuerit, nomisma non
13 erit. Tria sunt autem genera argenti et auri et aeris: signatum,
factum, infectum. Signatum est quod in nummis est; factum,
quod in vasis et signis; infectum, quod in massis; quod et
grave dicitur, id est massa. In notitiam autem formarum
metalla ita venerunt; dum enim quocumque casu ardentes
silvae exquoquerent terram, quae calefactis venis fudit rivos cuius-
14 cumque structurae, sive igitur aes illud fuerat sive aurum,
quum in loca terrae depressiora decurreret, sumpsit figuram, in
quam illud vel profluens rivus vel excipiens lacuna formaverat.
Quarum rerum splendore capti homines quum ligatas adtolle-
rent massas, viderunt in ea terrae vestigia figurata; hincque
excogitaverunt liquefactas ad omnem formam posse deduci.

XIX De argento. Argentum non longe a Graeca appellatione
distat; hoc enim illi ἄργυρον vocant. Cui mirum in modum
illud ut, dum candidum sit, inpressum corpori lineas nigras
2 reddat. Argentum vivum dictum quod excidat materias in
quibus inicitur; hoc et liquidum, quia percurrit. Invenitur
specialiter in metallis sive in argentariis fornacibus guttarum con-
cretione tectis inhaerens, saepe etiam et in stercore vetustissimo
cloacarum vel puteorum limo. Fit etiam et ex mineo inposito
conchulae ferreae patena testea superposita; tum circumlito
vasculo circumdantur carbones, sicque argentum vivum ex mineo
distillat; sine hoc neque argentum neque aes inaurari potest.
3 Tantae autem virtutis est ut, si super sextarium argenti vivi

1 scripsit *K* (*non C*) 2 quo] qua *K* (*non C*) quod] quae *B* 3 app. *om.* *K* (*non C*) 4 et *om.* T^1 7 signis sed inf. *B* 9 quacumque causa *K* (*non C*) 12 loco *T* deprehensiora *B* decurret B^1 13 profluus *B* 14 liquatas *Schwarz* 15 vid. . . . fig. *add. in marg.* *T* hincque] in quae *B* 19 ut *om.* *K* inpressus *BT* 20 reddat *T* excedat *T* (*pro* exedat ?) 21 hoc est li. *T* 22 in met. spec. *K* (*non C*) 22 congregatione *T ante corr.* 24 min. et impos. *BK* 26 vascolorum dantur *K* (*non C*) 27 distilla* T^1 (*non C*) 28 Tanti *B* argento vibo *T*

centenarium saxum superponas oneris, statim resistit. Sin vero
auri scripulum, levitatem eius raptim sinu recipit; ex quo intel-
legitur non pondus, sed naturam esse cui cedit. Servatur autem
melius in vitreis vasculis; nam ceteras materias perforat. Potui
autem datum interficit ponderis causa. Argenti purgamenta 4
λιθάργυρος, quam nos spumam argenti appellamus. Fit enim ex
argento et plumbo ita.

De aere. Aes ab splendore aeris vocatum, sicut aurum XX
et argentum. Apud antiquos autem prior aeris quam ferri
cognitus usus. Aere quippe primi proscindebant terram, aere
certamina belli gerebant, eratque in pretio magis aes; aurum
vero et argentum propter inutilitatem reiciebantur. Nunc versa
vice (Lucr. 5, 1275):

> Iacet aes, aurum in summum cessit honorem:
> sic volvenda aetas commutat tempora rerum, et
> quod fuit in pretio fit nullo denique honore.

Vsus aeris postea transiit in simulacris, in vasis, in aedificiorum
structuris; maxime et ad perpetuitatem monumentorum etiam
publicae in eis constitutiones scriptae sunt. Cyprium aes in 2
Cypro insula prius repertum, unde et vocatum, factum ex lapide
aeroso, quem cadmiam vocant; et est ductile. Huic si addatur
plumbum, colore purpureo fit. Aurichalcum dictum quod et 3
splendorem auri et duritiam aeris possideat. Est autem nomen
compositum ex lingua Latina et Graeca; aes enim sermone
Graecorum χαλκὸς vocatur. Fit autem ex aere et igne multo,
ac medicaminibus perducitur ad aureum colorem. Corintheum 4
est commixtio omnium metallorum, quod casus primum mi-
scuit, Corintho, cum caperetur, incensa. Nam dum hanc civi-
tatem Hannibal cepisset, omnes statuas aeneas et aureas et

1 oneri *dett.* 2 scrupulum *BK* ex quo . . . cedit *bis script. T* 3 naturae *B* 7 ita *BT*: mixta *K* *vide ne illud* ita *revera fuerit* Kā, *i.e. capitulum novum* 9 prior *ex* primum *K* 11 belligerabant *B* 14 au. summo cessit honore *codd.* 15 et *om. Lucr.* 16 hon. den. *K* (*non C*) 17 aed. instructuris *BT* 18 a perpetuitate *K* 20 primum rep. est *K* (*non C*) 21 eroso *KT* cathmiam *KT*: cadıniamo *B* huius *B* 22 dictum *om. K* (*non C*) 23 au. dur. *T* possideat *om. K* (*non C*) 25 χαλκὸς] calco *codd.* 27 quod *T*: quam *B ut vid. K* 28 incense *T* 29 st. aur. arg. *T*

argenteas in unum rogum congessit et eas incendit: ita ex hac
commixtione fabri sustulerunt et fecerunt parapsides. Sic
Corinthea nata sunt ex omnibus in unum, nec hoc nec illud.
Vnde et usque in hodiernum diem sive ex ipso sive ex imitatione
eius aes Corintheum vel Corinthea vasa dicuntur. Huius tria
genera: candidum unum, ad argenti nitorem accedens; alterum,
in quo ipsius auri fulva natura est; tertium, in quo aequalis
5 cunctorum temperies. Coronarium ex ductile aere tenuatur in
lamminas, taurorumque felle tinctum speciem auri in coronis
6 histrionum praebet; unde et appellatum. Pyropum igneus color
vocavit. Namque in singulas uncias aeris additis auri scripulis
senis praetenui brattea ignescit flammasque imitatur; unde et
7 pyropum dicitur. Regulare aes dicitur quod ab aliis ductile
8 appellatur, quale omne Cyprium est. Ductile autem dicitur
eo quod malleo producatur, sicut contra fusile qui tantum
funditur. Hoc et caldarium quod tantum funditur. Nam malleis
fragile est. Siquidem omne aes diligentius purgatis igne vitiis
9 excoctisque regulare efficitur. Campanum quoque inter genera
aeris vocatur a Campania scilicet provincia quae est in Italiae
10 partibus, utensilibus [et] vasis omnibus probatissimum. Aes
omne frigore magno melius funditur. Aes rubiginem celerius
trahit nisi oleo perunguatur; servari autem id optime etiam in
11 liquida pice tradunt. Inter omnia metalla aes vocalissimum
est et maximae potestatis. Ideo et aenea limina; unde et
Vergilius (Aen. 1, 449):

In foribus cardo stridebat aenis.

Origo aeris cadmea et chalcitis. Purgamenta aeris cadmea, et
12 aerugo, et aeris flos. Cadmia gignitur in metallorum aeris atque

4 unde us. *K*: un. us. et *B* 6 unum cand. *T* 8 ex] et *T* 10 strionum *codd.* 11 additas B^{1} scrupoli semis pertenui *K* 13 quod] quae *B* 15 qui *etiam C* 16 hoc et . . . frag. est *om. T* malleis] molle aes *K* (*non C*) 20 utensis *K* et *hab. BK*: *om. T* 22 contrahit *K* (*non C*) id] ad *K* (*non C*) 26 in coloribus ca. scribebat *K* cardo cardoi str. *B* aeneis *codd.*: aenis *C*: enis *U* 27 origo *etiam CU* cathmia *CKT*: catmia *BU* et . . . cadmea *om. U* chalcitis] calciteos *BT*: calcetheus *K*: calciteus *C* catmia *BC*: cathimia *T*: *om. K* 28 origo *codd.* (*etiam C*) et *om. C* Purg. aer. cad. et chalc. Cad. aerugo aer., chalc. aer. flos *Arev.* Cathmia *CKT*: Catmia *BU*

argenti fornacibus insidente nidore. Namque ut ipse lapis, ex
quo fit aes, cadmia vocatur, sic rursus in fornacibus existit et
nominis sui originem recipit. Aeris flos fit seu gignitur con- 13
flationibus, resoluto atque reliquato aere, superfusa frigida. Re-
pentina enim densatione tamquam de sputo reparatur flos.
Aeruginem quoque aes creat. Nam lamminae aereae super vas 14
aceti asperrimi sarmentis superpositis atque ita distillantibus,
quod ex eo cecidit in ipsum acetum teritur et cribratur.

De ferro. Ferrum dictum quod farra, id est semina XXI
frugum, terrae condeat. Idem et chalybs a Chalybe flumine, ubi
ferrum optima acie temperatur. Vnde et abusive dicitur chalybs
ipsa materies, ut (Virg. Aen. 8, 446):

Vulnificusque chalybs.

Ferri usus post alia metalla repertus est. Cuius postea versa in 2
opprobrium species. Nam unde pridem tellus tractabatur, inde
modo cruor effunditur. Nullum autem corpus tam densis inter
se cohaerentibus et inplicitis elementis quam ferrum ; unde inest
illi duritia cum frigore. Ferri autem metallum pene ubique
reperitur, sed ex omnibus generibus palma Serico ferro datur.
Seres enim hoc cum vestibus suis pellibusque mittunt. Secunda
Parthico; neque alia genera ferri ex mera acie temperantur;
ceteris enim admiscetur mollior conplexus. Differentia ferri 3
plurima iuxta terrae genus. Nam aliud molle plumboque vici-
num, rotarum et clavorum usibus aptum ; aliud fragile et aero-
sum, culturae terrae conveniens; aliud brevitate sola placet
clavisque caligariis ; aliud rubiginem celerius sentit. Stricturae
vocantur hae omnes, quod non in aliis metallis, ab stringendo

1 nitore *K* 2 aeris *T*: *om. K* (*non C*) cathmia *KT*: catmia *B* 3 confractionibus *K* 5 densione *K* sputu *T*: spumato *B* 7 ramentis *Schwarz* superpositae *BCT* (*non M*) atque] at *K*: ad *M* 8 cribatur *KT*[1]*U* 10 condat *B* calips *codd.* 11 calibs *T*: calips *BK* 12 materia *T* 13 calibs *T*: calips *BK* 14 post eversa *K* in op. ver. *T* 15 pridem] prius *K* 17 coeuntibus *K* inest] est *T* 20 hoc *om. K* 21 Parthico *om. B* fer. sed ex *K* temperatur *codd.* 22 enim] autem *K* 23 plumbumque *B* vicino *K* 24 erosum *BT* 25 conv. aut brev. *K* placens *K* 27 vocatur *K* in *om. K* ab st.] adstringendu *K*: adstringenda *B*: adstringende *T*

apte vocabulo inposito. Aquarum vero summa differentia est, quibus ferrum candens inmergitur quo utilior fiat, sicut Bilbilis
4 in Hispania et Tirassona, Comus in Italia. In acuendo ferro oleo delectatior fit acies; unde et tenuiora ferramenta oleo restingui mos est, ne aqua in fragilitatem durentur. A ferro sanguis humanus sese ulciscitur; contactum namque celerius rubiginem trahit. Cum ferro magnes lapis concordiam habet; sola enim haec materia vim ab hoc lapide accipit retinetque longo tempore. Ex eodem lapide architectus quidam Alexandriae templum concameravit, ut in eo simulacrum ferro in aere pendere videretur. Ferrum accensum igni, nisi duretur ictibus, conrumpitur: rubens non est habile ad tundendum neque antequam albescere inci-
5 piat: aceto vel alumine inlitum ferrum fit aeris simile. Purgamenta ferri, rubigo et scoria. Robigo est vitium rodens ferrum, vel segetes, quasi rodigo mutata una littera; haec et aerugo ab erodendo; nam aerugo vitium est ferri ab erodendo dicta, non
6 ab aeramento. Scoria vero purgamenta et sordes sunt quae igne exquoquuntur: et dicta scoria quia de ferro excutitur.
7 Rubigine autem caret ferrum, si cerussa et gypso et liquida pice perunguitur. Item rubigo ferramenta non vitiat, si eadem medulla cervina vel cerussa mixta rosaceo unguitur.

XXII De plvmbo. Plumbum dictum quod ex eo primum pilis factis maris altitudo temptata est. Huius duo genera sunt, nigrum et candidum; sed melius candidum, quod prius in insulis Athlantici maris inventum est. Siquidem et in Lusitania et in Gallicia gignitur, summa terra harenosa et coloris nigri, et pondere gravis; interveniunt et minuti calculi, maxime torrentibus siccatis; lavant eas arenas, et quod subsidit,

1 apte] acie *Plin. N. H.* 34, 143 vocabulum impositum *K* 2 utilius *K* fiat *om. K* birbilis *BT* 3 thirasona *K*: thirassona *T*: thirrassona *B*: Turiassonem (*acc. casu*) *Plin.* 4 et se ten. *K* (*non C*) 6 contactus *K* 7 trahitur *B* 10 ut] unde *BCK* ferreum *K*: e ferro *Plin. N. H.* 32, 148 videtur *K* 11 igni si *KT* 13 aeri *K* 14 rubigo est *BT*: rubiginem *K* 15 hec rugo ab *T* 16 feri *T* 18 exquoguntur *K* 19 cerosa *K* 20 edulla *K* 21 cerosa *K* 22 quod] quo *T*[1] 24 sed mel. cand. *om. B* quod] quia *B* 27 pondera *B* max. e torr. *K* 28 torr. siccatibus *T* subdit *B*[1]: subdunt *K* (*non C*): subsedit *Plin. N. H.* 34, 157

quoquunt in fornacibus. Inveniuntur et in aurariis metallis
aqua missa calculi nigri et graves, et dum aurum colligitur, cum
eo remanent; postea separati conflantur et in plumbum album
resolvuntur. Inde et eadem gravitas plumbi quae auro.
Nigrum plumbum circa Cantabria abundat. Cuius origo duplex 2
est; aut enim solus ex sua vena prodit, aut cum argento nasci-
tur mixtisque venis conflatur. Huius primus in fornacibus
liquor stagnum est, secundus argentum; quod remanet, super-
addita vena rursusque conflata, fit nigrum plumbum. India 3
neque aes neque plumbum habet; gemmis tantum et margari-
tis haec permutat. Nigro plumbo fistulas lamminasque utimur.
Laboriosius in Hispania et Gallia eruitur plumbum, nam in
Brittania summo terrae corio.

De stagno. Stagni etymologia ἀποχωρίζων, id est separans XXIII
et secernens. Mixta enim et adulterata inter se per ignem
metalla dissociat, et ab auro et argento aes plumbumque
secernit; alia quoque metalla ab igne defendit, et quum sit
natura aeris ferrique durissima, si absque stagno fuerit, uritur
et crematur. Stagnum inlitum aereis vasis saporem facit gra- 2
tiorem et conpescit virus aeruginis. Specula etiam ex eo tem-
perantur. Cerussa quoque ex eo, sicut ex plumbo, conficitur.

De electro. Electrum vocatum quod ad radium solis XXIV
clarius auro argentoque reluceat; sol enim a poetis Elector
vocatur. Defaecatius est enim hoc metallum omnibus metallis.
Huius tria genera: unum, quod ex pini arboribus fluit, quod 2
sucinum dicitur; alterum metallum, quod naturaliter invenitur
et in pretio habetur; tertium, quod fit de tribus partibus auri
et argenti una. Quas partes, etiam si naturale solvas, invenies.
Vnde nihil interesse natum an factum; utrumque enim eiusdem

1 arariis *T* 3 separatim *K* 4 edem *T* 6 solum *C* ex] in *K* (*non C*) 8 superatita *T* 9 vena *om. K* (*non C*) In india . . . habetur *K* 11 lamminaque *B*[1] 12 laboriosum *T* 16 metalli *T* et ab arg. *K* 17 quoque *om. T* 19 aureis *T* 20 vires *B*[1] exo temp. *T ante corr.* 23 Elector] electro *K* 24 defecatios *B*[1] *ut vid.*: defecatior *T* 25 pineis *K* 27 tert. quae *B* 28 un. arg. *Serv. ad Aen.* 8, 402 28 naturali *B*: naturaliter *K*

3 naturae esse. Electrum, quod est naturale, eiusmodi naturae
est ut in convivio et ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat,
et venenum prodat. Nam si eo infundas venenum, stridorem
edit et colores varios in modum arcus caelestis emittit.

XXV De ponderibvs. Ponderum ac mensurarum iuvat cogno-
scere modum. Nam omnia corporalia, sicut scriptum est, a
summis usque ad ima in mensura et numero et pondere disposita
sunt atque formata ; cunctis enim corporeis rebus pondus natura
dedit ; suum quoque regit omnia pondus (Carm. de pond. 3).
2 Primus Moyses [qui omnes antecedit gentilium philosophos
tempore, nobis et numeros et mensuras et pondus diversis [in]
scripturae suae locis narravit]. Primus Phidon Argivus ponde-
rum rationem in Graecia constituit ; et licet alii antiquiores ex-
3 titerint, sed iste hac arte experientior fuit. Pondus dictum eo
quod in statera libratum pendeat ; hinc et pensum. Abusive
autem pondus libra una est. Vnde etiam dipondius dictum est,
4 quasi duo pondera ; quod nomen adhuc in usu retinetur. Trutina
est gemina ponderum lances aequali examine pendens, facta
propter talenta et centenaria adpendenda ; sicut momentana
pro parva modicaque pecunia. Haec et moneta vocata. Idem
et statera nomen ex numero habens, quod duobus lancis et uno
5 in medio stilo librata aequaliter stet. Examen est filum medium
quo trutinae statera regitur et lances aequantur. Vnde et in
6 lanceis amentum dicitur. Campana a regione Italiae nomen
accepit, ubi primum eius usus repertus est. Haec duas lances
non habet, sed virga est signata libris et unciis et vago pondere

1 nat. est *BT* natura est *BT* (*cf. Plin. N. H.* 33, 81) 3 eo] eum *K* 5 iubet *T* (*vix pro* lubet) 7 imam *B* mensuris K^1 : -ram *B* num. ex pond. *Hultsch. metrol. script.* 2, p. 110 8 corporei *K* 10 Pr. Mo. *om. D* (*non E*) : Prius legitur Mo. invenisse *K* qui . . . narr. *hab. TU* : *om.* BC^1DEK 11 inscr. *TU* (*i. e. vel* scripturae, *vel* in scr.) 13 greciam *BK* 14 sed] se E^1 ista *K* ex hac B^1 statere *K* 16 dipundius *T* 18 geminas *Hultsch* lancis *K* aequale *K* 19 appenda *K* momentanea *K* 20 monita *BK* idem *BT* : ea *K* : *an* item ? 21 duobus *BT* : duabus *K* (*pro* II ?) lanciis *Hultsch* : lancibus *dett.* 22 stilo *om. T* § 5 *post* § 6 *BK* est *om. K* 23 trudine *BK* : trutina et *Hultsch* statere *T* in *om. T* 24 lancis T^1 : lanciis B^1T^2K amentum *om.* T^1 26 uncis *K*

mensurata. Vnicuique autem ponderi certus est modus nomini- 7
bus propriis designatus. Calcus, minima pars ponderis, quarta 8
pars oboli est, constans lentis geminis granis. Appellatur autem
calcus quod sit parvulus; sicut et lapis calculus, qui adeo mini-
mus est ut sine molestia sui calcetur. Siliqua vicesima quarta 9
pars solidi est, ab arbore, cuius semen est, vocabulum tenens.
Ceratin oboli pars media est, habens siliquam unam semis. 10
Hunc Latinitas semiobolum vocat; ceratin autem Graece,
Latine [siliqua] cornu(l)um interpretatur. Obolus siliquis tribus 11
adpenditur, habens ceratin duos, calcos quattuor. Fiebat enim
olim ex aere ad instar sagittae. Vnde et nomen a Graecis ac-
cepit, hoc est sagitta. Scripulus sex siliquarum pondere con-
stat. Hic apud Graecos gramma vocatur. Scripulus autem 12
dictus per diminutionem a lapillo brevi qui scrupus vocatur.
Dragma octava pars unciae est et denarii pondus argenti, tribus 13
constans scripulis, id est decem et octo siliquis. Denarium
autem dictum quia pro decem nummis inputatur. Solidum 14
nuncupatum, quia nihil illi deesse videtur; solidum enim veteres
integrum dicebant et totum. Ipse quoque nomisma vocatur
pro eo quod nominibus principum effigiisque signetur. Ab
initio vero unum nomisma unus argenteus erat; hoc enim ab
Assyriis coepit: dicunt autem Iudaei quod Abraham in terram
Chanaan primus hanc advexerit formam. Solidum apud Latinos
alio nomine sextula dicitur, quod his sex uncia conpleatur.
Hunc, ut diximus, vulgus aureum solidum vocant; cuius ter-
tiam partem ideo dixerunt tremissem, eo quod solidum faciat

4 parvulus *BT*: parvus *K* 5 Seliqua *KT* (*non C*) quarta *om. K* (*non C*) 6 a semine arboris *T* cuius nomen *K* (*non C*): cuius (*lacuna*) nom. *Hultsch* 7 Ceratin *an* -tim *incert. T*: -tim *BK* seliquam *KT* 8 semobolum *T ante corr.* ceraten *BK* 9 seliqua *KT*: *del. Arev.* cornuum *BK*: cornum *T*: *correxi* seliquas *T* 10 ceratin *an* -tim *incert. T*: -tim *BK* 10 calcus *BT* 11 a Gr. nom. *K* (*non C*) acc. (*lacuna*) hoc *Hultsch* 12 Scrupulus *B*[1] seliquarum *KT* 15 uncia *T* denari *B* 16 scrupulis *B*[1] seliquas *T* 19 numisma *B*: nummisma *K* 20 effigisque *T*: effigiesque *K* 21 numisma *B*: nummisma *K* 22 cepit *codd.* 24 his] bis *K* unciis *K*: uncias *B* 25 vocat *BK*

15 ter missus. Sextula bis adsum[ma]ta duellam facit; ter posita
16 staterem reddit. Stater autem medietas unciae est, adpendens
aureos tres; unde et vocatus stater quod tribus solidis stet.
Haec et semuncia, quia semis habet de uncia. Haec et semis-
17 sis, quia ponderis semis est, quasi semis assis. Quadrantem He-
braei similiter codrantem vocant; et vocatur quadrans quod
18 unciae quartam partem adpendeat. Sicel, qui Latino sermone
siclus corrupte appellatur, Hebraeum nomen est, habens apud
eos unciae pondus. Apud Latinos autem et Graecos quarta pars
unciae est et stateris medietas, dragmas adpendens duas. Vnde
cum in litteris divinis legatur siclus, uncia est; cum vero in
19 gentilium, quarta pars unciae est. Vncia dicta quod universi-
tatem minorum ponderum sua unitate vinciat, id est conplectat.
Constat autem dragmis octo, id est scripulis viginti quattuor.
Quod proinde legitimum pondus habetur, quia numerus scripu-
lorum eius horas diei noctisque metitur, vel quia libram efficit
20 duodecies conputatus. Libra duodecim unciis perficitur; et
inde habetur perfecti ponderis genus quia tot constat unciis
quot mensibus annus. Dicta autem libra quod sit libera, et
21 cuncta intra se pondera praedicta concludat. Mina in pon-
deribus centum dragmis adpenditur; et est nomen Graecum
[quod sunt siliquae MDCCC, tremisses CCXXV, solidi LXXV, stateres
22 XXV]. Talentum summum esse pondus perhibetur in Graecis;
nam nihil est calco minus, nihil talento maius. Cuius varium
apud diversas gentes pondus habetur. Apud Romanos autem
talentum esse septuaginta [duarum] librarum, sicut Plautus
(Most. 644) ostendit, qui ait duo talenta esse centum quadra-
ginta libras. Est autem triplex: id est minor, medius, summus.
Minor quinquaginta, medius septuaginta duarum librarum, sum-
23 mus centum viginti constat. Centenarium numeri nomen est

1 ter m.] tremissus *T* adsummata *K*: adsumpta *B*: assumta *T* (*cf.* xxvi. 6) duellem *T* 3 st. voc. *T*: vocatur st. *K* 4 semiuncia *B* hic *T* 6 codr.] quadratem *K* 7 adpendat *T* ser. siclos *B*[1] 11 legitur *BT* 14 dragmas *B* scripulos (-ol-) *BK* 18 ponderi *T* 20 concludit *T* Mina *K*: Mna *BT* 22 quod sunt, *etc.*, *hab.* *T*: *om.* *BK* 23 po. esse *B* 24 varius *K* 25 autem *om.* *B* 26 est *B*: et *T* duarum *om.* *Serv. ad Aen.* 5, 112

eo quod centum librarum ponderis sit. Quod pondus propter
perfectionem centenarii numeri instituerunt Romani.

De mensvris. Mensura est res aliqua modo suo vel tem- XXVI
pore circumscripta : haec autem [aut] corporis est aut temporis.
Corporis [est], ut hominum, lignorum et columnarum longitudo
et brevitas. Sed et solem istum propriam sui orbis habere men-
suram, quod geometrici perscrutare audent. Temporis, ut men-
sura horarum et dierum et annorum : unde et metire pedes
horarum dicimus, hoc est mensurare. Proprie autem mensuram 2
vocatam quod ea fruges metiuntur atque frumentum, id est
humida et sicca, ut modios [et artabones], urnas et amphoras.
Mensurarum pars minima coclear, quod est dimidia pars drag- 3
mae, adpendens siliquas novem ; qui triplicatus conculam facit.
Concula dragma una et dimidia adimpletur. Cyati pondus 4
decem dragmis adpenditur, qui etiam a quibusdam cuatus nomi-
natur. Oxifalus fit si quinque dragmae adduntur ad decem.
Acitabulus quarta pars eminae est, duodecim dragmas adpen- 5
dens. Cotyla emina est habens cyatos sex ; quae idcirco cotyla
vocatur, quia cote Graeco sermone incisio dicitur, et emina sex-
tarii in duo aequa inciditur [et cotylam facit]. Emina autem ad-
pendit libram unam, quae geminata sextarium facit. Sextarius 6
duarum librarum est. Qui bis adsumtus nominatur bilibris ;
adsumtus quater 'fit Graeco nomine cenix' (Carm. de pond.
69) ; quinquies conplicatus quinarem sive gomor facit. Adice

2 cent. inst. (*om.* num.) *T* 4 circuminscripta B^1 autem aut *T*: autem *K* : aut *B* 5 est *hab. B* : *om. KT* ut] aut *B* omnium *T ex corr.* 7 temp. et mens. *K* 9 mensurare] mensure *T* mensuram vocata *K* : mensura vocata *BT* 10 quo *K* mentiuntur *T* 11 modius *T* et art.] e terra bones *T* : *om. BK* : *correxi post Arev.* ornas *K* 12 cloclar B^1 13 seliquas *KT* 14 una *om. T* adimplet *K* Ciati *BT* 15 dragmas *T* cuatus *Arev.*: causatus B^1DK : satus *T* : casatus B^2 16 Oxybaphum *Hultsch* addentur *K* 17 Acetabulum *Arev.* drammas *T* 18 Cotila *T*: Cotula *BK* cyatus *K* : ciatos *BT* cotila *T*: cotula *BK* 19 sextarius *Hultsch* 20 et co. fac. *hab. TU*: *om.* B^1DEK *i. e.* Hemina adpendet B^1T 21 facit *BK* : reddet *T* Sextarium *K* 22 assumtus *T*: adsumptus *BK*: *an* adsummatus ? (*cf.* xxv. 15) 23 adsumtis *T*: adsumptus *BK* *i.e.* choenix 24 quinarium *Hultsch* gomor *ex* gomer *ut vid. T* adices *T*

sextum, congium reddit: nam congius sex metitur sextariis, a
7 quo et sextarii nomen dederunt. Congium autem a congiendo,
id est per augmentum crescendo, vocatur. Vnde [et] postea
pecunia beneficii gratia dari coepta congiarium appellatum est:
unusquisque enim sui temporis imperator favorem populi ca-
8 ptans adiciebat, ut largior videretur in donis. Congiarium autem
specialiter mensura est liquidorum, cuius et rem simul et nomen
9 a Romanis inpositum invenimus. Metrum est mensura liqui-
dorum: haec a mensura accepit nomen; *μέτρον* enim mensu-
ram dicunt Graeci. Et inde appellata metreta, licet et urna et
amphora et reliqua huiusmodi nomina mensurarum sunt; ta-
men ista hoc nomen a denarii numeri perfectione accepit.
Metrum ad omnem mensuram pertinet; metrum enim Graece,
Latine mensura dicitur. Nam et cyatum mensura est, et am-
phora mensura est, et quidquid plus minusve capit mensura
est. Sed ideo hoc nomen specialiter sibi adsumsit, quod sit
10 mensura perfecti numeri, id est denarii. Modius dictus ab eo
quod sit suo modo perfectus. Est autem mensura librarum
quadraginta quattuor, id est sextariorum viginti duorum. Cuius
numeri causa inde tracta est, eo quod in principio Deus viginti
duo opera fecerit. Nam prima die septem opera fecit: id est
materiam informem, angelos, lucem, caelos superiores, terram,
aquam atque aerem. Secunda die firmamentum solum. Ter-
tia die quattuor: maria, semina, sationes atque plantaria.
Quarta die tria: solem, lunam et stellas. Quinta die tria:
pisces et reptilia aquarum et volatilia. Sexta die quattuor:
bestias, pecudes, reptilia terrae et hominem. Et facta sunt
omnia viginti duo genera in diebus sex. Et viginti duae gene-

1 cogium redit *T* cogius *T* 2 Cogium *T* congiendo *K Col.*: cogendo *BT*: *an* cogiendo (*i.e.* cogendo)? : *vix* congliscendo 3 argumentum *T* vocatus *B* et *hab. T*: *om. BK* 4 congiarum *B* 5 imperatur *B*: *om. T* faborem *T*: laborem *K* 6 in] ex *K* 8 Metreta *dett.* 9 *μετ.*] metro *BK*: metrum *T* 10 Graeci *om. T* lic. ur. *T* 11 huiusmodo *B* sint *BKT ex corr.* 13 *vel μέτρον* 14 ciatum *BT* 15 plus *om.* T^1 capit] accepit *T* 17 numeris *T* 21 sep. operas *K* fecerit *T* 26 et rept. et aq. *K ante corr.* 27 pecora *CK*

rationes sunt ab Adam usque ad Iacob, ex cuius semine nascitur
omnis gens Israel; et viginti duo libri Veteris Testamenti usque
ad Hester; et viginti duarum litterarum sunt elementa, quibus
constat divinae legis doctrina. His igitur exemplis modius
viginti duorum sextariorum a Moyse secundum sacrae legis
mensuram effectus est: et quamvis diversae gentes huic men-
surae pondus vel adiciant ignorantes vel detrahant, apud He-
braeos constitutione divina tali ratione servatur. Modius enim
a modo dictus. Hinc et modica, id est moderata. Modicis
enim modus nomen inposuit: nam modica pro parvis abusive,
non proprie dicimus. Satum genus est mensurae iuxta morem 11
provinciae Palestinae, unum et dimidium modium capiens.
Cuius nomen ex Hebraeo sermone tractum est; 'satum' enim
apud eos nominatur sumptio sive levatio, eo quod qui metitur
eandem mensuram sumat ac levet. Est et alium satum, men-
sura sextariorum viginti duorum capax quasi modius. Batus 12
vocatur Hebraica lingua ab olearia mola, quae 'beth' apud eos
vel 'bata' nominatur, capiens quinquaginta sextaria; quae men-
sura una molae vice proteritur. Amphora vocata quod hinc et 13
inde levetur. Haec Graece a figura sui dicta dicitur, quod eius
ansae geminatae videantur aures imitari. Recipit autem vini
vel aquae pedem quadratum, frumenti vero modios Italicos tres.
Cadus Graeca amphora est continens urnas tres. Vrna men- 14
sura est quam quidam quartarium dicunt. Proprie autem urna
vas est, quae pro condendis defunctorum cineribus adhiberi
solet. De quo poeta (Lucan. 7, 819):

Caelo tegitur qui non habet urnam.

Medimna mensura est quinque modiorum. Medimna autem 15
Latina lingua vocatur, id est dimidia, eo quod quinque modiis
metiatur, qui est dimidius numerus a perfecto denario. Artaba 16

3 sunt litt. *K* (*non C*) 6 mensuram *ex* scripturam *K* 7 ignoran** *B*[1] 10 modus] modis *T ante corr.* 11 Statum *B ante corr.* 14 qui metur *T* 15 aliud *K* sumtum *T* 17 beth *om. BK* 18 vel bata] valbata *K*: vult bata *B*[1] qua *K* 19 mola *K* Anfora *codd.* (*hic et alibi*) vocatur *K* 20 sua *B* dicta] *ὤατον Hultsch* 22 quadrantem *B* tres *om. K* 23 Orna *K* 24 orna *K* 25 quae *etiam C* pro] et *K* 27 ornam *K* 30 a *om. K*

mensura est apud Aegyptios sextariorum septuaginta duorum,
conposita ex numero propter septuaginta et duas gentes vel
17 linguas quae orbem inpleverunt. Gomor quindecim modiorum
onus adpendet. Corus triginta modiorum mensura inpletur.
Hic ex Hebraico sermone descendit, qui vocatur 'cor' a similitu-
dine collis: 'corea' enim Hebraice colles appellantur. Coacervati
enim modii triginta instar collis videntur, et onus cameli efficiunt.

XXVII De signis. Ponderis signa plerisque ignota sunt, et inde
errorem legentibus faciunt. Quapropter formas eorum et
2 characteres, ut a veteribus signata sunt, subiciamus. Z littera
significat dimidium obolum. — Virgula aequaliter iacens et
porrecta simpliciter significat obolum. = Geminata virgula
duo oboli sunt. T Latinum significat obolos tres. F Latinum
significat obolos quattuor. E Latinum demonstrat obolos quin-
3 que. Oboli vero sex propterea characterem non habent, eo
quod in una dragma sex veniant, quod est pondus denarii ar-
genti. H Eta littera significat siliquas octo, id est tremissem.
N Latinum significat nomisma Graecum, id est solidum. IB.
4 Iota adiuncta Beta significat dimidium solidum. < Virgulae
duae ex uno angulo a laeva in dexteram se dividentes signifi-
cant dragmam, quam etiam olcen appellant. NΓ. N Latinum
adiuncto Gamma Graeco significat semiunciam. Γ^{o}. Gamma
autem Graecae litterae O Latinum in fine adiunctum significat
unciam. ↑. Labda Graecum per medium sui I Latinum adie-
5 ctum significat libram. K^{v}. Kappa Graecum circa finem cornu
adiuncto V Latinum significat cyatum. KO. Si vero O Lati-

1 sestariorum *B* 2 conpositus ex numerus *T* 4 unus *B* appendit *K* modiis adinpletur (*om.* mens.) *T* mensuram *B* conpletur *K* 5 cor] cora *dett.* 6 coria *T*: cora *dett.*: *an* corae? appellatur *B* 7 modi *T* 9 errare *K* 10 subiciamus *BK*: subicimus *T* 12 gemina *K* 15 eo quod] equod *B* 16 veniunt *B* 17 Eta *om.* *K* seliquas *KT* 21 olhen *T* NΓ Lat. *T* 22 adiuncta ga. greca *K* ΓO *codd.* 24 unc.] semiunciam *K* ↑ *B* lamda *B*: lauta *K* latino adiecto *dett.* 25 libra *B* KV *KT*: Ky *B* cornuum *B* 26 ad. fix (*pro* ix, *i.e.* X?) latinum *T*: adiunctum fix latinum *B*: adiuncta v latina *K* ciatum *BT* *fort.* K^{o}

num habuerit adiunctum, eminam demonstrat, quam Graeci cotylen vocant. ξε. Xi Graecum si acceperit iunctum E Latinam, significat sextarium. ξο. Si O Latinum adiunctum, indicat 6 acitabulum, quod Graeci oxifalon vocant. $\overset{N}{\text{M}}$. My Graecum superposito N Latinum significat mina. T^Λ. T Latinum in fine habens Labda Graecum significat talentum. X^o. ⟨Chi⟩ Graecum in dextro brachio superiori O littera coniuncta cenix est.

2 cotilem *B* : gotilem (-len ?) *T* : cotilam *K*: *vel* κοτύλην e latinum *B* 3 ξO *BT* (*etiam K* ?) adi. habuerit ind. *K* (*non CU*) 4 acitabolum *KT* M (*suprascr.* N) *codd.* Mi *T* : *om. BK* 5 superposita n latina *K* : superposita N latino *T* mna *BT* AΛ *BK* : 'Λ *T* T *Arev.* : a *K* : *om. BT* latinas *K* 6 lauda *BT* : lautam *K* graecam *K* ᴧo *KUT* (*post* superiori) (*non C*) Chi (*vel* X) *om. codd.* 7 iuncta *K* (*non CU*) kenix *B*

LIBER XVII

DE REBVS RVSTICIS

I De auctoribvs rervm rvsticarvm. Rerum rusticarum scribendi sollertiam apud Graecos primus Hesiodus Boeotius humanis studiis contulit; deinde Democritus. Mago quoque Carthaginiensis in viginti octo voluminibus studium agricolationis conscripsit. Apud Romanos autem de agricultura primus Cato instituit; quam deinde Marcus Terentius expolivit; mox Vergilius laude carminum extulit. Nec minorem studium habuerunt postmodum Cornelius Celsus et Iulius Atticus, Aemilianus, sive Columella insignis orator, qui totum corpus
2 disciplinae eiusdem conplexus est. Primum ad aratrum boves iunxisse ferunt quendam privatum hominem et fulminatum, nomine Homogirum; quidam autem Osirim dicunt esse artis huius inventorem; quidam Triptolemum. Et hic quaestio est quomodo prima Ceres ferro in Graecia vertere terram instituit,
3 sed ferro qualicumque, non specialiter vomere aut aratro. Stercorandi agri rationem primus induxit quidam nomine Stercutus in Italia, cuius ara a Pico dedicata est Romae: hic plura instrumenta agriculturae repperit, primusque agros firmavit. Eundem quidam Saturnum putaverunt ut maiorem illi nobilitatem facerent hoc nomine, quo splendide sonaret et dignitatem tituli conpararet.

II De cvltvra agrorvm. Cultura est qua frumenta vel vina magno labore quaeruntur, ab incolendo vocata. Divitiae enim antiquorum in his duobus erant, bene pascere et bene arare. Cultura agri cinis, aratio, intermissio, incensio stipularum, sterco-
2 ratio, occatio, runcatio. Cinis est incendium per quod ager inutilem humorem exudat. Aratio dicta quia de aere prius

Per hunc librum etiam D contuli, non tamen BC 1 Rerum *om. D* 3 Mago] magnus *codd.* 5 autem *om. K* 6 deinde] inde *D* 7 extulit *om. D*[1] minure *K* 8 et *om. T* 11 fluminatum *T* 12 homogerum *K* 13 treptolemum *TD*: tripolitum *K* 16 qu. ind. *T* 20 hoc nom.] homine *K* 21 conparet *D* 26 per quo *TD*

terrae culturam exercebant, antequam ferri fuisset usus repertus. Duplex est autem aratio: vernalis et autumnalis. Intermissio est, qua alternis annis vacuus ager vires recipit. Stercoratio 3
est laetaminis adsparsio. Stercus autem vocatum vel quia sternitur in agris, vel quia extergi oporteat quod sordidum in civitate redundat [sive, quod verius est, ab Sterce qui et Sterculus dictus]. Idem et fimus est, qui per agros iacitur. Et dictus fimus [quod fiat mus], id est stercus quod vulgo laetamen vocatur, eo quod suo nutrimento laeta faciat germina reddatque arva pinguia et fecunda. Occatio est cum rustici satione facta 4
bubus dimissis grandes glebas caedunt ac ligonibus frangunt: et dicta occatio quasi obcaecatio, quod operiat semina. Occare igitur est operire terra semina, vites vel arbores. Runcatio est 5
a terra herbas evellere; nam rus terra est. Sulcus a sole vocatus quod proscissus solem capiat. Vervactum dictum quasi vere actum, id est verno aratum. Proscissio est aratio prima, cum adhuc durus ager est. Satio dicta quasi seminis actio, quasi 6
satorum actio. Serere autem vocatum, quia hoc sereno caelo faciendum est, non per imbres. Hinc est et illud Vergilianum (Georg. 1, 299):

Nudus ara, sere nudus.

Messis a metendo, id est a recidendo, dicta. Seges autem de 7
semine [dicta] quod iacimus, sive a sectione.

De frvmentis. Prima Ceres coepit uti frugibus in Graecia III
et habere segetes translatis aliunde seminibus. Huius meminit Ovidius dicens (Metam. 5, 341):

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro,
prima dedit fruges alimentaque mitia terris.

2 dupl. . . . autumn. *om.* *T* Int. qua *D* 5 ext.] stergi *D* (*et Isid.*) quod] quidquid *T* 6 sive . . . dict. *hab.* *T*: *om.* *DK* stercen *T* 7 quia per *TD* 8 quod fiat mus *hab.* *T*: *om.* *DK* vulgus *T* 10 est *om.* *K* rusticis *T* 11 cedant (*ex* -dat) *D* legonibus *corr. ex* legionibus *T* 13 terrae *D* vel] et *K* Runc. a *K* 14 erba *T* vellere *D* 15 Veractum *codd.* (*ex* -tuum *T*) 16 acto *T* 18 saturum *DK* quia] quasi *D* hoc] in *K* 19 est ill. *T* 21 nudius a. serenodius *D* 22 medendo *K* 23 dicta *hab.* *T*: *om.* *DK* 27 unco] hunc *D* demovet *K*: demovit *D* 28 frugis *K*

2 Frumenta sunt proprie quae aristas habent, fruges autem re-
liqua. Frumenta autem vel fruges a fru[m]endo, hoc est a
3 vescendo, dictae; nam frumen dicitur summa pars gulae. Primi-
4 tiae proprie sunt quae frugibus praecerpuntur. Triticum vel a
tritura dictum, quo purissimum horreo condeatur, vel quia granum
5 eius conmolitur et teritur. Far dicitur eo quod initio frangeretur;
apud antiquos enim molarum usus nondum erat, sed frumentum
6 in pila missum frangebant; et hoc erat genus molendi. Adoreum
tritici genus, quod idem vulgo semen dicitur. Ador quondam
appellatum ab edendo, quia eo primo usi sunt homines, sive
quia in sacrificio ipsius generis panis ad aras offerebatur. Vnde
7 et adorea sacrificia dicuntur. Siligo genus tritici a selecto di-
8 ctum; nam in pane species eius praecipua est. Trimestre triti-
cum ideo nuncupatum quia satum post tres menses colligitur;
nam ubi propter aquam aliave causa matura satio omissa est,
9 praesidium ab hoc petitur. Alica Graecum nomen est. Ali-
10 castrum simile est alicae, pondere et bonitate praecipua. Hor-
deum dictum quod prae ceteris generibus frumenti ante fiat
aridum, vel quod spica eius ordines habeat. Horum tria genera.
Primum hexaticum vocatur eo quod spica eius sex ordines
habeat; quod quidam canterinum appellant, quoniam animalia
melius quam triticum pascit, et homines salubrius quam malum
triticum. Alterum distichon, eo quod duos ordines habeat;
hunc plerique Galaticum vocant. Tertium trimestre, quia, cum
11 cogit necessitas, verno seminatur et celeriter colligitur. Scan-
dula a divisione vocata; duplex est enim scanditurque, id est

2 a frumendo *K*: a fruendo *D*: a frumento *T* 3 dicta *K* 4 vel] vero *K* 5 quo] quod *DT* condeatur *DK*: condiatur *T* 6 cum molitur proteritur *K* quod in in. *K*: quod ab in. *D* 7 enim] autem *D* 8 in pilas *Serv. ad Aen.* 1, 179 Adhorreum *D* Adoreum . . . dicitur *om. KN* (*non EU*) 9 Edor *K*: Caedor *DE* (*pro* C *vel* Ca, *i. e. capituli novi signo*, edor) quendam *DT* 10 visi *K* 12 adhorrea sacr. *D* serecto *D* 13 Trimense *K*: -si *D* 14 tres *om. D* 15 ubi *om.* T^1 pro aq. *ut vid.* D^1 aliamve *K* causa (*ex* -se) *T*: causam *DK* 18 antea *DT* 19 habeant *K* 20 sexaticum *D* ex ordine *T* 21 quidem *D* quod an. *K* 24 calaticum *codd.* Tertium *om. D* trimeste *T*: trimensem *K*: tremense *D* quia] quod *K* 26 scanditur id *K*

dividitur. Centenum appellatum eo quod in plerisque locis 12 iactus seminis eius in incrementum frugis centesimum renascatur. Hinc et milium a multitudine fructus vocatum. Pani- 13 cium dictum quod multis in regionibus ex eo panis vice homines sustententur, quasi panivicium. Pistum a pasto. Sisamum Graecum nomen est. Farrago a farre dicta: est enim herba 14 hordeacea adhuc viridis, necdum granis ad maturitatem turgentibus. Spicam de maturis frugibus abusive dicimus; nam proprie 15 spica est cum per culmi folliculum, id est extremum tumorem, aristae adhuc tenues in modum spiculi eminent. Arista ap- 16 pellata quod prius ipsa arescat. Culmus est ipse calamus spicae qui a radicibus nascitur: et dictus culmus quasi calamus. 17 Folliculum est theca frumenti in qua granum servatur interius. Haec super spicam vallo instructa munimen praetendit, ne avium minorum morsibus spica suis fructibus exuatur aut vestigiis proteratur. Stipulae sunt foliae seu vaginae, quibus culmus 18 ambitur atque fulcitur ne pondere frugis curvetur, quae ambiunt culmum: et dicta stipula quasi usta, et quasi ustipula. Stipula dicta ab usto; collecta enim messe uritur propter culturam agri. Item stipula vel quia pars eius uritur, pars interdum pro palea praeciditur. Palea a quibusdam vocari dicitur quod pala 19 ventiletur ut frumenta purgentur. Gentiles autem paleam a quadam Pale frugum inventrice nominaverunt, quam Cererem esse volunt. De qua Vergilius (Georg. 3, 1):

Te quoque, magna Pales, et te, memoranda, canemus.

Item alii a pabulo nuncupatam dicunt paleam, quod ea primum sola in pascendis animalibus praebebatur. Cuius natura ex

2 iactum centenum simul re. *K* renascitur *T*: renascantu (*ex* -atur) *D* 3 hinc . . . voc. *om.* *T*[1] 5 qu. panificum *T*: qu panecibium *K* pastu *D* 6 est *hab.* *K*: *om.* *DT* a farro *T* 8 pro. specus (spi-) *TD* 9 cum a cul. fullicolo *K* 13 tegra fru. *K* 14 superficiam va. *T* munimine *T* 15 minor *T* sui fructis *T* aut vest. prot. *om.* *T* 16 Stipuli *K* 17 que (quae) *TD*: qua *K* q. a. c. *excludenda videntur. Sed tota paragraphus ex variis lectionibus concinnata est* 18 ustipula *CDETU*: ustulata *KNP* 19 messe] esse *T* 20 idem *K* (*non* *C*) 21 reciditur *K* qu. palea *D* 22 ventilentur *T*[1] gent. enim (*delet.*) au. *K* paleam *om.* *D*[1] 25 et se mem. *K*: et remem. *D* 27 probebatur *D*[1]

contrario tantum est frigida ut obrutas nives fluere non sinat,
adeo calida ut maturescere poma conpellat.

IV De LEGVMINIBVS. Legumina a legendo dicta, quasi electa;
veteres enim meliora quaeque legebant; sive quod manu le-
2 gantur nec sectionem requirant. Leguminum plurima genera,
ex quibus faba, lenticula, pisum, faselum, cicer, lupinum gra-
3 tiora in usum hominum videntur. Faba Graeca etymologia a
vescendo vocabulum sumpsit, quasi faga; φαγεῖν enim Graece
comedere dicitur. Primum enim homines hoc legumine usi
sunt. Huius species duae, quarum altera communis, altera
4 Aegyptia. Faba fresa dicta eo quod ea homines frendant, id
5 est frangant, et molendo conminuant. Lentis vocata quod
6 humida et lenta est, vel quod adhaeret humi. Faselum autem
7 et cicer Graeca nomina sunt. Sed faselum . . . Lupinum Grae-
cum et ipsud nomen est: de quo Vergilius (Georg. I, 75):

Tristesque lupini,

quia vultum gustantis amaritudine contristant; unde eos prae
8 amaritudine nec vermis nec ullum animal comedit. Medica,
vicia, ervum pabulorum optima sunt. Medica dicta, quia a
Medis translata est in Graeciam tempore quo eam Xerxes rex
Persarum invasit. Haec semel seritur et decem annis permanet,
9 ita ut quater vel sexies possit per annum recidi. Vicia dicta
quod vix ad triplicem perveniat fructum, cum alia legumina
proventum habeant fertilem: unde et Vergilius (Georg. I, 75):

Vt tenuis fetus viciae.

10 Pisum, quod eo pensabatur aliquid auri minutum. Nam pis aurum
11 dicitur. Ervum a Graeco trahit vocabulum; hoc enim illi

1 tanto *codd.* sinit *T* 2 conpellant *D* 3 Leg. alendo *D* dicta *om.* *D*[1] quas el. *T* 4 ligantur *K* 5 nec] ne *T* 6 pisum *om.* *T* 8 φαγεῖν] fage *codd.* 10 alt. Aeg. alt. comm. *T* 11 fresca *K* eam *dett.* fendant *T* 12 et mol. co. *om.* *T* 13 humi] humida *DT* 14 circer *T* sed fas. *om.* *CK* (*non EUV*) 17 gust. amaritudinem *D* 18 comedet (comm-) *TD* 19 erumbo pa. *K* a medicis *K* 20 rex *om.* *K* 21 simul *codd.* anni *K* permanent *D* 23 vix] vis *D* 26 Pisu *K*: Pisa *DT* ea *DT* aurum mi. *K ante corr.* nam Pisaurum dic. quod illic aurum pensatum est *Serv. ad Aen.* 6, 825. *Nugatur Isidorus*

ὄροβον dicunt; quod dum sit quibusdam pecoribus infestum, tauros tamen pingues efficit.

De vitibvs. Vitis plantationem primus Noe instituit rudi V
adhuc saeculo. Apud Graecos autem inventorem vitis Liberum
appellari: unde et eum gentiles post mortem deum esse volue-
runt. Vitis dicta quod vim habeat citius radicandi. Alii 2
putant vites dictas quod invicem se vittis innectant vicinisque
arboribus reptando religentur. Est enim earum natura flexi-
bilis, quae quasi brachiis quibusdam quidquid conprehenderint
stringunt. Labrusca est vitis agrestis quae in terrae marginibus 3
nascitur: unde et labrusca dicta, a labris et extremitatibus
terrae. Codex dictus quasi caudex. Sic enim veteres et clodum 4
pro claudo dicebant. Sarmentum a serendo [id est quasi seri- 5
mentum]. Malleolus est novellus palmes innatus prioris anni
flagello, cognominatusque ob similitudinem rei, quod in ea parte
qua deciditur ex veteri sarmento prominens utrimque mallei
speciem praebet. Spadones sunt surculi fruge carentes, ex ipsa 6
appellatione, quod sint inhabiles fructu et sterilitate affecti.
Sagittam rustici vocant novissimam partem surculi, sive quia 7
longius recessit a matre et quasi prosilivit, seu quia acuminis
tenuitate teli speciem praefert. Summitates vitium et fruticum 8
flagella nuncupantur, eo quod flatu agitentur. Palmes vitis 9
materia mollis, qui per novella brachia emissus fructum adfert:
nam ideo rustici partem vitis palmitem dicunt. Palmes enim
diminutivum nomen est, quod nomen paragogum dicitur, quod
a palma derivetur. Palma enim habet nomen prototypum,

1 orobum *T*: orubum *K*: orabum *D* dum *ex* cum *D* 2 pingue *T*[1] 5 coluerunt *T* 7 vitis inn. *DT* 8 rept. *ex* repotando *T* 9 quae] qui *codd.* 10 stringant *D* Labrusca *ex* Lanbrusca *D* quae *om. D* 11 labrus caudicia *ut vid. D*[1] dicta] dicitur *T* et *om. T* 12 Condex *D* 13 pro cl.] et claudum *K* id est qu. ser. *hab. T*: *om. DK* 14 palmus *K* annis *K* 16 deciditur] decitur *T*: dicitur *K* vetero *D* sarmenti *T* utrimque m. *Colum.* 3, 6: utrumque m. *K*: utriusque m. *T*: utrumquem alie *D* 17 carentes *ex* curr- *ut vid. T* ex *om. T* 18 effecti *D* 19 novissi par. *D*[1] serculi *T* 20 quasi] qua *K* 21 prevert *T* 25 dim.] derivativum *dett.* par. di.] per ramos (*ex* amos *N*) circum (-un) ducitur *KN* 26 a *om. N* delibetur *DT* protipum *DT*: *om. K*

quod dicitur principale, ab eo quod ex se derivativum faciat.
10 Pampinus est folia cuius subsidio vitis a frigore vel ardore de-
fenditur atque adversus omnem iniuriam munitur. Qui ideo
alicubi intercisus est, ut et solem ad maturitatem fructus ad-
mittat et umbram faciat. Et dictus pampinus quod de palmite
11 pendeat. Capreoli dicti quod capiant arbores. Sunt enim
cincinni sive uncinuli quibus se innectere vites et suspendere
solent arboribus, quo adminiculo freti palmites ventos ac tur-
bines contemnere queant et sine lapsu periculorum fructus suos
12 sustineant ac sese vaga proceritate defendant. Corymbi sunt
anuli qui proxima quaeque alligant et conprehendunt, ne longius
13 laxati palmites ventorum flatibus dissipentur. Vvae dictae
quod intrinsecus humoris sint plenae, sucique et pinguedinis.
Nam humidum est quod exterius humorem habet; uvidum quod
14 interius. Acina. Botrus. Racemus est botryonis pars; et
15 botryo Graecum est. Suburbanae uvae quaedam dicuntur quia
fructus earum ad escam veluti pomum in urbibus venditur;
conmendat enim eas et species et saporis iucunditas; ex quibus
sunt praecoquae, duracinae, purpureae, dactyli, Rhodiae, Liby-
cae, cerauniae, stephanitae, tripedaneae, unciariae, Cydonitae.
Durabiles autem per totam hiemem vennuculae et Numisianae.
16 Praecoquae vocatae quod cito maturescant et ante omnes sole
coquantur. Has Graeci lageos dicunt, quod currant ad maturi-
17 tatem velociter ut lepus. Purpureae a colore dicuntur; uncia-
riae a magnitudine; dactyli a longitudine; stephanitae a rotun-
ditate. Rhodiae et Libycae a regionibus nuncupatae sunt;

1 facit *K* 2 subsidio *om. K* 4 intervisus *K* fructus *om. K* 6 Caprioli *codd.* 8 quod adm. *D* ferti *T* venti *T* 9 continere qu. *DT* et si lap. *D* lapsus periculo *Chacon* 10 vaca *KD ante corr.*: faga *T* diffundant *T*: defundant *D ex corr.* 11 elegant *D*: ligant *T* 13 humores *K*: humore *DT* 14 humidum] humus *T* uvidumque int. *T*: humidum quod int. exterius *D* 16 botrio *ex* btrio *T*: btrum *K* 17 eorum *D* 18 conm.] comedunt *T* 19 libiae *DK* 20 tripedianae (-ne) *codd.* uniciariae (-rie) *KT*: unci-*riae *D*[1] cinodite *T* 21 vennicule *T*: veninculae *DK* numesianae *D* 22 Praeciae quasi praecoquae *Servius ad Georg.* 2, 95 maturiscunt *D* 23 grece *D* lag.] fagos *K*: cilageos *T*: lagieos *D* 24 ut lep. vel. *KP* (*non CEFU*) Unc. a mag. *ante* Purp. *KNP* (*non CEFU*) Uniciariae *K* 25 Dictali *T* Stafanite *T*

Cerauniae vero quod rubeant velut ignis. Genera autem 18
uvarum quae vino deserviunt plurima. Ex quibus aminea dicta, quasi sine mineo, id est sine rubore; album enim vinum reddit. Quae cum sit unius nominis, non unam speciem reddit: amineae duae geminae, ab eo dictae quod duplices uvas mittant; aminea lanata, quia plus omnibus lanescit lanugine.
Rubelliana dicta quia eius materia rubet. Faecinia minuti 19
acini et durae cutis uvas habet; nobilitate amineam sequitur, fecunditate praecedit. Quam proinde faeciniam vocant quod
plus quam ceterae faeces afferat. Apianae vinum dulce faciunt; 20
quas nisi cito legas, pluviis et ventis et maxime apibus infestantur; quarum depraedatione apianae cognominatae sunt.
Balanitae a magnitudine nomen sumpserunt; βάλανοι enim 21
Graece glandes vocantur. Biturica a regione nomen sortita est, 22
turbines et pluvias et calores fortissime sustinens, nec in macra terra deficiens. Huius meriti et basili[s]ca est. Argitis Grae- 23
cula vitis, generis albi, fertilis, vastam materiam et brevem et latum folium mittens, cuius fructum nisi primo tempore colligas, aut ad terram decidit aut humore putrescit. Inerticula nigra 24
est, quam Graeci amaracion vocant, boni vini et levis; a quo etiam nomen traxit, quod iners in tentandis nervis habeatur, quamvis gustu non sit hebes. Mareoticae a regione Aegypti 25
Mareotis dictae, unde prius venerunt; sunt enim et albae et nigrae. Helvolae, quas quidam varias appellant, neque pur- 26

1 Generatio *K* 3 quasi] quae *K* minio *KT* id est sine *om. T* (*cf.* XX. III. 5) 4 reddet *KT* reddet *KT* 5 amine *T* duo *codd.* (duae *D ante corr.*) 6 mittunt *D* lanata *Colum.* 3, 2: laiana *T*: lagana *K*: laciana *D* quia *ex* quod *K* hominibus *D* 7 Rubiliana *codd.* rubent *K* Fecinea *T* 8 acine *T* nobilitatem *KT* aminia *K* 9 fecinam *T*: fecineam (*ex* -iam?) *D* 10 afferant *D* dulcem *codd.* 11 pulvis *D* vent. max. *T* 12 nominatae *K*: cognominati *D ex corr.* 13 βαλ.] balanen *K*: balanin *DT* 14 grande *codd.* vocatur *KT* Bituricae *DK* 16 basilicum *K*: basilisca *DT* 17 vastam] Visula *Arev. ex Colum.* 3, 2 20 amarazion *K*: amarcion *Colum. codd.* 3, 2: amargion *Vollmer in Thes. Ling. Lat.* vini] vi *D* 21 nomina *T* inaeris *D* in] usus *K* temptantis *D ante corr.* 22 non sit *om. T* evis *K* 23 sunt en. al. *T* 24 Elbole *DT*: Elbulae *K* quidem *D*

pureae neque nigrae, ab helvo colore ita dictae, subalbi tamen
musti. Helvum est enim nigrum candidumque colore. Nam
27 helvum nec album nec nigrum est. Tertius locus vitium quae
sola fecunditate conmendantur, abundantia copiosa multumque
28 vini fluens. ‡Viticionia‡ uvas grandes magis quam multas
habet; nomen autem inde hoc sumens quod multum vini fluat.
29 Syriaca, vel quia de Syria adlata vel quia nigra est. Multa
autem genera vitium sunt quae tamen mutatione loci et quali-
30 tatem et nomen amittunt. Vitibus inter cetera magis ista con-
31 veniunt, oblaqueatio, putatio, propaginatio, fossio. Oblaqueare
est circa codicem terram aperire et velut lacus efficere: hoc ali-
32 qui excodicare appellant. Putare est virgam ex vite super-
vacuam resecare, cuius flagellis luxuriat; putare enim dicitur
33 purgare, id est amputare. Traducere, transducere. Propa-
ginare vero, flagellum vitis terrae submersum sternere et quasi
porro pangere. Hinc propagines, a propagare et protendere
dictae. Fodere vero est foveam facere, quasi fovere.

VI De arboribus. Arborum nomen, sive herbarum, ab arvis
inflexum creditur, eo quod terris fixis radicibus adhaerent.
Vtraque autem ideo sibi pene similia sunt, quia ex uno alterum
gignitur. Nam dum sementem in terram ieceris, herba prius
oritur, dehinc confota surgit in arborem, et infra parvum tempus
2 quam herbam videras arbustam suspicis. Arbusta, arbor novella
et tenera, in qua insertio fieri potest; et dicta arbusta quasi
arboris hasta. Alii arbustum locum in quo arbores sunt volunt
accipere, sicut salictum: sic et virecta, ubi virgultae novellae et
3 virentes. Arbor autem et fructifera et sterilis; arbos autem non

1 elbo *KT*: eblo *ex* eolo *D* subalbis *D* 2 elbum *codd.* 3 elbum *codd.* 4 sole *T*: sulo *K* 5 Vitis spionia *Arev.* 6 fluant *D ante corr.* 7 Seriaca *T* 8 tamen] tantum *K* 9 conveniant *D* 10 oblaqueati *K* propagnatio *D* Oblaquear *T* 11 locus *D*: agros *K* alii *K* 12 excodire *D* sup. exsicare (*delet.*) resicare *K* 14 amp.] tam putare *T* a propagnare *D* 15 quaso *T* 20 sibi *om. T* pene *om. D* alteram *D* 21 eiceris *K*: eieceris *D* 22 parum *codd.* 23 v. arbusta *K* nov. ten. *K* 25 sunt *om. K* 26 sic et] sicut *K* virg. vir. sunt *K* (*om.* nov. et) 27 arbos] arbus *T*: arbor *D* autem] vero *K*

nisi fructifera. Genere autem feminino arbores dicimus ; poma
vero neutro. Frutex brevis est appellatus quod terram fronde **4**
tegat ; cuius plurale nomen frutecta. Arbor alta est. Silva **5**
vero spissum nemus et breve. Silva dicta quasi xylva, quod ibi
ligna caedantur ; nam Graeci *ξύλον* lignum dicunt. Multa enim
Latina nomina Graecam plerumque etymologiam recipiunt.
Nemus a numinibus nuncupatum, quia pagani ibi idola consti- **6**
tuebant: sunt enim nemora arbores maiores, umbrosae frondibus.
Lucus est densitas arborum solo lucem detrahens, tropo anti- **7**
phrasi, eo quod non luceat ; sive a luce, quod in eo lucebant
funalia vel cerei propter nemorum tenebras. Saltus est densitas **8**
arborum alta, vocata hoc nomine eo quod exiliat in altum et in
sublime consurgat. Aviaria secreta nemora, dicta quod ibi aves **9**
frequentant. Recidiva arborum sunt quae aliis sectis repullu- **10**
lant. Alii recidiva a cadendo dicunt, quia post casum nascuntur.
Alii a recidendo et repullulando dixerunt. Ergo recidivum, ubi
mors aut casus. Insitio dicitur cum fisso trunco surculus **11**
fecundae arboris sterili inseritur ; aut oculorum inpositio, cum
inciso cortice libro alienae arboris germen inmittitur. Plantae **12**
sunt de arboribus ; plantaria vero, quae ex seminibus nata sunt
cum radicibus et a terra propria transferuntur. Cespites frutices **13**
sunt, quasi cuspides, vel quasi circa pedes. Frondes, quod
ferant virgultas vel umbras ; sunt autem causa umbrarum.
Oculi nodi sunt ex quibus frondes exeunt. Radix appellatur **14**
quod quasi radiis quibusdam fixa terris in profunda dimergitur.
Nam physici dicunt parem esse altitudinem radicum et arborum.

1 nisi et fr. *T* femino *T* 2 vero *om. K* 3 nom.] numero *DK* 4 vero *om. K* nimus *D* : dicimus *K* xilva *T* : exsilva *D* : *om. K* 5 ligna *om. T* 7 numibus *D* nuncupatur *K* : -tam *D* 8 sunt en. nem. arb. *om. T* 9 solo *ex* so *T* 11 fana illa *K* cereos *DT* 12 alto *K* 13 sublimi *DT* Abiariam secretam *D* qu. ibi] quo *K* : quae *Serv. ad Georg.* 2, 430 apes *D* 14 aliis *om. K* : taleis *Burmann in Serv. ad Aen.* 10, 58 secte *K* 15 a cadendo *dett.* : a cedendo *T* (*i. e.* caed- ?): a recidendo *K* arborum a cedendo *D* dicuntur *D* 16 recedendo *D* 17 cum f.] confisso *D* : fisso *K* trunca (*ex* -co ?) *D* 18 sterelique ins. *D* 19 incisu *D* : incisio *T* : in *K* libri *K* 22 qu. cuspites *K* 23 virgulta *K* 24 fondes *T*

Alii radicem a similitudine radiorum dictam putant, vel quia, si
15 eradatur, non repullulat. Truncus est statura arboris insistens
radici. Corticem veteres corucem vocabant: dictus autem
16 cortex quod corio lignum tegat. Liber est corticis pars interior,
dictus a liberato cortice, id est ablato: est enim medium quid-
17 dam inter lignum et corticem. Rami sunt qui de trunco manant,
sicut a ramusculis cetera. Surculi a praecisione serrae nuncu-
18 pati. Virgultum est quod de radice pullulat; ramus, qui de
ipso robore arboris; virga, quae de ramis. Proprie autem
virgultum appellatur quod ad radicem arboris nascitur et quasi
inutile ab agricolis amputatur. Et hinc dictum virgultum, quia
ex virga tollitur. Virga [autem a vi] vel a virtute dicitur, quod
vim in se multam habeat, vel a viriditate, vel quia pacis indi-
cium est, quod vim regat. Vnde hanc utuntur magi ad pla-
candos inter se serpentes, et idcirco in ea hos sustinent inligatos.
Hanc etiam philosophi ac reges et magistri et nuntii et legati
19 utuntur. Flagella dicuntur, ut praediximus (v, 8), summae arbo-
20 rum partes, ab eo quod crebros ventorum sustinent flatus. Cymas
vocatas quasi comas. Folia Graece φύλλα dicuntur: inde est
21 ad nos hoc nomen per derivationem translatum. Flores nomi-
nati quod cito defluant de arboribus, quasi fluores, quod cito
solvantur. In his duplex gratia: coloris et odoris. Austro
22 enim flores solvuntur, Zephyro fiunt. Germen dicimus surculum
23 praegnantem, a gerendo; unde et germinatio. Fructus nomen
accepit a frumine, id est eminente gutturis parte qua vescimur.
Inde et fruges. Fructus autem proprie dicuntur agrorum et
arborum, quibus utique utimur; in animalibus vero abusive et
24 translative vocari fructum. Poma dicta ab opimo, id est a
copia ubertatis. Matura dicuntur, quia apta sunt ad manden-

4 qu. quasi co. *K* coreum *D* teget *T*: tegit *D* 5 a *om.* *T*[1] 8 est *om.* *K* 9 quae] qui *T* 10 appellatum *K*[1]: -tur (r *ex corr.*) *D* a radice *T* 11 amp.] cappilatur *K* 12 au. a vi *hab.* *K*: *om.* *DT* 13 multa *K*: multum *DT* 14 un. et hac *K* placendos *D* 16 hac etiam *T* hanc reg. *K* ministri *D*[1] 18 Cimas *codd.* 23 fiant *D* 24 germinato *D* 25 p. quo vescimus *T*: partes quas vescimus *D* 27 abus. trans. *T* 28 vocare *D* 29 copiae ubertate *DT* ad manducandum . . . ad manducandum *D*

dum; sic et inmatura, quia priusquam matura fiant, dura sunt
ad mandendum. Ligna dicta quia incensa convertuntur in 25
lumen. Vnde et lychnium dicitur, quod lumen det. Astula 26
a tollendo nuncupata [quasi abstula]. Fomes est astula quae
ab arboribus excutitur recisione, aut astulae ambustae, aut ligna
cavata; a fungis nomen acceptum, quod ita capiat ignem. De
quo Vergilius (Aen. 1, 176):

Rapuitque in fomite flammam.

Torris lignum adustum, quem vulgus titionem appellant, ex- 27
tractum foco, semiustum et extinctum. Quisquiliae stipulae 28
inmixtae surculis ac foliis aridis: sunt autem purgamenta ter-
rarum. Caries putredo lignorum, dictum hoc nomen quod
eveniat lignis virtute carentibus.

De propriis nominibvs arborvm. Palma dicta quia VII
manus victricis ornatus est, vel quod oppansis est ramis in
modum palmae hominis. Est enim arbor insigne victoriae,
proceroque ac decoro virgulto, diuturnisque vestita frondibus,
et folia sua sine ulla successione conservans. Hanc Graeci
phoenicem dicunt, quod diu duret, ex nomine avis illius Arabiae
quae multis annis vivere perhibetur. Quae dum in multis locis
nascatur, non in omnibus fructus perficit maturitatem; fre-
quenter autem in Aegypto et Syria. Fructus autem eius dactyli
a digitorum similitudine nuncupati sunt, quorum etiam et nomina
variantur: nam alii appellantur palmulae, similes myrobalani;
alii Thebaici, qui et Nicolai; alii nucales, quos Graeci καρυωτάς
vocant. Laurus a verbo laudis dicta; hac enim cum laudibus 2
victorum capita coronabantur. Apud antiquos autem laudea
nominabatur; postea D littera sublata et subrogata R dicta est
laurus; ut in auriculis, quae initio audiculae dictae sunt,

2 in] ad *D ante corr.* 3 licinium *T*: licicinium *K*: lucinium *D* Astulta *K*[1] 4 qu. ab. *hab. T*: *om. DK* 5 ab *om. T*[1] 6 cavate *T*[1] fun.] fructibus *T* n. accepto *T*: nomine accepto *D* 9 quam *T* appellat *D* extracto *K* 10 et *om. T* stipuli inmissi *K* 13 lignis] in is *T* 17 vest.] vetusta *K* 23 qu. etiam nom. *D* 25 thebaice *D* mucales *codd.* grece *D* cariotas *K*: cariutos *T*: cariatos *D* 26 hac] hec (haec) *codd.* 28 nominabantur *D* 29 quae in in. *K*

et medidies, quae nunc meridies dicitur. Hanc arborem Graeci δάφνην vocant, quod numquam deponat viriditatem ; inde illa potius victores coronantur. Sola quoque haec arbor vulgo

3 fulminari minime creditur. Malum a Graecis dictum quod sit fructus eius pomorum omnium rotundissimus : unde et haec sunt vera mala quae vehementer rotunda sunt. Mala Matiana a loco vocata unde prius advecta sunt. Nam multae arbores nomina ex provinciis vel civitatibus, de quibus adlatae sunt, acceperunt. Vergilius (Ecl. 3, 64) amantibus quid ex malo

4 quaeri soleat ostendit. Mala Cydonia nomen sumpsit ab oppido qui est in insula Creta ; de qua Graeci dicere solent urbium Cretensium matrem Cydoniam ; ex cuius pomo cydonitum conficitur. Fit quoque ex ea et vinum quo languentium desideria falluntur : nam specie et gustu et odore cuiuslibet vini veteris

5 imaginem repraesentat. Malomellum a dulcedine appellata, quod fructus eius mellis saporem habeat, vel quod in melle servetur ; unde et quidam (Mart. 13, 24) :

Si tibi Cecropio saturata Cydonia melle
ponentur, dicas : Haec melimela placent.

6 Malum Punicum dici eo quod ex Punica regione sit genus eius translatum. Idem et malogranatum, eo quod intra corticis rotunditatem granorum contineat multitudinem. Arbor autem malusgranata est generis feminini ; pomum vero neutri est generis. Flores malorum a Graecis appellati sunt κύτινος ; Latini caducum vocant. Agrestium autem malorum flores Graeci βαλαύστιον appellaverunt ; quorum alii albi, alii purpurei, alii rosei reperiuntur similes floribus mali Punici. Negant medici mali Punici cibo corpora nostra nutriri, sed eo sic opi-

1 et medius quae *D* grece *D* 6 vehenter *D* madiana *D* 7 vocatum a l. *T*[1] : a l. vocatum *D* advectum est *DT* 8 vel a civ. *T* 9 amantibus *om.* *K* qui *DT* : quod *K* 11 grece *D* 13 quo] quando *K* 14 cuilibet *DK* 15 appellatum *T* 16 melli *T* 18 sit tibi *D* : siti *K* 19 ponantur *KT*[1] *ut vid.* mellimella *D* 20 eo] et *DK* 21 malog.] malumgranatum *K* intra] extra *D* 23 est genus fem. *D* est generis *om.* *K* 24 appellata *D* κυτ.] quitinus *K* : quitinas *DT* 26 grece *D* appellant *K* 28 eos *ut vid.* *T*[1]

nantur utendum ut medicare potius, non alere videatur. Malum 7
Persicum, cuius brevis admodum vita concessa est, trium gene-
rum fertur esse: duracenum, Armeniacum et Persicum. Dura-
cenum nuncupatur eo quod pomum eius in gustu acorem referat.
Armeniacum dicitur quod primum genus eius ab Armenia sit
advectum. Persicum vocatum, quod eam arborem primus in
Aegypto severit Perseus, a quo se oriundos Ptolomaei ferebant.
Haec in Persida fructum generat interfectorium, apud nos autem
iucundum ac suavem. Horum alium praecox, alium vocatur
aestivum. Medica arbor, cuius nomen etiam carminibus Man- 8
tuanis inclaruit, asportata primum a Medis; unde et vocabulum
sumpsit. Hanc Graeci κεδρόμηλον, Latini citriam vocant, quod
eius pomum ac folia cedri odorem referant. Malum eius inimi-
cum venenis; et hoc est quod idem poeta (Georg. 2, 134) intel-
legi voluit, cum tradat ex illo foveri animam. Haec arbor omni
pene tempore plena est pomis, quae in ea partim matura, partim
acerba, partim adhuc in flore sunt posita; quod in ceteris ar-
borum rarum est. Mella, quam Graeci loton appellant, quae 9
vulgo propter formam et colorem faba Syrica dicitur. Arbor est
enim magna, fructum ferens comestibilem, maiorem pipere, gustu
suavem, unde et mella vocata est. Coccymela, quam Latini ob 10
colorem prunum vocant, alii a multitudine enixi fructus nixam
appellant. Cuius generis Damascena melior, a Damasco oppido,
unde prius asportata est, dicta. Cuius solum pomum stomacho
mederi probatur; nam cetera noxia perhibentur. Haec sola
arbor gummi glutinosum et conpactivum distillat, quod et medici

1 non] quam *K* 2 cui *K* vitae (*ex* -ta?) *D* 3 esse] est *K*: esse diximus *D* duracenus armeniacus et persicus (*et ita in seqq.*) *DT* 4 nuncupatum *K* in g. aquorem *DT*: incestis amorem *KN* 6 primum *K* 7 persius *codd.* (*ex* persicus *D*) 8 interfectorum *T*[1]: -turium *D* autem *om.* *K* 9 quorum *K* vocatum *D* 12 grece dromellam *D* 13 folium *T* referat *D* 14 ven. hoc *T* 16 pl. sit po. *D* quia in ea *K* 17 in flores adhuc *D* quod] quae *D* ceteribus arboribus *K*: ceteris arboribus *D* 18 Mala *D* laton *D* appellant *DK*: vocant *T* quem vul. *D* 19 arb. en. *K* 20 biperem *T* gustum *D* 21 mela *D* Coquimella *codd.* 22 primum *D* 23 damescina *T* 24 stomachum *DK* 25 medere *D* haec so. ar. *om.* *K* 26 quo *K*

11 et scriptores utuntur. Oleomela nascitur in Palmyra, Syriae
civitate; ex eo ita appellata quod ex trunco oleum defluat in
12 crassitudine mellis, sapore suavi. † Pomelida † sorbo similis,
mediocris arbor et flore candidulo; dicta quod dulcedo sit
eius fructus et acuto sapore conmixta. Haec arbor aetate
13 durat exigua. Melopos arbor in Africa Punica lingua vocata,
ex qua profluit lentus sucus, qui a loco ammoniacus nominatur.
14 Mespila arbor spinosa, fructu similitudine malorum, sed paulo
breviori; unde et appellata, quod pilulae formulam habeant
15 eius poma. Pirus vocata videtur quod in ignis speciem defor-
mata est; nam hoc genus pomi ab amplo incipit et in angustum
finit, sicut ignis. Pirus autem arbor, fructus eius pira est.
Cuius multae species, ex quibus Crustumia sunt pira ex parte
rubentia, ab oppido Crustumio nominata. Poma piri iumentis
16 inposita, vel si pauca, vehementer onerosa esse dicuntur. Ce-
rasus a Ceraso urbe Ponti vocata. Nam Lucullus cum Cerasum
civitatem Ponti delesset, hoc genus pomi inde advexit et a civi-
tate cerasium appellavit. Arbor autem cerasus, pomum cera-
sium dicitur. Hoc etiam et ante Lucullum erat in Italia, sed
durum; unde et cornum appellatum est. Est autem arbor
apta hastilibus: unde Vergilius (Georg. 2, 448):

Bona bello cornus.

17 Ficus Latine a fecunditate vocatur; feracior est enim arboribus
ceteris. Nam terque quaterque per singulos annos generat
fructum, atque altero maturescente alter oboritur. Hinc et
caricae a copia nominatae. Ficus Aegyptia fecundior fertur,
cuius lignum in aquam missum ilico mergitur, et cum in limo
aliquandiu iacuerit, deinde in superficiem sustollitur versa vice

1 Oleomela *DK*: Olomella *T*: Elaeomeli *Arev.* palmaria *codd.* 3 crassitudinem *D* saporis *D* suave *K*[1] Pomedila *T*: Epimelis *Arev.* 4 arber *T* candido *K* dulcedo] dulcis *K* 6 exigua] exstinguat *D* Melofos (*ex* -flos *ut vid. T*) *codd.* 7 qui ea lo. *D* 8 Mespilia *T* fructus *DK* 13 grustumia (*ex* -miae) sunt *D* 14 po. pira *DT* iumenti *K* 17 delisset *D* 19 hec . . . erant . . . dura *K* an. loculum *D* 20 unde . . . app. est *om. T* 21 asitilibus *D* 24 per singulis annis *T* 25 altero aboritur *D* 26 copiae *D*: Caria *Goetz in Thes. Gloss.* 27 cu. lig. in aquam (*corr.* aqua) diu iac. *D*

naturae, quando madefactum debuit humoris pondere residere.
Antea athletae ficis alebantur, priusquam eos Pythagoras exerci-
tator ad carnis usum, qui fortior cibus est, transtulisset. A
senibus in cibo saepius sumptae ficus rugas eorum fertur dis-
tendere. Tauros quoque ferocissimos ad fici arborem conligatos
repente mansuescere dicunt. Caprificus appellata eo quod **18**
parietes quibus innascitur carpit; rumpit enim et prodit ex
latebris quibus concepta est. Alii caprificum putant dictum
quod ficus arbor eius remedio fecundetur. Morus a Graecis **19**
vocata, quam Latini rubum appellant, eo quod fructus vel
virgulta eius rubet. Est enim mora silvestris, fructus adferens,
quibus in deserto pastorum fames ac penuria confovetur. Huius
folia superiactata serpenti, fertur interemi [eum]. Sycomorus, **20**
sicut et morus, Graeca nomina sunt. Dictus autem sycomorus
eo quod sit folia similis moro. Hanc Latini celsam appellant
ab altitudine, quia non est brevis, ut morus. Nux appellata **21**
quod umbra vel stillicidium foliorum eius proximis arboribus
noceat. Hanc alio nomine Latini iuglandem vocant, quasi
Iovis glandem; fuit enim haec arbor consecrata Iovi. Cuius
pomum tantam vim habet ut missum inter suspectos herbarum
vel fungorum cibos, quidquid in eis virulentum est, excudat,
rapiat atque extinguat. Nuces autem generaliter dicuntur omnia **22**
poma tecta corio duriore; ut pineae nuces, Abellanae, glandes,
castaneae, amygdalae. Hinc et nuclei dicti, quod sint duro
corio tecti. At contra poma omnia mollia mala dicta, sed cum
adiectione terrarum in quibus antea nata sunt: ut Persica,
Punica, Matiana, Cydonia, et cetera. Amygdala Graecum **23**

1 desidere *K* 2 adleti *D*: acleti *7* fices *D*: figu *K* 3 canis *T* 7 invascitur *T* 9 arboribus rem. *K*: arboribus eius rem. *D* 10 robum *K*: rubrum *T* fractus *D* 11 rubent *K* enim] autem *K* silvestri *K* 12 penuria *ex* pecu- *K* 13 superiacta *K* eum *hab. T*: *om. DK* 14 mores *T* 15 sint fo. similes *D* 18 iugulandem *codd.* 19 haec] her *K* co. iovis *D*: consecratio iovis *T* 20 misso *T ante corr.*: missa *DK*: missas *T ex corr.* 21 quodquod *K* excudat *D*: excludet *T*: elidat *K*: exudet *dett.* 23 grandes *D* 24 dictae *D* 25 om. po. *T* 26 ante nota *T* 27 madiana *DK*

nomen, quae Latine nux longa vocatur. Hanc alii nuciclam vocant, quasi minorem nucem. De qua Vergilius (Georg. 1, 187):

Cum se nux plurima silvis
induet florem.

24 Cunctis enim arboribus prior se flore convestit, et ad inferenda poma arbusta sequentia praevenit. Abellanae ab Abellano Campaniae oppido, ubi abundant, cognominatae sunt. Haec a Graecis Ponticae appellantur, eo quod circa Ponticum mare
25 abundant. Castaneam Latini a Graeco appellant vocabulo. Hanc enim Graeci *καστανίαν* vocant, propter quod fructus eius gemini in modum testiculorum intra folliculum reconditi sunt, qui dum eiciuntur quasi castrantur. Haec arbor simul ut
26 excisa fuerit, tamquam silva expullulare consuevit. Ilex ab electo vocata; huius enim arboris fructum homines primum ad victum sibi elegerunt. Vnde et poeta:

Mortales primi ructabant gutture glandem.

Prius enim quam frumenti usus esset, antiqui homines glande
27 vixerunt. Suberies arbor, ex qua validissimus cortex natatorius extrahitur. Et ideo appellata suberies, eo quod fructus eius sues edunt. Porcorum enim sunt alimenta, non hominum; et
28 dicta suberies, quasi subedies. Fagus et esculus arbores glandiferae ideo vocatae creduntur, quod earum fructibus olim homines vixerunt cibumque sumpserunt escamque habuerunt. Nam esculus ab esca dicta; fagus vero a Graeco vocabulum traxit:
29 *φαγεῖν* autem Graece comedere dicitur. Xyliglycon, quam Latini corrupte siliquam vocant, ideo a Graecis tale nomen accepit, eo quod ligni eius fructus sit dulcis. *Ξύλον* quippe dicunt lignum, *γλυκὺ* dulce. Huius arboris pomo sucus expressus
30 acacia a Graecis dicitur. Pistacia, quod cortex pomi eius nardi

1 no. est quae *D* lux *T* nucillam *D* 4 induit *DK* 6 arbustas *T* pervenit *D* ab ablano *T*[1] 10 en. grece *D* castaneam *codd.*: *κάστανον edd.* 14 primum] pomum *D* si. ad vic. *K* 17 frumentis *K* 18 Suberias *T* va. co. natadurius *D*: valedissima co. natatoria *K* 22 harum *K* ho. ol. *T* 23 sumpserint *D* esc. habuerint *D*: *om. T* 24 escalus *D* vocabulo (-bolo) *codd.* 25 *φαγ.*] fage *codd.* Siliolicon *D*: Xsillicon *K*: Sililicon *T* 26 latinae *D* seliquam *KT* 29 agacia *D*

pistici odorem referat. Pinus arbor picea ab acumine foliorum 31
vocata; pinnum enim antiqui acutum nominabant. Pinum
autem aliam πίτυν, aliam Graeci πεύκην vocant, quam nos piceam
dicimus, eo quod desudet picem. Nam et specie differunt.
In Germaniae autem insulis huius arboris lacrima electrum
gignit. Gutta enim defluens rigore vel tepore in soliditatem
durescit et gemmam facit, de qualitate sua et nomen accipiens,
id est sucinum, eo quod sucus sit arboris. Pinus creditur pro-
desse cunctis quae sub ea seruntur, sicut ficus nocere omnibus.
Abies dicta quod prae ceteris arboribus longe eat et in excelsum 32
promineat. Cuius natura expers est terreni humoris, ac proinde
habilis atque levis habetur. De qua Vergilius (Georg. 2, 68):

Et casus visura marinos;

quia ex ea naves fiunt. Hanc quidam Gallicum vocant propter
candorem. Est autem sine nodo. Cedrus, quam Graeci κέδρος 33
vocant, quasi καιομένης δρυὸς ὑγρόν, id est arboris humor ardentis,
cuius folia ad cypressi similitudinem respondent. Lignum vero
iucundi odoris est et diu durans, nec a tinea umquam extermi-
natur. De qua Persius (1, 42):

Et cedro digna locutus;

scilicet propter durabilem perpetuitatem: unde et in templis
propter diuturnitatem ex hoc ligno lacunaria fiunt. Huius
ligni resina cedria dicitur, quae in conservandis libris adeo est
utilis ut perliniti ex ea nec tineas patiantur nec tempore con-
senescant. Nascitur in Creta, Africa atque Syria. Cyparissus 34
Graece dicitur quod caput eius a rotunditate in acumen erigitur.
Vnde et κῶνος vocatur, id est alta rotunditas. Hinc et fructus
eius conus, quia rotunditas eius talis est ut conum imitetur:

1 picea *del. Schwarz* 2 pinum *DK*: penum *T* (*cf.* XI. I. 46; XIX. XIX. 11): pennum *alii* 3 πίτυν] pitin *codd.* grece *D* 4 deferunt *D* 5 Germ.] germina *T* 6 tepore *dett.*: lepore *K*: tempore *DT* 9 seruntur] servantur *DK* ficus] nux *edd.*: *fort.* fagus 10 quod] quia *K* 11 expres *T* perinde avilis *D* 16 ὑγρόν] ioron *DK*: orin *T* 18 iuc. od.] iucundioris *T*: iucundiorem *K* 20 loquutus est *D* 21 in tempus *D* 22 laguria *D* 23 rasina cedri *D* 24 perliti *T* consenescunt *D* 25 Cipressus *D* 26 a] in *D* 27 cono voc. *D*: conon voc. *K*: convocatur *T*: *vel* conus voc. *vel* conum voc.: κωνοειδής voc. *Arev.* arta *K* 28 rot. tal. *D*

unde et (Virg. Aen. 3, 680) 'coniferae cyparissi' dicuntur. Huius
lignum cedro pene proximam habet virtutem; templorum quo-
que trabibus aptum, inpenetrabili soliditate numquam oneri
cedit, sed ea qua in principio fuerit firmitate perseverat. Anti-
qui cypressi ramos prope rogum constituere solebant, ut odorem
cadaverum, dum urerentur, opprimerent iucunditate odoris sui.
35 Iuniperus Graece dicta sive quod ab amplo in angustum finit,
ut ignis, sive quod conceptum diu teneat ignem; adeo ut si
prunae ex eius cinere fuerint opertae, usque ad annum per-
veniant; πῦρ enim apud Graecos ignis dicitur. Iuniperus
36 autem alia parva, alia magna est. Ebenus in India et Aethiopia
nascitur, qui caesus durescit in lapidem. Cuius lignum nigrum
est et cortex levis, ut lauri; sed Indicum maculosum est in
parvulis distinctionibus albis ac fulvis: Aethiopicum vero, quod
praestantius accipitur, in nullo est maculatum, sed est nigrum,
lene et corneum. Est autem Mareotica palus in India, unde
ebenus venit. Lucanus (10, 117):

Ebenus Mareotica,

inquit. Ebenus autem crepundiis inligatur ut infantem visu
37 nigra non terreant. Platanus a latitudine foliarum dicta, vel
quod ipsa arbor patula sit et ampla; nam πλατύς Graeci latum
vocant. Expressit huius arboris Scriptura et nomen et formam
dicens (Eccles. 24, 19): 'Quasi platanus dilatatus sum in pla-
teis.' Est autem tenerissimis foliis ac mollibus et vitium similis.
38 Quercus, sive quernus, quod ea soliti erant dii gentium quae-
rentibus responsa praecanere, arbor multum annosa; sicut

1 co. cipraessi *D*: co. cyparissic *T*: conifera cyprassi (*ex* cypa-) *K* cuius *K* 2 proximum *T* 3 altum *K* inpenetrabilis *T*: -le *D* nu. enim on. *K* onere *D* 4 ea que (quae) *TD* firmate *K* perseveret T^1: perdurat *K* 6 urer.] oritur *K* 10 πῦρ] piro *codd.* 12 qui] quae *D* 13 levis] eius *K* sed inde conmaculosum *D* est et in pa. districtionibus *T* 14 qu. est pr. acc. *T* 16 et corneum *om.* *K* autem] aut *K* palus] plus *D* 19 visui *K* 20 terreat *D* Pl. altitudine *D* 21 quod] quia *K* πλατὺς] platus *codd.* (*cf.* XV. II. 23): πλάτος *edd.* grece *D* 22 scriptula *D* 23 dilata *T*: dilatata *D* 24 similibus *dett.* 25 si. querinus *D* erant *om.* *K* 26 praevenire *K* multa *T* annos *D*

legitur de quercu Mambre, sub qua habitavit Abraham, quae
fertur usque ad Constantis regis imperium per multa saecula
perdurasse. Huius fructus galla appellatur. Ex quibus una
agrestis ὀμφακίτης dicta, parva forma, sed firmo corpore atque
nodoso, quae medicaminibus et incaustis adhibetur; altera
βάλανος, lenis ac levis et nimium perforata, lucernarum tantum
usibus necessaria. Fraxinus vocari fertur quod magis in aspera 39
loca montanaque fraga nascatur. Hinc per derivationem fraxinus,
sicut a monte montanus. De quo Ovidius (Metam. 10, 93):

Et fraxinus utilis hastis.

Taxus venenata arbor, unde et toxica venena exprimuntur. Ex 40
hac arcus Parthi et aliae gentes faciunt: unde et poeta (Virg.
Georg. 2, 448):

Ityraeos taxi torquentur in arcus.

Ityraeos autem dicit Parthicos. Acer coloribus inpar. Robur 41
autem generaliter dicitur ex omni materia quidquid est firmissi-
mum. Alnus vocatur quod alatur amne; proxime enim aquae 42
nascitur, nec facile extra undas vivit. Hinc [et] tenera et
mollis, quia in humecto loco nutritur. Vlmus nomen accepit 43
quod uliginosis locis et humidis melius proficit; nam in montanis
et asperis minus laeta est. Larex, cui hoc nomen a castello 44
Laricino inditum est, ex qua tabulae tegulis adfixae flammam
repellunt, neque ex se carbonem ambustae efficiunt. Populus 45
dicta quod ex eius calce multitudo nascatur. Cuius genus
duplex est: nam altera est alba, altera nigra. Alba autem
populus dicta quia folia eius una parte sunt alba, altera viridia.
Haec ergo bicolor, habens quasi noctis et diei notas, quae
tempora ortu solis occasuque constant. Generat etiam resinam
circa Eridanum fluvium vel, ut alii memorant, in finibus Syriae.

1 sub quo *DT* 2 ad *om. T* constantini *D* 5 alt. balanis ac lebis et nim. *T*: alt. balanis levis ac lenis et nim. *D* 8 hinc *ex* hin *T* fraxianus sicut *D* 10 et *om. K* 14 istireos *K*: stireos *T*: sterius *D* 15 istireos *K*: stireos *T*: sterius *D* dici *T* particus *D* 16 di. gen. *D* quodquod *K* 17 vocatus *DT* proxima *D* 18 nasci *D* nec *ex* ne *T* hinc ten. *DK* 19 humectum *D* locum *DT*: lo *K* 23 abustae *D* 27 bic.] color *T* 28 tempore *D* generat (*ex* -ra) autem re. *D* 29 circa *ex* circi *T* aedrianum *D*

46 Tilium dicunt vocatum eo quod utilis sit ad usum telorum
nitore et levitate iaculandi : est enim genus materiae levissimae.
47 Salix dicta quod celeriter saliat, hoc est velociter crescat, arbor
lenta, vitibus habilis vinciendis. Cuius seminis hanc dicunt
esse naturam ut si quis illud in poculo hauserit, liberis careat ;
sed et feminas infecundas efficit. Populus autem et salix et
48 tilium mollis materiae sunt et ad sculpturam aptae. Vimen
vocari eo quod vim habeat multam viroris. Natura enim eius
talis est ut etiam arefacta abluatur, virescat, deinde excisa atque
49 in humo fixa, radicibus sese ipsa demergat. Myrice, quam
Latini tamaricum vocant, ex amaritudine nominata ; gustus enim
eius nimis amarus est. Haec arbor in solitudine et saxosa humo
nascitur : ex qua etiam arbore maleficis artibus *μίσηθρα*, id est
50 odia, concitari dicuntur. Myrtus a mare dicta, eo quod magis
litorea arbor sit. Vnde et Vergilius (Georg. 2, 112) :

Litora myrtetis laetissima,

et (Georg. 4, 124) :

Amantes litora myrtae.

Hinc est quod et a Graecis *μυρίνη* dicitur. Medicorum autem
libri hanc arborem aptam scribunt mulierum necessitatibus
51 plurimis. Lentiscus, quod cuspis ipsius lentus sit et mollis :
nam lentum dicimus quidquid flexibile est ; unde et lentum
vimen et vites. Vergilius (cf. Georg. 4, 558 ; Ecl. 3, 38) :

Et lentae vites,

pro flexibiles. Huius fructus oleum desudat, cortex resinam,
quae mastix appellatur ; cuius plurima et melior in Chio insula
52 gignitur. Terebinthus arbor, Graecum nomen, generans resi-

1 Tileum di. vo. *K* : Tialium dictum *T* 2 et *om. K* genus *om. K* 5 si qui illo *T* auxerit *T* 6 pupulus (*ex* pulus) *D* 7 sculturam *D* 9 abl. et vir. *K* : abl. et arescat *D* 10 in unum ofixa *D* 11 tamaricum *T* : tramaricium *K* : tramaritiam *D* 12 saxo humo *DT* : saxoso imo *K* 13 *μισ.*] mistra *codd.* id es *T* 14 concitare *D* 15 litore arb. *T* : litoribus arb. *D* un. virg. *D* 16 litore mirtetis (-tus ?) *T* 19 quod a *K* 20 scribent mulierem *D* 21 cespis *K* illius *D* 22 quodquod *K* flexibilis *D* 26 quem ma. *T* : quem astix (*ex* ax-) *D* plur. mel. *T* : prima et mel. *D* in Chio] initio *D* 27 generat *K*

nam omnium resinarum praestantiorem. Buxus Graecum nomen 53
est, ex parte a Latinis corruptum; πύξος enim appellatur apud
eos. Arbor semper virens et levitate materiae elementorum
apicibus apta. Vnde et Scriptura (Isai. 30, 8): 'Scribe buxo.'
Rhododendron, quod corrupte vulgo lorandrum vocatur, quod 54
sit foliis lauri similibus, flore ut rosa; arbor venenata. Inter-
ficit enim animalia, et medetur serpentum vexationes. Herbitum 55
vocaverunt pastores eo quod vice herbae praebeatur pecoribus,
ubi pascua desunt. Turbiscus, quod de uno cespite eius multae 56
virgultae surgunt, quasi turba. Stipa vocata propter quod ex
ea stipentur tecta. Hinc et stipula per diminutionem. Arundo 57
dicta quod cito arescat. Hanc veteres cannam vocaverunt; arun-
dinem postea Varro dixit. Sciendum sane quod Latinum canna
de lingua Hebraea sumpsit; apud eos enim calamus 'canna'
dicitur. Cicuta autem est quod est inter cannarum nodos;
dicta quod lateat. In Indicis stagnis nasci arundines calamique 58
dicuntur, ex quorum radicibus expressum suavissimum sucum
bibunt; unde et Varro ait (20):

Indica non magna in arbore crescit arundo;
illius et lentis premitur radicibus humor,
dulcia cui nequeant suco contendere mella.

Sabucus mollis et pervia arbor. Rhamnus genus est rubi, quam 59
vulgo senticem ursinam appellant, asperum nimis et spinosum.
Sentix dicta a situ, quod est terra inculta in qua sentices spinae- 60
que nascuntur. Maiores autem nostri omnem arborem spinosam

§ 53 *post* § 54 *in K* 2 pa. alitinis *T* ap. eos app. *K* 3 lēv.] lenitate *T*: lenitatem *D* 4 scribit buxum *K*: serebo buxo *D* 5 Rodandarum *codd.* (*etiam F*) 6 sit *om. T*[1] lauris *T*[1] similis *K* § 55 *ante* § 52 *in T*: *post* turba (§ 56) *in C* 7 Erbutum *K*: Erbitum *DT* (*non C*) 10 Stepu *DE*: Stepa *F*: Stippa *T* (*non U*) voc. prop. *om. KP* (*non CEFU*) 11 stupola *K*: stuppla *P*: spula *F* (*non CEU*) per dim. *om. KP* (*non CEFU*) Ar. dic. *ante* Stipa (§ 56) *KP* (*non CEFU*) 12 hanc *ex* hunc *D* 14 canne di. *T* 15 nodos] notis *D* 16 dic. autem quod *K* 17 sucus bibent *K* 19 nom *K* (*non MNP*) magna *KMP*: magnam *N*: magnum *CDEFTU*: magno *Mon.* 20 et] e *Arev.* racidicibus *K* (*non MNP*) 21 dulcea *KP*: dulciam *N* (*non M*) neque aut *C ante corr.* contendere *scripsi*: condere *DEFKMNP Mon.*[1]: concedere *CTU* 22 Sagucus *D* mo. per. *T* 23 asperam ni. et spinosam *D*

61 veprem dicebant, quod vi prendat. Oleaster dictus quod sit
foliis olivae similibus sed latioribus, arbor inculta atque silvestris,
amara atque infructuosa; cui insertus olivae ramus vim mutat
radicis et vertit eam in propriam qualitatem. Lacrima oleastri
arboris duplex. Alia enim gummi simulat sine ullo qualitatis
morsu, alia ammoniaci guttam ex destillatione collectam ac
62 remordentem. Oliva Graece ἔλαιον dicitur, ex quo in Latinum
tractum est ut oliva dicatur. Olea autem ipsa arbor est; fructus
oliva; sucus oleum. Est autem arbor pacis insignis, cuius
63 fructus diversis nominibus appellatur. Orchades olivae Graeca
etymologia a similitudine testiculorum vocatae, quos Graeci
64 ὄρχεις vocant. Radiolae pro eo quod oblongae sunt in modum
radiorum. Paphiae a Papho insula dictae, unde prius adlatae
65 sunt. Lyciniae, eo quod optimum dent lumen; nam λυχνίς
lumen est. Vnde et lignum nomen accepit, quia aptum est
66 flammis et luminibus. Pausia, quam corrupte rustici pusiam
vocant, viridi oleo et suavi apta. Et dicta pausia quod paviatur,
67 id est tundatur; unde et pavimentum. Syria dicta pro eo quod
de Syria est adlata, sive quia nigra est. Crustumia idem et
volemis dicta, eo quod volam conpleat magnitudine, hoc est
mediam manum; unde et involare dicimus. Quidam autem
volemum Gallica lingua bonum et magnum intellegunt. Colym-
68 bades appellatae . . . Oleum autem ab olea nominatum: nam,
ut diximus (62), olea est arbor, unde derivatio fit oleum. Sed
quod ex albis fuerit olivis expressum vocatur Hispanum, a Graecis
ὀμφάκιον appellatum; quod autem ex fulvis et nondum maturis
fuerit expressum, viride appellatur; quod vero ex nimium

1 prendant *K* : perdat *T* : praerendat *D* 2 olive *corr.* olives *ut vid.* *D* 3 cui] cuius *DT* matat *D ante corr.* 5 alii *D* gumen *DT* 6 aliam amm. *T* gutt. stillationem *K* 7 ἐλ.] eleon *DT* : elon *K* in *om.* *K* 9 Est . . . insig. *om.* *T* ingnis D^1 10 oliva *T* 11 quod *K* 12 longe *K* 13 Paviae (-ie) a pavo *codd.* (Pavae *D*) insule *T* 14 Lighiniae *K* : Licineae *T* : Laciniae *D* *vel* *λύχνος vel λυχνίον*] lighnis *K* : lignis *DT* 15 qui ap. *D* 16 luminis *D* pusiam] pysiam *K* : pausiam *T* 17 paveatur *DK* 18 et *om.* *K* 20 volimis (*ex* -mus) *K* : volomis *D* magnitudinem *D* 21 autem *om.* *K* 22 volimum *K* Colimbine *T* : Colimpades *D* 23 au. et ab *T* 26 pulvis *D* no. maturis *DK* : no. mitibus *T*

maturis, commune dicitur. Ex his ad usum vitae primum est
Hispanum, secundum viride, tertium commune. Amurca olei 69
pars aquosa ab emergendo dicta, id est, quod ab oleo se mergat
et faex sit eius. Hanc Graeci ἀμόργην vocant ex Latina lingua
trahentes vocabulum. Gummi Graecum nomen est; hoc enim 70
illi κόμμι dicunt. Resinam Graeci ῥητίνην vocant; ῥεῖν enim 71
Graece dicitur quidquid manat. Est enim lacrima sudore ex-
halata lignorum, ut cerasi, lentisci, balsami, vel reliquarum
arborum sive virgultarum quae sudare produntur; sicut et
odorata orientis ligna, sicut gutta balsami ac ferularum vel
sucinorum, cuius lacrima durescit in gemmam. Prima est resina
terebinthina, omnium praestantior: adfertur autem ex Arabia
Petraea atque Iudaea et Syria, Cypro et Africa, ex insulis quo-
que Cycladibus. Secunda est lentiscina, quae mastix vocatur;
haec ex Chio insula deportatur. Tertia pinalis, quarum alia
πιτυΐνη, alia πευκίνη, alia liquida, alia arida: et adferuntur ex
Tyrrhena Colophonia. Vnde etiam nomen Colophonia resina
sumpsit. Pix Graecum nomen est, quam illi πίσσαν vocant. 72
Alii volunt ex pino picem vocari. Haec a Graecis appellatur
κλωνία: nos ramalem dicere possumus. Cuius probabilis splen-
dens, lenis et munda. Creandarum arborum naturaliter tria 73
sunt genera: aut enim sua sponte nascuntur; aut ex seminibus
fortuitu iacentibus surgunt; aut ex radicibus pullulant. Nam
cetera usus invenit favente natura. Omnia poma Latine femi- 74
nini fere sunt generis, exceptis paucis, ut hic oleaster, hoc siler,
ut Vergilius (Georg. 2, 12):

2 pars olei pars *D* 3 qu. ol. *K* se emergat *dett.* 4 ἀμ.] amorcen *T*: amurcian *K*: amurcen *D* 5 Gummem *K*: Gummen *T*: Gumen *D* 6 κο.] gummi *K*: gomi *DT* ῥητ.] retinam *codd.* ῥεῖν] rei *DT*: res *K* 7 quodquod *K* ex. a lig. *T* 8 cerasis *codd.* reliquorum *T* 9 virgultorum *K* 12 terebentina *K*: terebina *T* arabie (-iae) patria *codd.* 15 Chio] cisio *D* 16 πιτ.] pitines *T*: abitina *K*: pitinis *D* πευ.] peucine *T*: piccina *K*: piucinae *D* afferentur *K* 17 terena *D* 18 rumsit *ut vid.* *D* illa *D* 19 aliud vo. *T* appellantur *T* 20 clonia *DK* (*cum Gloss.* 5, 180, 11): colonia *T* cl. n. ramale *K*: clonianus Ramalem *D* 22 sua *om.* *K* 24 usus] huius *D* poma] arborum nomina *Serv. ad Aen.* 12, 766 femini fe. s. *D*: feminine sunt *T* (*non U*): fere sunt *K* 26 Verg. ut *codd.*

Molle siler.

Item hoc buxum, licet et haec buxus dicatur. Nam superfluam quidam volunt facere discretionem, ut haec buxus de arbore dicamus, buxum vero de ligno conposito.

VIII De aromaticis arboribus. Aromata sunt quaequae fra-
grantis odoris India vel Arabia mittit, sive aliae regiones.
Nomen autem aromata traxisse videntur, sive quod aris inpo-
sita divinis invocationibus apta videantur, seu quod sese aeri
inserere ac misceri probantur. Nam quid est odor nisi aer con-
2 tactus? Tus arbor Arabiae inmensa atque ramosa lenissimi
corticis, ramis ad aceris qualitatem, amygdalae modo sucum
aromaticum fundens album et masticatione veluti in pulverem
resolutum, et cum frangitur, intus pingue et igni adpositum
facile ardescens. Et appellatur apud nos masculum, eo quod
sit natura rotundum in modum testiculorum. Reliquum pla-
num et pene scabrosum, minus optimum. Adulteratur autem
admixta resina sive gummi, sed dinoscitur sua proprietate. Nam
tus igni inpositum ardescit, resina fumescit, gummi vero li-
3 quescit calefactum. Tus autem a tundendo dictum. Hoc et
libanum vocatum a monte Arabiae, ubi Sabaei sunt. Nam
4 mons eorum Libanos dicitur, ubi tura colliguntur. Myrra
arbor Arabiae altitudinis quinque cubitorum, similis spinae
quam ἄκανθον dicunt: cuius gutta viridis atque amara; unde
et nomen accepit myrra. Gutta eius sponte manans pretio-
sior est, elicita corticis vulnere vilior iudicatur. Sarmentis eius
Arabes ignes fovent, quorum fumo satis noxio, nisi ad odorem
storacis occurrant, plerumque insanabiles morbos contrahunt.

3 districtionem *K* 4 conpositum *D* 5 flagrantis od. *D*: fraglantis od. *T*: flagrantes odores *K* 7 inpos. a div. *K* 8 aeris *D* 9 miscere probatur *D* contractus T^2 11 modum *KT* 12 alium *DK* masticationem *DK* velut *T* pulvere *DT* 13 resoluto *K* ut *K* cum fr.] confrangitur *codd.* ig. depositum *D* 14 masculus *DT* 16 scrabrosum *DT*: sabrosum *K* 17 admixtum *D* 18 fumicet *D* gummem *K*: gumen *DT* 19 tondendo *K*: tundo *D* 20 vocatur *K* 21 libanoscitur *D ante corr.* dura *D* 22 alt. ad qu. *D* 23 inde et no. *K*: unde no. *D* 24 eius] cuius *D* 25 elicito et co. *K* sarmenta *DT* 26 igne *K*: ignibus *DT* ni. ad orem st. D^1

Myrrha autem Trogodyte ab insula Arabiae dicta, ubi melior
colligitur et purior. Storax arbor Arabiae, similis mali Cydonii, 5
cuius virgulae inter Caniculae ortum cavernatim lacrimam
fluunt. Distillatio eius in terram cadens munda non est, sed
cum propriae corticis sc[r]obe servatur. Illa autem, quae virgis
et calamis inhaeserit, munda est et albida, dehinc fulva fit solis
causa. Et ipsa storax calamites, pinguis, resinosa, odoris iu-
cundi, humecta et veluti mellosum liquorem emittens. Storax
autem dicta quod sit gutta arboris profluens et congelata. Nam
Graeci stiriam guttam dicunt, Graece autem *στύραξ*, Latine
storax dicitur. Bdellium Indiae et Arabiae arbor, cuius lacri- 6
ma melior Arabica. Est enim lucida, subalbida, levis, pinguis,
aequaliter cerea, et quae facile molliatur, neque ligno vel terrae
commixta, amara, odoris boni. Nam ex India sordida est et
nigra et maiore gleba. Adulteratur autem admixto gummi, qui
non ita amarificat gustum. Mastix arboris lentisci gutta est. 7
Haec granomastix dicta, quia in modum granorum est. Melior
autem in Chio insula gignitur, odoris boni, candoris cerae
Punicae. Vnde et splendorem cutis pulchrificat. Adulteratur
interdum resina vel ture. Piperis arbor nascitur in India, in 8
latere montis Caucasi, quod soli obversum est, folia iuniperi
similitudine. Cuius silvas serpentes custodiunt, sed incolae
regionis illius, quum maturae fuerint, incendunt, et serpentes
igni fugantur; et inde ex flamma nigrum piper efficitur. Nam
natura piperis alba est, cuius quidem diversus est fructus. Nam

1 myr. . . . purior *om. KNP* trogodite (-tae) *DCF*: tragodite *T* 2 stirax *D* mala *T*: malo *D* 3 intra concule *T* lacrimae *K*[1] 4 fluit *T*: fluant *D*[1]: fluent *D*[2] 5 proprie *T*: propria *K*: proprii *D* scruve *D*: *corr. Schwarz* 6 calamis] ramis *K* est (? set) *eras. T* olbida *D* 7 istorax *D* calamitis *K* 8 mell. humorem (*delet.*) ligorem *K* 9 nam *om. K* 10 grece *D* istiriam *K*: stran (-am ?) *T* (*cf.* XIII. xx. 5) greci *D* lat. storace *T*: latini storicae *D* 11 Bidella *codd. et Isid.* 12 lenis *D* 13 moliatur *D* 15 qui] quae *K* (*D vix leg.*) 16 gustu *DT*: gusto *K* le.] lintis *K* 17 granum mastix *K* 19 pumice *T* unde *om. K* splendore *K* guttis *DK* 20 resinae *D* vel] ut *K* Piper *D* 21 caticasi *D* quo so. obversus *T* iun. similitudinem *T*: ad iun. similitudinem *Solin.* 52, 51 22 silva *T* incultas (as *ex corr.*) regiones *T* 24 igni *ex* ignis *D* et exinde *K* 25 diversis *T*

quod inmaturum est, piper longum vocatur; quod incorruptum
ab igni, piper album; quod vero cute rugosa et horrida fuerit,
ex calore ignis trahit et colorem et nomen. Piper si leve est,
vetustum est; si grave, novellum. Vitanda est autem merca-
torum fraus; solent enim vetustissimo piperi humecto argenti
9 spumam aut plumbum aspargere ut ponderosum fiat. Aloa in
India atque Arabia gignitur, arbor odoris suavissimi ac summi.
Denique lignum ipsius vice thymiamatum altaribus adoletur;
10 unde et nomen traxisse creditur. Cinnamomum dictum quod
cortex eius in modum cannae sit rotundus et gracilis. Gignitur
autem in Indiae et Aethiopiae regionibus, frutice brevi, duorum
tantum cubitorum, colore subnigro vel cinereo, tenuissimarum
virgarum. Nam quod in crassitudinem extenditur, despectui
est; quod vero gracilius provenerit, eximium. Quod cum
frangitur, visibile spiramentum emittit ad imaginem nebulae
11 seu pulveris. Amomum vocatum quod veluti odorem cinna-
momi referat. Nascitur in Syria et Armenia, frutex botruosum
semen reddens sibi conexum, flore albo veluti violae, foliis si-
12 milibus brioniae, odore etiam bono; somnos suavificat. Casia
nascitur in Arabia, virga robusti corticis, et purpureis foliis ut
piperis. Est autem virtutis cinnamomi similis, sed potentia
inferior; unde [et] pro cinnamomi vice duplex eius pondus in
13 medicamentis admiscitur. Calamus aromaticus a similitudine
calami usualis vocatus. Gignitur in India multis nodis genicu-
latus, fulvus, fragrans spiritus suavitate. Qui cum frangitur, in
multas fit partes scissilis, simulans gustu casiam cum levi acri-
14 monia remordenti. Balsami arbor in Iudaea intra terminos

2 ab igni] ab imi D^2 : ab D^1 rug. torrida *D* 3 trahit col. *K* levis *K* 4 vetustus K^1 gravis *K* 5 piper *D* 6 spargere *T* 7 odor *D* 8 timiatum D^1 9 Cinnamum (Cina-) *codd.* 10 canna *K* 11 autem *om. D* 12 cireneo *D* 14 pervenerit *D* cum fr.] confrangitur *codd.* 15 expiramentum *K* 16 cinnami *KD* (*ex* cina-) 17 et] in *D* butrosum *K* 18 foliae *K* 19 suavivificat *T* 20 purpuerei *K*: porporeae *D* 21 cinnami *K* 22 un. pro *DT* cinnami *K* 23 medicamentum *T*: -tis *ex* -tibus *K* admiscetur *DK* 24 vocatur KD^2 (-tu *ut vid.* D^1) 25 spiritu suavitatis *D* 26 partis scissimilis sim. *D* 27 remortenti *D* Balsamum *D*

tantum viginti iugerum erat. Posteaquam eandem regionem Romani potiti sunt, etiam latissimis collibus propagata est, stirpe similis vitis, foliis similis rutae, sed albidioribus semperque manentibus. Arbor autem balsamum, lignum eius xylobalsamum dicitur, fructus sive semen carpobalsamum, sucus opobalsamum. Quod ideo cum adiectione significatur, eo quod percussus ferreis ungulis cortex ligni per cavernas eximii odoris guttam distillat; caverna enim Graeco sermone ὀπὴ dicitur. Cuius guttam adulterant admixto Cyprino oleo vel melle. Sed sincerus probatur a melle si cum lacte coagulaverit, ab oleo, si instillatus aquae aut admixtus facile fuerit resolutus, praeterea et si laneae vestes ex ipso pollutae non maculantur. Adulteratus quidem neque cum lacte coagulat et ut oleum in aqua supernatat et vestem maculat. Balsama autem si pura fuerint, tantam vim habent ut, si sol excanduerit, sustineri in manu non possint.

De herbis aromaticis sive communibus. Extant et IX
quarundam herbarum nomina, quae ex aliqua sui causa resonant, habentes nominum explanationem. Non tamen omnium herbarum etymologiam invenies. Nam pro locis mutantur etiam nomina. Folium dictum quod sine ulla radice innatans 2
in Indiae litoribus colligatur. Quod lino perforatum siccant Indi atque reponunt. Fertur autem Paradisi esse herba gustu nardum referens. Nardus herba est spicosa, unde et a Graecis 3
ναρδόσταχυς appellata; quarum alia Indica, alia Syriaca vocatur; non quod in Syria nascatur, sed quod mons, in quo invenitur,

1 eadem *D* 3 stirpis si. *K*: stirpes milis *D* 4 madentibus *K* au. in bals. *D* 6 adiectionem *D* significantur *K* eo quod] de quo *T* 7 un. fer. *T*: fer. vinculis *K* 8 gutta *codd.* autem *corr.* enim *D* 9 gutte adul. *T* 10 sincero *K* 11 instillatur (*ex* -tus?) *T*: -tum *K* admixtum *K* resolutum *K* praet. si *K* 12 lanea vestis *K* nom *D* adulteratur *T*: -tum *K* 13 lac *D* 14 supernatet *D* 15 tantam (am *in ras.*) *D* incanduerit *K* sustinere *D* 17 Extanti per accide et quar. *D ut vid.* 21 etiam nominibus *DT* 22 linum *T*: ligno *D* 23 i. aque *K*: inde ad quo *D* Par. esse *om.* *K* 24 spinosa un. *K*: spicum eundem (*corr.* ea-) *D* 25 ναρδ.] nardostacos *K*: nardistacos *T*: nardusta quos *D* 26 sed quia *K*

alio latere Indiam spectat, alio Syriam. Est autem Indicum multiforme, sed melius Syriacum, leve, fulvum, comosum, spica parvum, odorissimum, cyperum similans. Quod si multum in ore tardaverit, linguam siccat. Nardum Celticum a regione Galliae nomen traxit; nascitur enim saepius in Liguriae Alpibus et in Syria, frutice parvo, radicibus in manipulo collectis ligamentis. Flos eius tantum propter odorem bonus: thyrsi
4 eius atque radiculae utiles probantur usibus nostris. Costum radix herbae est nascentis in India, Arabia et Syria: sed melius Arabicum. Est enim album et leve, suave, iucundi odoris, Indicum colore atro et leve, ut ferula, Syriacum vero pondere grave, colore buxeo, odore acri, summum tamen album, leve,
5 aridum, gustu incendens. Crocum dictum ab oppido Ciliciae qui vocatur Corycium, quamquam et alibi nascatur, sed non tantum vel tale quale in Cilicia: unde et a potiori parte nomen accepit. Nam multae res nomina sumpserunt a locis, ubi plus provenit et melius aliquid. Optimum autem est quod fuerit recens, odoris boni, albedine parva, porrectae longitudinis, integrum et neque in fragmenta comminutum, inspiratione bona, et cum carpitur manus inficiens et leviter acre. Quod si eiusmodi non fuerit, aut vetustum aut infusum agnoscitur. Adulteratur autem admixto crocomagmate: augendi quoque ponderis causa spuma argenti contrita adicitur. Ea proditur si pulverulentum reperitur atque decoctum ab odore proprio fuerit lapsum.
6 Crocomagma expressis aromatibus crocini unguenti atque informato sedimine in panusculos fit; et ideo sic appellatum.
7 Asarum nascitur in umbrosis montibus, floribus casiae similibus; inter quae flos iuxta radicem purpureus, in quo semen

1 expectat *DT* 3 cypirum *K*: ciperum *DT* 5 galileae *K* 6 sirie *T* (*i. e.* Syriae) fructuce *D* 7 bonum *codd.* tursi *DK*: tirsi *T* 9 herba *D* 10 iuc. od.] iucundior *K* 11 ferule *T*: ferulam *D* pondero *K* 12 acro *TD ex corr.* (*et Isid.*): agro *KD ante corr.* sumum *D* 16 multi *D* 17 proveniunt *K* 20 eiusm. fu. *K* 21 agn.] albiscitur *K* 23 adic.] dicitur *T* ea *om. K*: et *D* si] et si *D* 25 Crocummagna *K*: Crocomagna (*ex* -cu- *ut vid.*) *T* crocini *ex* croci *T* 26 panuscolos *T*: panusculus *DK* appellatur *K* 27 Asurum *DK* 28 purpureis *T*

continetur uvarum simile, radicibus pluribus atque tenuissimis
et bene redolentibus, et est virtute similis nardo. Phu nascitur
in Ponto, foliis oleastro similibus. Cyperum a Graecis vocatum 8
quod habeat virtutem ferventem. Radix est iunci trianguli,
foliis porri similibus, radicibus nigris sive contiguis in similitu-
dinem olivarum, odorissimis atque acerrimis. Nascitur in
paludibus atque vacuis locis. Traditur etiam alia species cy-
peri, quae in India nascitur et appellatur lingua eorum zinzi-
ber. Iris Illyrica a similitudine Iris caelestis nomen accepit. 9
Vnde et a Latinis arcumen dicitur quod flos eius coloris varie-
tate eundem arcum caelestem imitetur. Illyrica autem dicitur
quia in Illyrico plurima et olentissima est. Species eius foliis
gladioli similis, radice aromatica, odoris boni. Acorum foliis 10
iridis similibus; radicibus acerrimi odoris, sed iucundi; propter
quod et aromatica est. Meu. Cardamomum. Squinum melius 11
[est] quod in Euphrate nascitur quam quod in Arabia, fulvum,
multiflorum, purpureum, tenue, odoris rosei cum manu con-
fricatur, gustu multum incendit linguam atque mordet. Huius
flos *σχοίνου ἄνθος* dicitur; *ἄνθος* enim Graece flos nuncupatur.
Thymum appellatum quod flos eius odorem refert. De quo 12
Vergilius (Georg. 4, 169):

Redolentque thymo fragrantia mella.

Epithymum Graecum nomen, quod Latine dicitur flos thymi; 13
nam flos Graece *θύμον* vocatur: est autem flos thymbrae similis.

1 pluribus *ex* plubus *T*: floribus *D*: plurimis *K* 2 est *om.* *K* Phu . . . sim. *post* zinziber (§ 8) *in K* Fu *codd.* 3 aliastro *T* similis *D* Cyparum *K*: qui parum *DT* 4 Caudex *Schwarz* trisanguli *K* 5 nig. contiguis in sim. ol. ⟨oblongis sive rotundis⟩ od. *Schwarz* 7 cupari *K*: quipari *T*: quepari *D* 8 zinziber *DT*: zenziber *K* 9 aeris cael. *D* 10 argumen *D* 12 in illiricu *K*: in illirica *T*: in ilirica *D* violentissima *DT* 13 gl. similibus *D*: gladiolis similibus *K* radicibus *D* 14 iride *K*: iri *D* praeter quod *D* 15 Meu *om.* *K*: Meu si non radices *T* (*non U*) Card. nasturcio *T* (*non U*) melior *codd.* 16 est *hab.* *K*: *om.* *DT* efrata *T* fluvium *K* 17 multum florum *K* tenui od. rose *T* 18 gustum *codd.* 19 *σχ. ἀνθ.*] squinoantus *K*: squinivantos *T*: squivantus *D* 20 refret *D* 23 nom. est quod *K*: nom. quos *D* fl. th. *om.* *K* 24 nam *om.* *K*[1] Gr. thimum (ti-) *TD*: timum Gr. *K* timbre *codd.*

14 Sampsuchus, quem Latini amaracum vocant. Cuius nominis
usum Vergilius etiam ad Venerem referens ait (Aen. 1, 693):

Vbi mollis amaracus illum
floribus aspirans amplectitur umbra.

Apta est autem haec herba unguentis: unde et nomen traxit
amaracus a puero cuiusdam regis, qui casu lapsus, dum ferret
unguenta, novum et gratissimum ex confusione odorem creavit.
15 Hyacinthus herba est habens florem purpureum. Traxit autem
nomen a puero quodam nobili qui in saltibus inter purpureos
flores repertus est interfectus; deditque nomen herbae puerilis
funeris casus. Est autem radice et flore bulbi similis, pueros a
16 pubertate retinens. Narcissus herba fabulose inpositum nomen
habet a quodam puero cuius membra in hunc florem transie-
runt, qui et nomen Narcissi in appellatione custodit et decus
17 pulchritudinis in candore retinet foliorum. Rosa ab specie
18 floris nuncupata, quod rutilanti colore rubeat. Lilia lactei
floris herba, unde et nuncupatur, quasi liclia; cuius dum can-
19 dor sit in foliis, auri tamen species intus effulgit. Viola propter
vim odoris nomen accepit. Huius genera sunt tria: purpu-
20 reum, album, melinum. Acanthus herba Aegyptia semper
21 frondens, spinis plena, flexibili virgulto; in cuius imitatione
arte vestis ornatur, quae acanthina dicitur; et acanthis dicta.
22 Hedera dicta quod arboribus reptando adhaereat. De qua
Vergilius (Ecl. 8, 13):

Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

Alii hederam aiunt vocatam quod haedis supra lactis abundan-
23 tiam in escam a veteribus praebebatur. Hederae frigidae
terrae indices sunt φυσικῶς. Nam antipharmacum ebrietatis

1 Samsucus *codd.* (-gus *D*) quam *K* latine *D* 4 spirans *D*
7 conlusione *K* 8 Iacentus *D* 9 quondam *D* purpureos *ex*
pureos *T* 11 bulbis *ut vid.* *T*[2]: volvi *D* 12 fabulosum *K* 13 hunc
corr. hanc *D* 15 pulcritutides *D* Rose *T* 16 subeat *K*, *vix*
recte 17 qu. liglilia *T*: qu. licilia *D* 18 specie *K* fulgit *K*
20 mellinum *D* 21 flexili *T* virgultu *DT*: -tum *K*: *fort.* -ta
22 vertis or. q. afantina di. *D*: vestes ornantur q. acantina dicuntur *K*
25 laurus *D* 26 lactantis ab. *T* 27 praebebatur (pr *in ras.*) *D*
28 fisicos *KT*: fisicus *D*: secundum physicos *Arev.* anteformacon *D*

est si qui potus hedera coronetur. Elleborum memorant in 24
Graecia circa Elleborum quendam fluvium plurimum gigni,
atque inde a Graecis appellari. Hunc Romani alio nomine
veratrum dicunt pro eo quod sumptum motam mentem in sani-
tatem reducit. Duo sunt autem genera: album et nigrum.
Acone portus est Bithyniae qui proventu malorum graminum 25
usque adeo celebris est ut noxias herbas aconita illinc nomine-
mus. Nam toxica venena eo dicta quod ex arboribus taxeis ex-
primitur, maxime apud Cantabriam. Euphorbium dictum quod 26
eius sucus oculorum acuat visum. Cuius vis tanta est ut duris
carnibus superadiecta citius coqui conpellat. Nascitur in mul-
tis locis, sed plurima in Mauretania. Laser herba nascitur in 27
monte Oscobagi, ubi et Ganges fluvius oritur; cuius sucus
dictus primum lacsir, quoniam manat in modum lactis, deinde
usu derivante laser nominatum est. Hoc et a quibusdam
opium Cyrenaicum appellatur, quoniam et apud Cyrenas nasci-
tur. Aloe herba amarissimi sucus. Panaces herba fragrantis 28
odoris; thyrso ferulae similis, ex quo profluit sucus, qui dicitur
opoponax, croceus et pinguis, odore gravis et amarissimus.
Galbanum. Dicta mons Cretae, ex quo dictamnum herba no- 29
men accepit, propter quam apud Vergilium (Aen. 4, 73) cerva
vulnerata saltus peragrat Dictaeos. Tantae enim potentiae est
ut ferrum a corpore expellat, sagittas excutiat; unde et eius
pabulo ferae percussae sagittas a corpore inhaerentes eiciunt.

1 siquis *K* in Gr.] graeci (gre-) *CDK* 2 circa *om. KU* (*non C*) ellebore *K* (*non CU*) quondam *TU*: quodam *K* (*non C*) gignit *D* 4 varatrum *D* motum *K*: mutam *D* mentam *T* 5 reducet *D* autem *om. T* 6 proventum *D* 7 cel. ut *K* illic *D* 8 tox.] tosca *F*: tusca *DE*[1]: tusca lingua (-am) *KNP* (*non CTU*) eo] co *KP*[1]: go *N*: *om. T*: ex hec *UV* (*non CEF*) arboreis *K* 9 cambriam *KNP* (*non CEFUV*) Euforvium *D* 11 superiecta *D* 12 sed *om. K* plurime *K* Lasar *KT* 13 oscopagi *K*: oscupagi *D* cantes *D* fubius *T* 14 dictus] dicitur *T* laser quem ma. *K* 15 dirivatae *D* hoc est a *T* 16 cirinadicum *K* quoniam] quod *K* 17 Aloes h. *K*: Aloen h. *D*: Aloen erbam *T* Panacis *K* flagrantis *D* 19 opopanacis *codd.* (-nascis *D*) op. di. *D* amarissimi *K*: -mis *D* 20 Galb. sucus ferule *T* 22 peragat *T* dictamos *K*: dictamnos *T*: dictam mons *D* tanta *KD ante corr.* potentia *K* 24 papulo *D* a *om. T*

Hanc quidam Latinorum puleium Martis dicunt, propter belli
30 tela excutienda. Mandragora dicta quod habeat mala suaveo-
lentia, in magnitudinem mali Matiani: unde et eam Latini
malum terrae vocant. Hanc poetae *ἀνθρωπόμορφον* appellant,
quod habeat radicem formam hominis similantem. Cuius cor-
tex vino mista ad bibendum datur, quorum corpus propter
curam secandum est, ut soporati dolorem non sentiant. Huius
species duae: femina, foliis lactucae similibus, mala generans
in similitudinem prunarum; masculus vero foliis betae simili-
31 bus. Papaver herba somnifera; de qua Vergilius (Georg. 1,78):

Lethaeo perfusa papavera somno:

soporem enim languentibus facit. Eius alia est usualis, alia
32 agrestis, ex qua fluit sucus quem opion appellant. Colocynthis
cucurbita agrestis et vehementer amara, quae similiter ut
cucurbita per terram flagella tendit. Dicta autem colocynthis
33 quod sit fructu rotundo atque foliis ut cucumis usualis. Centau-
ream Graeci vocant quoniam a Chirone Centauro fertur reperta.
Eadem et *λιμνήσιος*, quia locis humectis nascitur. Eadem et
34 fel terrae propter amaritudinem. Glycyriza Graece ex eo dicta
quod dulcem radicem habeat; *γλυκὺ* enim Graece dulce dicunt.
35 Eadem *ἄδιψος*, quia sitientibus sitim sedat. Dracontea vocata,
quod hasta eius varia sit in modum colubri, similitudinemque
36 draconis imitetur, vel quod eam herbam vipera timeat. Cheli-
donia ideo dicitur vel quod adventu hirundinum videtur erum-
pere, vel quod pullis hirundinum si oculi auferantur, matres
37 eorum illis ex hac herba mederi dicantur. Heliotropium nomen

1 poleium *codd.* 2 telae excutiendam *D* dicta *om.* *D*[1] sua violentia *DT* 3 magnitudine *D* madiani *K* 4 antropomorseus *D* 6 vi. missa *DT* 8 foliae lact. *K* 9 similitudine *D* maculus *T* *ante corr.* similes *D* *ante corr.* 12 facit *DK*: prestat *T* eius *om.* *K* usuvalis *D* 13 oppinion *D* Coloquintis *codd.* 15 coloquintida *codd.* (*fort. recte, cum* dictam) 16 ut] in *D* Centauriam *K*: Centariam *D* 17 grece *D* vo.] voci vocant *T* Chi.] cerene *D*: cinere *KT* repperte *T* 18 eandem et limsios *T* 20 greci *T* dulcem *D* dicitur *K* 21 sed*at *T* 22 similitudine qua dr. emittitur *D* 23 viperam *T* Celedonia *T*: Celi- *DK* 24 dic. quod *K* 25 pullus *T*: pulsis *D* oculis *T* mater *K* 26 medere *D* dicatur *K* Eliotropum *T*: Eleotropium *D*

accepit primo quod aestivo solstitio floreat, vel quod solis
motibus folia circumacta convertat. Vnde et a Latinis solse-
quia nuncupatur. Nam et sole oriente flores suos aperit, idem
se reclaudit cum sol occubuerit. Ipsa est quam Latini intubum
silvaticum vocant. Haec et verrucaria, [eo] quod extinguat
verrucas ex aqua pota, vel in cataplasmate posita abstergat.
Pentaphyllon a numero foliorum dicta; unde et eam Latini 38
quinquefolium vocant; herba adeo munda ut purificationi et
templis adhiberi a gentibus solita esset. Hyssopum herba 39
purgandis pulmonibus apta. Vnde et in Veteri Testamento
per hyssopi fasciculos aspergebantur agni sanguine, qui mundari
volebat. Nascitur in petris haerens saxo radicibus. Reubar- 40
barum sive reuponticum, illud quod trans Danubium in solo
barbarico, istud quod circa Pontum colligitur, nominatum. Reu
autem dictum quod sit radix, quasi radix barbara, quasi radix
Pontica. Hyoscyamos a Graecis dicta, a Latinis herba cali- 41
cularis, quod caliculi eius in figuram cantarorum nascantur, ut
est mali Punici, quorum ora serrata sunt, habentes intrinsecus
semina papaveris similia. Haec herba et insana vocatur, quia
usus eius periculosus est: denique si bibatur vel edatur, insaniam
facit vel somni imaginem turbidam. Hanc vulgus milimindrum
dicit, propter quod alienationem mentis inducit. Saxifraga 42
vocata quod semen eius petras in vesica frangat atque con-
minuat. Gentiana nomen sumpsit, ut medici memorant, ab
inventore, radicibus aristolochiae similibus. Nascitur sub Alpi-

1 solst. *om.* *T* vel *om.* *T* 2 solisequia *codd.* 3 suas *D* aperiat *T* 4 claudet *K* quem *D* 5 hac *T* erucaria *D* eo *om.* *DK* 6 qua *D* pota *DK* (*etiam T ante corr.* ?) : potata *T ex corr.* 8 purificationem *D* 9 solida *D* esse *T*: essent *D ante corr.* Isopum *DT*: Isopus *K* 10 pulminibus *D* 11 isopi *codd.* (*ex* sopi *D*) fasciculum *D* aspergebatur *T* sa. ag. *K* 12 pascitur *T* haer.] arenis *T* Reubarboro *T* 13 ruponticum *T* 15 quasi ra. (*prius*) *om.* *T* 16 Iosciamos *T*: Iusquiamus *K*: Ios quiamos *D* a Gr.] grece *K* a *om.* *T* 17 caliculae in f. *K* nascuntur *K* 19 simila *T* 21 somnii *K* turpidam *D*: torpidam *KT* 22 mentis *om.* *T* 23 semen eius *T*: semine suo *K* 24 ut *om.* *T* 25 aristolacie *T*: aristociae *K*: aristolatia *D* sub] in *K*

bus atque Galatia Asiae. Satureia calida et prope ignita. Vnde illi [et] nomen inditum credunt, quod pronos facit in Venerem.
43 Satyrion dicta a Satyris propter incendium libidinis, quam vulgus stincum vocant; Venerem enim suscitat. Idem et orchis, quod radix eius in modum testiculorum sit, quos Graeci ὄρχεις vocant. Idem et leporina, propter quod caulem mollem
44 emittat. Vrtica ex eo vocata quod tactus eius corpus adurat. Est enim igneae omnino naturae et tactu perurit, unde et
45 pruriginem facit. Artemisia herba Dianae a gentibus consecrata est, unde et nuncupata; Graece enim Diana Ἄρτεμις dicitur.
46 Chamaemelos Graece dicta quod mali Matiani odorem habeat
47 sitque brevis terraeque vicina. Chamaedrys a Graecis appellata quod sit brevis et per terram strata et minuta foliis parvissimis.
48 Paeon quidam medicus fuit, a quo Paeonia herba perhibetur inventa, ut Homerus dicit. Hanc quidam glycysiden vocant, quod dulcis saporis sit, vel pentorobinam a numero granorum; vel, ut alii, dactylos a digitorum similitudine. Nascitur in silvis.
49 Buglossos a Graecis dicta eo quod folia asperrima ad modum linguae bovis habeat. Quae mirum in modum ob sapientiam nutriendam vino infundenda a veteribus memoratur. Convivii quoque hilaritatem praebere fertur: pro olere etiam sumitur.
50 Arnoglossos, id est agni lingua, quae a Romanis plantago dicitur, quod planta eius cito adhaereat terrae. Hanc multi pro olere
51 vescuntur. Herpyllos, quae apud nos serpillus vocatur, pro eo

1 a. in galatiae As. *K* Saturegia *D* prope] non *K* 2 il. nom. *D*[1]*K* quod] quia *K* faciat *T* 3 Satiron *T*[1]: Satirios *K*[1] quam] quod *K* 4 stincum *codd.* (*etiam Mon.*[1]): -gum *Arev.* 5 quod Gr. *D* 6 leporinam *D* 7 emitat *D*[1] 8 ignite *D* nat. ac tac. *K* 9 Artimisia *KT* diana *T* gen. dicta (*expunct.*) cons. *T* 10 diane *T* 11 Camimelos *T*: Cammimelus *K*: Camimelus *D* madiani *K*: maciani *D* 12 sicque *D* vicinia *T* Camidrios *DT*: Camitrios *K* 14 Pion *D* 15 gly.] glesidem *codd.* 16 pontorubinam *D*: pentorobon *edd.* 17 velud al. *D*: vel (*ex corr.*) ut al. *T* dactilos *codd.*: dactylosam *dett.*: *fort.* dactylon 18 Boglossos *T*: Boclosos *K*: Boglosus *D* 19 lingua *T* habeat *om. K* 21 per olera *K*: pro olera *DT* (*et Isid.* ?) 22 Arnoglosus *DK* plantaco *D* 23 pro olera *codd.* (*et Isid.* ?): per olera *dett.* 24 Erpillos *DT*: Erpillus *K* serpillos *T ante corr.*

quod radices ipsius longe serpant. Eadem et matris animula,
propter quod menstrua moveat. Aristolochia dicitur quod 52
mulieribus fetis optima sit. Nam supersessa post partum
matricem beneficio vaporis expurgat. Huius herbae genera
sunt duo; quarum una aristolochia rotunda dicitur, propter
quod rotundam radicem habeat; altera aristolochia longa, quia
radicem longam habet cum ramis et foliis longioribus; quam
etiam et dactylitin vocant, quod sit radice robore digitali et
longa. Erigeron a Graecis dicitur, quod vere primo senescat: 53
unde et eam Latini senicionem vocant. Nascitur per macerias.
Psyllios dicta quod semen simile pulicis habeat: unde et eam 54
Latini herbam pulicarem vocant. Hierobotane ideo a Graecis 55
hoc nomen accepit quod remediis ac ligamentis hominum et
purificationibus sacerdotum a gentibus apta probaretur. Vnde
et eam pontifices sagmen appellabant, quasi sancimen; haec et
verbena, quia pura. Paliurus, herba asperrima et spinosa. 56
Struthios, quam quidam herbam lanariam vocant, eo quod
plerique lanam ex ea lavent. Nascitur [in] locis cultis. [Splenos
dicta quod splenem auferat.] Cimicia, propter similitudinem 57
cimicis dicta: unde et eam Greci κόριον vocaverunt. Nascitur
in locis asperis atque cultis. Marrubium, quem Graeci πράσιον 58
dicunt, vocatum propter amaritudinem. Nascitur in campis.
Puleium [apud Indos pipere pretiosius est]. Absinthium Grae- 59, 60
cum nomen. Cuius probabilius est quod in Ponti regione

1 serpiant *D* animola *DT* 2 Aristolocia *DK*: Aristolacia *T* (*itidem infra*) 3 superesa *Schwarz* post *om. DK* partuum *D* 5 quarum] qua *T* aristolacia ro. *D* 8 dactilitin *T*: dactilin *K*: tactilitin *D* sit *om. T* digitali *om. D*[1] 9 Erigo *T*: Ericonoon *K*: Erigonon *D* quo *D* 10 materias *DT*: materia *K* 11 Psillios *T*: Psillius *DK* 12 Gerobotane *KT*: Gerapotane *D* (*pro* Hiera botane) 13 lig.] legationibus *Arev.* 15 qu. sacinem *T*: qu. sanccimen *D* et *om. T* 16 berbene *T*: verbana *D* Palliurus *DT* (*non U*) 17 Strutios *TM*: Stutios *K*: Strucios *ex* -cinos *U*: Strucius *D* 18 labant *T* in *om. DK* Splenos . . . auf. *secl. edd.* (*cf.* § 87 *infra*) 20 grece *D* corion *T*: corionem *KD* (*ex* ori-) 21 incultis *dett.* grece *D* prasium *DK*: prasinum *T* 22 dicunt *ex* d*cant *D* vocatur *T* 23 Poleium *KT*: Polegium (*ex* -ginum *ut vid.*) *D* apud . . . est *hab. TU*: *om. CDK* Absentium *KT*: absincium *D* 24 est *om. K* (*non U*): genus est *Pseudoapul. herb.* 109

61 nascitur; unde et absinthium Ponticum nominatur. Symphytos Graece dictus eo quod tantam in radice virtutem habeat ut
62 frusta carnis adsparsa in caccabo coagulet. Polypodion herba cuius radix hirta atque crinita, ut est polypus; ex quo derivatum est ut polypodion diceretur. Nascitur in teneris petrarum
63 terris, sive quercis vicinis. Polios a Graecis; a Latinis omnimorbia, quod multis morbis subveniat. Nascitur in montibus
64 et duris locis. Scammonia, quam Latini acridium vocant, herba suci plena, quod colligitur sub cavata radice: denique terram rotunda cavitate fodiunt, tum suppositis aut cochleis aut nucis foliis excipitur sucus atque siccatus aufertur. Venit autem saepius probabilius ex Mysia Asiae: huic contraria atque falsa
65 ex Syria vel Iudaea. Daucos, foliis feniculi similis thyrso bipalmis. Citocacia vocata quod ventrem cito depurgat; quam
66 vulgus corrupte citocociam vocant. Lappa dicta quod habeat
67 caulem ingentem per terram dispositam. Haec herba a Graecis *φιλάνθρωπος* vocatur, quod vestibus hominum inhaereat ob asperitatem sui. Nascitur iuxta muros. Capillum Veneris vocatum sive quod elapsos post alopeciam capillos recreat, vel quod capillorum fluores coercet, vel quod sit virgulis nigris lenibus cum splendore quasi capilli. Nascitur in aquosis locis.
68 Rubia dicta quod radix eius sit rubra; unde et colorare lanas
69 perhibetur. Anchusa, cuius radix contrita digitos inficit: est enim colore sanguineo, unde etiam pictoribus ad purpuram
70 efficiendam usui est. Chamaeleon, quae Latine viscarago vocatur eo quod viscum gignat; in quo haerent aves, quae pro-

1 absintium *D*: absentium *KT* Semputus *K*: Simpatus *DTU* 2 tantum *DK* 3 frustra *codd.* carnes *K*: carnibus *T* caccavo *K*: coccabo *T* 6 terrae (-re) *KM* querquis *DTU*: que *KM* (*pro* aquae?) 8 Scamonia *DK*: Scamunia *T* agridion *K*: agridium *D* 9 quod *DT*: quae *K* terra *K* 10 rotundam *DT* tam *D*: tunc *K* conchulis (conchis) *Schwarz* 11 siccatur auferetur *D* venitur *K*: veniat *D* 12 probabilis *D* Asiae *om. T* contrarius a. falsus *DT* 13 Daucus *DK* feniculis *K* tirso b. *KT*: tirsubipalmis *D* 14 Citocacium *K*: Citocatia *D* 15 viticociam *K* *Fort.* Citococia (*vel* -ium) . . . citocaciam 19 delapsos *T*: elapsus *D* alapotiam (*ex* *lap.) *D* 22 Rubea *K* 23 Ancusa *codd.* 25 usus *DK* Cameleon *codd.* quam *D* vascarago *T*: vascaro *K*: vascarogo *D*

pria voluntate descendunt ad escam. Cicuta, propter quod in 71
thyrso geniculato nodos habeat occultos, ut canna ; sicut dicitur
fossa caeca, quae occulta est. Haec potui data interficit : hanc
in carcere Socrates bibit et expiravit. Persius (4, 2) :

Dicere, sorbitio tollit quem dira cicutae.

Haec dum hominibus venenum sit, capellas efficit pingues.
Trifolion, quam Graeci τρίφυλλον vocant, quod sit foliis trinis 72
per singulas adunationes. Phlomos, quam Latini herbam 73
lucernarem vocant, ab eo quod ad lychnia facit. Eadem et
lucubros, quod lucem praebeat umbris. Pyrethron Graece dicta 74
quod habeat radicem incendiosam atque coacervantem. Althaea 75
malva agrestis, sive malvaviscus ; sed althaea, quod in altum
surgit, viscus, quia glutinosa est. Origanum, quod Latine colena 76
interpretatur, propter quod infusum coloret vinum. Titimallum 77
vocabulum sumpsit, quod comam foliorum ad radium solis cir-
cumacta convertat. Nam Graeci solem τιτᾶνα vocant, μαλλὸν
comam ; ex quo confectum est ut titimallum diceretur. Huius
species septem diversis in locis nascentes. Strychnos, quae 78
Latine herba salutaris vocatur, propter quod dolorem capitis et
stomachi incendium mitigat. Idem et uva lupina, propter
semen eius uvae simile. Polygonos, quam Latini herbam 79
sanguinariam vocant, quod missa in naribus sanguinem moveat.
Ambrosia, quam Latini apium silvaticum vocant. De qua 80
Vergilius (Aen. 1, 403) :

Ambrosiaeque comae divinum vertice odorem
spiravere.

1 discindunt *K* 2 geniculatur *D* 3 haec potui . . . expiravit *om.* *KN* (*non CEF*) 4 Persius] perpensius *D* 5 tulit *D* quem] quoniam *K* cicuta *KT* 6 homibus *D* : in omnibus *T* capillas *D* 7 quem *T* grece *D* vocant *ex* -cat *D* 8 adnotationes *K* : adnatationes *D* Flomos *DK* : Flosmos *T* 9 lucernalem *D* ad *om.* *D*[1] licinia *codd.* faciat *D* 10 Pireteron *D* 11 Altea *codd.* 12 s. eviscus *D* : s. alba viscus (*pro* hibiscus ?) *K* altea *codd.* 13 eviscus *codd.*: et viscus *dett.* glatinosa *D* Origano *DT* conela *K* 14 infusa *D* coleret *T* 16 titan (-am *D* *ex corr.*) vo. mallonem co. *codd.* 18 div. lo. *T* Strignos *codd.* 21 simile *dett.*: similibus *DT* : simillimum *K* Poligonos *T* : Policonos *K* : Pilogonus *D* 23 ambrosiaque comme devinum *D* 26 adspiravere *DT*

Apiago, quod flores eius apes maxime appetunt. Portulaca
81 Rosmarinum, quam Latini ab effectu herbam salutarem vocant: folia fenuculi similia atque aspera et rotatim terrae prostrata.
82 Colocasia [nomen herbae]. Menta agrestis, quam Graeci καλαμίνθην, nostri vulgo nepetam vocaverunt, maioris virtutis et
83 vehemens in calore. Genicularis herba substernitur ob scorpionum vim repellendam. Gladiolus, quod sit foliis gladii simili-
84 bus, thyrso cubitali, floribus purpureis. Verbascum. Agaricum, radix vitis albae. Calamites. Lappa [genus herbae]. Lappago. Lapella. Beneola. Orcibeta. [Satyrion.] Myrobalanum. Aspho-
85 delus, quam Latini a colore albucium vocant. Scilla, quod nocens sit; de qua superstitio gentilium dicit quod, si integra
86 ad limen suspendatur, omnia mala fugat. Chamaepitys a Graecis dicta quod terrae adhaereat et odorem pini habeat. Hanc Latini cucurbitularem vocant, quod ex parte odorem cucurbitae referat. Staphysagria nascitur [in] locis amoenis.
87 Asplenos dicta quod splenem auferat; sive scolopendrios, eo quod folia ipsius scolopendro animali sint similia. Nascitur in
88 humidis petris. Volvus appellatus quod sit radix eius volubilis et rotunda. Stoechas in insulis Stoechadibus nascitur; unde
89 et nuncupatur. Cyclaminos Graece dicta a quodam qui Cyclos vocatus est, qui primus virtutes huius herbae invenit; sive quod

1 Apiaco *DK*: -con *edd.* flos ei. apex *T* Porcilaca *codd.* 3 feniculis *K* *fort.* simili notatim *D* 4 nomen erbe *T*: *om. DK* καλ.] calamitin *codd.* 5 nepitam *K* 6 ob *om. K* (*non C*) 7 quod fol. sim. glad. *K* 8 Verb. *post* albae *K* 9 genus erbe *T*: *om. DK* 10 Lappella *D* Veneola *DT*: *om. K* Satirion *T*: *om. DK* Asfodillos *T*: Asfolidum *K*: Asfodilos *D* 11 Scella (*ex* Scilla *ut vid.*) *T* 13 Camipetos *T*: Camipedos *K*: Cammipetus *D* 14 et od. pi. ha. *om. T* 16 Stafisagria *D*: Istafisagria *T*: Stafisacria *K* in *hab. T*: *om. DK* aminis *D* 17 Asp. . . . auf. *post* similia *KN* (*non EF*) (*cf. ad* § 56 *supra*) Splenos *FKT*: Splenus *DE*: plenus *N* scolopendios *codd.* 18 colopendro *T*: scolopendo *K*: scoloprendo D^2: scoprendo D^1 sim. item (idem *N*) et sp. dic., *etc. KN* 19 Vol., *i.e.* Bulbus volubilis] mobilis *D* 20 rotundus *codd.* Stoecas *D*: Istoecas *T*: Stoetas *K* stoecadibus *D*: istoecadibus *T*: stocadis *K* inde *K* 21 Ciclaminos *codd.* (-nus *D*) ciclos *codd.* 22 h. he. vir. *D* virtutis *K*: -tem *DT*

habeat radicem rotundam: Graeci enim *κύκλον* rotundum vocant.
Cuius radix aut sucus, si vino fuerit admixtus, ebrios facit.
Nascitur in locis silvosis et agris. Ἄμπελος λευκή, sive bryonia, **90**
quam Latini vitem albam vocant, vel a qualitate coloris vel
quod eius radix contrita et corpori infricata teneriorem et candi-
diorem cutem reddat. Nam et sucus bacarum eius lac uberibus
siccis reddit. Ἄμπελος *μέλαινα*, id est vitis nigra, eademque **91**
labrusca: folia hederae similia; in omnibus maior quam vitis
alba: bacas similiter habens, quae in maturitate nigrescunt,
unde et vocabulum sumpsit. Viticella herba a Latinis appellata **92**
quod sicut vitis quidquid proximum habuerit, adprehendat
corymbis, quos anulos appellamus. Bupthalmos florem habet **93**
croceum, oculo similem; unde et a Graecis nomen accepit.
Est autem caule molle, foliis coriandri similibus. Nascitur iuxta
muros civitatum. Phlomos, quam Latini verbascum vocant; **94**
quarum altera est masculus, albidioribus foliis atque angustiori-
bus, altera femina, foliis latioribus atque nigris. Ferula vocata **95**
a medulla: nam illam Varro tradit esse ferulae medullam, quam
ἀσφόδελον Graeci vocant. Nonnulli a feriendo ferulam dicunt.
Ad hanc enim pueri et puellae vapulare solent: huius sucus
galbanum est. Papyrum dictum quod igni et cereis est aptum; **96**
πῦρ enim Graeci ignem dicunt. Iuncus [eo quod iunctis radi-
cibus haereat]. Scirpus, quo segetes teguntur, sine nodo; de **97**
qua Ennius (Sat. 70):

> Quaerunt in scirpo, quod soliti dicere, nodum.

1 grece *D* enim *om K* *κυ.*] ciclum *K*: cicla *DT* 2 aut] vel *K* 3 brionia *DK*: -e *T* 5 et corp. inf. *om. T* corpori *ex* corporibus *K* infrigata *E* (*non CF*): infasciatam *N*: fusciata *K* 6 lac *om. K* 8 *fort.* simili 9 bacus *D*: ac *T* nigra sunt *D*: nigra est *K* 11 quidq.] siquid *K* 12 appellant *K* Bultalmon *KT*: Bubtalmon *D* 13 crocem *D* vocolo *D* inde *K* 15 Flomos *DK*: Flosmos *T* quem *T* 16 alb. floribus foliis atque *T* 18 medullo *DT* illum *DT* varo *T* 19 apodelon *codd.* (*cf.* x. 85) grece *D* 20 ad *om. T* vapulari *D* 21 est] vocant *T* Papirum *D*: Papirium *K*: Pirum *T* quod et ceries *D* 22 eo . . . haer. *hab. T*: *om. DK* 23 sc. a quo *D* segetes *T*: segites *D*: gentes *K*: tegetes *Arev.* teguntur *codd.*: texuntur *Arev.* sinodo *D*[1] 25 querent *KMNP* (*non CEFU Mon.*) in *om. U* solet *KM*: solent *NP* (*non CEFU Mon.*)

Et in proverbio: 'Qui inimicus est, etiam in scirpo nodum
98 quaerit.' Fucus genus herbae est de qua tinguitur vestis, dicta
quia mentitur alienum colorem. Vnde et Vergilius (Ecl. 4, 42):

Discet mentiri lana colores.

99 Alga nascitur in aquis, segetis similis. Ita denique nomen
sumpsit ab algore aquae; vel quod alliget pedes, quia crassa
100 est, foliis aquam ex parte superantibus. Vlva et typhus herbae
[quae] circa fontes et paludes stagnisque nascuntur. Ex
quibus ulva, id est alga mollis et quodammodo fungus, dicta
101 ab uligine. Typhus vero, quae se ab aqua inflat. Vnde etiam
ambitiosorum et sibi placentum hominum tumor typhus dicitur.
102 Carex herba acuta et durissima, sparto similis. De qua
Vergilius (Georg. 3, 231):

Et carice pastus acuta.

103 Spartus frutex virgosus sine foliis, ab asperitate vocatus. Vo-
104 lumina enim funium, quae ex eo fiunt, aspera sunt. Gramen
a situ potius dictum, quod plurimis agrorum sit: unde et eum
Graeci ἄγρωστιν vocaverunt. Licet omnis herba gramen vo-
cetur, ab eo quod germinetur; sicut robur omnis ligni cutis
105 et species, ab eo quod sit firmissima. Filix a singularitate
folii dicta. Denique ex una virgula altitudine cubitali una
scissa folia gignitur, res inplicata velut pinna. Avena. Lolium.
106 Zizania, quam poetae semper infelix lolium dicunt, quod sit
107 inutile et infecundum. Faenum dictum quod eo flamma
nutritur; φῶς enim flamma est. Manipulum dicimus fascem
faeni: et dictum manipulum quod manum inpleat.

1 proverbia *DE*[1] *ut vid.* (*non CPU*) et. in . . . quaerit *om. K* (*non NP*) 2 Fugus *DK* 3 menti**tur *T* 4 dicit *codd.* · mentire *DT* coloris *DK* 5 Alca *K* segetis similis *NT*: stantibus *DK* (*varia lectio in archetypo* ?) 7 Ull a *D* tipus *T*: tibur *K*: tipus *ex* tibus *D* 8 quae *om. DK* et in pal. *DK* 9 ulba *D* quod admodo *D* 10 Tiphus *K*: Tipus *DT* 11 ambiciosum *D* et *om. K* tiphus *K*: tipus *DT* 12 Carix *DT* 17 plurimus *D*: plurimum *K* 18 ἀγρ.] agrestem *codd.* 20 Felix *KMU* 21 foliis *T* una . . . gign. *om. T* (*non U*) unum scissum folium *KM* 22 pinna] primam *M*: penna *D* Avena erba seminalis segetis similis. Vergilius. Vrit enim livi (*sic*) campum seges urit avene. ponitur et pro calamo alicotiens. Lolium erba amarissimisimi (*sic*) seminis *T* (*non U*) 23 qua po. *K* 24 Fenum *DT* 26 feni *DT* manu *K*

De oleribvs. Hortus nominatus quod semper ibi aliquid X
oriatur. Nam cum alia terra semel in anno aliquid creet,
hortus numquam sine fructu est. Olus ab alendo dictum, eo 2
quod primum homines oleribus alerentur, antequam fruges et
carnes ederent. Tantum enim pomis arborum et oleribus
alebantur, sicut animalia herbis. Caulis est generaliter herba- 3
rum vel olerum medius frutex; qui vulgo thyrsus dicitur, quod
a terra sursum conscendat; ex quo derivatum est ut specialiter
quoddam genus olerum caulis diceretur, quia thyrsus ipsius
amplius ceteris oleribus coalescit, id est crescit. Est autem
generale nomen; omnis enim frutex caulis [dicitur]. Cyma 4
dicitur quasi coma: est enim summitas olerum vel arborum,
in qua vegens virtus naturalis est. Malva ex parte Graeco 5
vocabulo appellatur ἀπὸ τοῦ μαλάσσειν, eo quod molliendi
alvum solvendique naturam habeat. Cuius sucus, si quis
se oleo mixto perunxerit, ab apibus negatur feriri. Folia eius
ex oleo trita et inposita scorpionibus creduntur afferre torpo-
rem. Pastinaca vocata quod eius radix praecipuus pastus sit 6
hominis: est enim odoratu iucunda, cibo delectabilis. Rapa 7
dicta a rapiendo, id est conprehendendo. Est autem radice
amplior napo, sapore dulcior, et folia tenui. Napus a simili- 8
tudine rapae vocatus, nisi quod foliis latior et radicis gustu
subacrior est. Nominis autem adfinitas in utrisque inde pene
communis, quia utrumque semen in alterum vicissim mutatur.
Nam rapa in alio solo, ut Aemilianus ait (8, 2), per biennium mu-
tatur in napum; alio vero napus transit in rapam. Napocaulis 9
ex duobus oleribus conpositum nomen habet, quia dum sit sapore

1 aliquod *K* 2 oritur *D* cum *om.* *DK* creat *K* 3 nuquam *D* 4 et] ac *K* 6 Caulex *D* 7 tirsos *D* 9 calix di. *D*[1] 10 amplius *om.* *D* id est cr. *om.* *T* autem] enim *K* 11 generalis *D* frutix caulix *D* dicitur *hab.* *KM*: *om.* *DTU* Cima *codd.* 13 Malba *T* 15 alveum *T*: album *K*[1] suco *dett.* siquis se *om.* *T* 16 superuncxerit *K* ferire *K*: feri *T* (*i. e.* ferri?) 17 adferre *K*: auferre *T* 19 est en.] et est *K* 20 id est conp. *om.* *T* conprachendo *D* radicum *K* 21 ampliora napo ac sap. *D* 22 folio *K* radiculis *K* gust. sub. est *om.* *T* 23 adfinitur *D* 24 utrisque *D* 25 mutantur in napo *D*

napo similis, non in radice, sed in thyrso conscendit, ut caulis. 10 Sinapis appellatur, quod foliis sit similis napis. Raphanum Graeci, nos radicem vocamus eo quod totus deorsum nititur, dum reliqua olera in summa magis prosiliant: cuius semine macerato quisquis suas manus infecerit, serpentes inpune tractabit. Siquidem ex ipsius radice etiam ebur albescat. In cibo quoque venenis obsistit. Nam contra venena radices, nuces, lupini, citrum, apium prosunt; sed contra futurum, non contra acceptum venenum. Vnde et apud veteres ante alias 11 epulas haec solebant mensis adponere. Lactuca dicta est quod abundantia lactis exuberet, seu quia lacte nutrientes feminas inplet. Haec et in viris Veneris usum coercet. Lactuca agrestis est quam serraliam nominamus, quod dorsum 12 eius in modum serrae est. Intubus Graecum nomen est: et intubus, quod sit intus tobus. Cepa vocatur, quia non aliud 13 est nisi tantum caput. Ascalonia nuncupata ex una urbium Palaestinae quae Ascalon dicitur, unde prius advecta est. 14 Alium dictum quod oleat. Vlpicum appellatum quod alii odorem habeat. Phaselos vocari aiunt a Phaselo insula Grae-15 ciae, ubi non procul mons Olympus est. Porrum, cuius duo genera, capitatus et sectilis; sectilis parvus, capitatus maior. Beta apud nos oleris genus; apud Graecos littera. Blitum 16 genus oleris, saporis evanidi, quasi vilis beta. Cucumeres, quod sint interdum amari; qui dulces nasci perhibentur, si lacte mellito eorum semen infundatur. Cucurbita. Apoperes. Sane pepo, melipepo, ocimum Graeca nomina sunt, et origo

1 tirsum *D* 2 sit] sinapis *D* Rafanum *codd.* 3 grece *D* 4 seminem arcerato *D* 5 quisque *T* 6 etiam ut ebur albiscat (*ex* alli-) *K* 7 veneni subsistit *T*: venenis subsistit *D*: veneri subs. *K* ven. huius rad. *T* 8 cedrum *K* sed contra . . . venenum *om. T* 9 et *om. K* 10 Lac. . . . inplet *post* § 12 *in K* 11 quodquod *K* exuperet *K* 12 inpleat *T* haec . . . coercet *om. K* haec *om. T* 13 est *om. D* sarraliam *codd.* dorsus T^1 *ut vid.* *D*: tirsum *K* (*i.e.* thyrsum) 14 et int. *om. K* 15 tobus *T* (*i.e.* tofus): tofus *D*: tostus *K* 17 prius *DT*: primum *K* 18 Olpicum *K* 19 Faselos *K*: Faselus *DT* faselo *D*: foselo *K*: fesolo *T* 21 sectili parbus *T* 22 Bet *K* Pletum *K* 23 Cucumeris *K*: Cocumeres *DT* 24 sint *ex* sunt *D* si . . . inf. *om. D* 25 infunditur *T* Cocurbita *K*

eorum Latinis incerta. Olus molle. Atriplex. Brassica. Olisa-
trum. Nasturcium sapor appellavit, quod acrimonia sui nasum 17
torqueat. Fungi, quod aridi ignem acceptum concipiant; φῶς 18
enim ignis est; unde et esca vulgo dicitur, quod sit fomes
ignis et nutrimentum. Alii dicunt fungos vocatos quod sint
ex eorum genere quidam interemptorii; unde et defuncti.
Tuberum tumor terrae prodit; eaque causa nomen illi dedit. 19
Volvi appellati quod sint volubiles et rotundi. Asparagus,
quod spinosa et aspera sit frutex eius, ex qua gignitur. Cap- 20
paris a Graecis nomen sumpsisse videtur, quod habeat in
summitatibus rotunda seminum capitula. Armoracia, hoc est
lapsana. Lapistrus. Lapathia: haec in cibo sumpta stomachum
confortat, Venerem reprimit. Carduus. Eruca, quasi uruca, 21
quod ignitae sit virtutis et in cibo saepe sumpta Veneris
incendium moveat. Huius species duae, quarum altera
usualis, altera agrestis, acrioris virtutis; utraque tamen Veneris
commovent usum.

DE ODORATIS OLERIBVS. Apium dictum quod eo apex, id XI
est caput, antiquorum triumphantium coronabatur. Hercules
autem hanc herbam primus capiti circumtulit: nam nunc
populum capite praeferebat, nunc oleastrum, nunc apium.
Cuius radices efficaciter pugnant contra insidias venenorum.
Eius generis sunt petroselinon, hipposelinon et oleoselinon.
Petroselinon vocatum quod sit similis apio et nascatur in petris 2
montibusque praeruptis. Quod nos petrapium dicere possumus;

1 Olos mollea *T* Brassica id est acanti id est viti balba. Olisatrum genus erbale latine *T* (*non U*) Olisandum *K*: Oliastrum *U* 3 agridi *D* 4 esca] cessa *KN*: cesda *D* 5 fongos *T* 7 prodite a qua *T* 8 Volvi . . . rotundi *om. K* (*cf.* IX. 88 *supra*) Vulvi *T* Sparagus *T*: Asparacus *K* 11 Arboracea *D* hoc] hec *K* 12 labsana *T*: laprana *D* lapatia *D*: Lapacia *K*: Lappatia *T*: Lapathum *edd.* 13 Cardus est erbe spinose *T* eruga *D ante corr.* qu. eruca *D* 15 alter us. alter agr. *T* 16 acrioribus *T* 17 comm. in usum *T*: commovens u. *D* 18 eo *om. D* 21 preferebant *T* 23 eius quae eius gen. *D* petrosilenon *codd.* (-lin- *D*) ipposilenon *K*: yposilenon *T*: inposile non *D* et oleosilenon *DK*: eoleosilenon *T* 24 Petrosilenon *codd.* sit *om.* D^1 appio (*ex* -ium) nasc. *K* 25 nos *om. D* petrappium *K*

σέλινον enim Graece apium dicitur. Sed est summum ac
probabile Macedonicum, gustu suave et odore aromatico.
3 Hipposelinon dictum quod sit durum et austerum. Oleose-
4 linon, quod mollius folio et caule tenerum. Feniculum Latini
vocant quod eius thyrsi seu radicis sucus acuat visum : cuius
virtus traditur ut serpentes annuam senectutem eius gustu de-
5 ponant. Hoc olus Graeci *μάραθρον* vocant. Ligusticum a re-
gione nomen accepit. Nascitur enim plurimum in Liguria,
6 odore aromatico et gustu acri. *Ἄνησον* Graeci dicunt sive,
ut Latini, anesum, herba omnibus cognita, acerrime fervens,
7 mictualis. Anethum. Cyminum. Coriandrum ex Graeco
nomine sumptum, quod illi *κόριον* vocant. Cuius semen in
dulce vino datum proniores reddit in Venerem; si supra
modum dederis, amentiam nutrit. Canos etiam ex coriandro
8 infici traditum est. Abrotanum. Caerefolium. Ruta dicta
quod sit ferventissima. Cuius altera agrestis atque virtute
acrior; sed utraque ferventissimae conprobantur. Hanc vene-
nis repugnare mustelae docent, quae dum cum serpente dimi-
9 caverint, cibo eius armantur. Salvia. Inula, quam rustici
alam vocant, radice aromatica, odoris summi cum levi acrimonia.
Menta; huius genera sex.

1 *σελ.*] silenum (-lin- *D*) *codd.* sed *om.* *K* 3 Ipposilenon *codd.* (Inpo- *D*) Oleosilenon *DK* : Oleumsilenon *T* 4 mollior *codd.* 5 eius] est *K* seu quod rad. *K* vis. oculis cu. *D* 6 annuas senectute *D* deponat *D* 7 Legusticum *T* : Licusticum *D* 8 licoria *D* 9 acris *T* : agris *DK* dic. Gr. *K* : grece ut dic. *D* 10 latine *T* cognata *K*[1] 11 Amictualis (*nov. lemm.*) *K* Anetum *codd.* An. erba ortulane odorifera. Cy. *T* Ciminum *K* : Quiminum *DT* Cor. ergo no. est su. *T* : Cor. ex gr. nomen su. *D* 12 corion *T* : corian *DK* 13 dulci *K* reddet *KT* 15 infici *DT* : fieri *K* Aprotanum *T* Cerefolium *codd.* 17 ferventissima *K* 18 cum *om.* *D* 19 Enulam *K* : inulam *D* 21 huius] hius *D*

LIBER XVIII

DE BELLO ET LVDIS

De Bellis. Primus bella intulit Ninus Assyriorum rex. 1
Ipse enim finibus suis nequaquam contentus, humanae socie-
tatis foedus inrumpens exercitus ducere, aliena vastare, liberos
populos aut trucidare aut subicere coepit, universamque Asiam
usque ad Libyae fines nova servitute perdomuit. Hinc iam
studuit orbis in mutuo sanguine alterna crassare caede.
Quattuor autem sunt genera bellorum: id est iustum, iniustum, 2
civile, et plus quam civile. Iustum bellum est quod ex prae-
dicto geritur de rebus repetitis aut propulsandorum hostium
causa. Iniustum bellum est quod de furore, non de legitima
ratione initur. De quo in Republica Cicero dicit (3, 35):
'Illa iniusta bella sunt quae sunt sine causa suscepta. Nam 3
extra ulciscendi aut propulsandorum hostium causa bellum
geri iustum nullum potest.' Et hoc idem Tullius parvis inter-
iectis subdidit: 'Nullum bellum iustum habetur nisi de-
nuntiatum, nisi dictum, nisi de repetitis rebus.' Civile bellum
est inter cives orta seditio et concitati tumultus, sicut inter
Syllam et Marium, qui bellum civile invicem in una gente
gesserunt. Plus quam civile bellum est ubi non solum cives 4
certant, sed et cognati; quale actum est inter Caesarem et
Pompeium, quando gener et socer invicem dimicaverunt.
Siquidem in hac pugna frater cum fratre dimicavit, et pater
adversus filium arma portavit. Lucanus (2, 151):

2 contemtus T^1: contemptus *B* 3 inr. et ex. *K* 5 iam] etiam *BCK* 6 urbes *K* crassari B^2C^2: grassari *dett.* cedere B^1 7 autem *om. T* genera sunt *B* 8 est eo quod B^1 ex] in *K* 9 repeditis *K*: petitis C^1 10 cau. Ini. *usque ad* postea mutata (§ 9) *desunt in W* non leg. *C* 12 qui sunt *T*: *om.* DE^1 Nam *BCDETU*: Nec *KMNP* 13 extra] ultra *M* (*non NP*) pro-pugnatorum *KMNP* causa *DEKMPT*: causam *BCU* 14 hoc idem *BCDETU*: eandem *K*: andem *N*: eidem, *ut vid.* (*corr.* eadem) *P* parvis *BCTU*: paucis *KP* 15 denuntiatur *C* 16 indictum *dett.* (*non DEPU*) repeditis *KP* 17 sicut Sy. *KN* (*non U*) 20 cognatio B^1

In fratrum ceciderunt praemia fratres.

Item (2, 150):

Cui cervix caesa parentis
cederet.

5 Bella itaque dicuntur interna, externa, servilia, socialia, piratica. Nam piratica bella sunt sparsa latronum per maria mioparonibus levibus et fugacibus, non solum navibus commeatus, sed etiam insulas provinciasque vastantibus. Quos primum Gnaeus Pompeius post multam vastationem, quam terra marique diu
6 egerant, mira celeritate conpressit ac superavit. Sicut autem bellum vocatur quod contra hostes agitur, ita tumultus quod civili seditione concitatur. Nam seditio est dissensio civium, dicta quod seorsum alii ad alios eant. Alii aestimant dissensionem animorum seditionem vocari, quam Graeci διάστασιν
7 vocant. Quo autem differat utrumque Cicero docet (Phil. 8, 3): 'Potest enim,' inquit, 'esse bellum ut tumultus non sit. Tumultus autem esse sine bello non potest. Quid est enim aliud tumultus nisi perturbatio tanta ut maior timor oriatur?' Vnde etiam dictus tumultus, quasi timor multus. 'Gravius autem esse tumultum quam bellum; nam in bello vacationes
8 valent, in tumultu non valent.' Differt autem bellum, pugna et proelium. Nam bellum universum dicitur, ut Punicum. Huius partes sunt pugnae, ut Cannensis, Thermensis. Rursus in una pugna multa sunt proelia. Aliud enim in cornibus, aliud in media, aliud in extrema acie geritur. Bellum igitur
9 est totum, pugna unius diei, proelium pars pugnae est. Bellum antea duellum vocatum eo quod duae sint partes dimicantium,

1 fratrem *BC*: fratruum *K* fratris *CK* 4 cederit *K* 5 Bella quae di. *K*: Bellamque di. *N*: Bella di. *B* (*non U*) 6 bella *om. KN* (*non U*) asparsa *T* (*non N*) la. agmina per *C* 7 navium *Arev.* (*ex Oros. hist.* 6, 4) 8 quod pr. genus Pomp. *KT* 9 quem *T* terram *B* 10 egerat *BCT* 12 est *om. K* 13 eunt *B* extimant *T*: exestimant *B*: existimant *C* 14 annorum sed. *U*: *om. KN* 15 quod *BT* differt *T* 17 sine bello esse *KT* 19 dictum *K* 20 in bellum *T* vagationes *T*: vocationes *BCK* 21 in tumultum *BT* tu. vocationes non *C* 23 cuius *C* tremensis *B*: ternensis *T* (*non U*): *om. KN* rursus *K*: rursum *BCT* 24 enim] est *C* 25 al. extr. *T* 26 diei *ex corr. T* Be. ante ad bellum *T ante corr.*

vel quod alterum faciat victorem, alterum victum. Postea
mutata et detracta littera dictum [est] bellum. Alii per anti-
phrasin putant dictum (eo quod sit horridum ; unde illud (Virg.
Aen. 6, 86) :

Bella, horrida bella),

cum bellum contra sit pessimum.
Prelia dicuntur ab inpremendo, hostis hostem. Vnde et prela 10
ligna quibus uva premitur. Pugna vocata eo quod initio usus
fuisset in bello pugnis contendere, vel quia primo bellum pugnis
incipiebant. Vnde et pugna etiam duorum est aliquando et
sine ferro. Quattuor [autem] in bello aguntur : pugna, fuga, 11
victoria, pax. Pacis vocabulum videtur a pacto sumptum.
Posterius autem pax accipitur, foedus primum initur. Foedus
est pax quae fit inter dimicantes, vel a fide, vel a fetialibus, id
est sacerdotibus, dictum. Per ipsos enim fiebant foedera, sicut
per saeculares bella. Alii foedera dicta putant a porca foede
et crudeliter occisa, cuius mors optabatur ei qui a pace resilisset.
Vergilius (Aen. 8, 641) :

Et caesa iungebant foedera porca.

Foederis partes indutiae : et dictae indutiae quasi in dies otia.

De trivmphis. Omne regnum saeculi huius bellis quae- II
ritur, victoriis propagatur. Victoria dicta quod vi, id est virtute,
adipiscatur. Hoc est enim ius gentium, vim vi expellere.
Nam turpis est dolo quaesita victoria. Certa autem victoria
est vel occisio hostis, vel [ex]spoliatio, vel utrumque. Non est
autem iucunda victoria quae per inmensa detrimenta contingit :
et hoc est, quod laudat Sallustius (Hist. 3, 29) duces victoriam

1 vel quo *C*[1] facit *B* vinctum *C*[1] 2 est *hab. KN* : *om. BCTU* be. Bellum al. *C* 6 cum bello *BC*[1]*K vix recte* 7 hostis hostem *BTU* : hostes (os-) *KN* : hostem *C* 8 qu. in initio *K* usum *T* 9 vel quod *C* primum *K* bello *CT* 11 autem *hab. CT* : *om. BK* aguntur *BCK* : geruntur *T* 12 vid. voc. *B* 13 Foe. est quod fit *K* 14 fitialibus *T* : fidiatibus *K* : fitiliabus *B* 15 est a sac. *C* 16 fedem et crud. occisam *K* 19 porcas *T* 20 qu. inde socia *B*[1] 22 propagatur] comparatur *KN* (*non UW*) 23 adipiscitur *T* enim *om. T* 25 spoliatio *T* : expoliatio *BCK* 26 contigit *T* 27 quod *om. T* ducis *K*

2 incruento exercitu deportasse. Pompa dicta est Graeca significatione, ἀπὸ τοῦ πομπεύειν, hoc est publice ostentari. Praecedit autem victoria pompam, ideo quod ituris ad hoc certamen
3 primum est victoriae votum. Tropeum dictum ἀπὸ τῆς τροπῆς, id est a conversione hostis et fuga. Nam ab eo quod hostem quis fugasset merebatur tropeum; qui occidisset, triumphum, qui dictus est ἀπὸ τῆς θριάμβης, id est ab exultatione. Plenae enim victoriae triumphus debetur; semiplenae tropeum, quia nondum plenam est victoriam consecutus: non enim optinuit, sed fugavit exercitum. Haec tamen nomina scriptores confundunt. Tranquillus (Prat. 109) autem triumphum Latine dicit potius appellatum, quod is, qui triumphans urbem ingrederetur, tripertito iudicio honoraretur: nam primum de triumpho duci concedendo exercitum iudicare solitum erat, secundo senatum,
4 tertio populum. Erat autem Romanorum mos ut triumphantes quadrigis veherentur, ex illo quod soliti sint priores duces hoc habitu bella inire. Quicumque autem in conflictu vicisset, palma aurea coronabatur, quia palma stimulos habet; qui vero sine conflictu fugientem prostrasset, laurea, eo quod haec
5 arbor sine spinis est. Namque et purpuream et palmatam togam triumphantes induebantur, et scipionem cum sceptro in manu gerebant ad imitationem victoriae Scipionis; licet et scipio baculum sit quo homines innituntur. Vnde et ille primus Cornelius Scipio appellatus est, quia in foro pater eius caecus innixus eo ambulabat. Super scipionem autem aquila supersedebat, ob indicium quod per victoriam quasi ad super-

1 incruentum *K* exercito *T*: -tum *K* reportasse *Arev.* 2 *αποτουπονπευευν T* : *απουτορτοηπευν C* : *αποτουιτυπευν B* : *αποτουιτονευν K* praecedet (pre-) au. vic. *BT*: praeceditur vic. *K* 3 pompa *K* quod] que (*vix* quia) *K* 4 Tropium *B* 5 conversatione *C*[1] 7 *θρ.*] triambes *BCT*: triumphes *K*: *θριαμβεύειν Serv. ad Aen.* 10, 775 plena est victoria *K* 10 effugavit *C* 12 triumphus *B*[1]: *om. K* (*non N*) 13 honoratur *C* dici concedendum (*corr.* -do) *K* (*non U*) 14 ex. iura so. *K*: ex. in iura so. *N* (*non U*) secundum *B* 15 romanorum *BK*: romanis *C*: apud romanos *T* 16 sunt *CT* 17 in] ibi *B* vicissent *B*: vicissent et *C* 18 coronabantur *B*[1]*C* 19 prostrassent *K* haec *om. KN* (*non U*) 22 gerebat *C* licet et] scilicet ut *T* 23 quod hom. *T* 26 supersederat *K*

nam magnitudinem accederent. Inde et colore rufo perlinie- 6
bantur, quasi imitarentur divini ignis effigiem. Quod vero a
carnifice contingebantur, id esse indicium ut ad tantum fasti-
gium evecti mediocritatis humanae commonerentur. Duobus 7
autem generibus deletur exercitus; aut internicione, aut dis-
persione. Sallustius (Hist. frag. inc. 6), 'Hostes,' inquit,
'oppressi, aut dilapsi forent.' Sic et utrumque Vergilius.
Internicione (Aen. 1, 69):

Submersasque obrue puppis.

Dispersione (Aen. 1, 70):

Aut age diversos et dissice corpora ponto.

Spolia hostium: praeda, manubiae, exuviae, partes. Praeda 8
a praedando vocata. Manubiae, eo quod manibus detrahuntur.
Haec et exuviae ab exuendo dictae, quia exuuntur. Haec et
partes a pari divisione pro personarum qualitate, et laborum
iusta decisione. Spolia autem a palleis, quasi expallia; victis
enim detrahuntur.

DE SIGNIS. Signa bellorum dicuntur quod ex his exercitus III
et pugnandi et victoriae receptui accipit symbolon. Nam aut
per vocem tubae, aut per symbolon admonetur exercitus.
Legionum principalia signa: aquilae, dracones et pilae. Aqui- 2
lae ideo, quod eadem avis Iovis in armis auspicio fuerit. Nam
dum idem Iovis adversus Titanas proficisceretur, aquilam ei
in auspicio apparuisse ferunt; quam ille pro indicio victoriae
acceptam tutelae suae auspicatus, eam legioni signum dedit;
quo factum est ut deinceps militum signis committeretur.
Cuius meminit Lucanus dicens (1, 7):

1 rubeo T^2 perliniebatur C^1K 2 a *om.* *T* 4 hum.] nomine *K* 5 autem *om.* *K* 7 utrimque *K* 9 obruere *T* 11 agere di. B^1: agendiversos *T*: age diversas *K* disce *T* pongo *T* 12 Expolia *B* 13 a] ad B^1 Man. vocata (*delet.*) eo *K* detrahunt *B* 14 et *om.* *C* dictum C^1 15 divisione] decisione *K* 16 dec.] divisione T^2 (vi *corr. in ras.*) Expolia *B* palla eis *T* quasi *om.* C^1 19 pugnandi et *om.* *KN* (*non U*) 20 tubae] nobis *KN* (*non U*) admonebatur *C* (*non NU*) 21 et pilae *om.* *KN* (*non U*) 22 Iovi *Schwarz* auspicium *K* 23 proficeretur *K* prof. aq. *usque ad* alii Graeco (ix. 3) *desunt in W* 24 in *om.* *K* auspicia aperuisse C^1 25 legionis *T*

Signa pares aquilas et pila minantia pilis.

3 Draconum signa ab Apolline morte Pythonis serpentis inchoata sunt. Dehinc a Graecis et Romanis in bello gestari coeperunt. 4 Pilam in signo constituisse fertur Augustus, propter nationes sibi in cuncto orbe subiectas, ut maius figuram orbis ostenderet. 5 Vexillum et ipsud signum bellicum, tractum nomen habens a veli diminutione, quasi velxillum. Sub Romulo autem fasciculos feni pro vexillis milites habuerunt: hinc et manipuli appellantur; manipulos enim dicimus fasces feni quod manum inpleant. Cetera signa diversis praelata imaginibus secundum militarem consuetudinem existunt, per quas exercitus permixtionem proeliorum agnoscitur.

IV De bvcinis. Bucina est qua signum datur in hostem, dicta a voce, quasi vocina. Nam pagani agrestesque ad omnem usum bucina ad conpita convocabantur: proprie ergo hoc agrestibus signum fuit. De quo Propertius (4, 1, 13):

Bucina cogebat priscos ad arma Quirites.

2 Huius clangor bucinum dicitur. Tubam Tyrrheni primi invenerunt; unde [et] Vergilius (Aen. 8, 526):

Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor.

Hanc enim a Tyrrhenis praedonibus excogitatam, cum dispersi circa maritimas oras non facile ad quamque praedae occasionem voce aut bucina convocantur, vento plerumque obstrepente. 3 Hinc postea bellicis certaminibus adhibita est ad denuntianda signa bellorum, ut ubi exaudiri praeco per tumultum non

1 signa] signis B^1K aquila sed *T* 2 appollinis *K* inch.] indicium acta *KN* 3 sunt *ex corr. T* a] e K^1 5 cuncto *BCK*: toto *T* malus (*vel* maius) *BCT*: malum *K*: melius *Arev.*: magis *dett.* figura morbis T^1 6 bellicon *K* 7 qu. velixillum *BK*: qu. velexillum vexillum C^1: qu. vexillum *T* 10 prolata *C* im.] agminibus *dett.* 11 per quae se *Arev.* (*cum* agnoscit) permixtione *C* (*fort. recte*): mixtione *K* 12 agnoscit *BT* 13 quasi sig. datum C^1 hostem *B*: -te *CKT* 14 dicta . . . vocina *om. T* (*non U*) qu. bucina *B* 17 cogebant *B* ad verba *Propert.* 19 et *hab. T*: *om. BCK* 20 tirrenus quasi tu. *B* mugiens *K* 21 excogitata *KT* qum *T*: cuius *K* 22 aras B^1 praedam *B* 23 aut] ut *T* convocatur *BK* (*vix recte*): convocarentur *T* 24 denuntianda *BCK*: designanda *T* 25 ut . . . tumultum *om. T* ut] et B^1K per tumultu *K*: pro tumultu *B*

poterat, sonitus tubae clangentis adtingeret. Tubam autem dictam quasi tofam, id est cavam. Item tubam quasi tibiam. 4
Inter tubam autem et bucinam veteres discernebant. Nam bucina insonans sollicitudinem ad bella denuntiabat. Vergilius (Aen. 7, 519):

Qua bucina signum
dira dedit.

Tuba autem proelium indicabant, ut (Virg. Aen. 9, 503):

At tuba terribilem sonitum.

Cuius sonus varius est. Nam interdum canitur ut bella committantur, interdum ut insequantur eos qui fugiunt, interdum receptui. Nam receptus dicitur quo se exercitus recipit, unde et signa receptui canere dicuntur. Classica sunt cornua 5
quae convocandi causa erant facta, et a calando classica dicebantur. De quibus Vergilius (Aen. 7, 637):

Classica iamque sonant.

Apud Amazonas autem non tuba, sicut a regibus, sed a regina sistro vocabatur feminarum exercitus.

De armis. Arma generaliter omnium rerum instrumenta V
sunt; unde et ubi reponuntur, armaria dicta sunt. Item arma et tela omnium generum; sed arma sunt quibus ipsi tuemur, tela sunt quae emittimus. Nam arma duplicia sunt: id est vel quibus percutimus, vel quibus tegimur. Arma autem 2
proprie dicta sunt eo quod armos tegunt. Nam arma vel ab armis dicuntur, id est ab umeris, ut (Virg. Aen. 11, 644):

1 autem *om.* *C* 6 quam *T* 7 dura *T* 8 tubae *Serv. ad Aen.* 11, 474 indicabat *BCK* ut ad tubam *B*: ut et tuba *C*: ut aturba *K*: ut pararentur ad tube *T* 9 sonitum] sonum *T* 10 sonus] sonitus *B*¹ 11 int. causa (causa a *T*²) rec. *T* 12 quos ex. *BT* recepit *BK* 14 vocandi *C*¹ calendo *C*¹ dicebatur *T* 16 namque *C*¹ sonat *C* 17 amazones *T* autem *om.* *K* tubae (-be) *BKT* si. re. *K*: si. a gregibus *B*¹ 19 rerum *om.* *C* 20 armametela *K* (*non N*) 21 om. gen. sed ar. *om.* *KN* gen. sunt sed *B* qu. ip. tu. te. sunt *om.* *KN* qui ip. *C*¹ 22 mittimus *KN* (*non U*) 23 vel qu. tegimus (*corr.* -mur) vel qu. perc. *T* percutimur *K* 24 arma *om.* *KN* (*non U*)

Latos huic hasta per armos
acta tremit;

vel ἀπὸ τοῦ Ἄρεος, id est a Marte.

VI De gladiis. Gladius generaliter dicitur ensis in proelio;
sed ensis ferrum tantum, gladius vero totus. Proprie autem
appellatus gladius, quod gulam dividit, id est cervicem secat.
Ad hoc enim primum est factus; nam cetera membra securibus
2 magis caeduntur, collum gladio tantum. Acies autem gladii
ab acumine dicta. Capulus vocatus vel quia caput est gladii,
vel quia ibi capitur ut teneatur: nam alias acies ferri non sinit.
Mucro non tantum gladii est, sed et cuiuslibet teli acumen,
dictus a longitudine. Nam μακρὸν Graeci longum vocant;
hinc et machaera. Machaera autem est gladius longus ex una
3 parte acutus. Framea vero gladius ex utraque parte acutus,
quam vulgo spatam vocant. Ipsa est et romphea. Framea
autem dicta quia ferrea est: nam sicut ferramentum, sic
4 framea dicitur; ac proinde omnis gladius framea. Spatha
a passione dicitur, Graeco verbo, quoniam παθεῖν Graece
dicitur pati; unde et patior et patitur dicimus. Alii spatam
Latine autumant dictam, eo quod spatiosa sit, id est lata et
5 ampla: unde et spatula in pecoribus. Semispatium gladium
est a media spatae longitudine appellatum, non, ut inprudens
6 vulgus dicit, sine spatio, dum sagitta velocior sit. Pugio a
pungendo et transfigendo vocatus. Est enim gladius parvus
et bis acutus lateri adhaerens. Idem et clunabulum dictum,
7 quod religetur ad clunem. Chelidoniacus gladius ferrum est
latum, cuius duplex mucro ac bifurcus in modum caudae

1 letos *BT* 3 est amare C^1KT 5 ferro *K* proprius vero app. B^1 6 appellatur *KC ut vid.* 7 cet. nam *T*: cet. namque *C* 8 collo B^1K 9 vocatur T^2 vel quod *C* 10 vel quod *C* capit *B* ferre C^1 11 teli *om. KN* (*non U*) 12 nam acron B^1 13 macera Macera *BKT* 15 quem *K* vocat *K* et *om. BK* rumpea *K*: rumfea *T* 17 Spata *codd.* 18 παθεῖν] patin *codd.* 20 id est *om. B* 21 unde et *BK*: ut *T* spatulam *B* gladius *dett.* 22 inpudens *T* 23 spatium *BK*, *fort. recte* (sinespatium) 25 idem *T*: item *BCK* clurabulum C^1 26 ligetur *K*: legitur *N* (*non U*) Cel- *BC*: Celidonatus *K*: Celidonitus *T*

hirundineae formatur; unde et chelidoniacus dicitur. Sica 8
a secando dicta. Est enim gladius brevis quo maxime utuntur
qui apud Italos latrocinia exercent; a quo et sicarii dicti. Tran-
quillus (lud. hist. 195) autem dicit: 'Dum cuiusdam gladiatoris in
ludum emissi gladius curvatus fuisset ex acie recta, procucurrit
unus ad id corrigendum; tumque a pugnante responsum est:
Sic ha pugnabo. Inde sicae nomen datum.' Secures signa sunt 9
quae ante consules ferebantur; quas Hispani ab usu Francorum
per derivationem Franciscas vocant. Ea signa portari ne aut
usum perderent belli, aut vacans aspectum amitteret gladiorum.

De hastis. Hasta est contus cum ferro; cuius diminu- VII
tivum facit hastilia. Nomen autem hasta ab astu sumpsit;
unde et astutia. Contum ferrum non habet, sed tantum 2
cuspide acuto est. Vergilius (Aen. 5, 208):

Eferatasque trudes et acuto cuspide contos.

Contum autem quasi conitum: est enim conum acuta rotundi-
tas. Trudes amites sunt cum lunato ferro, quae Graeci 3
aplustria dicunt. †A trudibus autem verum† quod trudunt et
detrudunt. Vergilius (Aen. 5, 208):

Eferatasque trudes.

Venabula dicta quasi venatui abilia, vel quia venientem exci- 4
piunt, quasi excipiabula. Excipiunt enim apros expectantque
leones, intrant ursos, sit tantum firma manus (cf. Mart. 14, 30). 5
Lancea est hasta amentum habens in medio: dicta autem lancea

1 irudineae *T*: irundinis *C* cel- *C*: celidoniatus *BKT* 2 untuntur *K* 4 gladiatori *BT* 5 emissum gladium curvatum (-ba-) *BCT* procurrit *CK* 6 id *om. KP* (*non E*) t. ad *B*: tum a *KP* 7 sic ha *B*[2] (*i. e.* hac; *cf. Glotta* 2, 300): sica *KP*[1]*T Mon.*: sic hac *B*[1]*CFE*[2]: sica hac *DE*[1] *ut vid.* 8 consulem *K* 9 vocantur *B* ea] sea *C*[1] ne] na *B* 10 perderet *C*[1]: perdiderit *B* vagans *N* emiteret asp. *U*: asp. amitterent *N*: aspectu amitterit *K* 12 hastila *B*[1] 13 astutitia *T* ferro *KN* tantum] tam *B*[1] 14 acuta *TU*: agutum *N* est *om. KN* (*non U*) 15 ferratasque *C* trides *B* 16 conum] contum *B* 17 amites (-tt-) *BCK*: aste *T* (*i. e.* hastae) quea *T* (*i. e.* quae a?): quas *C* 18 aplustrea *B*: aplaustria *T* a tr. au. vel *K*: ad rubibus au. vel *N*: Trudes au. ferrum *C* (*non UV*): *fort.* ā (*i. e.* appellati) tr. au. vero (*vel* vel) 20 ferratasque *C* 21 vel quod *C* 22 excipibilia *B*[1]: excipiabulia *K*: -bilia *CT* enim *om. C* 23 intran (*corr.* ans) versus *K* 24 hasta] lancea *K* medium *K*

intra quas latet pugio sub baculi specie. Dolones autem a
dolo dicti sunt, quod fallant et decipiant ferro, quum speciem
praeferant ligni. Hos vulgus Graeco nomine oxos vocant, id
est acutos. Vnde et apud medicos acutus morbus ὀξεῖα vocatur.
5 Arcus vocatus eo quod arceat adversarium. Inde et arces
dicuntur a quibus arcentur hostes. Item arcus ob speciem,
quod sint curvati artius.

X De fvndis. Funda dicta eo quod ex ea fundantur lapides,
2 id est emittantur. Balista genus tormenti, ab emittendo iacula
dicta; βαλεῖν enim Graece mittere dicitur. Torquetur enim
verbere nervorum, et magni vi iacit aut hastas aut saxa. Inde
et fundibalus, quasi fundens et emittens. Contra balistam
testudo valet: series enim fit armorum umbonibus inter se
conligatis.

XI De ariete. Arieti nomen species dedit, eo quod cum
inpetu inpingit murum in modum arietum pugnantium. Validae enim ac nodosae arboris caput ferro vestitur, eaque
suspensa funibus multorum manu ad murum inpellitur, deinde
retrorsum ducta maiori inpetu destinatur, sicque crebris ictibus
concussum muri latus cedit cavatumque inrumpit ac fenestram
2 facit. Contra inpulsum arietis remedium est saccus paleis
plenus et in eum locum demissus quo aries percutit; laxo enim
saccorum sinu ictus arietis inlisus mollitur. Duriora enim
3 mollioribus facilius cedunt. Plutei sunt crates corio crudo
4 intextae, quae in opere faciendo hosti obiciuntur. Musculus
cuniculo similis fit, quo murus perfoditur; ex quo et appellatus,
quasi murusculus.

1 baculi *om.* *KN* (*non U*) 3 praeferat *K*: perferent *T* vocat *T* id est ac. *om.* *KN* (*non U*) 4 ὀξ.] ex ea *B* vocatus *B ut vid.* 5 eo *om.* *T* artes *B* 6 idem *K* (*non N*) hoc sp. *N*: ab sp. *K*: ab specie *C* (*non U*) 7 cruvati *ut vid.* *B* 8 eo *om.* *T* ex *om.* *KMN* (*non U*) fundatur *T* 9 Ballista *B* amittendo *T* iaculata C^1 10 *vel* βάλλειν: bali *CKT*: balli *B* 11 vervorum B^1 vi *om.* B^1K iacet *BKT* 12 fundivulus *K*: fendibulus *T* findens T^1 mittens *T* ball- *B* 20 conc. in mu. *T* cedet *B*: cadet *T* cavatumque *BCK*: curvatumque *T* fenetram C^1 22 et *om.* *T* eo loco *K* ar. pertinet *KN* (*non U*) 23 moll. inl. *KN* (*non U*) 24 facilior *T* grates *KT* 25 subiciunt *KN* 26 fit *om.* *B* appellatur *CT*

De clypeis. Clipeus est scutus maior, dictus ab eo quod XII
clipet, id est celet, corpus periculisque subducat, ἀπὸ τοῦ
κλέπτειν. Oppositus enim sua defensione ab hastis et iaculis
corpus munit. Clypeus autem peditum est, scutus equitum.
Scutum appellatum eo quod a se excutiat telorum ictum. Vt 2
enim telis resistatur, clipeus antefertur. Vmbo scuti pars
media est, quasi umbilicus. Ancile vocatur scutum breve et 3
rotundum. De quo Vergilius (Aen. 7, 188):

Laeva ancile gerebat.

Et ancile dictum ab ancisione, quod sit [ab] omni parte veluti
ancisum ac rotundum. Ovidius (Fast. 3, 377):

Idque ancile vocant, quod ab omni parte recisum:
quaque notes oculis, angulus omnis abest.

Peltum scutum brevissimum in modum lunae mediae. De 4
quibus meminit liber Regum (3 Reg. 10, 16): 'Fecit rex Salo-
mon ducenta scuta de auro puro et trecentas peltas ex auro
probato.' [S]cetra scutum loreum sine ligno, quo utuntur Afri 5
et Mauri. De quo poeta (Virg. Aen. 7, 732):

Laevas cetra tegit.

Parma levia arma, quasi parva, non clypeum. Dicitur autem 6
et testudo scutum, nam in modum testudinis fit clypeus. Est
et testudo scutorum conexio curvata in testudinis modum.
Namque in armorum generibus milites etiam ab animalibus
nomina sumunt, ut aries; et Sallustius (Hist. 3, 36): 'In
modum,' inquit, 'iricii militaris.'

De loricis. Lorica vocata eo quod loris careat; solis XIII
enim circulis ferreis contexta est. Squama est lorica ferrea ex 2

2 clypet *K*: *vel* clepet (-pit) *vel* clipeet 3 appositus *K* 4 scutum *CK* 5 a] ex *C* 6 clypeus *K* 7 ancale *B*¹ vocatus *B* rot. et bre. *T* 9 ierebat *B* 10 ab *hab. CT*: *om. BK* 11 ac *BK*: hoc est *CT* Ovid. . . . recisum *om. C*¹ 13 qu. no. oc. *om. C* notes] nodis *K* oculus *T* angulis *B*¹ omnes *BC*¹ 14 Pelta *dett.* 15 quibus] quo *B* 16 duocenta *K* 17 Setra *C*¹: Cetra *dett.* loreum *corr.* coreum *T* 19 levascetra *codd.* (levas creta *C*¹) 20 Parva *B*¹ levia] libia *K* non *om. B*¹*K* 21 scutum . . . testudo *om. B*¹ 22 conexa *K*: conexia *B* 24 nominas ut *B* 25 hiricii *K*: ircii *T*: irci *C* 26 Lurica *K* (*hic et alibi*) luris *K* 27 est (*prius*) *om. K*

lamminis ferreis aut aereis concatenata in modum squamae piscis, et ex ipso splendore squamarum et similitudine nuncupata. De ciliciis autem et poliuntur loricae et teguntur.

XIV De galeis. Cassis de lammina est, galea de coreo. Nam galeros coreum dicitur. Cassidam autem a Tuscis nominatam :
2 illi enim galeam cassim nominant, credo a capite. Apex est quod in summa galea eminet, quo figitur crista ; quam Graeci κῶνον vocant. Nam conus est curvatura quae in galea prominet, super quam cristae sunt.

XV De foro. Forus est exercendarum litium locus, a fando dictus [sive a Foroneo rege, qui primus Graecis leges dedit]. Qui locus et Prorostra vocatur ab eo quod ex bello Punico captis navibus Carthaginensium rostra ablata sunt, et in foro Romano praefixa, ut esset huius insigne victoriae. Constat
2 autem forus causa, lege et iudice. Causa vocata a casu quo evenit. Est enim materia et origo negotii, necdum discussionis examine patefacta ; quae dum praeponitur causa est, dum discutitur iudicium est, dum finitur, iustitia. Vocatum autem iudicium quasi iurisdictio, et iustitia quasi iuris status. Iudicium autem prius inquisitio vocabatur ; unde et actores iudiciorum et praepositos quaestores vel quaesitores vocamus.
3 Negotium multa significat : modo actum rei alicuius, cui contrarium est otium ; modo actionem causae, quod est iurgium litis. Et dictum negotium quasi nec otium, id est sine otio. Negotium autem in causis, negotiatio in commerciis
4 dicitur, ubi aliquid datur ut maiora lucrentur. Iurgium dictum quasi iuris garrium, eo quod hi qui causam dicunt iure disceptent. Lis a contentione limitis prius nomen sumpsit. De qua Vergilius (Aen. 12, 898) :

1 aeris *T* 2 et *om. K* squarum et *K* 3 cilicis *K* terguntur *T* 4 Capis *KN* : Scassis *U* Ca. . . . est *om.* *B*[1] la. et gal. *U* : lamine gal. *KN* 8 *κω.*] conum *codd.* praeminet *C* 11 sive . . . dedit *hab. T* : *om. BCK* 12 Pror.] prostra *B*[1] : rostra *K* voc. ideo qu. *T* 14 huius *om. C* signe *T* 17 proponitur *C* 18 finitur *BCTU* : firmatur *KN* 20 inquisitis *C*[1] 23 quod] quae *B* 24 qu. nec ot. *om.* *B*[1]*K* 25 negotiationi in *T* 27 disceptant *BK* 28 lim. qui pr. *T*

Limes erat positus, litem ut discerneret agri.

Causa aut argumento aut probatione constat. Argumentum 5
numquam testibus, numquam tabulis dat probationem, sed sola
investigatione invenit veritatem; unde et dictum argumentum,
id est argutum inventum. Probatio autem testibus et fide
tabularum constat. In omne autem iudicium sex personae 6
quaeruntur: iudex, accusator, reus et tres testes. Iudex dictus
quasi ius dicens populo, sive quod iure disceptet. Iure autem
disceptare est iuste iudicare: non est autem iudex si non est
in eo iustitia. Accusator vocatus quasi adcausator, quia ad 7
causam vocat eum quem appellat. Reus a re, qua petitur,
nuncupatus, quia, quamvis sceleris conscius non sit, reus tamen
dicitur, quamdiu in iudicio pro re aliqua petitur. Testes 8
antiquitus superstites dicebantur, eo quod super statum causae
proferebantur. Nunc parte ablata nominis, testes vocari.
Testis autem consideratur condicione, natura et vita. Condi- 9
cione, si liber, non servus. Nam saepe servus metu dominantis
testimonium subprimit veritatis. Natura, si vir, non femina.
Nam (Virg. Aen. 4, 569):

Varium et mutabile semper
femina.

Vita, si innocens et integer actu. Nam si vita bona defuerit,
fide carebit. Non enim potest iustitia cum scelerato habere
societatem. Duo sunt autem genera testium: aut dicendo 10
id quod viderunt, aut proferendo id quod audierunt. Duobus
autem modis testes delinquunt: quum aut falsa promunt, aut
vera silentio obtegunt.

De spectacvlis. Spectacula, ut opinor, generaliter nomi- XVI
nantur voluptates quae non per semetipsa inquinant, sed per ea

2 Ca. autem arg. *K* 4 dic. argentum C^1 5 id est arg. *om. T* autem *om.* B^1 8 disceptit *K* 9 disptare *T*: disputare *K* 10 in eum *K* vocatur *C* adcausator] accusator *T* 11 quem et app. *B* quia pe. *K*: qua petit *B* 12 nuncupatur *BK* 13 qu. in dicio B^1 14 suprestites (-pp-) *BKT* supra *T* 15 praeferebantur *K* nunc . . . vocari *om. T* vocantur *K* 23 iustitia *om. T* 24 au. sunt *K* (*non U*) 26 tes. mod. T^1 falso *B* 27 obtegunt *BCTU*: oppremunt *KN*

quae illic geruntur. Dicta autem spectacula eo quod hominibus publica ibi praebeatur inspectio. Haec et ludicra nuncupata,
2 quod in ludis gerantur aut in cenis. Ludorum origo sic traditur: Lydios ex Asia transvenas in Etruria consedisse duce Tyrreno, qui fratri suo cesserat regni contentione. Igitur in Etruria inter ceteros ritus superstitionum suarum spectacula quoque religionis nomine instituerunt. Inde Romani arcessitos artifices mutuati sunt; et inde ludi a Lydis vocati sunt. Varro autem dicit ludos a luso vocatos, quod iuvenes per dies festos solebant ludi exultatione populum delectare. Vnde et eum lusum iuvenum et
3 diebus festis et templis et religionibus reputant. Nihil iam de causa vocabuli, dum rei causa idolatria sit. Vnde et promiscue ludi Liberalia vocabantur, ob honorem Liberi patris. Ob hoc dispicienda est originis macula, ne bonum aestimes quod initium a malo accepit. Ludus autem aut gymnicus est, aut circensis, aut gladiatorius, aut scenicus.

XVII De lvdo gymnico. Gymnicus ludus est velocitatis ac virium gloria. Cuius locus gymnasium dicitur, ubi exercentur athletae et cursorum velocitas conprobatur. Hinc accidit ut
2 omnium prope artium exercitia gymnasia dicantur. Ante enim in locis certantes cincti erant, ne nudarentur: post relaxato cingulo repente prostratus exanimatus est quidam cursor. Quare ex consilii decreto tunc archon Hippomenes ut nudi deinceps omnes exercitarentur permisit. Ex illo gymnasium dictum,

1 qua ill. *K*: que illuc *T* 2 praebebatur *C* nunc. *om.* C^1 3 quod] quam *T* (*pro* quia?) scenis *BCK* 4 transveasse *KPN* (-et) (*non DFUX*) tyrreno *P*: tyrrino *K*: terreno *B*: tirrheno *C*: tirreno *T* 5 fr. successerat *T* regnum *BCK* 7 Inde . . . mut. sunt *om. K* (*in spat. vac.*) (*non DEFUX*) romanos *T* mutati C^1 8 ludi (*i.e.* -dii) a Ly.] ludialides *X*: ludiales C^1*DE* (*non FNP*): laudualis *T* (*non U*) dicit *om. B* 10 delectasse C^1 eum] enim C^1 11 fes. tem. *K* reputat *Tertull. spect.* 5 13 ob hos *K* 14 dispicienda *BK*: respicienda *CT* extimes *T*: existimes *Tertulliani codd.* initio ad malum incipit *K*: initio malum cepit *T* 15 cerciensis *K* 16 scen. est *C* 19 accedit *K* 20 Antea *K* 21 loci *K*: ludis *C*: iocis *Arev.* post] per *K* 22 prostr. et examinatus *T* cursor *CT*: cursorum *BK* 23 consilio *KT*

quod iuvenes nudi exercentur in campo, ubi sola tantum verecunda operiuntur.

XVIII De generibvs gymnicorvm. Genera gymnicorum quinque: id est saltus, cursus, iactus, virtus atque luctatio. Vnde ferunt quendam regem tot filios adolescentes habentem totidem generibus de regno iussisse contendere.

XIX De saltv. Saltus dictus quasi exilire in altum: est enim saltus altius exilire vel longius.

XX De cvrsv. Cursus a velocitate crurum vocatur; est enim cursus celeritas pedum.

XXI De iactv. Iactus dictus a iaciendo. Vnde et piscatorium rete iaculum dicitur. Huic arti usus est arreptos lapides procul ferire, hastas pondere librato iacere, sagittas arcu emittere.

XXII De virtvte. Virtus est inmensitas virium in labore et pondere corporis [vocata].

XXIII De lvctatione. Luctatio a laterum conplexu vocata, quibus comminus certantes innitent, qui Graeca appellatione athletae vocantur.

XXIV De palaestra. Locus autem luctationis palaestra dicitur. Palaestram autem vel ἀπὸ τῆς πάλης, id est a luctatione, vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id est a motu ruinae fortis, nominatam dicunt, scilicet quod in luctando, cum medios arripiant, fere quatiant; idque apud Graecos πάλλειν vocatur. Quidam opinantur artem luctandi ursorum contentione monstratam: namque inter ceteras feras eos solos et erigi congressos et subsidere celeriter ac

1 campum *BCT* verecundia *C*[1]*K* 2 operiunt *K* 5 totidem] idem *T* 6 iuss.] eius isse *T*[1] 7 dic. . . . est *om.* *K* 9 vocatus *B* 11 ad *B* (*pro* ab ?) iacendo *K* piscatorum *CK* 12 arti usus] altius *K* arrepto lapide *Arev.* 13 iacere *BCT*: iactare *K* § xxii *post* conplexu dicta (§ xxiii) *KNP* 14 est *om.* *KNP* et in pond. *C* 15 vocata *hab.* *KN*: *om.* *BCTU* 16 a lat.] alterum *C*[1]: alterutrum *B* vocata *CDEFTU*: vocatae *B*: dicta *KP*: dictam *N* 17 innituntur *Arev.* (*non DEFPU*) 20 τῆς . . . ἀπὸ *om.* *KN*: a luct. . . . id est *om.* *C*[1]*DE*: a luct. . . . πάλλειν *om.* *B*[1] πάλης] palesi *BDETU*: pales in *C* 21 πάλλειν] palein *TU*: palin *K* a mo. urnae id est sortis *C*[2] nominatum *K* 22 fere *BCFT*: pene *KN* 23 πάλλειν] palin *BCT*: palen *K* vocant *K* 24 inmonstratam *K*

reverti, et modo manibus temtare invicem, modo conplexu abigere sese more luctantium.

XXV De agone. Quae Latine certamina, Graeci ἀγῶνας vocant, a frequentia qua celebrabantur. Siquidem et omnem coetum atque conventum agona dici; ali quod in circulis et quasi agoniis, id est sine angulo locis, ederentur nuncupatos agonas putant.

XXVI De generibvs agonvm. Agonum genera fuisse: inmensitas virium, cursui celeritas, sagittandi peritia, standi patientia, ad citharam quoque vel tibias incedendi gestus, de moribus quoque, de forma, de cantandi modulatione, terrestris quoque belli et navalis proelii, perpetiendorumque suppliciorum certamina.

XXVII De lvdis Circensibvs. Ludi Circenses sacrorum causa ac deorum gentilium celebrationibus instituti sunt: unde et qui eos spectant daemonum cultibus inservire videntur. Nam res equestris antea simplex agebatur, et utique communis usus reatus non erat; sed quum ad ludos coactus est naturalis usus,
2 ad daemoniorum cultum translatus est. Itaque Castori et Polluci deputantur haec species, quibus equos a Mercurio distributos historiae docent; sed et Neptunus equestris ludi est, quem Graeci ἵππιον appellant; sed et Martis et Iovis in ludis
3 equi sunt consecrati, et ipsi quadrigis praesunt. Circenses autem ludi ideo dicti, vel a circumeundo, vel quod, ubi nunc metae sunt, olim gladii ponebantur quos quadrigae circumibant; et inde dicti Circenses, ab ensibus circa quos currebant.

1 et modo . . . invicem *om.* C^2 3 latine *KT*: latini *BC* 4 celebrantur B^1C et *om.* *K* omne *BT* 5 alii quod *T*: aliquod *C*: aliquid *B* qu. agonis *C* 9 cursus *C* 10 citharum C^1: cethara *K*: ceteram *B* accedendi *K*: incendi *T* 11 terr. quoque *T*: terr. quod B^1K: terr. *C* 12 proeliis B^1 14 cau. equorum *KN* (-sam) *P* (-sae qu.): cau. aquorum B^1: cau. a quo domnorum *F*: cau. ac detrium *U* (*non V*) 15 gentilibus *V* 16 expectant BC^1FT: inspectant *KP* 17 usu C^1 18 reatus fuerat *K ante corr.* 19 translatum *T* 21 docent] dicunt *K* lude B^1: ludes *K* 22 ippon *BK*: ippon *an* yppon *incert.* *T*: yppona *C* appellant] vocant *T* iovi *BC* (*non U*) 23 eq. sunt] equestribus *KN* (-ist-) et ip. qu.] vel a circum T^1 (*cf.* § 3) 24 circ. quod *C*

Siquidem et in litore circa ripas fluminum currus agitantes, gladios in ordine in ripae litore ponebant, et erat artis equum circa pericula torquere. Inde et Circenses dicti putantur, quasi circum enses.

DE CIRCO. Circus Soli principaliter consecratus est a XXVIII
paganis, cuius aedis medio spatio et effigies de fastigio aedis
emicat, quod non putaverint sub tecto consecrandum quem in
aperto habent. Est autem circus omne illud spatium quod
circuire equi solent. Hunc Romani dictum putant a circuitu 2
equorum, eo quod ibi circum metas equi currant. Graeci vero
a Circe Solis filia, quae patri suo hoc genus certaminis instituit,
adserunt nuncupatum, et ab ea circi appellationem argumentantur. Fuit autem maga et venefica et sacerdos daemonum, in cuius habitu et opera magicae artis et cultus idolatriae recognoscitur.

DE ORNAMENTIS. Ornamenta circi: ova, meta, oboliscus, XXIX
carcer. Ova honori Pollucis et Castoris adscribunt, qui illos
ovo editos credendo de cygno Iove non erubescunt. Fingunt 2
autem Circensia Romani ad causas mundi referre, ut sub hac specie superstitiones vanitatum suarum excusent.

DE METIS. Metarum quippe appellatione proprie terminum XXX
ac finem mundi designare volunt, ab eo quod aliqui emensus finis est, sive ad testimonium orientis occidentisque solis.

DE OBELISCO. Oboliscum Mesfres rex Aegypti primus XXXI
fecisse refertur tali ex causa. Quum quodam tempore Nilus

1 circa *om.* *BKN* (*non U*) cursus *K* 5 solis *M* prcipali ter *K* 6 edes *TU*: edos *B*[1]: decus *KM* in med. *T* (*non U*) edissemicant *M* 7 non] nonnulli *KN* (*non U*) potaverint (*ex* -unt) *T*: putaverunt *CK* (*cum Tertull. spect.* 8) consecrando *K* quem] quoniam *K* (*non U*) 8 habent] arent *K* (*non U*) 9 circumire *K* 10 currunt *K* 11 circie *K*: circirceae *B* soli fi. *K* 13 magna *T* veneficia (be-) *CT* 14 hab. et opere *CT*: hab. et opore *B*: hab. opera *K* artis *KT*: artes *BC* idolatria *C* 16 moeta *K* 17 *inter* Cast. *et* adscr. *add.* dicitur quod ledam matrem castoris et pollucis ioves (*leg.* -is) in cigni similitudine[m] strupuisset (*leg.* stupravisset) ideo ovo editos putant ad avis similitudinem *T* 18 ova *C*[1] Iove] eiove *K* 19 circensi *BC* rereferre *C*[1] 22 designari *T* aliquid *C*[1]: *om.* *KN* (*non U*) 23 a test. *B*[1]: a testimonio *K* 24 mesfraes *C*: mesferes *KT* 25 refertur *KT*: fertur *BC*

violenti inundatione Aegyptum nocuisset, indignatus rex tamquam poenas a flumine exigeret, sagittam in undas misit. Non multum post gravi valitudine correptus lumen amisit, qui post caecitatem visu recepto duos oboliscos Soli sacravit. Oboliscus enim sagitta dicitur, qui ideo in medio Circo ponitur quia per
2 medium mundum sol currit. Medio autem spatio ab utraque meta constitutus oboliscus fastigium summitatemque caeli significat, quum sol ab utroque spatio medio horarum discrimine transcendit. Summo obolisco superpositum est quoddam auratum in modum flammae formatum, quoniam sol plurimum in se caloris atque ignis habet.

XXXII De carceribus. In Circo unde emittuntur equi carceres dicuntur, ab ea re qua et ille carcer qui est in civitate; quod, ut ibi homines damnati atque inclusi, ita hic equi cohercentur, ne exeant antequam signum emittant.

XXXIII De aurigis. Ars Circi: auriga et cursus, equites vel pedites. Auriga proprie dictus quod currum agat et regat, sive quod feriat iunctos equos. Nam aurit, ferit; ut (Virg. Aen. 10, 314):

Latus aurit apertum.

2 Ipse est et agitator, id est verberator, ab agendo dictus. Aurigae autem duobus coloribus sunt, quibus speciem idolatriae vestiunt. Nam prasinus terrae, venetus caelo et mari a paganis dicatus est.

XXXIV De quadrigis. Erict⟨h⟩onius autem, qui regnavit Athenis, primus quattuor equos iuncxisse fertur; sicut Vergilius auctor est dicens (Georg. 3, 113):

Primus Erict⟨h⟩onius currus et quattuor ausus
Iungere equos, rapidisque rotis insistere victor.

2 Fuit autem Minervae et Vulcani filius de caduca in terram

1 inundatio C^1 2 sagittas *B* 3 validine *K* 4 solis B^1 5 circum *B* 6 curret *K*: cucurrit C^1 Medium au. spatium *B* 7 moeta *T* 8 utraque B^1K 10 plurimum] primum *K* 12 Idcirco *T* 13 dicuntur *KN*: dixerunt *BCTU* habere qua et illi *T* 14 ut ibi] ubi *B*: ibi *K* 16 cursus *CT*: currus *BK* eq. sive ped. *C* 18 ut] et *B* 21 agitatorum *T* 22 specie *BK* 23 venetur C^1 dedicatus *K*: dictus *T* 25 au. est] auctorem C^1 28 rapidusque *B* 29 terra lividinem *K*

libidine, ut fabulae ferunt, procreatus, portentum daemonicum,
immo diabolus, qui primus Iunoni currum dedicavit. Tali
auctore quadrigae productae sunt.

De cvrrv. Currus autem a cursu dictus, vel quia rotas XXXV
habere videtur [multas]; unde et carrum quasi currum. Qua-
drigarum vero currus duplici olim temone erant perpetuoque et
qui omnibus equis iniceretur iugo. Primus Clisthenes Sicyonius 2
tantum medios iugavit, eisque singulos ex utraque parte simplici
vinculo adplicavit, quos Graeci σειραφόρους, Latini funarios
vocant, a genere vinculi, quo prius alligabantur.

De eqvis qvibvs cvrrimvs. Quadrigae et bigae, et XXXVI
trigae et seiugae a numero equorum et iugo dicti. Ex quibus
quadrigas soli, bigas lunae, trigas inferis, seiugas Iovi, desultores
Lucifero et Hespero sacraverunt. Quadrigam ideo soli iungunt
quia per quattuor tempora annus vertitur: vere, aestate, autumno
et hieme. Bigas lunae, quoniam gemino cursu cum sole con- 2
tendit, sive quia et nocte et die videtur. Iungunt enim unum
equum nigrum, alterum candidum. Trigas diis inferis, quia is
per tres aetates homines ad se rapit: id est per infantiam,
iuventutem atque senectam. Seiuga maximus currus currit
Iovi, propter quod maximum deorum suorum eum esse credunt.
Ideo autem rotis quadrigas currere dicunt, sive quia mundus iste 3
circuli sui celeritate transcurrit, sive propter solem, quia volu-
bili ambitu rotat; sicut ait Ennius (Ann. 558):

> Inde patefecit radiis rota candida caelum.

De septem spatiis. Septem spatia quadrigae currunt XXXVII

2 primus *BC*: -mum *K*: -me (*i.e.* -mae) *T* 4 autem *om.* *KN* quia] quod *C* 5 multas *hab.* *CK*: *om.* *BT* (*cf.* XX. xii. 1) qu. curvum *K*: qu. cursum *BC* 6 cursus *C* erat *K* 7 inicerentur *K* cirestenes *CT*: ciristenes *U*: cirestenos *B*: cyristenes *K* sicionios B^1 8 medius B^1C^1T eisque *BCT*: cum *KN* 9 adplicuit (app-) *BCK* Gr. siraforos (sy-) *TC*: Gr. siraforas *B*: Gr. sitaforus *K* lunarios *K*: furarios *C* 11 et trigae *om.* B^1K 12 et seiugae *om.* *T* dictae *K* 13 quadrigis B^1 trigas] bigas dis *K* inferi *T* 14 et esfero *K*: *om.* *T* 15 ver *BT*: vere et *K* 16 et *om.* *K* qu. et gem. *C* 17 eq. nig. un. *T* 18 qu. his *BKT* (*i.e.* is) 19 rapiunt *K* 20 senectutem *K* maximos *K* cursus *BCK* 21 Iovi *om.* C^1 *ut vid.* 25 patefacit *BK* 26 currit *T*

referentes hoc ad cursum septem stellarum, quibus mundum regi dicunt, sive ad cursum septem dierum praesentium, quibus peractis vitae terminus consummatur; quorum finis est creta, id est iudicium.

XXXVIII De EQVITIBVS. Porro equites singulares ideo currere dicunt quia singulariter unusquisque cursum vitae huius peragit atque transit, alius alio tempore sequens alium, per unam tamen viam mortalitatis usque ad propriam metam mortis.

XXXIX De DESVLTORIBVS. Desultores nominati quod olim, prout quisque ad finem cursus venerat, desiliebat et currebat; sive quod de equo in equum transiliebat.

XL De PEDITIBVS. Pedites autem aiunt propterea pede currere quia pedibus curritur mortalitati. Ob hoc a superiori parte currunt ad inferiora, id est ab oriente ad occidentem, quia mortales oriuntur et occidunt. Nudi currunt, quia et homini in saeculo nullae reliquiae sunt. Recto spatio currunt, quia inter vitam et mortem nihil distat. Sed haec igitur propterea fingunt ut vanitates suas et sacrilegia excusare conentur.

XLI De COLORIBVS EQVORVM. Circa causas quoque elementorum idem gentiles etiam colores equorum iunxerunt, russeos enim soli, id est igni, albos aeri, prasinos terrae, venetos mari adsimilantes. Item russeos aestati currere voluerunt, quod ignei coloris sint, et cuncta tunc flavescant. Albos hiemi, quod sit glacialis, et frigoribus universa canescant. Veri prasinos
2 viridi colore, quia tunc pampinus densatur. Item russeos currere Marti sacraverunt, a quo Romani exoriuntur, et quia vexilla Romanorum cocco decorantur; sive quod Mars gaudet

3 terminum *T* quorum] cuius *B* creta *C*: certa *TUV*: ercta *BF* (*an recte*?): erctus (aer-) *KNP* 5 equites *om.* *C* 6 dicuntur *K* peragat *T* (*an recte*?) 10 desilierat *K* 11 de] in *T* in equo *K* 12 Pedes C^1 pe. concurrere *C* 13 mortalitas *K* 14 in occ. *T* 16 reliqui *ut vid.* *B* mor. et vi. *T* 17 haec *CT*: hoc B^1K 20 idem . . . adsim. *om.* *KNP* (*non DEFU*) roseos *codd.* 22 item *BCDEFTU*: ideo *KP* rosseus P^1: roseos *BCDEFTU* aestati] statim *K* (*non DEFU*) 23 sint] est (*delet.*) sunt *C* albo *T* hieme *K* 24 sint glaciales *K* vere *K* (*non DEF*) presinos *T* 25 quia] quod *C* roseos *BCT* 26 curreri *C* 27 vixilla C^1K

sanguine. Albos zephyris et serenis tempestatibus, prasinos
floribus et terrae, venetos aquis vel aeri, quia caeruleo sunt
colore, luteos, id est croceos, igni et soli, purpureos Iri sacra-
verunt, quam arcum dicimus, quod is plurimos colores habeat.
Sicque, dum hac spectatione deorum cultibus atque elementis 3
mundialibus profanantur, eosdem deos atque eadem elementa
proculdubio colere noscuntur. Vnde animadvertere debes,
Christiane, quod Circum numina inmunda possideant. Qua-
propter alienus erit tibi locus quem plurimi Satanae spiritus
occupaverunt: totum enim illum diabolus et angeli eius
repleverunt.

De theatro. Theatrum est quo scena includitur, semi- XLII
circuli figuram habens, in quo stantes omnes inspiciunt. Cuius
forma primum rotunda erat, sicut et amphitheatri; postea ex
medio amphitheatro theatrum factum est. Theatrum autem ab
spectaculo nominatum, ἀπὸ τῆς θεωρίας, quod in eo populus
stans desuper atque spectans ludos contemplaretur. Idem 2
vero theatrum, idem et prostibulum, eo quod post ludos exactos
meretrices ibi prostrarentur. Idem et lupanar vocatum ab
eisdem meretricibus, quae propter vulgati corporis levitatem
lupae nuncupabantur: nam lupae meretrices sunt a rapacitate
vocatae, quod ad se rapiant miseros et adprehendant. Lu-
panaria enim a paganis constituta sunt ut pudor mulierum
infelicium ibi publicaretur, et ludibrio haberentur tam hi qui
facerent quam qui paterentur.

De scena. Scena autem erat locus infra theatrum in XLIII
modum domus instructa cum pulpito, qui pulpitus orchestra
vocabatur; ubi cantabant comici, tragici, atque saltabant hi-

2 floris *BKT* (*et Isid.*?) aeris B^1T cerulei *K* 4 quem *BCT* his *BKT* (*i. e.* is): iris *C* plurimis *B* 5 expectatione *codd.* 7 colore *BT* noscantur *T* et anim. *C*: enim advertere *T* 8 *vel* quot nomina *BK* inmunditia C^1 12 quod sc. *T* 13 *a* fig. habens *usque ad* (XIX. vi. 2) quod igne *deficit C*, *tribus ut vid. foliis exsectis* 15 est *om. K* ab expectaculo *BKT ex corr.* (*ut vid.*) 16 αποτεσοριας *T* populo *T* 17 expectans *B* 20 quae] qua *B* 21 luce T^1 nuncupantur B^1 25 qui *B ut vid. T*: qui et quae *K*: quae *Lactant. inst.* 6, 23, 7 27 orcistra *codd.* 28 traicique sal. *K* istriones *K*: striones *BT*

striones et mimi. Dicta autem scena Graeca appellatione, eo quod in speciem domus erat instructa. Vnde et apud Hebraeos tabernaculorum dedicatio a similitudine domiciliorum σκηνοπήγια appellabantur.

XLIV De orchestra. Orchestra autem pulpitus erat scenae, ubi saltator agere posset, aut duo inter se disputare. Ibi enim poetae comoedi et tragoedi ad certamen conscendebant, hisque canentibus alii gestus edebant. Officia scenica: tragoedi, comoedi, thymelici, histriones, mimi et saltatores.

XLV De tragoedis. Tragoedi sunt qui antiqua gesta atque facinora sceleratorum regum luctuosa carmine spectante populo concinebant.

XLVI De comoedis. Comoedi sunt qui privatorum hominum acta dictis aut gestu cantabant, atque stupra virginum et amores meretricum in suis fabulis exprimebant.

XLVII De thymelicis. Thymelici autem erant musici scenici qui in organis et lyris et citharis praecanebant. Et dicti thymelici quod olim in orchestra stantes cantabant super pulpitum, quod thymele vocabatur.

XLVIII De histrionibvs. ⟨H⟩istriones sunt qui muliebri indumento gestus inpudicarum feminarum exprimebant; hi autem saltando etiam historias et res gestas demonstrabant. Dicti autem histriones sive quod ab Histria id genus sit adductum, sive quod perplexas historiis fabulas exprimerent, quasi histriones.

XLIX De mimis. Mimi sunt dicti Graeca appellatione quod rerum humanarum sint imitatores; nam habebant suum au-

3 σκη.] -φηγ- *KT* (*in B turbatum*) 5 Orcistra *codd.* 6 agi possit *K* 9 striones *codd.* et *om.* T^1 11 luctuoso *B* carmina *K* exspectante *B* 12 concinnebant *K* 13 privatorum *BFT*: vanorum *KN* (-na-) 14 aut *BK*: atque *T* 16 Temelici *KT*: Temelicia *B* musicis cecini B^1 17 et l. citharisque *K*: et l. et citharicos *T* themelici *T*: temelici *K*: melici B^1 18 orcistra *codd.* 19 temele *codd.* 21 gesto *T*: gestis *B* feminum *T* hic au. *K* 22 storias *T* 23 striones *codd.* striia T^1 *ut vid.* 24 historias B^1: storiis *T* storiones *T* 26 dicta B^1: *om. KN* 27 habent *B* actorem *Arev.*

ctorem, qui antequam mimum agerent, fabulam pronuntiare[n]t. Nam fabulae ita conponebantur a poetis ut aptissimae essent motui corporis.

DE SALTATORIBVS. Saltatores autem nominatos Varro L
dicit ab Arcade Salio, quem Aeneas in Italiam secum adduxit, quique primo docuit Romanos adolescentes nobiles saltare.

QVID QVO PATRONO AGATVR. Et est plane in artibus scenicis LI
Liberi et Veneris patrocinium, quae privata et propria sunt scenae, de gestu et corporis fluxu. Nam mollitiam Libero et Veneri inmolabant, illi per sexum, illi per luxum dissoluti: quae vero ibi vocibus et modis et organis et lyris transiguntur, Apollines et Musas et Minervas et Mercurios patronos habent. Quod spectaculum, Christiane, odere debes, quorum odisti auctores.

DE AMPHITHEATRO. Amphitheatrum locus est spectaculi, LII
ubi pugnant gladiatores. Et inde ludum gladiatorium dictum quod in eo iuvenes usum armorum diverso motu condiscant, et modo inter se aut gladiis aut pugnis certantes, modo contra bestias incedentes; ubi non odio, sed praemio inlecti subeunt ferale certamen. Amphitheatrum dictum, quod ex duobus 2
theatris sit factum. Nam amphitheatrum rotundum est; theatrum vero ex medio amphitheatro est, semicirculi figuram habens.

DE LVDO EQVESTRI. Genera gladiatorum plura, quorum LIII
primus ludus equestrium. Duo enim equites praecedentibus prius signis militaribus, unus a parte orientis, alter ab occidentis procedebant in equis albis cum aureis galeis minoribus et habilioribus armis; sicque atroci perseverantia pro virtute sua

1 qui an. mi. ag. *BTU*: qui hoc primum ag. *N*: qui hoc quam primum ag. *K* (*pro* quum?) 2 a *om.* *T*[1] 4 Sa. sunt nominati sicut Va. *KN* (*non U*) 7 Et *om.* *BKN* (*non U*) plane] autem *KN* scenicis *BTU*: spectaculi *KN* 9 et de corp. *K* flexu *dett.* 10 per fluxum *BK* 11 quae] qui *K* 12 apollinem *K*: et apollinem *N* et Min. *om.* *KN* (*non U*) mercurium *K* (*non U*) 13 corum *U*: cuius *KN* 16 uibi *ut vid.* *T ante corr.* 17 quod] quo *T* usu (*ex corr.*?) *T* mutu *T*: modo *K* 21 nam a. ro. est *post* habens (*v.* 23) *T* 25 ludus] usus *K* (*pro* lusus?) 26 parte] porta *KT* 27 gal. aur. *KN* (*non U*)

iniebant pugnam, dimicantes quousque alter in alterius morte prosiliret, ut haberet qui caderet casum, gloriam qui perimeret. Quae armatura pugnabat Martis Duellii causa.

LIV De retiariis. Retiarius ab armaturae genere. In gladiatorio ludo contra alterum pugnantem ferebat occulte rete, quod iaculum appellatur, ut adversarium cuspide insistente operiret, inplicitumque viribus superaret. Quae armatura pugnabat Neptuno tridentis causa.

LV De secutoribus. Secutor ab insequendo retiarium dictus. Gestabat enim cuspidem et massam plumbeam, quae adversarii iaculum inpediret, ut antequam ille feriret rete, iste exsuperaret. Haec armatura sacrata erat Vulcano. Ignis enim semper insequitur, ideoque cum retiario componebatur, quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt.

LVI De laquearIIs. Laqueariorum pugna erat fugientes in ludo homines iniecto laqueo inpeditos consecutosque prostrare amictos umbone pellicio.

LVII De velitibus. Velitum pugna erat ut ultro citroque tela obiectarent. Erat enim eorum varia pugna et spectantibus gratior quam reliqua: velites autem nuncupatos sive a volitatione, sive a civitate Etruscorum quae Veles vocabatur.

LVIII De ferali certamine. Ferarum pugna erat emissas bestias iuvenes excipere, pugnare adversus eas, ultroneo funere certare, non crimine, sed furore.

LIX De horum exercitatione ludorum. Haec quippe spectacula crudelitatis et inspectio vanitatum non solum homi-

1 inibant *K ante corr.* alter alterum mo. *KN* (*non U*) mortem *K* (*non U*) 3 Marti duelli *Arev.* 4 armatura *BT* 5 retem *BT* 6 appellatus *ut vid. T* insistente *K* : insistere *B* : insequente *T* : *fort.* -tem 7 armaturo *K* 8 *fort.* Neptuni 9 Sec. est ab *B* (*non U*) 10 gestabat *BTU* : portabat *KN* 11 ut] et *T* retem *T* exsuperaret *TU* : et superaret *B* : superaret *KN* 12 sacratura erat *U* (*non V*) : sacraverunt *K* : sacraverum *N* vulcanum (-ga-) *NV* 18 Veletum *BT* 19 expectantibus *B* 20 veletes *T* : veletis *B* volutatione *T* : vocitatione *B* 21 Etr.] et rusticorum *T* veles *T* : v*ees *B*[1] : velites *K* vocabantur *K ante corr.* 22 Feralis *KN* 23 besteas *KT* ultro ne eo *B*[1] 26 spectaculum *T* inspectatio *B*

num vitiis, sed et daemonum iussis instituta sunt. Proinde nihil esse debet Christiano cum Circensi insania, cum inpudicitia theatri, cum amphitheatri crudelitate, cum atrocitate arenae, cum luxuria ludi. Deum enim negat qui talia praesumit, fidei Christianae praevaricator effectus, qui id denuo appetit quod in lavacro iam pridem renuntiavit; id est diabolo, pompis et operibus eius.

DE TABVLA. Alea, id est lusus tabulae, inventa a LX
Graecis in otio Troiani belli a quodam milite Alea nomine, a quo et ars nomen accepit. Tabula luditur pyrgo, calculis tesserisque.

DE PYRGIS. Pyrgus dictus quod per eum tesserae pergant, LXI
sive quod turris speciem habeat. Nam Graeci turrem πύργον vocant.

DE CALCVLIS. Calculi vocati quod lenes sint et rotundi. LXII
Vnde et calculus dicitur lapis brevis, qui sine molestia sui brevitate calcatur. Item calculi, quod per vias ordinales eant, quasi per calles.

DE TESSERIS. Tesserae vocatae quia quadrae sunt ex LXIII
omnibus partibus. Has alii lepusculos vocant, eo quod exiliendo discurrant. Olim autem tesserae iacula appellabantur, a iaciendo.

DE FIGVRIS ALEAE. Quidam autem aleatores sibi videntur LXIV
physiologice per allegoriam hanc artem exercere, et sub quadam rerum similitudine fingere. Nam tribus tesseris ludere perhibent propter tria saeculi tempora: praesentia, praeterita, et futura; quia non stant, sed decurrunt. Sed et ipsas vias senariis locis distinctas propter aetates hominum ternariis lineis propter tempora argumentantur. Inde et tabulam ternis discriptam dicunt lineis.

1 sed daem. *B*   2 nihili *K*   3 theatrica cum *K*   4 Deum] dum *B*   5 quid id *B*: quid *T*   6 diaboli *B*   di. et po. *K*   et op. *om.* *KN* (*non U*)   8 lusus *KT*: ludus *B*   9 in otio] initio *T*   10 a quo *om.* *B*[1]   pigro *ut vid.* *T ante corr.*   12 Pirgus *BT*   15 leves *dett.*   19 quia] quod *B*   21 discurrunt *BT*   iaculi *T*   26 saecula *B*[1]   29 argumentatur *T*   descriptam *K*

LXV De vocabvlis tesserarvm. Iactus quisque apud lusores veteres a numero vocabatur, ut unio, [binio,] trinio, quaternio, [quinio], senio. Postea appellatio singulorum mutata est, et unionem canem, trinionem suppum, quaternionem planum vocabant.

LXVI De iactv tesserarvm. Iactus tesserarum ita a peritis aleatoribus conponitur ut adferat quod voluerit, utputa senionem, qui eis in iactu bonum adfert. Vitant autem canem quia damnosus est; unum enim significat.

LXVII De calcvlorvm motv. Calculi partim ordine moventur, partim vage: ideo alios ordinarios, alios vagos appellant; at vero qui moveri omnino non possunt, incitos dicunt. Vnde et egentes homines inciti vocantur, quibus spes ultra procedendi nulla restat.

LXVIII De interdictione aleae. Ab hac arte fraus et mendacium atque periurium numquam abest, postremo et odium et damna rerum; unde et aliquando propter haec scelera interdicta legibus fuit.

LXIX De pila. Pila proprie dicitur quod sit pilis plena. Haec et sfera a ferendo vel feriendo dicta. De quarum genere et pondere Dorcatius sic tradit (1):

Neu tu parce pilos vivacis condere cervi,
Vncia donec erit geminam super addita libram.

2 Inter species pilarum sunt trigonaria et arenata. Trigonaria est qu[i]a inter tres luditur. Arenata, qua in grege, dum ex circulo adstantium spectantiumque emissa, ultra iustum spatium

2 ut *om.* T^1 binio *hab. K*: *om. BDT* trinio *K*: trio *BT* quatrio *BT*: quatrinio *K* 3 quinio *hab. K*: *om. BDT* 4 trinionem *K*: trionem *BT* quatrionem *BT*: quadrionem *K* 6 a per.] apertis *B* 8 boni *T* 11 vagae *K* 12 possint *T* 13 agentes *BK ex corr.* incitos *K ante corr.* 16 post. et od. *om. K* 17 hoc *B* int. a leg. *K* 18 fuit *om. T* 19 plena *corr.* plea *ut vid. T* 20 *i.e.* sphaera vel a feri. *T* et pond. *om.* B^1 21 dorcacius (*ex* dorcacicius) *K* (*non Mon.*) 22 pa. pilo quivagum *K* (*non U Mon.*) 23 donec hec er. *K ante corr.* gemina *K* (*non Mon.*) 24 Inter *KT*: Item *B* arenata TB^2: aronata B^1: arenaria *K* 25 inter lu. T^1: in tres lu. BT^2 arenata TB^2: aronata B^1: arenaria *K* quia *KT* 26 expectantiumque *codd.*

pilam excipere lusumque inire consueverunt. Cubitalem lusum appellant quum duo comminus ex proximo ac pene coniunctis cubitis pilam feriunt. Suram dicitur dare qui pilam crure prolato feriendam conlusoribus praebent.

1 pila *K* lusoque *BK* : lusu *T* consuerunt *T* 2 quum] cuius *K* comminus *ex* cum unus *B* 3 sura *K* dicuntur *B* palam *B*[1] : palmam *K* 4 ferienda conlusorio *K* praebet *dett.*

LIBER XIX

DE NAVIBVS, AEDIFICIIS ET VESTIBVS

1 De navibvs. Artium quarundam vocabula quibus aliquid
fabricatur, vel instrumenta artificum, vel quae ministerium
exhibent, atque aliquid huiuscemodi deinceps ex parte notanda
2 studui. Artifex generale nomen vocatur quod artem faciat,
sicut aurifex qui aurum [facit]. Faxo enim pro facio antiqui
3 dicebant. Nauclerus domnus navis est, appellatus ita quod
navis in sorte eius sit; κλῆρος enim Graece sors dicitur. Ceteri
4 autem in navi in contributione sunt. Gubernio, qui et guber-
nator, quasi coibernator, quod coibeat prudentia sua iberna, id
5 est tempestates maris. Nauta a nave dictus per derivationem.
Navita autem pro nauta poetice dicitur, sicut Mavors pro Mars;
6 nam rectum est nauta. Remex vocatus quod remum gerit; sic
7 autem remex quomodo tubex dicitur nominativo casu. Epibata
Graeco nomine appellatur, qui Latine dicitur superveniens.
Hic nihil habet negotii, sed naulo dato in alias terras transire
8 disponit. Navem quidam perhibent dictam eo quod navum
rectorem quaerat, id est peritum, sapientem, strenuum, qui con-
tinere et gubernare novit propter maritima pericula et casus.
Vnde est illud Salomonis (Prov. 1, 5): 'Intelligens gubernacula
possidebit.' Lydii autem primum navem fabricaverunt, pelagi-
que incerta petentes pervium mare usibus humanis fecerunt.
9 Rates primum et antiquissimum navigii genus e rudibus tignis
asseribusque consertum; ad cuius similitudinem fabricatae

1 *Vsque ad* vi. 2 *deficit C* Artium *om. KN*: *cum titulo* (de navibvs artivm) *coniungit B* Quorundam (-md-) *KN* 3 exibebent *K* 4 vocatus *B* 5 quia au. *B* facit *hab. T*: *om. BKN* 6 domnus *N*: dominus *BK*: dn̄s (*i. e.* domnus *vel etiam* dominus) *TU* est *om. K* (*non NU*) ita app. *K* 7 Graece *om. KN* (*non U*) 8 contribulatione *U* (*non V*): contribunatione *K* Guvernio *K* 9 ibernia *B*: hiberna *K* (*etiam* cohibernator *et* cohibeat) 10 tempestate *K* (*pro* -tem ?) Naute *B* 11 pedice *K* mafors *T*: mafros *B* 13 Epipata *K* 15 negotiis *T* sed] si *B*[1] nabulo *K* (*T*[1] *n. l.*) 16 quidem *K* gnavum (*ex* na-) *K*: nau*um *B*[1] 18 governare *K* 19 governaculo *K* 20 primam *K* (*non F*) 22 Ratis *K* navii *T* e ruodibus *K*: eruditibus *T* 23 fabricace *T*

naves ratariae dictae. Nunc iam rates abusive naves; nam
proprie rates sunt conexae invicem trabes. Trieris navis magna, 10
quam Graeci durconem vocant. De qua in Esaia (33, 21):
'Non transibit per eam trieris magna.' Carpasia navis a Car- 11
patho insula nominata, sicut a Rodo Rodia, sicut ab Alexandria
Alexandrina. Liburnae dictae a Libyis; naves enim sunt 12
negotiatorum. De qualibus Horatius (Epod. 1, 1):

Ibis Liburnis inter alta navium.

Rostratae naves vocatae ab eo quod in fronte rostra aerea ha- 13
beant propter scopulos, ne feriantur et conlidantur. Longae 14
naves sunt quas dromones vocamus, dictae eo quod longiores
sint ceteris: cuius contrarius musculus, curtum navigium.
Dromo autem a decurrendo dictus; cursum enim Graeci δρόμον
vocant. Classis dicta est a Graeco vocabulo, ἀπὸ τῶν κάλων, id 15
est lignis; unde et calones naviculae quae ligna militibus por-
tant. Ancyromac(h)us dictus pro eo quod celeritate sui ancoris 16
et instrumentis reliquis navium vehendis sit aptus. Phaselus 17
est navigium quem nos corrupte baselum dicimus. De quo
Vergilius (Georg. 4, 289):

Pictisque phaselis.

Scapha, qui et κατάσκοπος, navigium quod Latine speculatorium 18
dicitur; σκοπὸς enim Latine intendere dicitur. Barca est quae 19
cuncta navis conmercia ad litus portat. Haec navis in pelago
propter nimias undas suo suscipit gremio: ubi autem adpro-
pinquaverit portum, reddit vicem barca navi quam accepit in

1 raturiae dict (*sic, spatio relicto*) *K* ratis ab. navis *K* 2 ratis *K*: naves *B*[1] traves *codd.* 3 dulconem *B*[1] 4 per ea *K* Carpatia *K* carpado *T*: carpados *BK* 5 nominatae *K* alaxandria *T* 6 alaxandrina *T*: alexandrine *K* § 12 *om. KN* Liburneae *BE*: -nea *F* (*non U*) 8 in terra ita na. *DE ante corr. F* (*non UX*) 9 fronte *ex* fonte *T* 10 inlidantur *KN* 11 romones *T* 12 sunt *T* cuius *BT*: quibus *K* 13 ad dec. *K* 14 est *om. K* a] e *B* 15 nav. quae] dicuntur qui *Serv. ad Aen.* 1, 39 16 Anquiromacus *BK*: Antiquiromacus *T* 17 Faselus *codd.* 20 faselis *T*: feselis *K*: vaselis *B* 21 Scafa *BT*: Scava *K* quae *dett.* catascopus *BT*: caduscopus *K* 23 hanc *TU* (*vix recte*) in pel. na. *B* 24 suscepit *BK* 25 reddet *BT* na. quam *ex* namque *B*: na. qua *T*: na. quod eam (ea) *KN* (*non U*)

20 pelago. Paro navigium piratarum aptum, et ex his ita vocatum.
Cicero (Mar. 3):

Tunc se fluctigero tradit mandatque paroni.

Et alibi (Com. pall. inc. 21):

Parunculis ad litus ludit celeribus.

21 Mioparo quasi minimus paro. Est enim scapha ex vimine
facta, quae contecta crudo coreo genus navigi praebet; quales
utuntur Germanorum piratae in Oceani litoribus vel paludibus
ob agilitatem. De qualibus Historia 'Gens', inquit, 'Saxonum
mioparonibus, non viribus nituntur, fugae potius quam bello
22 parati.' Celoces, quas Graeci κέλητας vocant, id est veloces
biremes vel triremes, agiles et ad ministerium classis aptae.
Ennius (Ann. 478):

Labitur uncta carina per aequora cana celocis.

23 Biremes autem naves sunt habentes remorum ordinem geminum.
Triremes et quadriremes trium et quattuor ordinum. Sic et
24 penteres et ⟨h⟩exeres, quinos vel senos ordines habentes. Actu-
ariae naves sunt quae velis simul et remis aguntur. Hippa-
gogus, in quo equos transvehere solitum est. Pontonium navi-
gium fluminale tardum et grave, quod nonnisi remigio pro-
gredi potest. Hic et traiectus, id est extentus: est enim latus;
25 unde et transenna dicitur extentus funis. Lembus navicula
brevis, qui alia appellatione dicitur et cumba et caupulus, sicut
et lintris, id est carabus, quem in Pado paludibusque utuntur.
26 Carabus parva scapha ex vimine facta, quae contecta crudo

1 navium vel pir. *B* et *om. T* ita] abtum *T* 3 se *om. K* parone *B* 5 caelerius *B* 6 Miroparo *T* scafa *B*: scava *EKT* 7 contectae *B*: contexta *T* qualibus *K* 8 gemmanorum *T* 9 storia *BT* 11 paratum *T* Celones *BT* κελ.] celecras *BK*: celacras (r *ex corr.*) *T* 12 apta est Enn. *B* 14 lavitur *KN* (*non P*) cuncta *KNP Mon.* celoces *NU* (*non DEFP Mon.*) 15 Biremis au. navis est habens *KN* (*an recte*?) 16 quatriremes *BT* 17 Acturiae *B* 18 remes *B* reguntur *T* Yppogaufin quo *B*[1]*FKN*: Yppocavus in quo *DE*: Ippogavus in quo *T* 19 Potonium *BK* remigium *K* 21 hic *KN*: hinc *BT* 22 trasena *K*: transethna *BT* Limbus *BDET*: Lymbus *K* 23 quae *K* (*non EU*) caupulus *EKN*: caupolus *BTU* 24 lyntris *K* carabus *BDEFTU*: carobus *K*: carubus *N* quem *BDEFTU*: qua *KN* in paludibus ut. *KN*: in paludibusque ut. *B*[1]*F* 25 Carabus *om. T* Paroa *T* scava *K*: excafa *B*: excava *T* contectae (-ta e?) *B*

coreo genus navigii praebet. Portemia navicula Syriatici ge-
neris lata et sine carina, a portando vocata. Vtuntur his in
Pannonia. Trabariae amnicae naves quae ex singulis trabibus 27
cavantur, quae alio nomine litorariae dicuntur. Haec et cau-
dicae, ex uno ligno cavato factae; et inde caudicae quia a
quattuor usque ad decem homines capiunt.

De partibvs navivm et armamentis. Puppis posterior II
pars navis est, quasi post; prora anterior, quasi priora. Cumba
locus imus navis, quod aquis incumbat. Carina a currendo
dicta, quasi currina. Fori navium latera concava, a ferendo 2
onere dicta; sive tabulata navium quae sternuntur, dicta ab eo
quod incessus ferant vel foris emineant. De quibus Vergilius
(Aen. 6, 412):

[Laxatque foros].

Columbaria in summis lateribus navium loca concava per qua 3
eminent remi; dicta, credo, quod sint similia latibulis colum-
barum in quibus nidificant. Agea viae sunt, loca in navi per 4
qua ad remiges hortator accedit. De qua Ennius (Ann. 492):

Multa foro ponet, et agea longa repletur.

Transtra sunt tabulae ubi sedent remiges, quod in transverso 5
sint dicta; quae Vergilius (Aen. 6, 411) iuga appellat. Remi 6
a removendis, (tonsae a tondendis) et decutiendis fluctibus
dicti, sicut tonsores a tondendis et decutiendis capillis. Palmula 7
est extrema latitudo remi, a palma dicta, qua mare inpellitur.
Antemnae autem dictae quod ante amnem sint positae; prae-

2 carino o port. *T* 3 Travariae *K* travibus *BK* 4 cautice (-cem) *KN* 5 cavatae *K*: cavatam et *N* et inde] exinde *KN* cautice *KN* ad qu. us. dec. *N*: ad qu. us. et dec. *K* (*non U*) 10 quasi curr. . . . dicta (§ 2) *om. T* 11 sive *BTU*: sunt *KN* sternantur *B* 12 fuerant *B*[1] de qu. Ver. *om. KNP* (*non U*) 14 la. fo. *hab. TU*: *om. BFKNP* 15 per quam *K* 17 Agia *B* vie *K* (*i.e.* viae) per quam *K* 18 hortatur acc. *K*: ortatus (*ut vid.*) accedet *B*: ortatura cedet *T* 19 ponet et *BDEFTUV*: potet *M*: punit *KP*: punc *N*: ponit et *Caesenas* *vel* Longa (*nov. versus*): lenga *N* (*non MPDEF*) repleto *DE*[1] (*non FMNPUV*) 20 Trastra *BT* rimicis *K* dic. qu. in tr. sint *T* 21 Tonsae remi *Arev.* 22 removendo *B*[1] *supplevi* deciendis *B*[1] (*pro* deiciendis ?) 23 tunsores a tundendis *K* et dec. *om. T* (*non U*) 24 quam mare (*ex* male *K*) empellitur *KN*

terfluit enim eas amnis. Cornua extremae partes antemnarum
8 sunt, dictae per tropum. Malus est arbor navis qua vela susti-
nentur. Malus autem dictus quia habet instar mali in summi-
tate, vel quia quasi quibusdam malleolis ligneis cingitur, quorum
9 volubilitate vela facilius elevantur. Modius est cui arbor insistit,
ob similitudinem mensuralis vasis dictus. Carchesia sunt in
cacumine arboris trochleae, quasi F littera, per qua funes tra-
huntur. Cinna (4):

Lucida confulgent alti carchesia mali.

10 Trochleae autem vocatae quod rotulas habeant; τροχὸς enim
11 Graece rota dicitur. Parastatae stipites sunt pares stantes qui-
bus arbor sustinetur. Cato (inc. 18): 'Malum deligatum, para-
12 statae vinctae.' Clavus est quo regitur gubernaculum. De quo
Ennius (Ann. 483):

Vt clavum rectum teneam navemque gubernem.

13 Porticulus malleus in manu portatus, quo modo signum datur
remigantibus. De quo Plautus (Asin. 518):

Ad loquendum atque tacendum tute habes porticulum.

14 Tonsilla uncinus ferreus vel ligneus ad quem in litore defixum
funes navium inligantur. De quo Ennius (Ann. 499):

Tonsillas apiunt, configunt litus, aduncas.

15 Anchora dens ferreus ex Graeca etymologia nomen ducit, quod

1 enim *om. K* (*non U*) 3 quia *TB* (*ex* qua): quod *K* mali *Serv. ad Aen.* 5, 487: male *codd.* 4 quasi *om. K* maleolis *K*: malis *Servii codd.* quorum vol. *om. T* (vela *ex corr.*) 5 obsistit *K* 6 Carceria *codd.* 7 acumine *T*: camine B^1 arboris *ex* ardoris *K* trocleae *K*: trocliae *BT* f (*expunct.*?) *T*: *om.* B^1K: *an* T? per quam *KT* 9 ludia B^1 carceria *BK Mon.*: calceria *T* mari *K* (*non N*): malis B^1 10 Trocleae *K*: Trocliae *BT* 11 Graece *om. KN* Parastatae . . . stantes *om. K*: *post* mali (§ 9) *N* (*non DEFU*) 12 Cato . . . vinctae *om. KNP* deligatum *DE*: diligatum *BF*: deligatur *TU*: diligatur V^1 13 qua *B* goberna-colum *K* (*non N*) 15 clavum *om. KN* (*non DE*) governem *K* (*non NP*) 16 Porticolus *K* malleis *B* portatur *BK* modo signum *KT*: modus signumque *B* 18 abes *B*: avis *K* (*non N Mon.*) porticolum *K* (*non N*) 19 ad quam *KN* 20 funis *K* inligantur *BT*: inligant *KN* de qua *KN* (*non E*) 21 tonsillas apiunt *DK*: tonsillasapiunt *FN*: tonsilla sapiunt *BMPE*[2] *ut vid.*: tonsillas sapiunt *TUV*: tonsillam sapiunt E^1 *ut vid.*: tonsillas rapiunt *edd.* aduncias *KMN* (*non DFUV*) 22 Ancora *T*

quasi hominis manus conprehendat vel scopulos vel arenas. Nam
manus Graece κυρα dicitur: apud Graecos autem aspirationem
non habet, nam ἄγκυρα dicitur; unde et apud maiores sine
aspiratione proferebatur. Pulvini sunt machinae quibus naves 16
deducuntur et subducuntur in portum. Pons, scala navium.

De velis. Vela Graeci ἄρμενα dicunt, proinde quod aere III
moventur; apud Latinos autem vela a volatu dicta Vnde est
illud (Virg. Aen. 3, 520):

Velorum pandimus alas.

Genera velorum: acation, epidromos, dolo, artemo, siparum, 2
mendicum. Ex quibus acation velum maximum, et in media
nave constitutum. Epidromos secundae amplitudinis, sed ad 3
puppim. Dolon minimum velum, et ad proram defixum. Ar-
temo dirigendae potius navis causa conmentatum quam celeri-
tatis. Siparum genus veli unum pedem habens, quo iuvari 4
navigia solent in navigatione quotiens vis venti languescit. De
quo Lucanus (5, 428):

Summaque tendens
sipara velorum perituras colligit auras;

quod ex separatione existimant nominatum. Pes extremus
angulus veli, quem sic nautae loquuntur.

De fvnibvs. Funes dicti quod antea in usum luminis IV
fuerint circumdati cera; unde et funalia. Restes, sive quod rates
contineant, seu quod his retes tendantur. Rudentes sunt funes
navium ex nimio stridore ita dicti. Spirae funes quae in tem- 2
pestatibus utuntur; quas nautici suo more cucurbas vocant.
Spirae autem ab sparto vocatae. Propes funis quo pes veli 3

1 honis *T* scupolus *K* 2 κυρα] χεὶρ *dett.* grecos *T*: hebreos *BK* 3 ἄγκ.] ancira *codd.* 9 celorum pa. *T* 10 acateon *BK*: acataon *T* epydromos *B*: epitromos *K*: epidrosmos *T* *vel* dolon: dalum *codd.* artemon *K* sibarum *K* 11 acateon *codd.* 12 Epidromo *BT*: Epitromo *K* ampl. *BT*: altitudinis *K* 13 Dalum *codd.* 14 dirigendo *B* conmentatum *T*: commendatum *BK* 19 colliget *K* 20 quod *om. K* existent *K* 21 quem *BT*: quoniam *KN* 23 fuerunt *B* Restes . . . tendantur *post* ita dicti *KN* sive *BTU*: sunt *KN* ra. ibi cont. *T* 25 navium . . . Spirae funes *om. T* 26 quas] quos *B* cocurbas *K* 27 spira *K* funes *K* quo pes *usque ad* Tormentum funis *om.* V^1 veli *om. T*

alligatur, quasi pro pedes. De quo Turpilius (215):

Quasi quum ventus fert navem in mare
secundus, si quis propedon misit †si veli sinistrum†.

4 Tormentum funis in navibus longus, qui a prora ad puppim extenditur quo magis constringantur. Tormenta autem a tortu 5 dicta, restes funesque. Scaphon funis in prora positus. De quo Caecilius (256):

Venerio cursu veni, prolato pede
usque ad scaphonem.

6 Opisphora funes quae cornibus antemnae dextra sinistraque tenduntur retroverso. Prosnesium funis quo navis in litore 7 ligatur ad palum. Mitra funis qua navis media vincitur. Anquina quo ad malum antemna constringitur. De qua Cinna (5):

Atque anquina regat stabilem fortissima cursum.

8 Remulcum funis quo deligata navis trahitur vice remi. De quo Valgius (4):

Hic mea me longo succedens prora remulco
laetantem gratis sistit in hospitiis.

9 Struppi vincula loro vel lino facta quibus remi ad scalmos alligantur. De quibus Livius (10):

1 pro *T*: prope *BK* torpilius *codd.* 2 cum ventis *BFKNP Mon.*: conventis *DE*[1] (-tus *E*[2]) (*non U*) navium *U* (*non DEFNP*) mari *BFN* 3 propedo *T ante corr.* (-dom *an* -du *ex corr. incert.*): propedom *an* propedon *incert. U* (*non DEFNP*) si velis s. *DEN fort. recte*: sive linistrum *T* (*non UFP Mon.*) 4 qui a] qua *BT* ad] a *K* 5 a] ad *B* 6 retes *T* Scafon *K*: Safon *BEFNT*: Saphon *U* 7 cecilius *N*: cicilius *codd.* (*etiam FPUV*) 8 cursum *KNP*: cursus *M* (*non DEFUV*) prolatum *KN* (*non MPDEFUV*) pedes *B*[1]*DE*[1]*FM*: pedem *N* (*non PUV*) 9 safonem *BDEFT*: saphonem *UV*: favonem *MN*: fabonem *K*: fabone *P* 10 Opisfora *KT*: Opisfeta *B* funis *K* quo co. antemnem *K* 11 tendunt *K* retro et verso *T* funes quo naves *K* 12 religatur *T*: ligatus *ut vid. B* fu. est. qua *T*: fu. quo *K*: funes qua *B* 13 quo ad *ex* quod *T*: qua ad *K*: quam ad *N* (*non DEFU*) contemna (-nna?) *T* 14 adque *U*: *om. KMNP* (*non DEF*) regnat *KMP*: regnant *N* (*non DEFU*) stavilem *KM* (*non NP*) 15 qua *BT* diligata *BK* 17 longo *ex* longu *EK ut vid.*: longos *NP*: longus *D* (*non F*) succeden *K*: succedent *P*: succeident *M*: succendit *N* (*non DEFUV*) 18 sitit *T* 19 Struppi *ex* Stuppi *T*: Struppii *K* vinculo *T* scalomos *B* ligantur *T* 20 libius *KNPT* (*non F*)

Tumque remos iussit religare struppis.

Catapirates linea cum massa plumbea, qua maris altitudo temtatur. Lucilius (1191): 10

Hunc catapiratem puer eodem devoret unctum
plumbi paucillum rudus lineique mataxam.

De retibvs. Retes vocatae sive a retinendis piscibus, V
sive a restibus quibus tenduntur. Minus autem rete synplagium dicitur a plagis; nam proprie plagas dici funes illos quibus retia tenduntur circa imam et summam partem. Funda genus est 2
piscatoriae retis, dicta ab eo quod in fundum mittatur. Idem etiam a iactando iaculum dicitur. Plautus (frag. 175):

Probus quidem antea iaculator eras.

Tragum genus retis ab eo, quod trahitur, nuncupatum. Ipsa 3
est et verriculum; verrere enim trahere est. Nassa. Cassis 4
genus venatoriae retis, quod capiat. Hinc est quod incassum dicimus, id est sine causa; quasi sine cassibus, sine quibus venatio inanis est. Conopium retia qua culices excluduntur in 5
modum tentorii; quo magis Alexandrini utuntur, quia ibi ex Nilo culices copiosi nascuntur. Vnde et conopeum dicitur; nam Canopea Aegyptus est.

1 tumque *BDEFKMN Mon.*: tuncque *TUV* remus *DE^1KMNP* (*non F*) rel. *BDEFKNP Mon.*: del. *TUV*: legare *M* strupis *KMP Mon.*^{1} (*non NDEFUV*) 2 Catapirates *TUV*: Catapiorates *B*: Catafiorates *FM*: Catasiorates *KP*: Catamsiorates *N*. *Illud* -pior- *ad* -pir- *corr.* (*ex l.* 4) -por- *referendum videtur* quam *KNP* 3 lucidius *TV* 4 hunc *KUV*: hunc *an* hanc *incert. T*: hanc *BDEFMNP* cataporatem *DETUV*: cataportem *FKMN*: cantaportem *B^1* pueri *DE* (*non F*) devoretactum *Caesenas*: deforet unctum *FKPT*: deforte tinctum *B*: deforet victum *N*: defore hunctum *V*: de foro hunc tum *U*: defore eum *DE^1* (de. tum *E^2*): deferet unctum *M* (*cf. Class. Quart.* 5, 97) 5 paucillum *BDEFMNPTV*: paucilum *U*: pauxillum *K* (*teste Kleinio*) rudis *T ante corr. U ante corr.* (*non VDEMNP Mon.*) lineque *FKMNPUV*: linique *BDET* mataxa *TUV*: mataxum *M*: maxaxum *N*: mactacsum *P*: metaxat *Mon.* (*non DEF*) 7 minores au. restes inplagium dicuntur *KN* 8 a plagiis *B^1KN* 9 Funda cus est *K*: Fundagus est *N* 10 piscatoria *K* item *K* 11 plaustus *B^1F*: plustus *DE^1* 12 probus *BDEFTUV*: pro quibus *KMNP* quidam *DEFKMNP Mon.*: qui de *U*: quid *TV* erat *D^1* (*non EFMNPUV*) 13 nunc.] nunc occupatum *T* ipse *KN* 14 est *om. T* verre enim *T* 15 quod et inc. *B* 18 temtatorii *T*: testorii *KN* qua ma. *BT* alaxandrini *T* quia *om. KN* 19 nihilo *B* 20 nam canopae *B*: nam canope *K*

VI De fabrorum fornace. Faber a faciendo ferro inpositum nomen habet. Hinc derivatum nomen est ad alias artium materias fabros vel fabricas dicere; sed cum adiectione, ut faber lignarius et reliqua, propter operis scilicet firmitatem.
2 In fabrorum autem fornace gentiles Vulcanum auctorem dicunt, figuraliter per Vulcanum ignem significantes, sine quo nullum metalli genus fundi extendique potest. Nihil est enim pene quod igne non efficiatur. Alibi enim vitrum, alibi argentum, alibi plumbum, alibi mineum, alibi pigmenta, alibi medicamenta efficit. Igne lapides in aere solvuntur, igne ferrum gignitur ac domatur, igne aurum perficitur, igne cremato lapide
3 caementa et parietes ligantur. Lapides nigros ignis coquendo candificat, ligna candida urendo obfuscat, carbones ex pruna fulgida nigros facit, de lignis duris fragiles, de putribilibus inputribiles reddit, stricta solvit, soluta restringit, dura mollit, mollia dura reddit. Habet et medicaminis usum. Nam saepe uri prode est. Pestilentiae quoque, quae obscuratione solis contrahitur, auxiliari certum est. In opere quoque aliud gignit
4 primis ignibus, aliud secundis, aliud tertiis. Habet quoque et aliam in se diversitatem ignis. Nam alius est qui usui humano, alius qui iudicio apparet divino, sive qui de caelo fulmen ad-
5 stringit, sive qui de terra per vertices montium eructuat. Ignis autem dictus quod nihil gigni potest ex eo; est enim inviolabile elementum, adsumens cuncta qua rapit. Fabrica duabus rebus
6 constat: ventis et flamma. Flamma vero proprie fornacis est dicta, quod flatu follium excitetur. Fornax vero ab igne vo-

2 der. est (*del.* nomen) *Schwarz* 3 fabros] fabrorum *B* 6 ignem *om. K* nulla *K* 8 igne] *Redit in partes C* (*cf.* XVIII. xlii. 13) 10 aere] aes *Plin. N. H.* 36, 200 11 signitur B^1 : ignitur *K* ac] et *K* 12 cimenta *K*: cemente *T* (*i. e.* -tae) quoquendo *T* 13 ofuscat *K*: fuscat B^1T prunas B^1 15 solvet *BT* 16 reddet *K* (*non N*) habet] hec *KN* (*non U*) nam saepe (se-) ruri *BCK*: nam isto peruri *T* 17 prodest *BCK* quae *om. T* 18 contrahitur *om. KN* (*non U*) 21 qui in iud. *BCK* (*non U*) apparebit *KN* f. adstringitur B^1: fulmina stringit *Tertull. apol.* 48 24 absumens *dett.* quae *BC*: *om. T* duobus *BT ante corr.* 25 ventus *T* Flamina *K*: Flaminam *N* propria *K* forn. sunt *K*: fornaci sunt *N* (*non U*) 26 excitentur *KN* (*non U*)

cata; φῶς enim ignis est. Kaminus fornax Graecum est, diri-
vatum a καῦμα. Favilla est deserta igni scintilla. Pruna est 7
quamdiu ardet; quum autem extincta fuerit, carbo nominatur.
Pruna autem a perurendo dicta est; carbo vero, quod flamma
caret. Qui dum interisse creditur, maioris fit virtutis; nam
iterum accensus fortiori luce calescit. Cuius tanta est etiam et
sine igne firmitas ut nullo humore conrumpatur, nulla vetustate
vincatur. Extinctus enim tantum incorruptibiliter durat, ut hi
qui limites figunt eos infossos terra substernant, et lapides de-
super figant ad convincendum litigatorem post quantalibet sae-
cula fixumque lapidem limitem esse agnoscant.

De instrvmentis fabrorvm. Incus est in quo ferrum VII
tunditur, a caedendo dictus, eo quod illic aliquid cudamus, id
est feriendo producamus; cudere enim caedere et ferire est.
Veteres autem non incudem vocabant, sed intudem, eo quod in
ea metallum tunditur, hoc est tendatur; unde et tudis malleus,
a tundendo, id est tendendo, dictus. Malleus vocatus quia, 2
dum quid calet et molle est, caedit et producit. Marcus malleus
maior; et dictus marcus quod maior sit ad caedendum et
fortior. Martellus, mediocris. Marculus malleus pusillus.
Lucilius (1165):

Et velut in fabrica fervens cum marculus ferrum
multorum magnis ictibus tundit.

Forcipes quasi ferricipes, eo quod ferrum candens capiant 3
teneantque, sive quod ab his aliquid forvum capimus et tene-

1 φῶς] fos *codd.* Kam. *BU*: Cam. *CT*: Camini *KN* 2 καῦμα] cauma *codd.* (caima *K*) igne *BCTU*: ignis *K* 4 dic. car. *C* quod *om. KN* (*non U*) 6 accensus *BKN*: incensus *CTU* calescit *BCTU* (*fere*): clariscit *KN* 7 nullum hum. *K* nul. virtus (*delet.*) vetust. *K* 9 terrae sternant *K* (*non U*) 10 convincendum *ex* coniungen *K* 11 agnoscant (-nus-) *TUK*: cognoscant *BC* 13 dicta *K* 16 est tenditur *K* 17 a tudendo id est a tundendo *K* 18 callet *T* cedet *BT* producet *KT* 19 ad deducendum *KN* (*non U*) 20 marcus mall. B^1 22 fabricam *BCFKMNTU* (*non DEP*) ferbentes *TU* (*non DEFMP*) cum *om. KMP* (*non DEFU*) marculis B^1: marculum *C* 23 tunditur *KMNP* (*non DEFU*) 24 ferricipies *T*: forricipes B^1 capiat C^1 25 forbum *BKT*

mus, quasi forvicapes. Nam forvum est calidum; unde et
fervidum; unde et formosos dicimus quibus calor sanguinis ex
4 rubore pulchritudinem creat. Lima dicta eo quod lene faciat.
Nam limum lene est. Cilium est unde operantur argentarii;
a quo et caelata vasa dicuntur.

VIII De fabricis parietvm. In fabricis parietum atque tectorum Graeci inventorem Daedalum adserunt; iste enim primus didicisse fabricam a Minerva dicitur. Fabros autem sive artifices Graeci τέκτονας vocant, id est instructores. Architecti autem caementarii sunt, qui disponunt in fundamentis. Vnde
et Apostolus de semetipso (1 Cor. 3, 10) 'Quasi sapiens' inquit
2 'architectus fundamentum posui.' Maciones dicti a machinis
in quibus insistunt propter altitudinem parietum.

IX De dispositione. Aedificiorum partes sunt tres: dispositio, constructio, venustas. Dispositio est areae vel solii et fundamentorum discriptio.

X De constrvctione. Constructio est laterum et altitudinis aedificatio. Constructio autem vel instructio vocata eo quod instringat et cohaerere faciat, ut lapides luto et ligna et lapides invicem sibi. Nam et intinctio ferri in aqua instrictura est; nisi enim candens tinguatur, stringi et cohaerere non potest ferrum. Item constructio a multitudine lapidum et lignorum dicta; unde et strues. Aliud est enim aedificatio, aliud instauratio; nam aedificatio nova constructio est, instauratio vero
quod reparatur ad instar prioris. Nam instar veteres pro simili-
2 tudine ponebant: inde et instaurare dicebant. Constat autem
constructio fundamento, lapidibus, calce, arena et lignis. Funda-

1 forbicapes (es *in ras.*) *T* forbum *K* est] et *T* 2 ferbidum *T* formosum *KN* 3 robore *K* 4 un. et op. *C* operiuntur *K* 7 didalum *KT* 8 frabrica *K* 9 grece *K* tectonos *codd.* 10 cimentarii *KT* 12 Machiones *C* a macinis *K*: a macionis *T* 14 Aed. *om. KN* (*cum titulo coniungit B*) parietes *BKN* (*non U*) 15 constrictio *C*[1] soli *CT* 18 aedificio *B*: aedificium *KN* (*non U*) 19 instringit *C*[1]: *fort.* stringat ut *om. KN* (*non U*) luto *om. C* et] ut *C* et lap. *om. KN* (*non U*) 20 intictione *T* instructura *BC*: instructuotura *K*: *fort.* strictura 21 instringi *T* 22 idem *K* 23 struis *K* 25 nam ad instar *T* 26 inde et inst. dic. *om. KN* (*non U*)

mentum dictum quod fundus sit aedificii. Idem et caementum a
caedendo dictum, quod caeso crasso lapide surgat. Lapides in 3
structuris apti : albus, Tiburtinus, columbinus, fluvialis, spongia,
rubrus et reliqui. Albus lapis, alius durus, alius mollis. Mollis 4
dentata serra secatur, tractabilis in opere est, ita ut in eo, quasi
in ligno, litterae scribantur. Tiburtinus a loco Italiae dictus, 5
qui dum sit ad fabricam fortis, vapore tamen dissilit. Tophus 6
aedificiis inutilis est, fundamentis aptus, mortalitate et mollitia.
Ex aestu enim et halitu maris friatur et verberatur imbribus.
Arenacius lapis concretus maris arenis. Hic et bibulus dicitur; 7
servat enim humorem acceptum. Idem et in Baetica Gadi-
tanus ab insula Oceani ubi plurimus exciditur. Piperinus sub- 8
albidus cum punctis nigris, durus atque fortissimus. Cochlea-
cius cochleis lapillisque et arena concretus, asperrimus et inter-
dum fistulosus. Columbinus a colore avis nuncupatus, natura 9
vicinus gypso et mollitie simillimus. Molaris in parietibus utilis, 10
quia est quaedam pinguior natura eius, duraque et aspera. Ex
quo etiam et molae fiunt; unde et nomen traxit. Huius
quattuor genera : albus, niger, permixtus ac fistulosus. Spongia 11
lapis creatus ex aqua, levis ac fistulosus et cameris aptus. Silex 12
durus lapis, ex cuius genere nigri silices optimi, quibusdam in
locis et rubentes. Albi silices contra vetustatem incorrupti :
idem et in monumentis scalpti et incorrupti permanent, quibus
ne ignis quidem nocet; nam ex his etiam formae fiunt, in qui-
bus aera funduntur. Viridis silex vehementer et ipse igni

1 fundis sit *T* idem caem. *B* : id est caem. *K* 2 caeso *om.* *BDFT* (*cum codd.* XV. viii. 1) (*non N*) grasso *T* in *fort. delend.* 3 stricturis *T* tiburinus *B* fluviatilis *BCT* sfungia *BT* : esfungia *C* : isfungu *K* 4 rubro *K* : rubros *B* : rubus *T* mollis (*alt.*) *om.* *BK* 5 detentata C^1 opore *BC* 7 ad fricam C^1 Tochus *K* : Tofus *BCT* 8 mortatatet ex *T* 9 exestur en. halitu ma., friatur vento, everberatur im. *Plin. N. H.* 36, 166 altu *K* maris *ex* malis *B* ferritur *T* 10 Arenatus B^1 12 excidetur *B* subalbinus *T* 13 Concleacius *T* : Concleatius *K* : Cocleatius *B* : Colcleacius C^1 14 cocleis *ex* concleis *K* : concleis *BT* : cocleis *C* concretis *C* 16 mollitiae (-c-) *KCB* 17 *Ab* natura eius *usque ad* Scindulae eo quod scin. (XIX. 7) *desunt in F* 19 Sfungia *BT* : Esfungia *C* : Isfungia *K* 20 ex qua *B* 23 sclubti *T* (*non V*): sclapti *U* : squalti *K* (*non N*) et inc. *del. Schwarz* 25 aera] arena *T* Viridi *T* ipsi *T*

resistens, sed nusquam copiosus; et, ubi invenitur, lapis, non
13 saxum est. Pallidus in caemento raro utilis. Globus contra
iniurias fortis, sed in structura infidus, nisi fuerit multa suffrena-
14 tione devinctus. Fluviatilis silex semper veluti madens est.
Hic aestate exhiberi oportet nec ante biennium inserere in
structuris domorum. Fictilium operum ad parietes et funda-
menta coctis laterculis, ad tecta imbriculis tegulisque aptantur.
15 Tegulae vocatae quod tegant aedes, et imbrices quod accipiant
imbres. Tegulae autem primae positionis nomen, cuius diminu-
16 tivum tigillum. Laterculi vero vocati quod lati formentur cir-
cumactis undique quattuor tabulis. Lateres autem crudi sunt,
qui et ipsi inde nominati quod lati ligneis formis efficiuntur.
17 Quorum crates dicuntur, in quibus lutum pro isdem lateribus
crudis portare solent. Sunt enim conexiones cannarum, dicti
18 ἀπὸ τοῦ κρατεῖν, id est quod se invicem teneant. Lutum autem
vocatum quidam per antiphrasin putant quod non sit mundum;
19 nam omne lotum mundum est. Calcis viva dicta quia dum sit
tactu frigida, intus occultum continet ignem; unde perfusa aqua
statim latens ignis erumpit. Natura eius mirum aliquid facit:
postquam enim arserit, aquis incenditur, quibus solet ignis ex-
tingui; oleo extinguitur, quo solet ignis accendi. Vsus eius
in structuris fabricae necessarius; nam lapis lapidi non potest
20 adhaerere fortius nisi calce coniunctus. Gypsum cognatum
calci est, et est Graecum nomen. Plura eius genera. Omnium
autem optimum lapidi speculari. Est enim signis aedificiorum
21 et coronis gratissimus. Arena ab areditate dicta, non ab ad-

2 cimento *K* Gilbus *K*: Globosus *Plin. N. H.* 36, 169 3 et B^1*K* in strictura *T*: structurae *Plin.* 4 Fluviatilis *BCT* 5 hic] hunc *K* (eum) . . . eximere *Plin.* 6 stricturis *T* 7 coctibus *T* (*pro* -tilibus ?) § 15 *post* § 17 *K*: 'Transi' *praescript. B* 8 Te. vero voc. *K* vocata eo quod *B* 9 tecula *K* 10 teg- *dett.* vero *om. K* 12 igneis *T* 13 grates *K* hisdem *K* 14 portari *B* en. a conexione *K* 15 *κρα.*] cratin *codd.* 16 quod *om. K* 17 qui dum *T* 18 un. et perf. *T* 20 posquam *K ante corr.* extingui] T^1 *n. l.* 21 quo sol. ig. acc. *om. T* (*non U*) eius *om. K* ei. est in *C* 22 stricturis *T* 23 Gipsum *codd.* 24 calcis *T* no. Gr. *K* (*non U*) 25 lapis *C*: e lap. *dett.* specularis *C*: speculiari *T* (*non U*) 26 gratissimum *K* (*non U*) ariditate *B*

haerendo, in fabricis, ut quidam volunt. Huius probatio si
manu inpressa stridet, aut si in vestem candidam sparsa nihil
sordis relinquat. Columnae pro longitudine et rotunditate 22
vocatae, in quibus totius fabricae pondus erigitur. Antiqua
ratio erat columnarum altitudinis tertia pars latitudinum.
Genera rotundarum quattuor: Doricae, Ionicae, Tuscanicae,
Corintheae, mensura crassitudinis et altitudinis inter se distantes.
Quintum genus est earum quae vocantur Atticae, quaternis
angulis aut amplius, paribus laterum intervallis. Bases fulturae
sunt columnarum, quae a fundamento consurgunt, et super-
positae fabricae sustinent pondus. Basis autem nomen petrae 23
est fortissimae Syro sermone. Capitolia dicta quod sint colu- 24
mnarum capita, quasi super collum caput. Epistolia sunt, quae
super capitella columnarum ponuntur: et est Graecum. Pavi- 25
menta originem operis a Graecis habent; vocata autem pavi-
menta eo quod paviantur, id est caedantur. Vnde et pavor,
quia caedit cor. Ostracus est pavimentum testaceum, eo quod 26
fractis testis calce admixto feriatur; testam enim Graeci ὄστρα
dicunt. Rudus artifices appellant lapides contusos et calce 27
admixtos, quos in pavimentis faciendis superfundunt; unde et
rudera dicuntur. Canalis ab eo quod cava sit in modum 28
cannae. Sane canalem melius genere feminino quam masculino
proferimus. Fistulae aquarum sunt dictae quod aquas fundant 29
et mittant. Nam στολα Graece mittere est. Formae earum
pro magnitudine aquae et capacitate fiunt, per quas aquae per
certos modulos dividuntur. E quibus est uncia et quinaria,
digitus quadratus, digitus rotundus, et ceteri modi quique.

1 herendo *C* 2 sparsam *K*: fuerit sparsa *T* 3 relinquet *B* 7 corinteae (-tee) *codd.* 8 quae] qui *B* 10 fund. continent pond. (*cett. omissis*) *KN* (*non U*) 11 bases *BKT* 12 est *om.* *C*[1] serm.] nomen *K* (*non U*) Capitalia *BK*: Capitula *C*: Capitella *dett.* (*cf.* XV. VIII. 15) 13 Epistilia *C*: Epistolias *K* (*om.* sunt) quae] quasi *B* 15 vocatata *K* 16 paveantur *K* celantur *C*[1] 17 cedet cor *BT*: ceditur *K* Ostragus *K* testacium *BCK* 18 testes *B* 19 Rudos *T*: Rutos *K*: Rudes *B* 22 carinae *C*[1] femino *C* 27 quique *Arev.*: cuique *T*: cuique causae *CKN* (-sem): cuiusque causae *B*

XI De venustate. Hucusque partes constructionis: sequitur de venustate aedificiorum. Venustas est quidquid illud ornamenti et decoris causa aedificiis additur, ut tectorum auro distincta laquearia et pretiosi marmoris crustae et colorum picturae.

XII De laqveariis. Laquearia sunt quae cameram subtegunt et ornant, quae et lacunaria dicuntur quod lacus quosdam quadratos vel rotundos ligno vel gypso vel coloribus habeat pictos cum signis intermicantibus. Principaliter autem lacus dicitur, ut Lucilius (1290):

Resultant aedesque lacusque.

Cuius diminutio lacunar facit, ut Horatius (C. 2, 18):

Neque aureum
mea renidet in domo lacunar.

Inde fit alia diminutio lacunarium; et per ἀντίστιχον laquearium facit.

XIII De crvstis. Crustae tabulae sunt marmoris; unde et marmorati parietes crustati dicuntur. Qui autem marmora secandi in crustas excogitaverint non constat. Fiunt autem arena et ferro serraque in praetenui linea premente arenas tractuque ipso secante, sed crassior arena plus erodit marmoris; nam tenuis fabricis et polituris adcommodata est.

XIV De lithostrotis. Lithostrota sunt elaborata arte picturae parvolis crustis ac tessellis tinctis in varios colores. Tesselli autem [sunt] a tesseris nominati, id est quadratis lapillis per diminutionem.

XV De plastis. Plastice est parietum ex gypso effigies signaque exprimere pingique coloribus. Plastice autem dictum

1 Hucusque . . . aed. *om. KN*: aed. *om. B* 3 causa *om. T* ut] et C^1: ut et *T* 4 picturae *om. T* 5 camera *K* 6 lacos BC^1K: laquos *T* 7 quadratus *B* vel] et *K* rotundis C^1 9 Luc.] lucius *BT* 10 lacumque *K* 13 renitet *B*: renitit *K*: ridet C^1 14 dim. lacunarum *T* laquearum *B* 16 marmoreae *C* 17 par. et crust. *C* quis au. B^1T 18 excogitaverit *T fort. recte*: -runt *B* constant *K* 19 seraque in protenui *B* 20 erodet *BCT* marmores *K* 21 adcommoda (*om.* est) *K* 22 Litostrata B^1T laborata *T* 24 sunt *hab. K*: *om. BCT* 26 Plasticen *codd.* signa queque *T* (*i.e.* quaeque) 27 col. possunt pl. *T* plasticen *codd.*: πλάττειν *Arev.* autem *om. T*

Graece, quod Latine est fingere terra vel gypso similitudines.
Nam et inpressa argilla formam aliquam facere plastis est.
Vnde et protoplastus est dictus homo qui ex limo primus est
conditus.

De pictvra. Pictura autem est imago exprimens speciem XVI
rei alicuius, quae dum visa fuerit ad recordationem mentem
reducit. Pictura autem dicta quasi fictura; est enim imago
ficta, non veritas. Hinc et fucata, id est ficto quodam colore
inlita, nihil fidei et veritatis habentia. Vnde et sunt quaedam
picturae quae corpora veritatis studio coloris excedunt et fidem,
dum augere contendunt, ad mendacium provehunt; sicut qui
Chimaeram tricipitem pingunt, vel Scyllam hominem sursum,
caninis autem capitibus cinctam deorsum. Picturam autem 2
Aegyptii excogitaverunt primum umbra hominis lineis circum-
ducta. Itaque initio talis, secunda singulis coloribus, postea
diversis; sicque paulatim sese ars ipsa distinxit, et invenit lu-
men atque umbras differentiasque colorum. Vnde et nunc
pictores prius umbras quasdam et lineas futurae imaginis du-
cent, deinde coloribus conplent, tenentes ordinem inventae
artis.

De coloribvs. Colores autem dictos quod calore ignis XVII
vel sole perficiuntur, sive quod initio colabantur ut summae
subtilitatis existerent. Colores aut nascuntur aut fiunt. Na- 2
scuntur, ut Sinopis, rubrica, Paraetonium, Melinum, Eretria,
auripigmentum. Ceteri finguntur aut arte aut permixtione.
Sinopis inventa primum in Ponto est: inde nomen a Sinope 3
urbe accepit. Species eius tres: rubra et minus rubens, et
inter has media. Rubrica vocata quod sit rubra et sanguineo 4
proxima. Haec plurimis locis gignitur, sed optima Ponto;

2 facit *KN* (*non U*) plaustis B^1: *vide ne* plastix *voluerit Isid.* pl. enim unde *K*: platistis enim munde *N* (*non U*) 3 pro. dic. ho. *TU* 6 fuerit] fuit *C* 8 veritatis *T* fugata *K* id est quedam fi. quo. co. *T* 9 fide *T* habentur *T* 12 rursum *T* 14 primi *T* 18 ducunt *dett.* 19 inventa cartis *K* 22 qu. in in. *K* 23 autem na. *T*: autem aut na. *C* 24 paritonium *codd.* fretia *codd.* (*cum codd. aliquot Plinii N. H.* 35. 30) 26 pontum (*om.* est) *K* 27 tres] in *K* (*pro* III) 29 hoc B^1: ex *T*

autem operis etiam sarmentorum veterum carbones cum glu-
tino triti inducendis parietibus atramenti speciem reddunt.
Sunt et qui vini faecem siccatam excoquant, adfirmantque, si
ex bono vino faex fuerit, Indici speciem id atramentum prae-
bere. Sed et sarmentum uvae nigrae vino optimo tinctum
posteaquam siccitate aruerint, si exuras et conteras adiecto
19 gluten, nitorem Indici reddet. Vsta, quae plurimum necessaria
est, nullo negotio provenit. Nam si et glebam silicis bonae
igne excoquas, et aceto acerrimo superfusam extinguas, made-
facta spongia colorem purpureum reddet. Eam ubi contriveris
20 usta erit. Omne autem atramentum sole perficitur: omnes
21 colores calcis admixtione conrumpuntur. Melinum dictum
quod eius metalli ferax sit una ex Cycladibus insula Melos
nomine. Est enim candidum, nec utuntur eum pictores propter
22 nimiam pinguedinem. Anulare, quod vocant, candidum est,
quo[d] muliebres picturae luminantur. Fit et ipsud ex creta
23 admixtis vitreis gemmis. Cerussa fit hoc modo: in vaso enim
aceto acerrimo inpleto sarmenta aminea in eodem vasculo con-
locabis, ac super sarmenta tabulas plumbi tenuissimas pones,
deinde vas diligentissime claudis, inlinisque, ne aliquid in-
spiraminis exeat. Post dies autem triginta vas aperitur, et ex
distillatione tabularum innata cerussa invenitur. Quod abla-
tum et arefactum teritur, atque iterum aceto admixto in pastillis
dividitur et in sole siccatur. Hac observantia si lamminas
aereas sarmentis superponas, aeruginem creant. Chalcanthum.

1 veterarum *BT* 3 siccatum *B* excogunt *K* adfirmentque *T* (*cf. Plin. N.H.* 35, 42): adfirmant C^1 si] sic *B* 4 indicii *B*: indicis C^1 id est atr. *C* 6 siccatae *K* aruerit B^1 7 glute nitore indice reddit *K* plurima *CT* 8 nam et si *BU* bonae] bene *B* 9 perfusam *T* 10 spungia *C*: sfungia *BTU*: infungia *K* reddit *K* triveris *K* (*non U*) 13 cladibus C^1 15 pinguetudinem *C* (*cf. Plin. N.H.* 35, 37): pinguidinem *K* (*non U*) Anularea *T*: Alare DE^1 16 mulieres C^1NP: mulieris *K*: muliebris DE^1 (*non U*) tincturae (-re) *KN* (*non DEU*) inluminantur *Plin. N.H.* 35, 48 creta] acetum *N*: aceto *KP* 17 Cerusa B^1K 19 ponis *K* 20 inlinesque B^1C adspiraminis *B* 21 autem *om. C* 23 admixtum *C* 24 solo B^1 25 Calcantum *BK*: -tium *C*: *om. T*

DE INSTRVMENTIS AEDIFICIORVM. Instructura autem parie- XVIII
tum ad normam fieri et ad perpendiculum respondere oportet.
Norma dicta Graeco vocabulo, extra quam nihil rectum fieri
potest. Conponitur autem ex tribus regulis, ita ut duae sint
binum pedum, tertia habeat pedes duos, uncias decem, quas
aequali crassitudine politas extremis cacuminibus sibi iungit ut
schemam trigoni faciant. Id erit norma. Regula dicta quod 2
sit recta, quasi rectula, et inpedimentum non habeat. Perpen-
diculum est quod semper adpenditur. Denique in fabrica nisi
omnia ad perpendiculum et certam regulam fiant, necesse est
cuncta mendosa instruantur; ut aliqua prava sint, aliqua cu-
bantia, prona nonnulla, alia supina; et propter hoc universa
sunt constructa. Linea genere suo appellata, quia ex lino fit. 3
Trullae nomen factum eo quod trudit et detrudit, id est inclu-
dit calce vel luto lapides. Martellus. Machina. Scalae ab 4
scandendo, id est ascendendo, vocatae; haerent enim parieti-
bus. Scalae autem dicuntur, aut unae sint aut plures, quia
numeri tantum pluralis est nomen, ut litterae quae epistolam
significant.

DE LIGNARIIS. Lignarius generaliter ligni opifex appella- XIX
tur. Carpentarius speciale nomen est; carpentum enim solum
facit, sicut navicularius quia tantum navium est fabricator et
artifex. Sarcitector dictus quod ex multis hinc et inde con- 2
iunctis tabulis unum tecti sarciat corpus. Idem et tignarius,
quia tectoria lignis inducit. Lignum vocatum Graeca etymo- 3
logia, quia incensum in lumen convertitur et in flammam. Vnde
[et] lychnium dicitur, quod lumen det. Materia inde dicitur 4
omne lignum quod ex ea aliquid efficiatur; vel si ad ianuam
referas vel ad statuam, materia erit. Ad aliquid enim materia

4 reculis *K* 5 habet *T* duo *K* 6 acuminibus *BCT* uti scema *C* 10 est ut cun. *C* 11 prava] parva *T* 12 hoc] haec *B* 13 sunt] sunt prave *C*: ruunt *Arev.* quia] quod *K* ex ligno *T* 14 et detrudit *om.* *T* 15 macina B^1C^1T 16 ascindendo *N*: ascadendo *K* 17 sunt C^1 (*non* *U*) 19 significat *K* 21 carpentium C^1 sonum B^1 22 et] ut *T* (*pro* vel ?) 26 flam T^1 27 et *hab.* *T*: *om.* *BCK* licinium *CKT*: lucinium *B* Meteria *B* 28 ex eo *C* 29 mat. semp. *BK*: semp. mat. *CT*

supplicant. Sed hoc poetice fingitur; non enim Minerva istarum artium princeps est, sed quia sapientia in capite esse dicitur hominis, et Minerva de capite Iovis nata fingitur, hoc est ingenium; ideoque sensus sapientis, qui invenit omnia, in capite est. Ideo et dea artium Minerva dicitur quia nihil excellentius est ingenio, quo reguntur universa.

XXI De veste sacerdotali in lege. Octo sunt in lege ge-
nera sacerdotalium vestimentorum. Poderis est sacerdotalis
linea, corpori adstricta et usque ad pedes descendens; unde et
2 nuncupata; quam vulgo camisiam vocant. Abanet cingulum
sacerdotale rotundum, polymita arte ex cocco, purpura, iacin-
thoque contextum, ita ut flores atque gemmae in eo esse vide-
3 rentur distinctae. Pilleum est ex bysso rotundum quasi sphaera
media, caput tegens sacerdotale et in occipitio vitta constrictum.
4 Hoc Graeci et nostri tiaram vel galerum vocant. Mahil, quod
est tunica talaris, tota iacinthina, habens ad pedes septuaginta
duo tintinnabula totidemque intermixta ac dependentia punica
5 mala. Ephod, quod interpretatur Latine superindumentum;
erat enim pallium superhumerale ex quattuor coloribus et auro
contextum, habens in utroque humero lapides duos smara-
gdinos auro conclusos, in quibus sculpta erant nomina pa-
6 triarcharum. Logium, quod Latine dicitur rationale, pannus
duplex, auro et quattuor textus coloribus, habens magnitudi-
nem palmi per quadrum, cui intexti erant duodecim pretio-
sissimi lapides. Hic pannus superhumerali contra pectus
7 pontificis adnectebatur. Petalum aurea lammina in fronte
pontificis, quae nomen Dei tetragrammaton Hebraicis litteris
8 habebat scriptum. Batin sive feminalia, id est bracae lineae

1 finguntur *B* 3 de] dea *T* 4 est *om.* *C* ingenium *K* 7 in legenera T^1 10 camisam *T* Apan est cing. *KN* (*non U*) 11 sacerdotali *K* polemita *K*: polimata *T* iacintoque *CK*: iacinctoque *B*: iacintumque *T* 15 tiarum C^1 galeriam *T*: galariam *U*: galeam *BK* Machil *BCK* (T^1 *n. l.*) 16 iacintina *CK*: iaquintina *T*: iacentina B^1 17 ma. pu. *B* 18 Ephot *BKT*: Ephoth *C* int. in Lat. *T* 22 Logicum *B* (*non U*) pannum *K* 23 contextus *B* 24 pretiosi *C* 25 superumerale T^1 *ut vid.*: superhumera *K*: suprahumerale *B*: supra humerali *C* 28 Badin *C* (*non U*)

usque ad genua pertingentes quibus verecunda sacerdotis velabantur.

DE DIVERSITATE ET NOMINIBVS VESTIMENTORVM. Diversitas vestimentorum: tegmen, [tegumen,] indumentum, vestimentum, et reliqua. Tegmen dictum eo quod tegat membra; XXII
sicut tegumen tecta, quae tegunt corpora. Vestimentum vero 2
est quod usque ad vestigium pertenditur, quasi vestigimentum, ut est tunica talaris. Sed et hoc consuetudo sermonis auctorum confundit. Indumentum, quod intus ad corpus induitur,
quasi intumentum. Amictus. Discernitur autem vestitus a 3
cultu, quoniam latius intellegitur cultus. Item cultus ab habitu; nam habitus ad naturam pertinet, cultus ad homines.
Plerique autem vestium aut a tempore, quo maxime in usu 4
sunt, appellantur, aut a locis, ubi vel primum confectae vel maxime venditantur, aut a genere coloris, aut a nomine repertorum. Vestis antiquissima hominum fuit perizomatum, id est 5
subcinctorium, quo tantum genitalia conteguntur. Hoc primum primi mortales e foliis arborum sibi fecerunt, quoniam post praevaricationem erubescentes pudenda velarunt. Cuius usum quaedam barbarae gentes, dum sint nudae, usque hodie tenent. Haec et campestria nuncupantur, pro eo quod eisdem iuvenes, qui nudi exercentur in campo, pudenda operiunt.
Tonica vestis antiquissima appellata quia in motu incedentis 6
sonum facit; tonus enim sonus est. Primum autem fuere pelliciae tunicae, quibus post offensam et eiectionem de Paradiso Adam et Eva induti sunt. Talaris tunica dicta eo quod 7
ad talos usque descendat et ad pedes defluat; sicut pectoralis,

1 verecundia B^1 sacerdoti *T* *seclusi* 5 et rel. *om.* *KN* (*non U*) Tegumen dic. *K* 6 sicut et teg. *T* quae] quia *C* vero *BCTF*: quoque *KN* 7 quo B^1 praetenditur (pre-) *BTU* vestigimentum *usque ad* Apocalama (§ 13) *post* pellicia (xxiv. 1) *transp.* *F* 8 sed aput consuetudinem se. au. confunditur *KN* (*non F*) 9 inducitur *C* 11 lautius *B* cultus] cuius *T* idem *K* 13 Pleraque *C* aut temp. *B*: a temp. *K* 15 taloris C^1 repertoris *K* 16 parizomatum *BT*: *an* perizomatin? 17 gentilia C^1 18 e] de *K* quoniam *K*: quum *T*: quando *BC* 21 campisteria *K* quod de isdem *K* 23 Tunica *codd.* motu] modum *K*: modo *T* (*non U*) 25 tunicae *om.* *KN* (*non U*) offensa *KN* 27 ad *om.* *BK* discindat *K*

quia apud antiquos brevis erat ut tantum pectus operiret, licet
8 nunc profusior est. Manicleata tunica, id est manicata, eo
9 quod habeat manicas; quam χειροδύτην Graeci vocant. Dal-
matica vestis primum in Dalmatia, provincia Graeciae, texta
10 est, tunica sacerdotalis candida cum clavis ex purpura. Russata,
quam Graeci phoeniceam vocant, nos coccinam, repertam a
Lacedaemoniis ad celandum coloris similitudine sanguinem
quotiens quis in acie vulneraretur, ne contemplanti adversario
animus augesceret. Hanc sub consulibus Romani usi sunt
milites; unde etiam russati vocabantur. Solebat etiam pridie
quam dimicandum esset ante principia proponi, quasi admo-
11 nitio et indicium futurae pugnae. Laculata est quae lacus
quadratos quosdam cum pictura habet intextos aut additos acu.
12 Iacinthina vestis est aerio colore resplendens. Molochinia,
quae malvarum stamine conficitur; quam alii molocinam, alii
13 malvellam vocant. Bombycina e bombyce vermiculo qui
longissima ex se fila generat, quorum textura bombycinum
14 dicitur; conficiturque in insula Coo. Apocalama. Serica a
serico dicta, vel quod eam Seres primi miserunt. Holoserica
tota serica; ὅλον enim totum. Tramoserica stamine lineo,
trama ex serico. Holo⟨por⟩phyra tota ex purpura; ὅλον enim
15 totum. Byssina candida confecta ex quodam genere lini gros-
sioris. Sunt qui et genus quoddam lini byssum [esse] existi-
16 mant. Fibrina [tramam de fibri lana habens]. Caprina.

1 qui ap. C^1 2 Mancileata *T* 3 ciroditam *BC*: cirodictam *T*: cyrodictam (*ex* -ditam) *K* 4 dalmatica prov. *CT* 5 Rossata *K*: Rosata *C* 6 fenicem *C* coccineam *B* 8 ne] nec *K* contemplati B^1 10 russa *T*: rossati *K*: rusati C^1 solebant *BCT* 11 poni *C* 14 Iacintina *BCK*: Iaquintina *T* Molocinia *BT*: Malocinia C^1: Molocina *K* 15 mollociniam B^1 *ut vid.* 16 mavellam *B* Bombicina *codd.* (*etiam U*) bombice *codd.*: bomvice *U* 17 bombicinum *BKTU*: bombocinum *C* 18 in *om. K* Apucalama *K*: *add. in marg. T* a sirico *K* 19 ea *K* (*non U*) Oloserica *BCK*: Olosirica *T* 20 siricia *T* olo *codd.* lino *B* 21 Olophora *BT*: Olofora *K*: Oloforia *C* ὁλ. en. to. *om. K* olo *codd.* 22 Bissina *codd.* ligni *K*: lino *U* 23 sunt et quae C^1 (*non U*) bissum *BC*: bissinum *KTU* esse *hab. CTU*: *om.* B^1K existiment B^1F (*non PU*) 24 Viprina *KP* (*non DEFU*) tramam . . . habens *hab. TU*: *om. BCDEFKP*

Masticina et mena. Linea, quia ex solo lino fit. Linostema 17
vestis est ex lana linoque contexta: et dicta linostema quia in
stamine linum, in trama lanam habet. Recta dicitur vestis 18
quam sursum versum stantesque texunt. Segmentata zonis
quibusdam et quasi praecisamentis ornata; nam et particulas
cuicumque materiae abscisas praesegminas vocant. Levidensis, 19
quod raro filo sit leviterque densata. Pavitensis contraria levi-
densi dicta, quod graviter pressa atque calcata sit. Citrosa, 20
quasi concrispa ad similitudinem citri. Naevius (Bell. Pun. 10):

Pulchra quae ex auro vestemque citrosam.

Velenensis tunica est quae affertur ex insulis. Exotica vestis 21
peregrina deforis veniens, ut in Hispania a Graecis. Polymita
multicoloris; polymitus enim textus multorum colorum est.
Acupicta vestis acu textilis vel acu ornata. Eadem et Phrygia; 22
huius enim artis periti Phrygii omnes dicuntur, sive quia in
Phrygia inventa est: unde et artifices, qui id faciunt, Phry-
giones dicuntur. Vergilius (Aen. 3, 484):

Phrygiam chlamydem.

Trilicis a tribus liciis, quia est et simplex et bilex. Ralla, quae 23
vulgo rasilis dicitur. Interpola vestis illa vocatur quae dum sit
vetus ad novam speciem recuratur. Pannucia nuncupata quod 24
sit diversis pannis obsita. Colobium dictum quia longum est
et sine manicis; antiqui enim magis hoc utebantur. Levito-

1 Mast. Eomena *KP* (*non DEFU*) qui *KP* (*non N*) Linostima *K* 4 versus *K* texunt *CTU*: texerunt *BK* Secmenta *K*: Secmentata *BT* (*non U*) 6 cuiuscumque *K* (*non U*) materiae *om. K* (*non U*) praesecminas *K*: presexminas *TU*: praesesminas *B* vocantur *TU*: vocatur *C* 7 folio *K* (*non FU*) contria levidensis *T*: contra levidensem *K* 9 conscripta *K* citrinae huius (ce-, -ne) *D* (*fere*) *E*[1]*FKN* (*fere*) *P* (*fere*) *UV Mon.*: citrine huius ut quidam dicit *T*: citri Nevius huius *E*[2]: citri nivius livius *Caesenas* 10 pulchra (-cr-) quae (que) *DEFKMPT*[1] *ut vid. UV Mon.*: pulcra quem *N*: pulchram (-cr-) quae (que) *BCT*[2] *ut vid.* vest. citr. *BCDEFTUV*: vestis *KMNP* (*vid. infra*) 11 insulis quae citrosum *K*: insulisque citrossam *N* (*vid. supra*) 12 per. deseris *K* ut *om. K* Hispaniam *dett.* (*non U*) Polimita *BC*: Polimeta *K*: Polimata *T* 13 polimitus *C*: polimatus *BKT* est *om. BC* (*non U*) 14 Acopicta *T* 16 id *om. C* 18 frigiamque chl. *BC* 19 est simp. *B* Palla *B* 20 Iterpola *B*[1] 21 recurratur *BCT* 22 Columbium *U* 23 huc *K* Levitoniarium *K* (*non U*)

narium est colobium lineum sine manicis, quale Aegyptii
25 monachi utuntur. Lumbare vocatur quod lumbis religetur, vel
quod lumbis haereat. Hoc in Aegypto et Syria non tantum
feminae sed et viri utuntur. Vnde et Ieremias trans Euphraten
tulit lumbare suum, ibique illud in foramine petrae abscondit,
et postea scissum repperit. Hoc a quibusdam et renale dicitur,
26 quia [in] renibus alligatur. Limus est vestis quae ab umbilico
usque ad pedes producitur. Haec autem vestis habet in ex-
tremo sui purpuram limam, id est fluxuosam; unde et nomen
27 accepit, nam limum obliquum dicimus. Licinum vocatum
quod textura eius ligata sit in totum; quasi diceret liginum, C
28 pro G littera commutata. Armilausa vulgo vocata quod ante et
retro divisa atque aperta est, in armos tantum clausa; quasi
29 armiclausa, C littera ablata. Camisias vocari quod in his dor-
mimus in camis, id est in stratis nostris. Femoralia appellata
eo quod femora tegant. Ipsae et bracae, quod sint breves et
30 verecunda corporis his velentur. Tubrucos vocatos quod tibias
bracasque tegant. Tibraci, quod a braciis ad tibias usque
perveniant.

XXIII De proprio qvarvndam gentivm habitv. Quibusdam
autem nationibus sua cuique propria vestis est, ut Parthis sara-
barae, Gallis linnae, Germanis renones, Hispanis stringes, Sardis
2 mastrucae. Sarabarae sunt fluxa ac sinuosa vestimenta, de
quibus legitur in Danielo (3, 94): 'Et sarabarae eorum non
sunt inmutatae.' Et Publilius (19):

> Vt quid ergo in ventre tuo Parthi sarabaras
> suspenderunt?

1 est *om. K* qualem *BK*: -li *C* 2 vel quia *B* 7 in *hab. BK*: *om. CT* qui ab *T* 9 flexuosam *C* 10 linum *K* 11 dextera *C*[1] ligatum *K*[1] lignum *C*[1] 12 mutata *C* Armelausa *KT*: Armelosa *C*[1] 14 Camisas *T non U*) 15 id instratas *C*[1] 16 ipsa *B* 17 verecundia *B* his *om. T* 18 bragasque *B*: bacasque *T ante corr.*: *an* braciasque? tegat *BT* Tubrauci *K*: Tubrici *U*: Tubraci *B*: Tubruci *C* bracis *BCK* 22 Gall. . . . Hisp. *om. KNP* liniae *DE*[1] (*non FUV*) senones *T* 23 mastrugae (-ge) *BFUV* (*non P*) 26 Pa. in ve. tuo *B* parti *BDEFTUV* (*non MN*) sarabara *CDEKM*: serrabasras *N*: saraberas *T*: saraba *B*[1]*FUV* 27 suspenderint *DE*[1]

Apud quosdam autem sarabarae quaedam capitum tegmina nuncupantur, qualia videmus in capitibus Magorum picta. Linnae 3
saga quadra et mollia sunt. De quibus Plautus (frag. 176):

Linna coopertus est textrino Gallia.

Renones sunt velamina humerorum et pectoris usque umbili- 4
cum, atque intortis villis adeo hispida ut imbrem respuant. Quos vulgo reptos vocant, eo quod longitudo villorum quasi reptat. De quibus Sallustius (Hist. 3, 104): 'Germani intectum renonibus corpus tegunt.' Dicti autem renones a Reno Germaniae flumine, ubi his frequenter utuntur. Mastruca vestis 5
Germanica ex pelliculis ferarum, De qua Cicero pro Scauro (45): 'Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca mutavit?' Mastruca autem quasi monstruosa, eo quod qui ea induuntur quasi in ferarum habitum transformantur. Dino- 6
scuntur et gentes ita habitu sicut et lingua discordes. Persae brachia et crura lin[e]amentis, caput tiara tegunt; eminent apicibus fastigiatis Alani; horrent et male tecti cum latratoribus linguis Scotti; sagati sunt Alamanni, linteati Indi, gemmati Persae, sericati Seres, pharetrati Armenii. Nonnullae etiam 7
gentes non solum in vestibus sed et in corpore aliqua sibi propria quasi insignia vindicant: ut videmus cirros Germanorum, granos et cinnibar Gotorum, stigmata Brittonum. Circumcidunt quoque Iudaei praeputia, pertundunt Arabes aures, flavent capitibus intectis Getae, nitent Albani albentibus crinibus.

1 sarabara *T* nuncupatur *B* 2 capita *BT*: capite *C* 4 ligna *F*: litina *D*¹*E*¹: lina *U* (*non VMPN*) coopertus *KMNP*: cooperta (quoo-) *BCEFTUV* testrino *BDEFT*: testino *UV*: textrinam *N* (*non MP*) gallea *C*¹: galliae *B*: gallio *P*: galliam *N* (*non M*) *DE* (*non FUV*) 5 vel.] quae lamine (-mm-) *BK*: que lamnia *T* 6 bispida *K*: spida *B*¹*T* imbrem *BCT*: imbres *K* 8 reptant *BT* germa *B*¹ 9 tegant *B*¹ 10 flumine] fluvio *C* Mastruga *BTUV* 11 germanica *BCFUV*: germania *T*: sarda *K* sauro *C*¹ 12 mastruga *T*: -gam *B* 13 mutabit (*et* commobit) *U* mastruga *BT* ea] *B*¹ *n. l.* 14 induantur *C* habitu *codd.* 16 liniamentis *BT* 17 horrentem et *K* (*non U*) tecuti *K*² 18 sacata *K*¹: sacrati *B* alemanni *C* liniati *K* (*non U*) indii *T* (*non U*) 19 fasetrati *C*¹: fasetracti *B* 21 circi Germ. *B*¹*K* (*non U*) 22 gotinorum *B*: gonitorum *K* stigmate *B* 23 quoque *om. T* pertunduntur *T*: perforant *C* 24 intextis *B*¹*K* (*ex* -tae) alani *C*

Mauros habet tetra nox corporum, Gallos candida cutis; sine equis inertes extant Alani: nec abest gens Pictorum, nomen a corpore, quod minutis opifex acus punctis et expressus nativi graminis sucus inludit, ut has ad sui specimen cicatrices ferat,
8 pictis artubus maculosa nobilitas. Habet et sexus institutam speciem habitus; ut in viris tonsi capilli, in mulieribus redundantia crinium, quod maxime virginibus insigne est; quarum et ornatus ipse proprie sic est, ut concumulatus in verticem ipsam capitis sui arcem ambitu crinium contegat.

XXIV De palliis virorvm. Pallium est quo ministrantium scapulae conteguntur ut, dum ministrant, expediti discurrant. Plautus (frag. 177):

Si quid facturus es, adpende in humeris pallium,
et pergat quantum valet tuorum pedum pernicitas.

Dictum autem pallium a pellibus, quia prius super indumenta pellicia veteres utebantur, quasi pellea; sive a palla per deriva-
2 tionem. Chlamys est qui ex una parte induitur, neque consuitur, sed fibula infrenatur. Hinc et Graece nomen accepit.
3 Toga dicta quod velamento sui corpus tegat atque operiat. Est autem pallium purum forma rotunda et fusiore, et quasi inundante sinu, et sub dextro veniens supra humerum sinistrum ponitur, cuius similitudinem in operimentis simulacrorum vel
4 picturarum aspicimus; easque statuas togatas vocamus. Toga autem Romani in pace utebantur, belli autem tempore paluda-
5 mentis. Mensura togae iusta si sex ulnas habeat. Toga palmata dicebatur quam merebantur hi qui reportabant de hostibus palmas: ipsa vocabatur et toga picta, eo quod victorias cum

1 Maurus ha. te. ut nox corpora gallus *K* (*non U*) 2 gentes *T* 3 minutissimis *K* (*teste Kleinio*) (*non N*) acis *ex* acos *K* nativis *K* 4 includit *BC* ad sui *om.* C^1 5 artibus B^1K 6 virum *B* 8 ornatis B^1 cumulatus *C* vertice ipsa *K* 9 artem *T* contegant *T* 10 Pallius *FK* 11 scapula *B* 13 sic quid *B* umeris *T* 14 pergas *C* vales *C* 15 quia] quod *BC* 16 qu. pallea *T*: qu. pallia *B* sive a palla *om. T* 17 Clamis *codd.* que *K* (*i. e.* quae) consuetur *B*: consutur *K* 18 greco *B* 20 rot. et fusione B^1: rot. effusiore *C* (*non U*) 21 textro C^1 25 iusta *BT*: iustae *CK* 26 qua *K*

palmis intextas haberet. Toga candida eademque cretata in 6
qua candidati, id est magistratum petentes, ambiebant, addita
creta quo candidior insigniorque esset. Cicero in oratione
quam habuit contra conpetitores 'In Toga Candida' scripsit.
Cinctus Gabinus est cum ita inponitur toga ut togae lacinia, 7
quae post secus reicitur, adtrahitur ad pectus, ita ut ex utroque
latere ex humeris picturae pendeant, ut sacerdotes gentilium
faciebant aut cingebantur praetores. Trabea erat togae species 8
ex purpura et cocco qua operti Romanorum reges initio pro-
cedebant. Hanc primum Romulus adinvenisse perhibetur ad
discretionem regii habitus. Trabea autem dicta quod in maiori
gloria hominem transbearet, hoc est ultra et in posterum ampliori
dignitate honoris beatum faceret. Paludamentum erat insigne 9
pallium inperatorum cocco purpuraque et auro distinctum.
De quo Sallustius (Hist. 1, 87): 'Togam,' inquit, 'paludamento
mutavit.' Erat autem pallium bellicum, dictum, aliquibus
videtur, quod eo indutus palam faceret imperator bellum
futurum. Circumtextum est quod Graece κυκλὰς dicitur. 10
De quo Vergilius (Aen. 1, 649):

Et circumtextum croceo velamen acantho.

Circumtextum autem dictum quia est rotundum pallium. Di- 11
plois Graecum nomen, ab eo quod sit duplex amictus. Horatius
(Epist. 1, 17, 25):

Contra quem duplici panno patientia velat.

Est autem vestis militaris, cuius usus Gallicis primum expedi- 12
tionibus coepit e praeda hostili. De qua est vox illa senatui:
'Togis depositis Quirites ad saga fuerunt.' Sagum autem 13

1 eadem credata *K* (*non U*) 2 addita] dicta *C* 4 petitores *K*: pitatores *N* (*non U*) 5 gabin est *K* 7 latere (-e *ex corr.*) *T* ex] in *B*[1] 9 praecedebant *C* 10 primus *K* **advenisse *B*[1] 11 regis (is *ex corr.*) *T* 12 transveheret *K* postremum *B* 14 et *om. K* 15 paludamenta *BF*: paludatum *K* (*non U*) 16 autem *om. C* (*non U*) pellicum *B* aliquibus *KN*: a quibus *B*[1]*T*: a quibusdam *U*: ut quibusdam *C* 18 *vel* cyclas 20 croceum *K* acanto *codd.* 22 no. est ab *K* 26 e] et *BKP* est *om. C* (*non DFPU*) senatus *C*: -tor *D*: sanavit *B*[1]

Gallicum nomen est: dictum autem sagum quadrum eo quod
14 apud eos primum quadratus vel quadruplex esset. Paenula est
pallium cum fimbriis longis. Lacerna pallium fimbriatum quod
olim soli milites utebantur; unde et in distinguenda castrensi
urbanaque turba hos togatos, illos lacernatos vocabant. Inde
autem lacernae quasi amputatis capitibus fimbriarum, neque ita
15 laxis ut sunt paenularum. Mantum Hispani vocant quod manus
16 tegat tantum; est enim breve amictum. Praetexta puerile est
pallium quo usque ad sedecim annos pueri nobiles sub disciplinae
cultu utebantur; unde et praetextati pueri appellati sunt. Dicta
17 autem praetexta quia praetexebatur ei latior purpura. Casula
est vestis cucullata, dicta per diminutionem a casa, quod totum
hominem tegat quasi minor casa. Inde et cuculla, quasi minor
cella. Sic et Graece planetas, dicta quia oris errantibus eva-
gantur. Vnde et stellae planetae, id est vagae, eo quod vago
18 sui errore motuque discurrunt. Birrus a Graeco vocabulum
19 trahit, illi enim birrum bibrum dicunt. Melotes, quae etiam
pera vocatur, pellis est caprina [a] collo pendens praecincta
usque ad lumbos: est autem habitus proprie necessarius ad
operis exercitium. Fiebat autem prius, ut quidam existimant,
20 de pelliculis melonum; unde et melotes vocatae sunt. Fimbriae
vocatae ora vestimentorum, hoc est fines, ex Graeco vocabulum
trahunt; Graeci enim terminum ὅρον vocant.

XXV De palliis feminarvm. Regillum est praelatum regi-

1 quadrum *BCDEFTU*: quia dicitur *KNP* (*pro* qādr̄, *i.e.* quadrum) 2 esset *BCE²TU*: est *E¹F*: erat *K*: erant *N* Penula *BCT*: Pendula *K* 3 quo . . . velabantur *K* 6 lacerna qu. *T* capitibus *BK*: capitiis *C¹T* (*vix recte; sed cf. Paul. Fest.* 118 M.) 7 penularum *codd.* 8 puerili *B* 9 annis *B¹* sub *om. K* (*non U*) 12 ves. cuculla *B* 14 grece *KN*: greci *BCTU* Planetas (*nov. lemma*) *BCTU*: planeta *KN* dicta *KU*: dictam *N*: dictas *BCT* quia *BCTU*: eo quod *KN* horis *C¹* 15 id est vagae *om. KN* (*non U*) eo quod *BCTU*: quia *KN* vago sui *TU*: vagae (*vel* vage) suo *BCKN* 16 mutuque *T*: mutuoque *K* 17 bibrum (*i.e.* fibrum ?) *om. KN* (*non U*) 18 a *hab. CT*: *om. BK* 19 autem *CT*: enim *BK* 20 extimant *T* 21 melote (*i.e.* -tae) *T² ut vid.* vocant *U* Fimbriae vocatae (*lacuna*). Orae *Arev.* 22 ore (*i.e.* orae) *T* (*non U*) finis *B fort. recte* 23 ὅρον] ora *BK*: ori *T*: hora *C* 24 praelautum *CB* (*ex* dum)

narum amiculum; unde et appellatum. Peplum matronale
pallium ex purpura signatum, cuius fimbriae aurei staminis
summitate resplendent. Palla est quadrum pallium muliebris 2
vestis, deductum usque ad vestigia, quod ad fixis in ordinem
gemmis. Et palla dicta ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id est a mobilitate,
quae est circa finem huiusmodi indumenti; sive quod rugis
vibrantibus sinuata crispetur. Stola matronale operimentum, 3
quod cooperto capite et scapula a dextro latere in laevum
humerum mittitur: stola autem Graece vocatur quod supere-
mittatur. Idem et ricinium Latino nomine appellatum eo quod 4
dimidia eius pars retro reicitur; quod vulgo mavortem dicunt.
Vocatum autem mavortem quasi Martem; signum enim mari-
talis dignitatis et potestatis in eo est. Caput enim mulieris vir
est; inde et super caput mulieris est. Amiculum est mere- 5
tricum pallium lineum. Hunc apud veteres matronae in adul-
terio deprehensae induebantur, ut in tali amiculo potius quam
in stola polluerent pudicitiam. Erat enim apud veteres hoc
signum meretriciae vestis, nunc in Hispania honestatis. Theri- 6
strum palliolum est quo usque hodie Arabiae et Mesopotamiae
mulieres velantur, quibus in aestu tutissimo teguntur umbraculo.
De quo in Isaia (3, 23). Anaboladium amictorium lineum 7
feminarum quo humeri operiuntur, quod Graeci vel Latini
sindonem vocant.

De stratu et reliquis vestibus quae in usu habentur. XXVI

Stragulum vestis est discolor quod manu artificis diversa varietate
distinguitur: dictum autem quod et in stratu et in amictu aptus
sit. De quo Salomon (Prov. 31, 22): 'Stragulam vestem sibi
fecit.' Ludices a ludis, id est theatris, vocatos quidam existi- 2

2 fimbrei *K* aureis *B* 3 summita *K* 4 deductus C^1 quod *del. Arev.* *vel* adfixis 5 pallia C^1 a *om. T* nobilitate *BKT* 7 crispet *K* (*non U*) 8 in *om. C* 9 greco vocata *T* 11 eius pars eius ret. *T* eicitur *B* mafortem . . . mafortem *dett.* 12 sinum *K* 16 talia amicula *BK* (*non U*) 17 stolam *T* polluerunt *B* puditiam *K* 18 Teristrum *codd.* 20 in-estutissimo *T* 21 amictorum *T* 25 Staculus *K* qua ma. *K* 26 et am. *B* aptum *K* 27 stragulum *C* sibi vestem *B* 28 vocatus *CKT*

mant: quum enim egrediebantur de ludi prostibulo iuvenes,
horum velamento tegebant caput et faciem; quia solet erube-
3 scere qui lupanar intraverit. Galnapes. Fulcra sunt orna-
menta lectorum, dicta quod in his fulcimur, id est sustinemur,
vel quod toros fulciant sive caput; quae reclinatoria vulgus
4 appellat. Cervicalia autem eo quod ponantur sub cervice vel
cubito. Pulvillus dictus a pulvinar, qui est divitum lectus.
Culcitae vocatae quod calcentur, id est farciantur, pluma sive
5 tomento, quo molliores calidioresque sint. Tapeta dicta quod
pedibus primum strarentur, quasi tapedia. Sipla tapeta ex
una parte villosa, quasi simpla. Amphitapa ex utraque parte
villosa tapeta. Lucilius (13):

Siplae atque amphitapi villis ingentibus molles.

6 Mantelia nunc pro operiendis mensis sunt; quae, ut nomen
ipsud indicat, olim tergendis manibus praebebantur. Mappae
convivii et epularum appositarum sunt, quasi manupae, atque
ob id nominatae; cuius diminutivum mapella est. Toralia
7 longae perpetuaeque mappae, a toro dictae. Sabanum Grae-
cum est. Facietergium et manitergium a tergendo faciem vel
manus vocatum. Vela dicta quod obiectu suo interiora do-
8 morum velent. Aulaea vela picta et grandia; quae ideo aulaea
dicta sunt quod primum in aula Attali regis Asiae, cui suc-
9 cessit populus Romanus, inventa sunt. Cortinae sunt aulaea, id

1 prostibuli *B*[1]: prostribulo *T* 2 velamenta *B* quia] quam *K* 3 Gannapes *T* (*non U*): *om. KN* Fulgra s. ornamento *C* 4 sustimur *C*[1] 5 fulceant *T* 6 ponatur *K* 7 dictus *om. C* pulvinari *C* lectum *K* 8 farcinantur pulma *T* 9 tumento *BK* quod *T* callidioresque *BC*[1] sunt *T* Tappeta *BNTU*: Tappida *K* 10 sternerentur *C* tappedia *codd.* (*etiam U*): tappeda *N* Simpla *BKTU*: Sippla *N* tappeta *BKU*: peta *C*[1]: ceppa *N* 11 Anfitapa *BCTU*: Ampitappa (Amphi-) *K*: Amphitappa *N* Amph. . . . villosa *iterum ante* Sipla tapeta *exhibet K* 12 tappeta *NTU*: tappeda *K* 13 siplex *N*: simple *P*: sipla *D* (*non EFMTU Mon.*) anfitapi *TUV Mon.*: anfitapa *BCDE*: antifitapa *F*: amphitappa *KNP*: afitappa *M* vellis *KMN Mon.*: vellium *P* (*non DEFTU*) moles *T* (*non UV*) 16 et *om. C* appositura *B* sunt quae quasi *K* manupiae *C*: manipulae *K* (*non U*) 17 mappella *BC*: mappula *K* 18 longo *B* perpetue (*om.* que) *T* 19 Facistergium *BCT*: Facitergium *dett.* 20 voc. est *C* 21 Alea vea *K* aulae di. *B*[1]: vela di. *T*: au. dictae *K* 23 auleae *K*

est vela, de pellibus, qualia in Exodo leguntur, a quibus taber-
naculum extrinsecus tegebatur. Dictae autem cortinae a coreis,
eo quod prius ex pellibus fuissent factae. Vnde et in eodem
tabernaculo legis iubetur cortinas fieri ex pellibus arietum
rubris et ex pellibus iacintinis. Cilicia Arabes nuncupant vela- 10
menta pilis caprarum contexta, ex quibus sibi tentoria faciunt.

De lanis. Lana a laniando, id est a vellendo, vocata: XXVII
hinc et vellus dictum, quod prius lanae vellerentur, non tonde-
rentur. Linum ex terra oritur, deflexumque nomen eius a
Graeco; nam linum Graeci λινάριον dicunt; sive quod sit
molle et lene. Stuppa vero cannabi est sive lini. Haec se- 2
cundum antiquam orthographiam stuppa dicta, quod ex ea
rimae navium stipentur. Vnde et stipatores dicuntur, qui in
vallibus eam conponunt. Tomentum appellatum quod aut in 3
filo aut in tela tumeat, nec subtilitatem habeat. Cannabum
a similitudine cannae vocatum, sive a Graeca etymologia; nam
illi cannabum κάνναβιν vocant. Byssum genus est quoddam 4
lini nimium candidi et mollissimi, quod Graeci papaten vocant.
Fibrinum lana est animalium, quos fibros vocant. Ipsos et
castores existimant, quos dum venatores secuntur, ipsi sibi testi-
culos adimunt. Aranea vocatur eo quod aeris infusione in
frondibus nutriatur. Sericum dictum quia id Seres primi 5
miserunt; vermiculi enim ibi nasci perhibentur, a quibus haec
circum arbores fila ducuntur: vermes autem ipsi Graece βόμ-
βυκες nominantur. Placium est stuppa et quasi crassedo serici,
et est Graecum nomen.

1 in *om.* *T* leg. qu. *C* 2 dicta au. cortina *T* 3 prius *BCTU*: primum *KN* facta *C* 4 curtinas *K* 6 pelis *K* 7 laniendo *CK*: -dum *N* (*ex* -do?) id est *om.* *KN* (*non FU*) 8 vellum *K* (*non F*) non tond. *om.* *C* 9 defluxumque *T* 10 λιν.] linarium *codd.* sit *om.* *C* 11 Stupa *B* canapi *K* 12 stippa *C*; *fort.* stuppa, nam styppa ex *om.* *C* 13 remi *BKP* (*non DEFU*) nanium *C*[1] stupentur *B*: stippentur *TU*: stuppentur *KP* stippatores *BTU*[2] (stipa- *U*[1]): stuppatores *KNP* in navibus *Arev.* (*non DEFNPU*) 15 filo a aut *K* Canapum *K* 16 carnae *C*[1] vocatur *K* 17 il. cannapum *K* Bissum *BKT* 18 papatin *K*: papatem *T* 20 castoreos *T*[1] 21 vocata *C* (*non U*) 22 quia id *BCTVU* (*fere*): quem *KN* 24 dicuntur *C*[1] βομβ.] bombices *codd.* 25 grassedo *C*[1]: crasitudo *K*

XXVIII De coloribus vestium. Tinctura vocata quia tinguitur
et in aliam fucata speciem nitoris gratia coloratur. Κόκκον
Graeci, nos rubrum seu vermiculum dicimus; est enim vermi-
2 culus ex silvestribus frondibus. Conchylium dictum eo quod
ex conchulis marinis color eius colligitur: idem et ostrum
3 vocatur. Ostrum, quod pro colore purpurae temperatur, pluri-
mis quidem in locis, sed optimum in insula Cypro gignitur sive
4 in his quos propius solis cursus inluminat. Conchylia autem
sunt maris, quae circumcisa ferro lacrimas purpurei coloris
emittunt: his collectis color purpureus temperatur. Et ostrum
5 exinde appellatum dicunt quod ex testae humore elicitur. Pur-
pura apud Latinos a puritate lucis vocata. Apud Graecos autem
πόρφυρα dicitur cum adspiratione, apud nos purpura sine ad-
6 spiratione. Ferrugo color est purpurae subnigrae quae fit in
Hispania, ut (Virg. Aen. 9, 582):

Ferrugine clarus Ibera.

Dicta autem ferrugo quod omnis purpura prima tinctura eius-
7 modi coloris existat. Glaucus color est ferrugineus subniger.
Elbidum ab elbo colore vocatum; elbum est enim medius color
8 inter nigrum et album, et elbum ab albo dirivatum. Luteus
color rubicundus, quod est croceus. Nam crocum lutei coloris
est, ut (Virg. Ecl. 4, 44):

Croceo mutavit vellera luto.

Menum [quod sit colore nigro; Graeci enim *μέλαν* nigrum
dicunt]. Masticinum [quod colorem masticis habeat]. Blat-

1 quia *BCTU*: quod *K* 2 in *om. K* cohortatur *K* Ko.] Coccum *codd.* 3 rubum *T* mermiculum B^1 4 Concilium *codd.* 5 conculis *codd.* 6 vocatur *BCTU*: vocatum *K* 7 qu. loc. diversis sed *T* 8 quas *K* propius *K*: proprio *BT* (*pro* propior?): proprie *C* Concilia *codd.* (*etiam NU*) autem *om.* T^1 9 purpurea B^1 10 immittunt *BCT* 11 inde T^1 13 apud nos . . . adsp. *om.* B^1 16 cl. sidera *B*: cla (*sic*) fidere *K* 18 Glacus *B* ferruganeus B^1: ferrugine *K* 19 Elbidum . . . voc. *om.* C^1 elbus est *K* 20 et elbum *om. T* 21 quodquod est *T* nam. et cr. *T*: nam crocus *B* 22 est pet (*pro* poeta?) inquid ut *T ut vid.* 23 mutata *BK* 24 Maenum *K* quod . . . dicunt *hab. TUV*: *om. BCDEK* 25 quod . . . hab. *hab. TUV*: *om. BCDEK* Blattum *TUV*: Bliteum *D* (*non E*)

teum. Blavum. Mesticium. Osticium, quia ex usto est; fit 9 enim ex dependenti fuligine tectorum egesta assiduis ignibus: unde et color eiusdem tincturae flammeus est.

De instrvmentis vestivm. Tela pro longitudine stami- XXIX num dicta, cuius dirivativum est telaria. Insubuli, quia infra et supra sunt, vel quia insubulantur. Radii dicti quia radendo fiunt. Pectines, quod pexa fila reddant et inpremant. Colum, 2
quod sit in longitudine et rotunditate quasi columna. Fusum, quod per ipsum fundatur quod netum est. Alibrum, quod in eo liberantur fila, id est solvantur. Calathum leve gestamen 3
ex lino vel canna aut ex iunco factum, in qua vel pensa ponuntur vel leguntur flores; κᾶλα enim Graece lignum est, a quo dirivatum est calathum. Nam Latine quasillum dicitur. Cicero in Philippicis (3, 10): 'Aut vero inter quasilla pendatur aurum.' Pensum mulierum a pendendo dictum; unde pensa et inpensa. 4
Netum. Fila dicta vel quia ex pilis animalium sunt, vel quia 5
lanificium filis tenuibus constat in modum pilorum, id est quasi filorum. Mataxa quasi metaxa, a circuitu scilicet filorum; nam 6
meta circuitus; vel quod transferatur. Gubellum corrupte a globo dictum per diminutionem, quasi globellum. Panuliae, 7
quod [ex] eis panni texantur; ipsae enim discurrunt per telam. Stamen dictum quia rectum stat. Trama, quod via recta transmittatur per telam; est enim filus intra stamen currens.

1 Blabum *BCDETUV*: balbum *K* Mest. *ante* Blabum *TUV* (*non DE*): Mesticlum *BK*: Mestitium *D* (*non E*) quia *BCDEFTUV*: quod *K* 2 agesta *B* 3 est *om. T* 5 quia inf. *BCTU*: quod inf. *K* 6 vel ins. *K* radende *B*[1] 7 Pectinas *K* plexa *BKT* 8 et in rot. *K* 9 ipsum *BCK*: eum *T* netum] nectendum *KN* (*non U*) Aliber *E* 10 librantur *C*[1] (*non D*[1]*EFNU*) solvuntur *TV* (*non UDEFN*): volvuntur *Arev.* Calatum *codd.* 11 lino *KT*: ligno *BC* ex *om. T* in quo *K* 12 καλ. en. Gr. *om. KN* (*non U*) 13 calatum *codd.* 14 integer *K* pendantur *BK*: *om. C* auro *K* 16 quia *BCTU*: quod *KN* vel quia . . . pilorum *om. KN* (*non U*) 19 circuitus] circuit *KN* (*non UV*) Iubellum *TV*: Lubellum *U*: Globellum *BKN* 20 globel (*sic*) *KN*: globellicum *T* (*non U*) 21 ex *hab. BT*: *om. CK* 22 stamen . . . per telam *om. C*[1] quia *KT*: quod *B* (*ex corr.*?) quod *B* (*ex corr.*?) *TUV*: quia *KN* via *om. KN* (*non UV*) 23 transmittat *K*: -ant *N* (*non UV*) filum *CK*

Licia sunt quibus stamina ligantur, quasi ligia. Ordire est . . . Texere est . . .

XXX De ornamentis. Hactenus de veste: dehinc ad ceterum cultum veniamus.

Ornamenta dicta eo quod eorum cultu ora vultusque decorentur. Prima ornamenta corona insigne victoriae, sive regii honoris signum; quae ideo in capite regum ponitur, ad significandum circumfusos in orbe populos, quibus adcinctus quasi caput suum coronatur. Haec a Lucilio (1143) corolla, ab Homero (Il. 8, 597) *στεφάνη* dicta est. Huius principium a Libero quodam gentiles existimant, quod his in potando mota vino capita vincire fasciolis instituerint. Idcirco olim linei ac lanei generis coronas fuisse, sicut erat in sacerdotibus
2 gentilium. Nomen coronae hac ex causa vocatum, eo quod
initio circum aras curreretur, atque ad imaginem circuitus vel
3 chori et formatam et nominatam coronam. Inperatores Romani
et reges quidam gentium aureas coronas utuntur. Persae tiaras
gerunt; sed reges rectas, satrapae incurvas. Reperta autem
tiara a Semiramide Assyriorum regina. Quod genus ornamenti
exinde usque hodie gens ipsa retinet. Athenienses enim
cic[l]adas aureas gerebant partim in vertice, nonnulli in fronte.
Non enim eadem sunt insignia omnium regnorum. Gentilium
4 vates infulas, apices, pillea sive galeria utebantur. Infula est
fasciola sacerdotalis capitis alba in modum diadematis, a qua
vittae ab utraque parte dependent, quae infulam vinciunt; unde
et vittae dictae sunt, quod vinciant. Infula autem plerumque
5 lata erat, plerumque tortilis, de albo et cocco. Apex est pilleum

1 Lici*a *C*[1] stamen alligantur *T* Ordiri *CK* Ord. est texere (*om.* est) *C* 4 veniamus *CK*: veniemus *BFT* 5 eo *om.* *B* 6 ornamenti *B*[1]*T* 7 in *om.* *T* significandos *BC* 8 adc*inctos *B*[1] 11 is . . . instituerit *Arev.* putando *K* 12 muta *K*: moto *T* capite *T ante corr.* vincere *BC*[1] (*etiam T*[1]?) fascicolis *K* instituerunt *KT* 14 Nam *T* ex hac *T* vocatus *K* qu. in init. *K* 15 ad *om.* *T* vel] et *K* 16 cori *BCT* 22 eodem *K* omnia *K* 23 pillea *om.* *T* galearia *K*: gallearea *B*[1] 24 alba *om.* *K* 25 vinciantur *B* 26 dictae *om.* *T* 27 erat] est *T* (*cum Serv. ad Aen.* 10, 538) de] ex *K*

sutile quod sacerdotes gentiles utebantur, appellatus ab apiendo,
id est adligando. Nam virgula, quae in pilleo erat, conectebatur
filo, quod fiebat ex lana hostiae. Galerium pilleum ex pelle
caesae hostiae factum. Pilleum autem dictum a pelle hostiae
unde fiebat. Cidarim et ipsud sacerdotum erat, quod a pleris- 6
que mitra vocatur.

De ornamentis capitis feminarvm. Ornamenta capitis XXXI
feminarum: diadema, nimbum, capitulum et mitra. Diadema
est ornamentum capitis matronarum ex auro et gemmis con-
textum, quod in se circumactis extremitatibus retro adstringitur;
et exinde dictum Graece quod praeligetur. Nimbus est fasciola 2
transversa ex auro adsuta in linteo, quod est in fronte femina-
rum. Plautus (Poen. 348):

Quo magis eam aspicio, tam magis nimbata est.

Nam et lumen, quod circa angelorum capita pingitur, nimbus
vocatur, licet et nimbus sit densitas nubis. Capitulum est quod 3
vulgo capitulare dicunt. Idem et cappa, vel quod duos apices ut
cappa littera habeat, vel quia capitis ornamentum est. Mitra est 4
pilleum Phrygium, caput protegens, quale est ornamentum capitis
devotarum. Sed pilleum virorum est, mitrae autem feminarum. 5
Redimicula autem sunt quibus mitra alligatur. Pilleum autem, ut
praediximus, a pelle erat: nam mitra ex lana est. Ricula est
mitra virginalis capitis. Vittae sunt quae [in] crinibus innectun- 6
tur, quibus fluentes religantur capilli: et vittae dictae quod vin-
ciunt. Taenia autem est vittarum extremitas dependens diver-
sorum colorum. Item vitta est qua corona vincitur; taenia
vero extrema pars vittae quae dependet coronae. Reticulum est 7
quod colligit comas, dictum ab eo quod retinet crines ne effun-

1 subtile *BKT*^{2} (*non U*) ambiendo *C* 2 alligando *C*: a ligando *B*^{1}*TU*: adalligandum *K* conectabatur *C* 3 quod] quae *B* 4 autem *om. K* 10 circumartis *T*: circum *C* 11 et inde *B* 12 lineo *B*^{1} 14 quo ma. *BCDEFTU Mon.*: comagis *N*: cum ma. *K*: eumagis *P*: quod ma. *M* aspiciunt *N* (*non MP*) niblata *KNP*: nublata *M* (*non DEFU Mon.*) 15 circum *K* 16 li. enim ni. *T* Cap. autem est *B* 17 capitola di. *K* 18 littere *T* quia *KT*: quod *BC* 22 a] ex *K* Rigula *B*^{1} 23 in *hab. BK*: *om. CT* 24 quod *CT*: quia *BK* 27 vero est ext. *T*^{2} qua dependent *K*

8 dantur. Discriminalia capitis mulierum sunt vocata ex eo
quod caput auro discernant; nam discriminare dividere dicitur.
Antiae sunt cincinni dependentes prope auriculas; Graeco
9 vocabulo, ab auribus. Acus sunt quibus in feminis ornan-
dorum crinium conpago retinetur, ne laxius fluant et sparsos
10 dissipentur capillos. Inaures ab aurium foraminibus nuncu-
patae, quibus pretiosa grana lapidum dependent. Harum usus
in Graecia: puellae utraque aure, pueri tantum [modo] dextra
11 gerebant. Torques sunt circuli aurei a collo ad pectus usque
pendentes. Torques autem et bullae a viris geruntur; feminis
vero monilia et catella. Dictae autem torques quod sint tortae,
et bullae quod similes sint rotunditate bullis quae in aqua vento
12 inflantur. Monile ornamentum ex gemmis est, quod solet ex
feminarum pendere collo; dictum a munere. Hoc etiam et
serpentum dicitur, quia constat ex amphorulis quibusdam aureis,
gemmisque variis in modum facturae serpentis. Nonnulli hoc
et ⟨segmentum dicunt, ut Iuvenalis (2, 124):⟩

Segmenta et longos habitus;

licet et segmentatas vestes dicamus, ut ipse (6, 89):

Et segmentatis dormisset parvola cunis.

13 Plerumque autem et per munile omnia ornamenta matronarum
14 significantur, quidquid illis munere datur. Murena vulgo voca-
tur quod scilicet auri metallo in virgulis lentescente quaedam
ordinis flexuosi catena contexitur in similitudinem murenae
serpentis, quae ad collum ornandum aptatur. Haec interdum
auri atque argenti texitur virgulis. Vnde et in Canticis dicitur
canticorum (1, 10): 'Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas

4 Ancus *T* sunt] aut C^1 6 dissipent *C* 7 quibus] qui B^1 grana] genera *dett.* (*non DEFN*) dependatur *K* (*non NDEF*) 8 pulle (palle?) *T* tantum *BCTU*: tantummodo *KN* 11 munilia *KT*: minilia *B* cantella *K* 12 similis rot. *K* (*pro* simili sunt rot.?) (*non U*) 13 flantur C^1 Munile *BK*: Munilie *T* 14 pondere *B* dic. autem a *B* 15 quia *CT*: quod *K*: quam *B* amforolis *BK*: amforulis *C*: aforolis *ut vid. T* 16 hoc] autem *KN* *add. Arev. ex Serv. ad Aen.* 1, 654 18 segmata C^1 19 ipse *om. KN* (*non U*) 21 monile *C* 23 virgulas lent**centes *T* 24 ordines *K* similitudinem *BK*: -ne *CT* 25 serpentes *B* 26 virgilias B^1

argento.' Catellae sunt catenulae colli invicem se conprehen- 15
dentes in modum catenae; unde et appellatae. Dextras com- 16
munes esse virorum ac feminarum, quia utriusque sexus dexterae
sunt. Armillae autem proprie virorum sunt, conlatae victoriae
causa militibus ab armorum virtute: unde et quondam vulgo
viriolae dicebantur. Ab intellectu autem circuli armilla non
discrepat, quia ipsa quoque hoc, ubi ponitur, ambiendo con-
stringit; sed armilla latius extenditur, circulus rotundus fit.
Fibulae sunt quibus pectus feminarum ornatur, vel pallium 17
tenetur a viris in humeris, seu cingulum in lumbis. Lunulae
sunt ornamenta mulierum, in lunae similitudinem bullulae aureae
dependentes. Specula sunt in quibus feminae vultus suos 18
intuuntur. Dictum autem speculum vel quod ex splendore
reddatur, vel quod ibi feminae intuentes considerent speciem
sui vultus et, quidquid ornamenti deesse viderint, adiciant.
Periscelides sunt apud feminas crurum ornamenta quibus 19
gressus earum ornantur. Olfactoriola vascula sunt muliebria
quibus odoramenta gestantur.

DE ANVLIS. Primus Prometheus fertur circulum ferreum XXXII
incluso lapide digito circumdasse; qua consuetudine homines
usi anulos habere coeperunt. Anuli autem per diminutionem
dicti a circulis et anis, qui sunt circum brachia et circum crura;
unde et signa eorum per diminutionem sigilla: nam signa
maiora sunt, sigilla vero quasi minora signa. Anulos homines 2
primum gestare coeperunt quarto a pollice digito, quod eo vena
quaedam ad cor usque pertingat, quam notandam ornandamque
aliquo insigni veteres putaverunt. Apud Romanos anuli de 3
publico dabantur, et non sine discrimine; nam dignitate prae-
cipuis viris gemmati dabantur, ceteris solidi: anulum aureum

1 Cantellae *BK* conpraehindentis *K* 3 utrisque *BC*[1] 5 ob arm. virtutem *C* quoddam *B* 6 vir. *Arev.*: viriliae *BCK* (*et Isid.*?): viridie *TU* 7 ubi *om. KN* (*non U*) ambigendo *B* 8 fit *BCK*: est *T* 10 veris *B* *an* ceu? 11 similitudine *B* bullae *C* 12 Speculae *C* 13 vel quia ex *B*: quod ex *T* 14 considerant *K* 15 quodquod *K* viderent *B* adiciunt *K* 16 Prescelidae *B*[1]: Praescelites *K*: Prescellides *T* 17 mul. a qu. *B* 20 inclusum *K* circumdedisse *K* 22 annis *K* 25 cum vana *K* 27 aliqua *B*[1] anulo *T* 28 debantur *B*[1] 29 debantur *B*[1]

neque servus neque libertinus gestabat in publico, sed anulo
aureo liberi utebantur, libertini argenteo, servi ferreo; licet et
4 multi honestissimi anulo ferreo utebantur. Apud veteres ultra
unum anulum uti infame habitum viro. Gracchus in Mevium:
'Considerate, Quirites, sinistram eius; en cuius auctoritatem
sequimini, qui propter mulierum cupiditatem ut mulier est
ornatus.' Crassus, qui apud Parthos periit, in senectute duos
habuit anulos, causam praeferens quod pecunia ei inmensa
crevisset. Multi etiam Romanorum pro gravitate anulum
gestare in digito abstinuerunt. Feminae non usae anulis, nisi
quos virgini sponsus miserat, neque amplius quam binos anulos
aureos in digitis habere solebant. At nunc prae auro nullum
5 feminis leve est atque inmune membrum. Inter genera anu-
lorum sunt ungulus, Samothracius, Thynius. Vngulus est
gemmatus, vocatusque hoc nomine quia, sicut ungula carni, ita
gemma anuli auro adcingitur. Samothracius aureus quidem,
6 sed capitulo ferreo; a loco ita vocatus. Thynius purus est,
primum in Bithynia fabricatus, quam olim Thyn⟨i⟩am vocabant.
Flaccus (Maecenas, frag. 1):

> Lucente, mea vita, nec smaragdos
> berillosque mihi, Flacce, nec nitentes
> ⟨nec⟩ percandida margarita quaero,
> nec quos Tunnica lima perpolivit
> anellos nec iaspios lapillos.

1 gest. aut in pub. *K* (*teste Kleinio*) 2 argenteos *K* ser. fer. *om. T* 4 ut inf. *B* Mevius *F*[1]: melium *DE*[1]: mediu *ut vid. P* (*non NU*): Maenium *Arev.* 5 en] in *KP* (*non NE*) 6 sequisequimini *T* qui pr.] quippe *M* (*non P*) ut mulieres *T* (*non U*): muliebre *KMNP* (*non DEF*) 8 quo pec. *BC* 10 nisi quod *T* 11 aur. an. *K* (*non E*) 12 habere *ante* anulos *C* per au. *T* 13 Item *B ante corr.* 14 tinius *BCK*: tinctus *T* 17 Tinius *codd.* (*etiam EN*) 18 tinam *BCT Mon.*: tinem *K* 20 lugente mea *BDE*: lugentem ea *EUV Mon.*: lucentem ea *CP*: lucentem eam *N* (*non M*) vitta *M* (*non NP*) smaragdus *DKMP fort. recte*: zsamaragdus *N* 21 berillusque *B*: berillos (*ex* bel-) quia *F*: birillusque *K*: birillus quem *N*: byrrilusque *M*: byrillusque *P* (*non EUV*) 22 percandidam *Mon. KMNPU* (*non V*) margaritam *Mon. P*: margaridam (-ger-?) *M*: margitam *KN* 23 tinica *BCDEFTUV*: tunicam *N* (*non MP*) perp. ut anellus *KMNP*: perp. anelos *F*: perp. anulos *DE* (*ex* anolos): perp. anellus *Mon.*[1] (*non UV*) 24 nec iaspeos *BN*: nec caspeos *M*: nec iaspeus *P*: ne iaspeus *K*: nec iaspius *D*: nec aspeus *Mon.*[1] (*non EFUV*)

De cingvlis. Cinctus est lata zona, et minus lata semi- XXXIII
cinctium, et utrisque minima cingulum; nam a cinctu per
diminutionem cingulum nominatum. Cinctu autem iuvenes in
exercitatione campestri verecunda velabant; unde et campestris
dicebatur. Balteum cingulum militare est, dictum pro quod ex 2
eo signa dependant ad demonstrandam legionis militaris sum-
mam, id est sex milium sescentorum, ex quo numero et ipsi
consistunt. Vnde et balteus dicitur non tantum quod cingitur,
sed etiam a quo arma dependant. Zona Graecum est, quam 3
illi *ζωνάριν*, nos cingulum nuncupamus. Strophium est cingu-
lum aureum cum gemmis. De quo ait Cinna (Catull. 64, 65):

Strophio lactantes cincta papillas;

et Prudentius (*περὶ Στεφ.* 25, 4):

Nomen hoc gemmae strophio inligata est.

Limus est cinctus quem publici habebant servi: et dictus limus 4
quia transversas habebat purpuras, id est limas. Caltulum
cinguli genus, a coacto loro dictum. Fibula Graecum est,
quam illi †fiblin† dicunt, quod ligat. Subfibulum, subligacu-
lum. Redimiculum est quod subcinctorium sive bracile nuncu- 5
pamus, quod descendens per cervicem et a lateribus colli
divisum, utrumque alarum sinus ambit atque hinc inde subcingit,
ut constringens latitudinem vestiat corpus, contrahat atque
coniungendo conponat. Hunc vulgo brachilem, quasi brachia-
lem, dicunt, quamvis nunc non brachiorum, sed renum sit
cingulum. Subcinctorium autem vocatum quod, ut dictum est,
sub brachiis ductum alarum sinum ambit atque hinc inde

1 semicintium *BC*: semicinctum *T* 2 a cincto *BCT* 3 Cincto *BCT* 4 verecundia *K* 5 pro quod *T*: pro eo quod *K*: propter quo (*ex* quia) *B*: propter quod *C* 6 dependeant *K*: dependent *BCT* 9 dependent *BCK* 10 zonarim *codd.* (-in *T*?) Strofium *codd.* 12 strofio *codd.* lactactes B^1 papilla sed *B*: papillas sed *C*: papillas *K* 14 strofio *codd.* est *om. C* 16 transversa *B* habebat *CK*: habet *BT* Catulum *U* 17 genus *om. KN* (*non U*) 18 di. eo qu. *K* 19 est *om. K* (*non U*) braciale *T* 21 dimissum *dett.* utrarumque *BC* 22 latitudine *BK* vestium *dett.* contrahat *om.* C^1 23 bracilem *CKT* (*ex* bracialem) bracialem *BCT*: braciale *K* 24 braciorum *BT* 26 braciis B^1T ductum *om. KN* (*non U*) hinc *om.* B^1KN (*non U*)

6 subcingit. Fascia est qua tegitur pectus et papillae conpri-
muntur, atque crispanti cingulo angustius pectus artatur: et
dicta fascia quod in modum fasciculi corpus alligat. Hinc et
7 fasciolae, quibus vulnera conligantur. Vitta dicta quod ea
pectus vincitur instar vitis ligantis. Limbus est quam nos
8 ornaturam dicimus. Fasciola est quae ambit extremitatem
vestium, aut ex filis, aut ex auro contexta adsutaque extrinsecus
in extrema parte vestimenti vel chlamydis. De qua Vergilius
dicit (Aen. 4, 137):

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

XXXIV De calciamentis. Sutores nuncupatos quod insertis filo
2 porcorum setis suant, id est consuant, quasi setores. Caligarios
vero non a callo pedum, sed a calo, id est ligno, vocatos, sine
quo consui calciamenta non possunt, quas Graeci καλόποδας
dicunt: fiebant autem prius ex salice tantum. Hinc et calcia-
menta dicta quod in calo, id est ligno, fiant; vel quod calcentur.
3 Crepidas Graeci ante repertas usi sunt. Est autem genus
singulari forma, et idem utrique aptum pedi, vel dextro vel
sinistro. Crepidas autem dictas quod cum sono stringantur,
4 sive a pedum crepitu in ambulando. Calceos reges utebantur
et Caesares. Forma eorum * * *. Patricios calceos Romulus
repperit quattuor corrigiarum, adsutaque luna: hos soli patricii
utebantur. Luna autem in eis non sideris formam, sed notam
centenarii numeri significabat, quod initio patricii senatores
5 centum fuerint. Ocreae tibialia calciamenta sunt, dicta quod
crura tegant. Coturni sunt quibus calciabantur tragoedi, qui
in theatro dicturi erant et alta intonantique voce carmina
cantaturi. Est enim calciamentum in modum crepidarum,

3 fasciola qu. *B* 4 vulnere *T* 5 pectus *om.* *KN* (*non* *U*) 7 aut fi. *C*[1] adsumptaque *BKN* 8 in *om.* *B* extremam partem *K* 10 sidonia *K* pincto *T* clamide (*ex* -te) *K* nimbo *BK* 11 filis *K* 12 sertores *T* Caligarius *B* 13 collo pellum *T* vocatus *B* 15 hinc calceamenta *K* 16 vel cal. *B* 17 Crepitas *K* 18 utroque *K* 19 Crepitas *K* cum *om.* *C* stringantur *ex* stringitur *T* 20 crepitudine *K* 22 adsutum quae *B*: adsuta quasi *K* 23 lunae au. *K* 24 centerii *B*[1] qu. in ini. *K* 25 fuerunt *T* dicta . . . sunt *om.* *C*[1] 27 et alta . . . crepidarum *om.* *KN* 28 crepidiarum *BTU*

quod heroes utebantur; sed tale est ut et in dextro et in laevo
conveniat pede. Baxeae calciamentum comoedorum erat, sicut **6**
tragoediorum coturni. Quos quidam etiam calones appellant,
eo quod ex salice fierent; nam Graeci, ut diximus, lignum
κᾶλα vocabant. Talares calcei socci sunt, qui inde nominati **7**
videntur quod ea figura sint ut contingant talum; sicut sub-
tolares, quod sub talo sint, quasi subtalares. Obstrigilli sunt **8**
qui per plantas consuti sunt, et ex superiori parte corrigium
trahitur ut constringantur; unde et nominantur. Osas puto **9**
ab os primum factas, et quamvis nunc ex alio genere, nomen
tamen pristinum retinent. Mullei similes sunt coturnorum solo **10**
alto, superiori autem parte cum osseis vel aeneis malleolis, ad
quos lora deligabantur. Dicti sunt autem a colore rubro, qualis
est mulli piscis. Soleae sunt quibus tantum pedum plantae **11**
teguntur, dictae a solo pedum. Item soleae materiales ex
materia coreo intecta. Socci, cuius diminutivum socelli, appel- **12**
lati inde quod saccum habeant, in quo pars plantae inicitur.
Calliculae. Caligae vel a callo pedum dictae, vel quia ligantur.
Nam socci non ligantur, sed tantum intromittuntur. Cernui **13**
socci sunt sine solo. Lingulati, quos nos foliatos vocamus.
Clavati [quasi claviati, eo quod minutis clavis, id est acutis,
sola caligis vinciantur]. Perones et ⟨s⟩culponeae rustica calcia-
menta sunt. Baxea calciamenta mulierum sunt. Corrigiae
a coriis vocantur, vel a conligatione, quasi colligiae.

1 ut in de. *CN* 2 calciamenta *T* sicut *om. KN* (*non U*) 3 colones *B* 4 fuerint *B* greci *ex* grece *K* 5 κᾶλα (cala) *om.* C^1 calcii *K*: calci *BT* qui et inde *C* 6 sunt *C* subtalares *B* 7 talos *BCT* sunt *T* Obstigilli *T*: Obstringilli *KU* 8 parte *om. KN* (*non U*) corrigiam T^2U: -ia *dett.* 10 ab hos *B*: ab oso *K*: ab ovibus *T* (*non U*) nunc sint ex *T* 11 Mulleae C^1 12 vel aen.] auleneis *K* (*non NU*) 13 loro T^1 14 Solae *B* 15 solae *B*: solea *T* 16 intexta *codd.*: *corr. Arev.* soccelli *K*: succelli *T* 17 quod] qua B^1 siccum *T ante corr.*: soccum *BCT ex corr.*: *corr. Arev.* initur *K* 18 a collo *T* 19 ta. mittuntur C^1 Cornui *T* 21 quasi . . . vinc. *hab. T*: *om. BCK* calibati *T* 22 culponiae *BK*: culponei *CT* 24 coreis *BT*

LIBER XX

I De mensis. Primus Daedalus mensam et sellam fecit.
Coquinae apparatum Apicius quidam primus conposuit, qui in
eo absumptis bonis morte voluntaria periit; et merito, quia is,
qui gulae atque edacitati servit, et animam et corpus interficit.
Ab esu et comesu mensae factum vocabulum; nullum enim
2 alium habet usum. Torus dicitur a tortis herbis quae adcum-
bentium humeris subponuntur. Stibadium ab stipitibus dictum,
quasi stipadium; sic enim prius coeptum est. Adcubitum a cibo
3 vocatum, quasi ad cibatum epularum. Convivium apud Graecos
a conpotatione, ἀπὸ τοῦ ποτοῦ. Apud nos vero a convictu
rectius appellatur, vel quia vitae conlocutionem habet. Item
convivium a multitudine convescentium; nam privata mensa
victus est, convivium non est. Convivii triplex est modus: dis-
cumbendi, edendi, et bibendi. Discumbendi, ut (Virg. Aen. I,
708):

Toris iussi discumbere pictis.

Edendi et bibendi, ut (Virg. Aen. I, 723):

Postquam prima quies epulis mensaeque remotae,
crateras magno statuunt et vina coronant.

II De escis. Cibus dictus quia capitur ore, sicuti esca quia
eam os capit. Victus proprie vocatus quia vitam retinet; unde
2 et ad cibum vocare invitare dicitur. Alimonia dicitur eo quod
eius sumptu corpus alatur. Hanc iuvenes accipiunt ad incre-
mentum, senes ad perseverantiam; neque enim subsistere pote-
rit caro nisi confortetur alimentis. Alimentum enim est, quo
3 alimur; alimonium alendi cura. Afluentia nuncupata quasi rei

1 detalus *K* 3 adsumptis *B*: assumtis *KT* voluptaria *K* 4 guilae (-le) *TK*: regulae C^1 atque *om. B* 5 co. mesae B^1: comesum esse *K* 6 ha. us. *BCET*: us. ha. *KN* quae] qui *T* 7 Stefadium *codd.* 8 stipiadium *K* 9 ad ci. *Arev.*: ad cibitum *CT* *fort. recte*: acibitum *K*: ad cubitum *B* Convium B^1 10 *αποθουπονον C*: *αποθοονον B*: *αποθονον K* 13 non] nomen *T* 16 iussu *B* 18 primum *K* quies *om.* C^1 19 crateres *C*: ceteras *T* magnos *C* (*cum Virg.*) 20 quod *C* ore *om. C* 25 quod al. *KT* 26 Affluentia *CK* nu. est qu. *K*

nimium exuberantis effusio ultra quam satis est, modusque non
est. Opulentia ab ope dicta est, quam si discutias, invenies eam 4
tenere modum. Nam quomodo opitulatur quod nimium est,
quum incommodius sit saepe quam parum? Epulae ab opu- 5
lentia rerum dictae. Epulae autem simplices in duo necessaria
dividuntur, panem et vinum, et duo superflua, quae terra et
mari vescendi causa exquirunt. Dapes autem regum sunt, 6
epulae privatorum. Deliciae nuncupatae quod his delectentur
homines, easque suaviter appetant. Pulmentum vocatum a 7
pulte; sive enim sola pultis, sive quid aliud eius permixtione
sumatur, pulmentum proprie dicitur. Satietas autem et saturitas 8
sibi differunt: nam satietas ex uno cibo dici potest, pro eo
quod satis sit; saturitas autem a satura nomen accepit, quod est
vario alimentorum adparatu conpositum. Crapula est inmode- 9
rata voracitas, quasi cruda epula, cuius cruditate gravatur cor
et stomachus indigestus efficitur. Inmoderata enim voracitas
vitium est, sed tantum id [est] salutis quantum sustentationi
naturaeque sufficiat. Iantaculum est primum cibum quo ieiu- 10
nium solvitur; unde et nuncupatum. Nigidius (109): 'Nos
ipsi ieiunia iantaculis levibus polluimus.' Prandium ab appa- 11
ratu edendi dictum. Proprie autem veteres prandium vocabant
omnium militum cibum ante pugnam; unde est illud ducis
adloquium: 'Prandeamus tamquam ad inferos cenaturi.' Me- 12
renda est cibus qui declinante die sumitur, quasi postmeridie
edenda et proximo cenae: unde et antecenia a quibusdam

1 nimia *K* non] nomen *T* 2 invenias *B* 4 sit] fit *C* quam] quod *B* Ep. . . . dic. *om.* *C*[1] Aepulae *KT* epulantia *B* 5 dicta *T* aepulae *T* dua nec. *T* 7 exquirunt *BK*: exquiruntur *CT* regunt *K* (*non N*) 8 dilectent *KN* (*non E*) 9 easque] atque *B* (*non FN*) vocatum *KN*: vocatur *BCET* 10 al. est perm. eius *K* 11 sumantur *C*[1] proprie *om.* *KN* (*non E*) 14 elementorum *K* conp. *om.* *KN* (*non U*) 15 graviter *K* (*pro* gravetur?) 16 stomachum *K ante corr.* afficitur (adf-) *BC* 17 est *hab.* *BT*: *om.* *CK* 18 Ianticulum *BK*: Ientaculum *V* quod *T* 19 solvatur *C* 20 iactaculis *B*: ianticulis *K*: iantaculus *T*: ientaculis *V* polluimus *BCFTV*: solvimus *KN* 21 dictum *om.* *T* (*T*[2]?) 22 dulcis *T* 23 alloquimus *C*[1] 24 est *om.* *T* quae decl. *B* post meridiem *BC*

13 vocantur. Item merendare quasi meridie edere. Annona
tractum est a tempore quo Romani veteres ad cibos advoca-
bantur. Sic Martialis (4, 8, 6):

Imperat excelsos frangere nona toros.

14 Quod et usque hodie Persae faciunt. Coenam vocari a com-
munione vescentium: *κοινὸν* quippe Graeci commune dicunt:
unde et communicantes quod communiter, id est pariter, con-
veniant. Apud veteres enim solitum erat in propatulo vescere
et communiter epulari, ne singularitas luxuriam gigneret. Est
autem cena vespertinum cibum, quam vespernam antiqui dice-
15 bant; in usu enim non erant prandia. Panis dictus quod cum
omni cibo adponatur, vel quod omne animal eum adpetat;
πᾶν enim Graece omne dicitur. Cibarius est qui ad cibum
servis datur, nec delicatus. Fermentacius fermentis confectus.
Azymus non fermentatus; nam *ἄζυμος* est sine fermento,
sincerus. Acrozymus leviter fermentatus, quasi acroazymus.
Siligineus panis a frumenti genere nuncupatur; siligo enim
genus est tritici. Rubidus, recoctus et rubefactus. Subcineri-
cius, cinere coctus et reversatus: ipse est et focacius. Clibani-
16 cius, in testo coctus. Spungia panis aqua diutius malaxatus
similam modicam accipit et fermentum modicum, et habet
humectationis plus quam omnis panis; unde et spungiae nomen
17 accepit. Placentae sunt quae fiunt de farre. Quae alii liba
18 dicunt, eo quod libeant et placeant. Dulcia sunt genera pistorii
operis, a sapore dicta; melle enim asparso sumuntur. Crusta
superficies panis: ipsa et fragmenta, quia dividitur, ut fracta.

1 Anona *K*: Ad nona C^1T 2 tratitum B^1 5 Caenam *BCK*: Cenam *T* a *om. C* 6 *κοινὸν*] cenon *codd.* grece *C* communem *K* 7 quod] quam *B* 10 vespertinam *CKT* (*etiam* B^2) 11 qu. communi ci. *K* 13 ad cibis *K* 14 diligatus *K*: delicatas B^1 15 Az. non fermentacius *K* azimum (*i. e.* *ἄζυμον*) . . . sincerum *T* 16 Acrizimus *CT*: Azimus *B*: Zimus *K* fermentatur *C* acroazimus *BCT*: agroazimus *K* 17 Siligneus C^1 18 Subc. sub cin. *K* 19 focatius *B*: fucatius *K* Clibanicus *K*: -nitius *B* 20 Sfungia *BKT* malaxatur *C* 21 accepit *K* 22 umectationes *K* omnes panes *K* spungia *K*: sphungie *T*: sfungiae *B* 23 quas al. *BC*: quae et al. *T* (*non U*) libam *K* 24 pistorii *BCK*: pistorum *TU* 25 me. etenim *C* 26 ipsa et *om. T* (*non U*) dividuntur *BK* (*non U*) acta T^1 (*non U*)

Fermentum a fervore nuncupatum, quod plus prima hora non
potest contineri; crescendo enim excedit. Farina et furfures
a farre dictae, cuius sunt purgamenta. Amolum flos farinae, 19
tenuissimum, prae levitate de mola eiectum; unde et appella-
tum, quasi a mola. Simila. Pollines. Carnes dictae quia caro 20
sunt; sive a creando, unde et a Graecis κρέας vocantur. Cru-
dum, quod sit cruentum; est enim cum sanguine. Coctum
[quasi coactum, id est ab igne vel aqua violenti modo actum 21
usuque comestionis aptum]. Sed et multi temporis aliquid
coctum vocatur. Assum, quod ardeat, quasi arsum. Elixum, 22
eo quod in aqua sola decoquitur. Lixa enim aqua dicitur ab
eo quod sit soluta; unde et solutio libidinis luxus, et membra
loco mota luxa dicuntur. Frixum a sono dictum quando ardet 23
in oleo. Salsum, quasi sale asparsum, demtis e medio syllabis
[tribus]. Rancidum ex vitio nuncupatum, quod raucos efficiat.
Succidia carnes in usum repositae, a succidendo dictae. Lardum, 24
eo quod in domo repositum conservatur; nam antiqui domos
lares dicebant. Taxea lardus est Gallice dictum. Vnde et
Afranius in Rosa (284):

Gallum sagatum pingui pastum taxea.

Axungia ab unctione vocata. Sebum a sue dictum, quasi 25
suebum, quod plus pinguedinis hoc animal habeat. Offa est 26
proprie frustum dentium, cuius diminutivum offellam facit.
Vnde et offarii coqui, quia particulatim, id est offatim, exco-
quunt. Nunc 'offa latrantium', qua, si in os canis iacitur,
satiatus ilico conpescitur et silescit. Frustum vocatum quod 27

1 Frumentum *T* quod] quia *C* 2 continere *BK* furfuras *K* 3 Amulum *T* 4 tenuissimus pro le. *K* egectum *T ut vid.*: egestum *CKN* 5 a molta *C* Simola *KN*: Similia *U* Pollinis *KN* (*non U*) cāro] carae *Arev.* 7 *a* coctum *null. nov. lemm. CK* (*non N*) 8 quasi . . . aptum *hab. TU*: *om. BCEKN* co. dicitur id *U* volenti *U* 9 Sed et . . . vocatur *om. T* (*non EN*) 12 lividinis *K* 14 e *om. C* 15 tribus *hab. BCTU*: *om. KN* quo rau. *B*[1]: qua draucos *C* 17 in domum *T* domum la. *K* 19 prosa *Mon.*: ros *N* (*non EFPU*) 20 Gallum . . . taxea] *sic etiam EFNPU Mon.* 21 Axuna *T* Sevum *KT* 22 suevum *KT* 23 frustrum *BK* cui dim. *K* 24 offerarii *T* id est off. *om. T* 25 *vel* quasi: quia si *C* in ore *T* iacetur *BK* 26 satiatus *BC*: satiatur *KT*

capiatur a frumine ; est enim frumen summa pars gulae. Pulpa
dicta quod cum pulte olim mixta vescebatur. Vnde et pul-
28 mentarium et pulmentum dictum. Lucanicae dictae quod
prius in Lucania factae sunt. Farcimen caro concisa et minuta,
quod ea intestinum farciatur, hoc est inpleatur, cum aliarum
29 rerum conmixtione. Minutal vocatum quod fiat de piscibus et
isiciis oleribusque minutatim concisis. Aphratum, quod Latine
spumeum vocatur ; ἀφρὸς enim Graece spuma dicitur. Martisia
30 in mortario ex pisce fiunt : inde et nominata. Isocem piscem
quendam dictum, ex quo primum isicia facta sunt ; et quamvis
ex alio genere piscium fiant, initium tamen piscis vocabulum
31 dedit. Galaticae a colore lacteo nominatae ; Graeci enim γάλα
lac dicunt. Sphaeras a rotunditate Graeco vocabulo appellatas ;
quidquid enim in rotundum formatur, σφαῖρα a Graecis dicitur.
32 Ius coquinae magistri a iure nuncupaverunt, quia [ea] est lex
33 condimenti eius. Hanc Graeci zemam vocant. Caseum vocari
quod careat serum, quasi careum : nam serum ei omne dedu-
citur ut ponderibus arguatur. Colostrum lac novum ; quod
34 neutri generis est. Lac a Graeco sermone derivatum est pro
candore ; Graeci enim album λευκὸν dicunt. Lac vero et
sanguis, quod nutrit et quod nutritur ; nam lacte nutrimur,
35 vivimus sanguine. Quactum, quasi coactum, quasi coagulatum ;
36 accepta enim secum alia specie coagulat. Mel Graecae appel-
lationis est, quod ab apibus nomen habere probatur ; nam apis
Graece μέλισσα dicitur. Antea autem mella de rore erant,

1 gylae *K* : guile *BT* 2 quod *CT* : quia *K* (*B incert.*) cum pulpa *K* 3 Lucaniae *C* : Lunacicae *ut vid.* *B*[1] 4 in lucina *T* 5 hoc est inpl. *om.* *K* 6 et insicciis (-ci- *ex corr.*) *T* : et deficis *K* : esociis *C*[1] 7 Afratum *codd.* 8 ἀφ.] afro *codd.* 9 unde *C* Ysucem *BK* 10 dictum *BC* : dicunt *KT* pr. ysicia ysicia fa. *K* 13 Spheras *B* : Speras *CK* : Sferas *T* 14 rotundo *K* σφ.] spera *CK* : sfera *B* : isfera *T* 15 ea est lex *BC* : est lex *K* : est *T* 17 quod] quia *B* sevum *K* : serunt *N* (*non* *U*) careum *CTU* : carituum *B* : caritium *K* : caritivum *N* 18 quod] quia *B* 19 Lac . . . dicunt *om.* *K* (*non* *N*) Lac Gr. *T* pro] a *N* 20 λευ.] leucon *BC* : gleucon *NTU* dicitur *B* 22 vivemus *B* coact. et qu. *BC* (*non* *E*) coagulatur *K* (*non* *E*) 25 μελ.] melese *CKT* : mellese *B*[1]

inveniebanturque in arundinum foliis. Vnde et Vergilius (Georg. 4, 1):

Hactenus aerii mellis caelestia dona.

Siquidem hucusque in India et Arabia conligatum reperitur ramis inhaerens in similitudinem salis. Omne autem mel dulce: Sardum amarum est absinthii causa, cuius copia eius regionis apes nutriuntur. Favum vocari quia comeditur magis quam 37
bibitur; φαγεῖν enim Graeci comedere appellant. Aiunt autem medici, et qui de humanorum corporum scripsere naturis, praecipueque Gal[i]enus in libris quorum titulus est †περσιε in quo†, puerorum et iuvenum ac perfectae aetatis virorum mulierumque corpora insito calore fervere, et noxios esse his aetatibus cibos qui calorem augeant, sanitatique conducere frigida quaeque in esum sumere; sicut [e] contrario senibus, qui pituita laborant et frigore, calidos cibos et vina vetera prodesse.

De potv. Potio a Graeca derivatione vocata; hanc enim III
illi πότος dicunt. Aqua generaliter vocata, quod superficies eius aequalis sit: hinc et aequora. Quam inde recentem dicimus quia non est utilis vetusta, ut vinum, sed statim sublata de flumine et fonte vel puteo; fetescit enim vetusta. Vinum inde 2
dictum quod eius potus venas sanguine cito repleat. Hoc alii, quod nos cura solvat, Lyaeum appellant. Veteres vinum venenum vocabant; sed postquam inventus est virus letiferi sucus, hoc vinum vocatum, illud venenum. Vnde et Hieronymus in libro quem de virginitate servanda scripsit: 'Adolescentulas' inquit 'ita vinum debere fugere ut venenum, ne pro aetatis

3 aerei melleis *K* 4 repperiatur *B* 5 similitudine *K* 6 absintii C^1*T*: absentii *BK* opia *T* 7 vocare *C* quia] qui *B* 8 φαγ.] fagere *codd.* autem *om. B* 9 qui] quia C^1 praecipietque *KN* (*non U*) 10 tiepiscie in co *U*: tepiscie in quo *T*: περεινσο *C* (*non N*) 11 puerum *T* 12 in suo cal. *K* noxius *BK* 13 cibus *K* quia ca. *BK* sanitatemque *K* 14 esum *T*: usum *BCK* e *hab. BT*: *om. CK* 15 frigores *T* ci. ca. *K* 16 a *om. K* 18 quem *T*: quod *B* 19 vina *T* de fl. fo. vel pu. *C*: et de fl. fo. vel pu. *BF*: de fl. puteove et fontibus *K*: de fl. pu. vel et fontibus *N*: de fl. vel de pu. *TU* 20 futescit *K*: fatescit *N* enim *om. KN* (*non U*) 21 hoc] hunc *T* 22 vet. enim vi. *K* 23 inventum *B* 25 servanda *BKN*: conservanda *CTU* scribit *C* 26 fungere *U*: *om. K* (*non N*) pro] per *B*

calore ferventi bibant et pereant.' Inde est quod apud veteres
Romanos feminae non utebantur vinum, nisi sacrorum causa
3 certis diebus. Merum dicimus cum vinum purum significamus;
nam merum dicimus quidquid purum atque sincerum est, sicut
et aquam meram, nulli utique rei mixtam. Hinc et merenda,
quod antiquitus id temporis pueris operariis quibus panis
merus dabatur; aut quod meridient eo tempore, id est soli ac
separatim, non, ut in prandio aut in cena, ad unam mensam.
Inde credimus etiam illud tempus, quod post medium diem
4 est, meridiem appellari, quod purum sit. Mustum est vinum e
lacu statim sublatum. Dictum autem creditur mustum quod
in se limum et terram habeat mixtam; nam mus terra, unde et
humus. Cuius tanta vis fervoris est ut vasa quamvis grandia
5 ex eo repleta absque spiramine ilico disrumpat. Roseum
vinum, id est cum rubore; rosa enim rubet. Amineum vero
quasi sine mineo, id est sine rubore; nam album est. Sucina-
6 cium sucinae gemmae simile est, id est fulvi coloris. Limpidum
vinum, id est perspicuum, ab aquae specie dictum, quasi lym-
phidum; lympha enim aqua est. Turbidum, quasi terbidum,
id est terra commixtum, quod est faece. Falernum vinum voca-
tum a Falerna regione Campaniae, ubi optima vina nascuntur.
7 Colatum vas proprium nuncupavit in quo deportatur: Gazeum
vero regio, unde defertur; Gaza enim oppidum est Palaestinae.
Infertum vinum dicitur quod altario libatur atque offertur.
Spurcum, quod offerri non licet, aut cui aqua admixta est, quasi
8 spurium, hoc est inmundum. Honorarium vinum, quod regibus
et potentibus honoris gratia offertur. Cato de innocentia

1 Inde] unde *B* 2 vino *CKT* 4 sic. aq. *T* 5 nullae *K fort. recte* 6 quam ant. *B* cibus *dett.* 7 meridie *C* 8 ut] utique *B* aut *BK*: et *CT* ad] aut *K* 9 unde *C* post med. meridiem est app. qu. *C* 10 est] et *T* sit] est *B* 12 terreat C^1 mixtum *K* 14 repleta *K*: plena *BCT* sp. repleta il. *BCT*: sp. relicta il. *dett.* disrumpuntur *K* 15 robore *CK* vero *om. C* 16 Succinacium *T*: sucinatium *C* 17 succine *T* similis *KT* 18 ab aquae] absque *K* lyphidum *K*: limpidum *BCT* 19 limpha *BC*: limfa *T* turb. est qu. *B* 22 Collatum *T* Gazetum *CKT* 23 fertur B^1 24 altari oblibatur *T* 25 offerre *K*

sua (1): 'Quum essem in provincia legatus, quamplures ad prae-
tores et consules vinum honorarium dabant: numquam accepi,
ne privatus quidem.' Crucium vinum est insuave quod servi 9
potant. Acetum, vel quia acutum, vel quia aquatum; vinum
enim aqua mixtum cito in hunc saporem redigitur. Vnde et
acidum, quasi aquidum. Conditum vocatum, quod non sit
simplex, et commixtione pigmentorum conpositum. Lactatum 10
est potio e lacte. Mulsum ex melle mixtum; est enim potio
ex aqua et melle, quod Graeci μελίκρατον vocant. Oenomelum 11
mustum melle admixtum vehementerque agitatum atque com-
motum. Hydromelum, quod fiat ex aqua et malis Matianis.
Saccatum liquor est aquae faece vini admixtus et sacco ex-
pressus. Lorea. Oxymeli appellatum quod aceti et mellis 12
permixta conficiatur materia, unde et dulcedinem retinet et
acorem. Rhodomelum dicitur eo quod in suco rosae mel
admisceatur. Melicratum vinum melle mixtum. Medus, quasi 13
melus, quia ex melle fit; sicut calamitas pro cadamitas. Fae-
cula uva pinguis, decocta usque ad crassitudinem mellis ac
refrigerata, utilis stomacho. Passum, quidquid ex uva passa 14
conpressum effluxerit. Dicitur autem passum a patiendo: nam
percutitur uva siccior et decoquitur, et inde fit passum. De-
frutum dictum est quod defrudatur, et quasi fraudem patiatur.
Carenum, eo quod fervendo partem careat; tertia enim parte 15
musti amissa quod remanserit carenum est. Cui contraria sapa

1 prov. sua leg. *F* (*non ENPU*) 2 accipere priv. *Mon.* 3 privatos *KP* (*non N*): privatis *U* (*non EF Mon.*) Crudum *BCEFK* 4 putant *K* vel aqu. *C* 5 et *om. K* 6 acidum] acetum *CK* aquetum *K* non *om. BCT* 7 et] sed *C* positum (*ex* -tus) *K* 8 e *BCK*: a *T* mixtum] dictum *T* 9 Inomelum *BCK*: Inomellum *T* 10 mestum C^1 11 Idromelum *CT*: Idromellum *BK* ex *om. C* mazianis *T* 12 fece *BCT*: feci *K* sicco *T* 13 Luria *codd.* (*etiam U*) Oximelli *CKTU*: Oximelle *B* *null. nov. lemm. CT* (*non U*) quod] quam B^1 14 confricatur *T* (-fric- *ex corr.*) 15 aquorem *ex* eq- *T* Rodomellum *CT*: Rodomellus *BK* 16 admiscitur B^1K: admiscetur *C*: *fort.* admiscatur Meligratum *K* 17 Fecula *codd.* 20 efluxerit *BK* 21 decoquitur (dequo-) *CBT*: detorquetur *K* Defretum *BNTU*: Deferetum *K* 23 Carinum *KN* (*non U*) tertiam *K* partem *BK* 24 amissam *K* (*non U*) quod *ex* quam *B* saba *K*

16 est, quae fervendo ad tertiam redacta descenderit. Sicera est
omnis potio quae extra vinum inebriare potest. Cuius licet
nomen Hebraeum est, tamen Latinum sonat pro eo quod ex
suco frumenti vel pomorum conficiatur, aut palmarum fructus
in liquorem exprimantur, coctisque frugibus aqua pinguior,
17 quasi sucus, colatur, et ipsa potio sicera nuncupatur. Cervisia
a Cerere, id est fruge vocata ; est enim potio ex seminibus
18 frumenti vario modo confecta. Caelia a calefaciendo appellata;
est enim potio ex suco tritici per artem confecta. Suscitatur
enim igne illa vis germinis madefactae frugis ac deinde siccatur
et post in farinam redacta molli suco admiscitur, quo fermentato
sapor austeritatis et calor ebrietatis adicitur. Quae fit in his
partibus Hispaniae cuius ferax vini locus non est. Fex dicta,
19 quod sese vasis emergendo adfigat. Garum est liquor piscium
salsus, qui olim conficiebatur ex pisce quem Graeci *γάρον* vocabant ; et quamvis nunc ex infinito genere piscium fiat, nomen
20 tamen pristinum retinet a quo initium sumpsit. Liquamen
dictum eo quod soluti in salsamento pisciculi eundem humorem
liquant. Cuius liquor appellatur salsugo vel muria. Proprie
autem muria dicitur aqua sale commixta, effectaque gustu in
21 modum maris. Sucus dicti quod sacco exprimantur, ut ptisanae.
Ptisana, zema, apozema Graeca vocabula sunt.

IV De vasis escariis. Vasa dicta a vescendo, quod in ea
escae adponantur. Cuius diminutivum vascula, quasi vescula.
2 Fictilia dicta quod fiant et fingantur ex terra. Fingere enim
est facere, formare et plasmare, unde et figuli dicuntur. Et vas

1 quae] qui *T* 2 libet *B*[1] 3 est *C* : sit *BK* : si *T* 4 frumentorum *K* : fermenti *BT* fr. et pom. *K* aut] ut *T* 5 exprimatur *K* 6 sucas *B*[1] sicere *B* Cervisa *BCT* 7 a cere *B*[1] 8 Celia *BCTU* : Celea *KN* 9 perarte *B* 10 ignea] *BTU* : *om.* *KN* fruges *B* siccata *C* 11 sucu adm. *K* quo] quod *KT* fermenta *B*[1] : fermento *Oros. Hist.* 5, 7, 14 12 sapore *B* 13 Hisp. part. *C* 15 greci cigaron *C*[1] 18 quod *ex* quam *B* salmento *K* pisculi *CK* 19 linquant *BC*[1] salsuco *K* 20 mixta *C* 21 modo *B* mo. aque ma. *T* ut tisanae *B* : ut tipsanae *C* : ut tisane *KT* (*pro πτισάνη* ?) 22 Tisane *BT* : Tisasne *K* : sane *C* apozima *BCT* 23 quod] quia *B* 26 est *BC* : et (est ?) *T* : *om.* *K* un. fig. *K*

fictile dicitur non fictum [in] illud quod mendacium est, sed
quod formatur, ut sit et habeat aliquam formam. Vnde et
Apostolus dicit (Rom. 9, 20): 'Numquid dicit figmentum ei
qui se finxit: Quare me sic fecisti?' Fictilia vasa in Samo 3
insula prius inventa traduntur, facta ex creta et indurata igni;
unde et Samia vasa: postea inventum et rubricam addere et
ex rubra creta fingere. Antiquiorem autem fuisse usum ficti-
lium vasorum quam fundendi aeris aut argenti; apud veteres
enim nec aurea nec argentea, sed fictilia vasa habebantur; sicut
ad vina doliis excogitatis, ad aquas amphoris, hydriis ad balneas,
ac reliquis quae in usibus hominum aut rota fiunt aut manu
aptantur. Argilla autem excocta testae vocabulum suscipit 4
quia, dum mollis esset, efficitur tosta, nec communicat cum
vocabulo pristini generis, quia quod fuit non est. Arretina vasa 5
ex Arretio municipio Italiae dicuntur, ubi fiunt; sunt enim
rubra. De quibus Sedulius (prol.):

Rubra quod adpositum testa ministrat olus.

Samia vasa quidam putant ab oppido Samo Graeciae habere 6
nomen. Alii dicunt cretam esse Italiae, quae non longe a
Roma nascitur, quae samia appellatur. Caelata vasa argentea 7
vel aurea sunt, signis eminentioribus intus extrave expressa,
a caelo vocata, quod est genus ferramenti, quem vulgo cilionem
vocant. Chrysendeta vasa deaurata; Graecum est. Anaglypha, 8
quod superius sint sculpta; Graeci enim ἄνω sursum, γλυφὴ
sculpturam dicunt, id est sursum sculpta. Discus antea scus 9

1 non] nomen *ut vid.* *T* in *hab.* *BK*: *om.* *CT* 3 figmentum *om.* *K* 4 me sic *CT*: sic me *BK* 6 inv. est et *T* add. ex *T* 8 quam] quod *B* fundenda eris *K* 9 si. et ad *C* 10 aquam *K* banneis *T* 11 hominibus *B*¹ 12 autem] a terra *K* (*pro* āt, *i. e.* autem) suscepit *K* 13 effecit *K* testa *BK* 14 Arietina *CKT*: Aretina *B* 15 aretio *BKT*: arietio *C* 17 ministradolus *T* 18 putat *C* oppi *K* 19 creatam *C*¹ 20 samina app. *T* Celata *codd.* 22 a] e *B* est *om.* *C*¹ quem] quod *BK* celicionem *T* 23 Chrysendita *K*: Crisendita *B*: Crisendicta *CT* Anagluba *K*: Anaglaba *T*: Anaglava *B*¹: Anagiliva *C*¹ 24 sup. *om.* *B*¹ sunt *T* ἄνω] ana *codd.* cursum *T* γλ.] glive *C*: gleve *T*: clevei *BK* 25 dicuntur *C* id est s. s. *om.* *C* scus *KN*: iscus *BCT*

ab specie scuti; unde et scutella. Postea discus vocatus quod det escas, id est adponat; a quo et discumbentes dicti: sive
10 ἀπὸ τοῦ δίσκιν, id est quod iaciant. Messorium vocatum a mensa per derivationem, quasi mensorium. Parapsis quadriangulum et quadrilaterum vas, id est paribus absidis. Patena,
11 quod dispansis patentibusque sit oris. Lancis. Gavata, quia cavata, G pro C littera posita. Hinc et conca; sed illa cavata, ista concava: sic et Graeci haec nuncupant. Scutella ab scuto
12 per diminutionem; est enim eiusdem similis. Apophoreta a Graecis a ferendo poma vel [aliud] aliquid nominata; est enim plana. Salinum vas aptum salibus. Idem et sulzica, quasi salzica. Acitabulum quasi acetaforum, quod acetum ferat.
13 Coclear ab usu prius coclearum dictum. Hinc est illud veterum distichon (Mart. 14, 121):

Sum cocleis habilis et nec minus utilis ovis.
Numquid scis potius quur cocleare dicor?

14 Trisceles Graeco nomine, Latine tripedes: qui autem quattuor
15 pedibus insistunt abusive dicuntur. In vasculis autem tria quaeruntur quae placeant: manus artificis, pondus argenti, splendor metalli.

V De vasis potatoriis. Poculum a potando nominatum; est enim omne vas in quo bibendi est consuetudo. Phialae dictae quod ex vitro fiant; vitrum enim Graece ὕαλος dicitur.
2 Paterae phialae sunt dictae vel quod in ipsis potare solemus,

3 *αποφραισκιν BK*: *αποφραισηιν N*: *αποθουδισκειν C*: *αποτουαισ T δισκεῖν Otto*: *δικεῖν Arev.* iaceant *BCK* (*etiam* T^1?) Missorium B^1K 4 per diminutionem *KN* (*non U*) qu. messorium C^1 Parabsis *T* quadrangulum *C* 5 apsidis *B* 6 quod *ex* quam *B* Cavata *T*: Gabata *U* (*fort. recte*; *cf. ad* XII. I. 42): Gravata *KN* (*non EF Mon.*) quasi ca. *C*: qua cata B^1: quia cabata *U*: quam vocata (-tam) *KN* (*non EF*) 7 cav.] vocata KNB^1 *ut vid.* (*non EFU*) 9 similis *BCTU*: similitudinis *KN* Apophereta *T*: Aphophereta *BK* 10 aliud *hab. K*: *om. BCT* 11 qu. salzica *om. T* 12 Acitabulum *T* acitaforum *T*: acetaferum *K*: acitaferum *BC* 13 *ab* usu prius *usque ad* Pala quae ventila (XIV. 10) *deficit E* conclearum *B* 16 coclear KT^1: coclea *N*: clear (*ex* cear) *P* vocor *C* (*non FV*) 17 Trisciles *CTU*: Trissiles *B*: Trissilis *N*: Trisillis *K* tripides *C*: triplides *B* qui au. qu. ped. *om. T* 21 putando *K* 22 Fialae (-le) *codd.* 24 fialae (-le) *codd.* portare *B* (*etiam* T^1?)

vel quod patentes sunt dispansisque labris. Cratera calix est 3
duas habens ansas, et est Graecum nomen. Declinatur autem
apud eos hic crater; nam Latine haec cratera dicitur. Vnde
Persius (2, 51):

Si tibi crateras argenti;

Vergilius (Aen. 1, 724):

Crateras magno statuunt et vina coronant.

Fiebant autem primum a conexionibus virgularum; unde et
dictae craterae ἀπὸ τοῦ κρατεῖν, id est quod se invicem teneant.
Cyathi quoque, scyphi, cymbia, et ipsa poculorum sunt genera. 4
Ex quibus cymbia pocula dicta sunt ex similitudine cymbae
navis. Amystis species poculi qua ductim, id est uno spiritu,
bibitur. Baccea primum a Baccho, quod est vinum, nominata,
postea in usibus aquariis transiit. Calices et calathi et scalae 5
poculorum genera, antea ex ligno facta, inde et vocata; Graeci
enim omne lignum κᾶλα dicebant. Ampulla quasi ampla bulla:
similis est enim rotunditate bullis quae ex spumis aquarum
fiunt atque ita inflantur vento.

De vasis vinariis et aqvariis. Oenophorum vas ferens VI
vinum; οἶνος enim vinum est. De quo est illud (Lucil. 139):

Vertitur oenophori fundus, sententia nobis.

Flascae ex Graeco vocabulo dictae. Haec pro vehendis ac 2
recondendis fialis primum factae sunt, unde et nuncupatae;
postea in usum vini transierunt, manente Graeco vocabulo unde
sumpserunt initium. Lagoena et Sicula Graeca nomina sunt, 3
inflexa ex parte ut fierent Latina. Illi enim λάγηνος, nos
lagoena; illi Σικελή, nos Siculam dicimus. Cantharus. Hydria 4

3 un. et Pers. *T* 5 ti. crateres *C* 7 magnos *C* (*cum Virg.*) vinas *K* 8 conexibus *B fort. recte* (*non FN*) virgultarum *T*: virgultorum *KN* un. dic. *C* 9 cratin *codd.* 10 Ciati *BT*: Chiati *C*: Caiti *K* qu. et sc. *C* scifi *BCK*: scivi *T* 12 Emistis *BCT*: Emistes *K* dictum *T*[1] 13 Bachea *C* bacco *BKT* 14 aquarum *C* transit *B* calati *codd.* 16 omne] nomine *B* Anpulla *T* 17 simile *B* 18 ita *om. C* inflatur *BT* 19 Enoforum *codd.* 20 οἶνος] eno *BCK*: in eo *T* vino *T* 21 enofori *BFKNTUV Mon.*: enoforo *C*: enoforus *P* 23 fialas *B* 25 Laguena *BKT* 26 λαγ.] laginos *codd.* 27 laguena *BKT*: lagaena *C* Σικ.] sicele *B*: sicile *CKT* seculam *K* Cantarus *codd.* Ca. vas quoddam. Vergilius. Et gravis adpendebat cantarus (*ex* -is) ansa *T* (*non U*)

genus vasis aquatilis per derivationem vocata; ὕδωρ enim Graeci
aquam dicunt. Situla, quod sitientibus apta sit ad bibendum;
5 quod vas Graeci κάδον vocant. Catinum vas fictile, quod
melius neutro dicitur quam masculino; sicut et salinum dicitur
vas aptum salibus. Orca est amphorae species, cuius minore
vocabulo urceus diminutivo urceolus est. Scyphus, in quo
6 manus lavamus. Seriola est orcarum ordo directus vel vas
fictile vini apud Syriam primum excogitatum; sicut Cilicises a
7 Cilicia nuncupati, unde [et] primum advectae sunt. Dolium.
Cupos et cupas a capiendo, id est accipiendo, aquas vel vinum
vocatas; unde et caupones. Vtres ab utero. Mulgarium vas
in quo mulguntur pecora: idem et mulctrum, ab eo quod in eo
8 mulgitur lac. Labrum vocatum eo quod in eo labationem fieri
solitum est infantium, cuius diminutivum labellum. Idem et
albeum, quod in eo ablutionem fieri solitum est. Pelves vocatae
9 quod pedes ibi laventur. Sifon vas appellatum quod aquas
sufflando fundat; utuntur enim hos [in] oriente. Nam ubi
senserint domum ardere, currunt cum sifonibus plenis aquis et
extingunt incendia, sed et camaras expressis ad superiora aquis
emundant.

VII De vasis oleariis. Hemicadium, vas olearium. Scortia,
2 vas olearium eo quod sit ex corio dictum. Alabastrum vas
unguentarium e lapide sui generis cognominatum, quem alaba-
3 striten vocant, qui incorrupta unguenta conservat. Pyxides
vascula unguentaria ex buxo facta; nam quod nos buxum,

1 ὕδωρ] ydros *codd.* 2 dicunt *BCK*: vocant *T* 3 *vel* cadum (*ita codd.*) quod] quam *B* 4 mel. si neu. *T* 5 anfora *T* 6 urcius *CT*: orcius *K*: urtius *B* urciolus *T*: orciolus *C*[1]*K*: urtiolus *B* Scivus *BKT*: Scivius *C*[1] 8 seriam *T* (*et Isid.*) excitatum *T* siliceses *T*: *an* Cilicissae? 9 nuncupati *BK*: -tae (-te) *CT* et *hab.* *K*: *om.* *BCT* Doleo *K* 10 acc.] a capiendo *K* 11 Vteres *B* Mulcarium *K* 12 quo *BCT*: quod *K* mulcrum *BCT*: multrum *K* 13 lavationes *K* 14 lavellum *K* idem *BCK*: ideo *T* 15 qu. et in *K* ablationem *B*: labationem *K* Pelvae *K* 16 aquam *C* 17 hoc *C* in *hab.* *CT*: *om.* *BK* orientales *ex* orientes *B* 18 sifonis *C*: sifoniis *T* plenos *B* 19 extinguent *BT* et *om.* *C*[1] cumaras (cum aras) *BCFT*: cum maras *U*: cum eis *N*: cum eis areis *KP* 21 Emicadium *codd.* 23 e *CT*: a *BK* alabastritin *K*: -trinin *B*[1] 24 Pixides *codd.* 25 nam *om.* *T* quod] quam *B*

Graeci πύξον vocant. Lenticula vasculum olearium, ex aere aut 4
argento factum, a liniendo dictum : his enim reges et sacerdotes
liniebantur.

De vasis coqvinariis. Omnia vasa coquendi causa parata VIII
cocula dicuntur. Plautus (frag. 181) :

Aeneis coculis mihi excocta est omnis misericordia.

Olla dicta pro eo quod ebulliat in ea aqua igni subiecto, ut 2
altius vapor emittitur. Vnde et bulla dicitur, quae in aqua
venti intus spiritu sustentatur. Patella quasi patula ; olla est
enim oris patentioribus. Caccabus et cucuma a sono fervoris 3
cognominantur. Haec in Graecis et Latinis communia nomina
habent ; sed utrum Latini a Graecis an Graeci a Latinis haec
vocabula mutuassent incertum est. Lebetae aeneae sunt 4
Graeco sermone vocatae ; sunt enim ollae minores in usum
coquendi paratae. Sartago ab strepitu sonus vocata quando 5
ardet in ea oleum. Tripedes appellatae quod tribus pedibus
constent : has Graeci tripodas vocant. Mola a sui rotunditate 6
vocata, ut mala pomorum : sic et Graeci. Cribrum, quod ibi
currat frumentum, quasi currifrum. Rutabulum dictum a proruendo stercora, sive ignem panis coquendi gratia.

De vasis repositoriis. Gazophylacium arca est ubi colli- IX
guntur in templo ea quae ad indigentiam pauperum mittuntur.
Compositum est autem nomen de lingua Persa et Graeca ; gaza
enim lingua Persarum thesaurum, φυλάκιον Graece custodia
interpretatur. Arca dicta quod arceat visum atque prohibeat. 2
Hinc et arcivum, hinc et arcanum, id est secretum, unde ceteri
arcentur. Cibutum Graecum nomen est, quod nos arcam 3

2 a lin. *CT* : obliniendo *BK* 3 leniebantur *K* 6 omnes mis. *K* (*non FPU Mon.*) 7 ut *BCK* : et *T* 8 emittatur *BCK* 9 olla] ulla *K* 10 Coccabus *T* : Cacabus *B* : Cacavus *C* cocuma *K* 13 Labete *C*[1] : Lebetes *dett.* 14 ullae *K* usu *BK* 15 strepido *B* soni *C* quando] quoniam *K* 16 Tripides *BC* quod] quae *C*[1] 18 quod *ex* quam *B* 19 Rotabulum *B*[1]*CNTU* : Rodabulum *K* provendo *K* (*pro* provehendo ?) (*non N*) 20 igne *CTU* : igni *B* : ignes *KN* pa. co. *BCTU* : co. pa. *KN* 21 Gazophilacium *K* : Gazofilacium *BCT* 22 mutantur *N* (*non FU*) 23 nomen *om. KN* (*non U*) 25 Archa *K* quod *ex* quam *B* 26 hinc et arci. *om. C* arcibum *T* : arcium *B* archanum *B* un. et cet. *T*

dicimus. Loculus ad aliquid ponendum in terra factus locus,
seu ad vestes vel pecuniam custodiendam; unde et per diminu-
4 tionem dicitur. Mozicia, quasi modicia, unde et modicum;
Z pro D, sicut solent Itali dicere ozie pro hodie. Scrinia.
5 Saccus a sago dictus, quod eo consuto efficiatur quasi sagus.
Marsuppium sacculus nummorum, quem Graeci μαρσίπιον
appellant. Quaedam enim Graeca nomina in Latinum paulo
6 inflectuntur propter Romanum eloquium. Sitarciae nautarum
sunt, ab eo quod sutae sunt. Involucrum dictum quod aliquid
7 in se teneat involutum. Fiscus sacculus est publicus, unde et
fiscellae et fiscinae dicuntur: hunc habent exactores, et in eo
mittunt debitum publicum quod redditur regibus. Fiscus
autem primae positionis est, derivativum fiscina, diminutivum
8 fiscella. Canistrum fissis cannis contexitur, unde et nuncu-
patum: alii Graecum adserunt. Cistella a costis ex canna vel
9 ligno, quibus contexitur, nominata. Cophinus est vas ex
virgulis, aptum mundare stercora et terram portare. De quo
dicit Psalmista pro Israel (81, 7) 'Manus eius in cophino
servierunt.' Dictus autem covinus quasi covus, quasi cavus.
10 Corves dicti, quia curvatis virgis contexuntur. Sporta vel
quod ab sparto fieri solet, vel quod exportet aliquid. [Sporta
ab sparto dicta, non ab exportando sicut quidam volunt:
prius enim de sparto fiebant.]

De vasis lvminariorvm. Ab igne colendo et ligna antiqui appellaverunt focum: φῶς enim Graece, Latine ignis

